
I.
H
19

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XL
H
15
NAPOLI

XL.
H
~~1010~~ 16 15


IOANNIS
CARAMVELIS
PRIMVS
CALAMVS
ΜΕΤΑΜΕΤΡΙΚΗΝ
EXHIBENS
ROMÆ
ANNO MDCLXII

B. R.
NEAPOLIS

XL
H
10

IOANNIS CARAMVELIS
PRIMVS
CALAMVS
OB OCVLOS PONENS
METAMETRICAM,
QVAE VARIIS

Currentium, Recurrentium, Adſcendentium, Deſcendentium, nec-non Circumvolantium Verſuum Ductibus,

AVT AERI INCISOS, AVT BVXO INSCVLPTOS, AVT PLVMBO INFVSOS,

MVLTIFORMES

LABYRINTHOS

EXORNAT.



NEAPOLIS

ROMAE,

Fabius Falconius excudebat Anno MDCLXIII.

Superiorum Conſenſu.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſuccus Ordinis Prædicatorum, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.



ILLVSTRISSIMO D.

D. SEBASTIANO LOPEZ YERRO DE CASTRO

EQVITI MILITARIS ORDINIS DE CALATRAVA,

Marchioni de Caſtelforte, Suæ Majeſtatis Conſiliario; Cameræ Neapolitanæ Præſidi, &c.

S. P.

DEFERVNT libros ſuos Mecœnatibus plerique omnes; & , ſi cauſam inquiram, tres invenio. Alii ducuntur Ambitione, alii Timore, alii Virtute. Ambitione illi, qui Cæſarum, Regum, Principumquè fumoſis Stemmatibus, & Heroicis Nominibus Libros ſuos inſigniunt, ut illos à cenſu Vulgarium eripiant, & ad Sphæram ſublimiorem extollant. Timore, aut etiam Spe illi, qui experti ex prælo in prælium libros mitti, Herculem quærunt, ſub cujus patrocinio contra inſolentia Invidiæ fulmina protegantur. Tandem illi Virtute, qui gratitudinis ergò ſe Amaltheæ devovent, quæ in ſe favorum copiam, cornu tantùm non prodigo, munificentiſſima offundit.

Tres cauſæ ob quas lucubrationes ſuas Authores cõſecrãt Mecænatibus.

Ductos ambitione puſillanimitatis incriminor; in Mundo enim mortali omnia ſunt moritura: & nihil Lethæis undis propinquius,

Mortalia omnia.

quàm Cydaris, Corona, Laurus. Perennant Herculeſ, Lamedon, Priamus, Paris, Menelaus, & etiamnum Homeri Calamus: at illi propter hunc, non contrà: tolle Homerum, & unà illorum omnium gloriam, qui ab illo laudantur, ſuſtuleris. Ergo, qui Regum Coronas, & Scriptorum Calamos componi videris, ad ΦΥΣΙΚΗΝ converte oculos; nam ſicut Materia exiſtit exiſtentiâ Formæ, non Forma exiſtentiâ Materiæ, ſic Coronæ æternitate Calamorum, non verò Calami æternitate Coronarum perennant. Fortè nimium viderer dicere, ſi Fidejuſſore carerem. Stat ab hac Reſolutione Horatius Carm. jv. Ode 8. dicens.

Vnde Principes ſortiantur immortalitatem?

Vnde exiſtat Materia?

A literis pẽdet AEternitas.

Dignum laude Virum Muſa vetat mori.

Ecce Heroës, & proceres ſunt immortales. Sed cur? An-ne ΑΠΟΘΕΙΩΣΙΣ *ſunt cauſa generoſa facinora? minimè. Quid ergo? Muſa: hoc eſt illuſtris Hiſtoriographi Calamus. Sed quo id modo probabitur? An debebimus dicere,* ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ, Horatius dixit? *Non. Quid igitur?* Horatius demonſtrauit *Attendite. Ode illa nonâ ſic inquit.*

Probat Horatius Enſis immortalitatẽ à Calamo: nõ autẽ Calami immortalitatem ab Enſe pendere.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illachrymabiles
Vrgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia Vate ſacro.
Paulùm ſepultæ diſtat Inertiæ
Oblata Virtus. Non ego te meis
Chartis inornatum ſileri
Tot-ve tuos patiar labores
Impunè Lolli carpere lividas
Oblivionis, &c.

Eamdem ergò ac nos, Horatius concluſionem proponit, & eodem prorſus modô perſuadet.

Metum

Metum ſiquem habent Authores, cùm Libros ſuos in lucem mittunt, [licet ex Horatio ſermonum lib. 1. Satyr. 4. Scriptores, & Poëtas præcipuè ſolere timeri, non timere, diſcamus: ait enim. Omnes hi metuunt verſus *&c.] accenſeo reverentiæ, & prudentiæ; videtur enim Poſteritati injurius quiſquis Ideas ſuas negligenter ediſſerit. At ſpes, quam à Mecœnatum protectione concipiunt, ne quidem rationis eſt Ens; nam labio effertur, ſtylo exprimitur, nuſquam verò à ratione, vel exorbitante percipitur. Et hoc ipſum duplici ratione confirmo. Eſt prima: nam Calamus, ſi benè paratus, eſt extra Invidiæ ſphæram. Ovidius Artis amandi libr. 3.*

An liceat Scriptori eſſe timido?

Quàm ſit vana ſpes, quæ aliena protectione fidatur!

Adde, quod inſidiæ ſacris à Vatibus abſunt.

Eſt ſecunda: quia, ſi imminerent pericula, ſubiret illa Calamus, tametſi Herculi ſacer: quis enim unquam Cæſar valuit, voluit-ve, aut gladium, aut ſtylum ſtringere, ut Librum ſibi dedicatum defenderet? Vnus pro multis prodeat Ennius. Scripſit doctiſſimè, & ingenioſiſſimè. Africani Scipionis fuit familiaris, & tàm intimo amore coniunctus, ut tegat utrumquè idem lapis. Marco Fulvio nobiliori, quem ad AEtolicũ bellum comitatur, Calamum Militarem dedicat. Fulvii filium erudit. Catonem jam ſenem, Græcas literas docet. Et tamen linguâ, & Calamo invaſus, Hyperaſpiſte indiguit. Ab Horatio enim intemperantiæ arguitur:

Ennius in tumulo Scipionis conditur.

AEtolia, ubi Lepanto Civitas ob victoriam Ioânis Auſtriaci contra Turcas celebris.

Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda.

Sordidi ſtyli à Marone, nam rogatus, quid faceret? aurum ſe ex Ennii ſterquilinio congregare, reſpondit, unde Ouvenus.

Aurum Virgilius de ſtercore colligit EnnI.

Macrobius

Sed à quo Marone? ab illo, qui opera ſua furto ablatis ex hoc Poëtà Carminibus Divina reddidit. Succeſſerunt, & multi Ennio contumelioſi.

Ennium nõ tuẽtur Mecœnates.

lioſi. Sed tamen nec Scipio, nec Fulvius licèt illius Fautores expeditionem aliquam inſtituerunt; nec Fulvius junior, nec Cato Senior, licèt ipſius diſcipuli, contra obtrectatores enſem evaginarunt. Hinc ſcitè ad Scriptores, qui ſibi non ſufficiunt, quidam junior.

Penè ultimam habet brevem. at cæſuræ vi longam apud Ovidiũ Artis amãdi libr. 3. *Decrepitus* ſi à decreſco ſit, habet *cre* longum: ſi à decrepo, hoc eſt increpo nam ſenes iuuenibus increpant, breve.

Ennius adquirit Calabris in montibus hortos
Contiguos penè Scipio Magne Tuis.
Eſt ſenis hic FulvI ſocius, juveniſq; Magiſter,
Artes decrepitum Te Cato Græca docet.
Invidiam patitur: neuter tamen adſtitit illi
Fulvius; Afer obeſt Scipio; abeſtq; Cato.
Ergo (Tyro) auſpiciis Procerum ne fide: tueri
Qui Tua ſcis olim non potuiſſe, tace.

His ergo exemplis, & rationibus monitus (Illuſtriſſime Marchio) cùm has lineas ſcribo, non primum finem; non ſecundum intendo: nec enim Nominis æternitatem ambio; nec, ut defendar, conduco Mecœnates ad prælium. Omnia humana caduca, & ſicut mei ſtyli tenuitas donare æternitatem aliis nequit; ſic nec recipere. Volo videri prudens; prudenteſquè ſicut neminem alterius gratiâ ad duellum provocant; ſic nec ſui causâ alios in duellum prodire permittunt. Seriò rem ago; nec meo pectori adulor, nec Nominibus alienis glorior; non enim puto duas lineas curvas ideò directas reddi, quod Mecœnati eximio conſecrentur; nec ideò rectas in curvas verti, quòd fautore careant. Sanè

An duelli alius ergo iniri, aut acceptari poſſit?

Favitor. Lucilius li. 29.

Cæſura Pẽtametri apud Ouidium eſt indifferens.

Sunt ſupra Invidiam Conceptus; namq; poteſtas
Nulla malis poterit adnumerare bonos,
Nulla bonis poterit adnumerare malos.

Gellius libro 7. cap. 1. Svetonius in Calig. cap.

Homeri gloriam incriminatus fuit ΜΑΣΤΙΞ *(aliud habet nomen) Virgilii pompam Parus, Ciceronis elegantiam Licinius, Seneca Sententias*

Cali-

Caligula. & tamen illi æternant, & ſola hac laus manet ΜΑΣΤΙΓΑΣ *quod in Magnos ſint auſi: unde, ut confidentiùs dicam aliquid, fortè nonnullus hodie legitur, ſi legitur, aut etiam citatur, ſi citatur; quod in Caramuelem ſcripſerit: & tamen in hujus operibus, quæ ſunt ingenioſè perpenſa, erunt bona; & quæ hallucinationi obnoxia, mala: & hoc quidem non obſtante, aut Zoilorum invidia, aut Fautorum applauſu.*

Tertium ergo finem in ſcopum ponam, deſiderans Amico optimo, Fautori antiquo, non ingratus videri. Madrito, ſpecioſiſſimo totius Mundi compẽdio, primam lucem debemus; eamdem plateam tenero pede trivimus in pueritiâ, eaſdem ſcholas frequentavimus in adoleſcentiâ: & etiam in ætate matura ſervimus Deo, & Regi, & imperamus hominibus in eâdem Italiæ Regione. Antiquâ glorior tanti Heroïs amicitiâ, & quia dilectus diligo, volo obſervantiæ meæ relinquere teſtimonium publicum Poſteritati.

Cur librũ Authorhûc Illuſtriſs. Marchioni dedicet?

Hic in tuas ego laudes diffunderer, ſi modeſtiam, qua polles, ignorarem. Eſt avita in te prærogativa, multa facere ſumma laude digniſſima, & ſola virtute contentum, laudes externas non morari. Quærant alii ſoliciti Muſas adulatrices, patiantur non quæſitas alii: has nec quæris, nec toleras; ubi enim à Te, & Tuis præſtita Coronæ Hiſpanæ obſequia, & in rebus arduis conſilia, Regni Proceres celebrant, experiuntur Miniſtri: & quod ſumma omnium eſt, ipſemet Rex Diplomatis diverſis profitetur; ſuperflui ſumus fortunæ ignobilioris calami, ut merita tua dilaudemus. Ergo, ne, cui ſervire volo, diſpliceam, Aris Nominis Tui taciturnus appendo illas IDEAS, quas puer vidiſti, audiviſti, legiſti, imò & laudaſti. Appendo antiquas; nec enim ΑΝΑΛΟΓΑΙ *eſſent Amori, & amicitiæ noſtræ, niſi eſſent* ΣΥΝΧΡΟΝΑΙ, *& traherent à ſenectute laudem. Illas exemplis alienis, aliquando dilucido; nec ideò erunt, ut puto, mi-*

Cur non ediſserat eiuſdem laudes?

Cur Ideas Author ſuas alienis exemplis nobilitarit.

to, minus gratæ. Metalla, & gemmas produxit Natura, rerum parens, non homo: & tamen in Annulo, & Aurifex, & Adamanticida gloriam habent: illa enim figura, quæ reſultat, Ideæ reſpondet, non An Ingenia antiqua Iunioribus ſint præferenda? *Naturæ, ſed Artis. Sic multa, quæ in Virgilio, aut Ovidio, vel etiam in juniorum Ingeniorum Operibus (ita enim antiqua veneror, ut diem hodiernum heſterno doctiorem, imò & eſſe politiorem ſupponam) ſine debitâ conſideratione legebantur, hic attente expenduntur, ut ſua maneat laus Veteres, & ſua in Iuniorum etiam ſpeculationes redundet. Omnia ergo, Illuſtriſſime Marchio; ſeu aliena, ſeu propria; aut maneant libera, aut in ambages Labyrinthæas cogantur; Tui Nominis Immortalitati, Gratitudinis ergo, voveo, & defero; & oro Deum, ut Te Regi, & Hiſpaniæ ſalvum incolumemquè ſervare dignetur multos annos. Sanctangelii Idibus Februariis M.DC.LXII.*

Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationis

Obſequentiſſimus Servus

Jo. Caramuel

AMICORVM
ADVERSVS AVTHOREM
AFFECTVS:

VIRO ingenuo adamantinum præceptum eſt Amici antiqui & fidelis petitio; & quia Eximius & Eruditiſſimus Pater Eugenius à S. Ioſepho, Carmelita excalceatus, Concionator Cæſareus, & ſacræ Theologiæ Profeſſor, meus optimus & antiquus amicus, cuius argumentationes, ingenium, euangelicæ declamationes eloquentiam & eruditionem commendant, iure poſtulat, vt ſicut alios libros, quibus altiores Facultates iuuantur, in lucem prodire permiſi, ſic etiam Poeſi, nobiliſſimæ Scientiæ, lucem indulgeam, edendo Rhythmicam, & Metametricam, quas moræ Impatiens, vt ait, iam à plurimis annis Orbis literarius expectat: preces has vt præcepta ſuſcipio, fateorque me repetire in illis obediendi ſummam neceſſitatem. Porrò ille, vt ſua eſſet efficacior petitio, illam minuit, aut etiam armauit his numeris.

JOANNES DE CARAMVEL
Ἀνάγραμμα.
EDE LVMINOSA(a) CANORA
Ἐπίγραμμα.

Est adhuc ſola in tenebris Poeſis
Abditæ Pindi latuere gazæ,
Detegi haud poſſunt ſine luce Magni
Caramuelis.
Ergo theſauros aperi latentes,
Et nouis pandas Heliconis arte
Metricas venas, quoque luminoſa
Ede Canora. (a)

(a) Adludit ad nomen *Canora*: nam in Rhythmica qui curioſiſſimus eſt liber, & iam cum alijs prælum ſubit, Strophas, quas *Canciones* Hiſpanus, *Canzoni* Italus, *Cantica* Latinus vocitat, *Canoras*, ob conſonantias Muſicas, quibus conformantur, appellamus.

QVi obedire vult, cùm reſpondet, non diffunditur, nec rhetoricatur, ſed vnico aut altero verbo ſatisfacit. Sic ego Eugenio meo breuiſſimè.

--------*Tuum (ò Vir docte) quid optes,*
Explorare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

Ex Virgilio, Diuini Operis lib. 1.

NOTA *Quo* Fas *&* Nefas *modo opponantur, non conſtat. Contradictoriè opponi, ſicut* Licitum *&* Illicitum, *plurima teſtimonia euincunt. Plautus in Aſin.* Neque pòl te acenſo, neque id me facere fas *(licitum)* exiſtimo. *Vnde Iacobus Falco ad occaſionis Statuam.*

Cur præcrinita es, non poſt? me crine teneri
Fas eſt ante fugam, poſt data terga nefas.

At ex hoc Virgilij loco contraria oppoſitio, & non contradictoria colligitur; qualis Neceſſario *&* Impoſſibili, *nec non* Obligatorio *&* Illicito *intereſt: non enim timidum & perturbatum ſedaret, & tranquillum redderet Iunonis animum Aeolus, dicens; ſibi eſſe licitum obedire; ergo vt ſatisfaceret Deæ, obediendi obligationem & neceſſitatem expreſſit. Quo etiam conceptu, licèt clarioribus verbis vſus eſt Auguſtus Cæſar Virgilij in calami politione diſcipulus; agens enim de eiuſdem teſtamento, ſic inſit.*

--------ſuprema voluntas
Quod mandat fierique iubet, parere neceſſe eſt.

Idem igitur apud Virgilium ibi ſignificat Fas eſt, *ac apud Auguſtum Cæſarem* Neceſſe eſt.

AVTHOR
AD CONDISCIPVLOS.

QVOS Puer quondam colui ſodales ;
Quoſq; collegas Iuuenis ; celebro
Semper hos chordis fidibuſq; amabo
Corde, fideque.
Milites inter triplici Mineruæ (1)
Optimos inter genios acutos,
Quos lubens doctis numeris coruſcus
Cantat Apollo.
Te Petre applauſu veneror perenni, (2)
Te quoque æternâ colo Ferdinande (3)
Laude ; Te Villalua Scholæ peritum
Scoticæ Atlantem, (4)
Grande Te Euclidis decus Ildephonſe, (5)
Teq; Simancas honor Æſculapi, (6)
Teq; Spinoſa eloquio potentem, (7)
Teque Philippe. (8)
Magne Ioannes neque Te ſilebo, (9)
Ore ſed grandi celebrabo dotes,
Contulit Numen Tibi ; quaſq; Virgo
Mater adauxit.
Lineas primas Labyrinthicæ huius
Artis, Ideas, Numeros, Figuras,
Ecce vidiſtis tenero ſeorſim
Pectine duci. (10)
Monſtra ſeruaſtis Labyrintho adacta, (11)
Pegaſum ventos ſuper euolare, (12)
Vortices ſubter regredi Hippocrenes (13)
Fulmina ab vndis. (14)
Vos Amœbæis numeris Camœnas (15)
Ludere audiſtis, (16) *Metrico ſagittas* (17)
Marte duplodi, Genios cieri (18)
Carmina circum.
Omnia hæc olim teneris ſub annis
Noſtra Parnaſſo dederat Thalia :
Nec noua hic Orbi modò Litterato
Pegmata cudit. (19)
Cùm tamen ſolers adoleuit ætas,
Nunc locum ducit Charites in vnum, (20)
Vt ſimul poſſint oculo librari,
Aure videri. (21)
Ergo, fauiſtis calamo tenello
Qui prius ; iam forti iterum fauete :
Paginas noſtras radijs obumbret
Gloria veſtra.

(1) Mineruam *triplicem* vocamus, quia in Academia facultates ſuperiores ſunt tres ; Theologia, Iuriſprudentia, Medicina : in has enim aut adquirendas, aut ornandas, Artes inferiores collimant.

(2) Inter noſtros condiſcipulos nullus eſt, aduerſus quem maiori cultu & affectu feramur, quam Illuſtriſſimum D. Petrum Vsrais ; qui etiam dum paruus erat, magnus fuit. Polluit in annis teneris ingenio viuido, memoria vberi, & prudentia ſenili. Superato bonarum litterarum ſtudio applicuit animum Iuri Politico, & ita eminuit ; vt ad magnas dignitates promotus, nunc tandem Neapoli in S. Claræ Senatu Regius Conſiliarius, *integer vitæ, ſcelerisque purus*, Ius dicat.

(3) Mihi etiam charus fuit D. Ferdinandus Franciſcus de la Rua, qui ſub illud tempus Metametricis feliciter adlaborabat : poſteà Iuriſprudentiæ operam dedit ; vixit Mediolani ad Senatoriam dignitatem euectus, & ſummum ſui deſiderium reliquit.

(4) Reuerendiſſimum P. Bartholomæum Villaluam, Ordinis S. Franciſci, S. Theologiæ Lectorem, S. Inquiſitionis Qualificatorem, Toleti Guardianum, & in Vrbe Procuratorem Generalem : Virum ſanè eminentis ingenij, argumentantem & concionantem admirata eſt Europa : & ſicut olim dum liberales Artes doceremur, mihi fuit acerrimus antagoniſta ; ſic etiam hodie Achates chariſſimus, & fideliſſimus.

(5) D. Ildelphonſus de las Infantas, Poeta laureatus, in literis humanis eminens : Philoſophicis ſcientijs adiunxit Mathematicas, & in Geometria præcipuè excelluit.

(6) Clariſſimus D. Simancas ex Ariſtotele ad Galenum tranſiuit ; eſt hodie Principibus & Regi charus, & ſumma prudentia ſcientiaque Medicinam practicam profitetur.

In voce *Aeſculapius* ſecunda videtur indifferens. Illam non facilè apud claſſicos ſcriptores inuenies. Prudentius dixit.

Placet ſacratus apis Aeſculapij.

Qui verſus, ſi ſit Iambicus purus, illud *ſcu* erit breue ; ſi impurus, longum.

(7) Eximium & Eruditiſſimum P. Martinum Spinoſa Clericum Regularem S. Th. Profeſſorem, ſui Ordinis Secretarium Generalem, &c. Sanè quem in pueritia fœliciter rhetoricantem vidimus, anno 1655. Romæ concionantem ſuſpexit. Scripſit Euangelicas Orationes politiſſimo calamo, ingenio & conceptibus plenas.

(8) Eruditiſſimus D. Philippus de Valtierra nomen dedit Ordini S. P. N. Benedicti in Hiſpania in Eccleſiarum-valle, quæ ad Congregationem Ciſtercienſem ſpectat. In Speculatiua & Practica Theologica eminuit ; & propter morum innocentiam & ſuauitatem iam ab annis multis ad Dei maiorem gloriam Hiſpaniam Ciſtercium gubernat.

(9) Eruditiſſimus P. Ioannes Euſebius Nierembergius inter Societatis Theologos, qui multi & magni,
——velut inter Aſtra Luna minora.
dabat operam Compluti Phyſicæ, cùm ego Logicæ. Magiſtros habuit Societatis Doctores, ſub quibus ita profe-
cit

cit vt magno accurſu & applauſu Accademiam doceret iuuentutem ea, quæ docebatur. At ego eximio D. Magiſtro noſtro, D. Benedicto Sancheaio, Viro ingenioſiſſimo & doctiſſimo; & quod priùs debuiſſem dicere, modeſtiſſimo, pientiſſimo, ſuauiſſimo operam dabam. Docebat nos ille labio ſcholaſticas ſcientias, vita Morales. Illum merita ad varia loca promouerunt, & modo ſeruit Deo & Eccleſiæ ad Monopolitanum Pontificatum prouectus: vbi eſt ſanctorum Prælatorum exemplar.

Redeo ad P. Ioannem. Noſtri Parentes D. Godofredus & D. Laurentius fuerunt intimi amici: & ideò nos ſinceram ſemper ſuimus amicitiam profeſſi: quam ingeniorum & ſtudiorum ſimilitudo intendit: nam lingua Græca, Hebræa, Chaldæa, &c. & Mathematicis Meditationibus ſummoperè delectabatur. Scripſit plurima quæ cum magna vtilitate leguntur: & tandem obijt cum opinione ſanctitatis.

Habui etiam nonnullos Condiſcipulos Principes, nonnullos Proceres, quos quia alibi digniùs celebro, ſubticeo nunc: magnæ enim illorum laudes lineis pauculis capi non poſſunt.

(10) *Idèa* (non *Idea*) apud Latinos primam & ſecundam producit. Victor.

Semper adeſt, triſteſque animos idèa fatigat.

Interim Græcè dicitur ἰδέα ἀπὸ τοῦ εἴδεος. & neſcio quid mali accidere poſſet Metametrico, qui ſ corriperet. Immò vtramq; ab Orpheo in Hymno abbreuiari reperio:

Τλῆθ' ἀλλοίοσιν ἰερὴν ἰδέαις πολυμόρφοισι

& iterum.

Ἀλλοκότοις ἰδέαις, &c.

Ergo ſi Latini vtramque producunt, Græci vtramque corripiunt, vtraque poterit cenſeri indifferens.

Eſt autem *Idea* idolum, quod mente formatur. In Metametricis à materia omni abſtrahitur, vt num. 5. luculenter expono.

Pecten pertinet ad Textoriam, & Muſicam. Virgilius 1. Georg.

Arguto coniux percurrit pectine telas;

Et Æneid. 6. vtitur pectine pro plectro.

---Iam pectine pulſat eburno.

Hinc, cùm carmina texantur [in verbo *Texo* Calepinus. *Per tranſlationem Texere ponitur pro componere, fabricare, ſcribere, compingere, concinnare*] & cantentur [Virgilius Æneid. 1. *Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena carmen.* & mox. *Arma Virumque cano.*] pectine vtimur, vt primas inſolentium verſuum concinnationes exprimamus.

(11) *Seruare* à Poetis ponitur pro *Obſeruare* Palinurus apud Virgilium Æneid. 6. lapſus in vndas fuit, *dum ſydera ſeruat*, hoc eſt, *obſeruat*.

De labyrinthis ago num. 5. & ſeqq. Et hic obiter noto omnes concinnationes Metametricas eſſe quoſdam curioſos Labyrinthos.

Monſtrum eſt, inquit Calepinus, *omne contra*(adde, *& ſupra*) *naturam*. Vnde Plautus in Eunuch. *Quid iſtud monſtri fuit?* Hinc Polyphemus *monſtrum* à Virgilio vocatur. Potuiſſet & Martialis *monſtrum* dici, inquit enim de Zoilo,

Rumpitur inuidia, quòd turba ſemper in omni
Monſtramur digito: rumpitur inuidia.

Et nuper P. Richardus, Ordinis Prædicatorum gloria, ob eximium ingenium & eloquentiam ſummam, quia ſupra communes humanæ legis regulas ſe ſubrigebat, *Monſtrum* fuit dictus. Erunt igitur *Monſtra Metrica*, carmina, quæ ſupra communes eruditionis regulas contexantur.

(12) Carmina ſurſum volantia (quæ ab inferiori parte in altiorem leguntur) ponit ob oculos *Apollo volãs*.

(13) Recurrentia verò, quæ more aduerſo à fine ad principium reſiliunt, *Apollo Retrogradus*.

(14) Decidentia autem, quæ deorſum legi poſſunt *Apollo Ruens*, ſeu *Fulminans*.

(15) *Alternis cantetis, amant alterna Camœnæ*, ait Virgilius: & ideò, in quibus alternantur voces, carmina, nouo Apollini adſcripſimus, quem *Amœbæum* vocauimus.

(16) De luſu Metametrico *Apollo Orcheſtes* diſſerit, & Philoſophos recitando ſumma donat carminis condendi notitia. [Legant, quæſo, Profeſſores Grammaticæ hunc Apollinem, & examinent, an vtiliorem luſum ſuis poſſint indulgere diſcipulis; in hoc enim intenditur pietas, & deuotio; recreatur animus; acuitur ingenium; adquiritur conformandi carmina ſumma facilitas; &, ſi de pretio agatur (nam victoria ſine præmio langueſcit) æquè ac in alijs ludis poterunt Philomuſi, aut perdere proprias pecunias, aut alienas lucrari.] Si petat aliquis, an hic Metricus ludendi modus fuerit antiquis notus? Dicam me in Horatio legiſſe.

Verſibus exacuit dicta per carmina ſortes,
Et vitæ monſtrata via eſt, & gratia Regum
Pierijs tentata modis, Ludusque repertus, &c.

Sic ille in Arte Poetica: quos verſus, per me ſtat, vnuſquiſque, vt voluerit, interpretetur.

(17) Sagittæ collimantur in ſcopum, & in murum impactæ reſiliunt: & ideò genus illud carminum quod pellitur repelliturque ſolemus *ſagittas* appellare. Interdum voce vtemur liberiùs, nam hæ accipiuntur ad placitum.

(18) De circumactis verſibus agit vberrimè *Circularis Apollo*, ad quem Cœli Metametrici pertinent.

(19) Pegmata (Hiſp. *Figuras de relieue*. Græcè, Πήγματα videlicet ἀπὸ τοῦ πήγνυμαι, *à pangendo*.) ex marmore conformarunt antiqui; ſed multò poſteà ſpecioſiùs ex ære. Sic Feſtus. Caius arte prodiga, vt Pegma faceret, argento abuſus. Audi *lib. 33. cap. 3.* Plinium *Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum viginti quatuor argenti pondo fuere*. Hanc vocem vt ex Tabula XIX. conſtat, ad Metametricam tranſtulit Reuerendiſſimus D. Gaſpar Lemens Poeta celeber; hanc etiam alij: & Ego hac occaſione Monitum hoc Politicum addo.

Tradunt Claudium obieciſſe aliquando beſtijs, qui Pegmata in ſcenam parùm feliciter produxiſſent. Ne ergo miretur Philomuſus, ſi & objiciatur beſtijs (Zoilis) quoties minùs feliciter Metametricum Pegma producat. Sed cur beſtijs? Quia quotquot ratione vtuntur, cognoſcunt Metametricorum Pegmatum difficultatem, quæ ſicut ex Artificis negligentia aut etiam ignorantia interdum, ſic etiam frequenter oritur ab ipſa Idiomatis Latini paupertate: vbi enim ad formandum Labyrinthum materia deficit, quid, quæſo, faciet vel ingenioſiſſimus Dædalus)

(20) Dicimus has Pegmatum Ideas à nobis in ipſa-

met pueritia iuuentus, & in teſtes adducimus condiſcipulos omnes, & illos præcipuè quorum nominibus Tabulam iſtam honoramus. Illas, ne perirent, coniunximus & coordinauimus; & nunc ſimul in lucem publicam prodire iuſſimus.

(51) Legi in Plauto, *Habeo aures oculatas; credunt, quod vident.* Volo igitur, ne ex aure cæcâ Catones rigidi, ſiqui fortaſſe hunc Librum legerint, in iudicium prorumpant: librent ſingula oculis, aure neutiquam ponderent, & nihil inuenient in Ideis, quod dignè condemnent aut reijciant. In verbis, quibus veſtiuntur illæ, fortè aliquid intercurret nonnunquam, quod non placeat. At tunc ab Aure cæca ad Aurem oculatam appello. Videant, obſecro, Caium Principem liberaliſſimum magnam argenti vim eliquaſſe, vt funderentur Pegmata. Sub quo Artifex, qui infœliciter produxiſſet imagines, dignus erat profectò, qui beſtiarum dentibus obijceretur. At Metametrici Pegmates (ſic vocamur, qui limamus hæc Pegmata) à Nomenclatoris auaritia pendemus; & nobis ille imaginem texturis, fila; picturis, colores; fuſuris, æra; ædificaturis, marmora; aut clarius; ille, ille, eloquuturis, voces denegat: ergo ſiquidem nobis Nomenclator Latinus non ſubminiſtrat neceſſaria, non venimus ſtatim condemnandi, ſi Ideam nobilem & pulchram, minùs nobili, aut minùs pulchro paludamento veſtiri aliquando ſinamus. Nec tamen ita diſcurſu vacuus ſim, vt exiſtimem me Catoni cuilibet ſatisfeciſſe; debebat enim Aurifex, qui carebat pretioſo lapide annulum non formare, & qui vocibus aptis non concinnare Labyrinthum. Prodeſt Horatij Monitum, qui libello illo doctiſſimo, qui de Arte Poetica inſcribitur, ſic inquit.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Verſibus, & verſate diu quid ferre recuſant,
Quid valeant numeri. &c.

Quæ ſic intelligo. Sicut plus in marmore quàm in luto, plus in adamante quàm in marmore audet Artifex: ſic plus Poeta in hac, quàm in illa materia. Peccat in legem latam ab Horatio Rhythmographus, qui hanc ideam mente concipiens; videlicet, ABABAB CC fatiget mentem, vt Ogdoaſticum ſic inceptum,

Entra Hipocrene en vn vndoſo golfo
Donde el fluxo y reſluxo es de agua dulce,

Abſoluat: nam Hiſpanicæ voces hanc perfici ſtropham recuſant: dictiones enim *golfo* & *dulce* conſonantes non habent. Ergo peccabit etiam, qui Ideas aliquas à nobis traditas grandi ore conetur exprimere, ſiquidem Idioma Latinum interdum grandes voces Ideæ reſpondentes non habet. Sed tamen non obſtante Romanæ Linguæ paupertate noſtram ſemper Ideam manebit gloria & laus: & quæ Latinis vocibus digniùs exornari non potuit, transfretabit in Græciam, vt in Editione ſecunda ſpecioſiùs & ornatiùs veſtiatur.

D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum

Lucens videns Romana Omnia.

DISTICHON.

DEXTRA tibi, Romana vides nunc Omnia? Lucens
O ſidus, cernes dexteriora magis.

Dominus Ioannes Caramuel, Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Epiſcopus Campanus.

Anagramma purum.

Sapientûm Dea Pallas cedit: Pulcris Muſis es mirus:
Si vno munere inſuis; Coronas ſume.

TETRASTICHON.

TER Dea iam Pallas Sapientum prouida, cedit:
Es pulcris Muſis mirus, Alumne Iouis.
Inſuis hæc vno ſi munere; ſume Coronas
Hinc duplices ſacras, quas tibi Roma parat.

F. Bernardinus à Caſſano Ord. Min. Strict. Obſeruan. D. Nicolai Reform. Prouinc. alumnus D. C.

CLIO NOVITER NATA

Cuius egregiam formam in ſua Poeſi, veluti hodie reuiuiſcentem, atque efflorescentem, alit, ditat, venuſtat

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Epiſc. Campanus

D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum.

Noua Clio, es Mundi Ara, Mens.

PARAPHRASIS HEXASTICHA

Noua Clio

NASCERIS vt Phœnix nunc poſt tot ſæcula: nata
Nunc ſemel, haud nunquam iure perire times.

Es Mundi Ara

In te Muſæ omnes ſacrant ſua pectora: ſacrat
Vt ſua vir magni quilibet ingenij.

Mens

Mens
Hac Phœnix, hac Ara, Ara ignis, ſurgit ab igne
Ceu Phœnix, ardens quæ tua ſcripta docet.

Contractiùs
ARA noua es, Clio, Mens Mundi; Mundus in ara
Se ſacret ergo tua, ſit quoque mente tuus.
Fr. Didacus Lequile.

Per l'Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Monſig.

CARAMVELE

In lode della ſua Metametrica, che ſtampa
in Roma, regnando la Santità
di N.S. Aleſandro VII.

S O N E T T O.

OR che candido cigno al Tebro in ſeno
Canta carmi celeſti a l'ombra aſſiſo
De la Quercia Real del Paradiſo
Che'l frutto ha d'oro, e di dolcezza è pieno.
Voline gli altri ſin dal Ciel ſereno
Dal Meandro, da l'Arno, e da l'Anfriſo
E quelli ancor, che con eterno riſo
Cinto di bianco vel portano il ſeno;
Cantin ſublimi carmi al gran Giouanni
Che ſpande gratie, e rai da l'aurea bocca
Da l'Oſtro fino a gli vltimi Britanni.
Tutto ſa, tutto inſegna. A l'alta Rocca
De le Diue, e di Febo or ſpiega i vanni,
E contro il labil Tempo i dardi ſcocca.
Dell'Illuſtriſs. Sig. Giulio Bucellini Barone del S.R.I.

D. IOANNES CARAMVEL

Optimus Præſul.

Anagramma purum.
O Amator Lucis alis Pauperes, mons mundum

Clauis Anagrammatis.
A c d e i l m n o p r ſ t u.
4 1 1 3 2 2 3 2 3 2 2 4 1 4.

D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum.
En iam nos, ac mundum alis ore.

Clauis Anagrammatis.
A c d e i l m n o r ſ u.
3 1 1 2 2 1 2 3 2 1 2 2.

D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum.
O Lumen vera dicis, ama nos.

Clauis Anagrammatis.
A c d e i l m n o r ſ u.
3 1 1 2 2 1 2 2 2 1 2 2.

IOANNES CARAMVEL

Paſtor Campaniæ.

Anagramma purum.
At Calamo, nempe ſuperas omnia; Carmina.

Clauis Anagrammatis.
A c e i l m n o p r ſ t u.
7 2 3 2 1 2 3 2 2 2 2 1 1.

Illuſtriſſimus Paſtor.

IOANNES CARAMVEL.

Anagramma purum.
En iam alter Apollo, Carus Muſis.

Clauis Anagrammatis.
A c e i l m n o p r ſ t u.
4 1 2 2 3 2 1 2 1 2 3 1 2.

Epigramma.

QVI æthereos peragis Titan modo méte receſſus,
Et Calamo hereſeos figere monſtra peris.
I quoque Plectra cie Gemini ſpes grata Lycei.
En carus Muſis, iam alter Apollo Micas.
D. Antonius de Ianuario Patr. Neapol.

ELOGIVM.

CARAMVELI

Illuſtriſſimo dignitatis ornamento,
Inclitę Hiſpaniæ, ac noſtri ſæculi Gloriæ
Bonarum litterarum emporio,
Cui heroico ingenio
Grandiloquo cothurno
Poetico, & Rhetorico decoro fuco,
Hiſtorico ſucco & omnigena eruditione
Scientiarum omnium fulgoribus
Luſtranti, atque illuſtranti
Laus eſt
Totius literarij Orbis Accademia

Quo,
Seneſcente mundo,
Magis adoleſcit Sophia;
Obſtructa ſacrorum reſerantur Arcana,
Cuius
Lacertoſis & acutis ratiocinijs,
Inuidia proſternitur:
&
Difficultatibus exenteraſis,
Veritas extracta
Inſpicitut
Fides propugnanda propagatur
Heretici profligãtur, aut luce veritatis fruuntut
Cui
Roma debet decorem, ſolitudo ſapientiam,
Amicitia integritatem.

D. Franciſcus Verde, ſe ſuaque dicet.

All'Illuſtriſſimo Monſignor

GIOVANNI CARAMVELE

Per la ſua Metametrica.

SONETTO.

QVAL GIOVE (che in tuo nome alto riſona)
GIOVANNI, dal tuo ſenno, ampio e profondo,
Madre d'ogni ſauer, noua Bellona
Mirabilmenre partoriſti al mondo.
Hor produci, qual Gioue, anco ſecondo,
Altre Dee più canore in Helicona:
E qual Gioue pur ſei, che dolce intona
Fatto in Eurota gia Cigno fecondo.
L'Aquila inuitta è la tua ſteſſa mente.
Che vola al Sol del vero, e fiſo il mira:
E d'ogni ſtigio error sbrana il ſerpente,
Ben dunque Aonia cetra hora in te ſpira:
Che de l'Aquila in ſeno ancor ſi ſente
Spirar sù i Cieli alte armonie la lira.

Del Sig. Biagio Cuſano.

Illuſtriſſimo Antiſtiti

CARAMVELI

Poetica ſyntagmata edenti.

EPIGRAMMA.

PECTORE quæ Domini recubans arcana Ioannes
Carpſit, tu noctu peruigilando rapis.
Quæ mane in Cœlis Cherubin, quæ veſpere cernunt
Aſſiduè ſpectas lucida ſub tenebris.
Dignè ergo nunc alta doces quæ metra Ioannes
Audit Angelicos explicuiſſe choros.

Eiuſdem.

Per la Poetica di Monſignor

D. GIOVANNI CARAMVELE

Veſcouo di Campagna.

CANZONE.

LASCIA l'erto di Pindo,
Bella Clio, che ti chiama
Il deuoto mio cor: ſpiega quì l'ali;
Dall'Eritra, e dall'Indo
Non m'inuoglia la fama
A mendicar teſor labili, e frali,
D'alimenti immortali
Bramo, che Palla appaghi il mio digiuno,
Ed adori chi vol Venere, e Giuno.
Sia la Fenice Ibera,
Il miracol dell'Iſtro
Glorioſa cagione a queſti inchioſtri;
Mandino a ſchiera, a ſchiera
Il Meandro, e'l Caiſtro
Stuoli di Cigni a raddolcirſe i roſtri;
In queſti Fogli noſtri
Pretioſa materia habbia il lauoro,
Non ſpande arene il Tago altre, che d'oro.
Riueriſci, ed ammira
Rediuiuo il Dirceo,
E racchiuſa in vn ſen l'ombra di Manto;
Quanto l'Auſonia lira
Traſſe dal lido Acheo
(Mirabil moſtro) è d'vna penna il vanto:
Sotto ſacrato ammanto
Comparſo è Febo, e per virtude occulta
Hoggi in faccia del Tebro il Reno eſulta.
Pompa della Natura
CARA all'Itale piagge
Sparge MEL d'Helicona Ape ingegnoſa;

Corra

Corra a lei, chi procura
Tra le menti più ſagge
Del tempo trionfato irne faſtoſa:
Degn'e vita famoſa
Ch'eſtratti dalla man d'Atropo hoſtile,
Stami di gloria eternità gli file.
Con tremendo ardimento
Aggroppò monti a monti
Per farſi ſcala al Ciel l'antica Etade;
Impeto violento
Con diſuſati ponti
Delle nubi calò l'aeree ſtrade;
D'Abiſſo le contrade
Tremar ſuenate, e dall'eſtrema poſſa
Traballaro ſchiantati Olimpo, ed Oſſa.
Ma che prò! fu l'ardire
Cagion della caduta;
Mentre vanno di par ruina, e volo:
Di Gioue eſpoſta all'ire
L'Arroganza abbattuta
Si rimirò precipitata al ſuolo,
Per ſegno in faccia al Polo
Del caſtigo l'imagine ſeuera
Scritta a note di fumo il Cielo annera.
Lungi, lungi, ò profani
Da veridica Muſa
Fantaſmi, imaginati, ombre mentite:
Non penetra gl'arcani
La sù pupilla ottuſa,
Per vagheggiare il Ciel ſenz'occhi e Dite.
Deliranti, o ſopite
Fur le menti de' Vati: ha viſta frale,
Se la fè non l'affina, occhio mortale.
Da penna vaneggiante
Tranne ſenzo aſſodato,
Muſa, e ſcriui a caratteri immortali,
Queſti è'l vero Gigante,
Che sù'l monti appoggiato
Di Pindo al Ciel di Gloria impenna l'ali;
Di fulmini mortali
Pauentar non può mai l'ire, e i furori;
Son ſicuri da fulmini gli allori.
Da ſuoi colli natiui
Spiccò volo lontano,
E ſe'l mira vicin l'Etruſco Atlante,
Fra'l *Senato de i Diui*
Collocarlo la mano,
Che le chiaui ha del Ciel, ſarà baſtante:
Quando ciò ſia fumante
Vò che d'ambo sù l'Ara i ſimulacri
All'Immortalità meco conſacri.

Del Sig. Carlo Plantamuro.

A QVILA LAVREATA (*)
Illuſtriſſimo Domino

IOANNI CARAMVELI

Alluditur ad eius Inſignia.

BELLATRIX Volucris cur hic ſpectatur inermis,
Quæ ſolet irato fulmina ferre Ioui?
Antra Aetnæa tonent, ſudate metalla Cyclopes,
Ionibus alatis Mulciber armet Auem:
Ah non Phlegra gemat, ſileant incudibus ictus,
Dormitent fabri, fulmina capta cadant:
Hæc volucrem Regina, Dei ingenioſa Miniſtra
Non eſt externis indiga fulminibus;
Eſt calamus fulmen, lauro galeata perenni,
Hæreſibus domitis, ſacra trophæa refert:
Fulmina cum lauro rumpant diuortia: Damphne
Phœbæos Ignes Virgo fouere poteſt:
Hinc Reginæ Aquilæ Pæan modulentur olores,
Fulmina fert calamo, laurea ſerta comis.

(*) Meminit libri P. Franciſci Bonæ-Spei contra Caramuelem editi, qui inſcribitur NOCTVA AD AQVILAM

D. Dominicus Baptiſta.

IDECVS Heſperiæ ad Pindi culmen leuitatem
Corrige Pieridũ vel grauitate tua.

Eiuſdem.

Circa operis titulum: primus Io: Caram. calamus oculos ponens Metametricam.

Quis volat in ſummo Parnaſſi veſtire montis?
Eſt *Magnus primo Caramuel Calamo.*
Si ſuprema petit dum primas explicat alas,
Non habet vltra quod penna ſecunda volet;
Scribere res metricas poſt hac non audeat vllus:
Scribi quę poſſunt hac *Metametrica* habet.

Eiuſdem.

Caramuel multiformes exornat labyrinthos.

Dum labyrinthæis Muſas in flexibus arces,
Per terras penna liberiore volant.
P. Eugenius à S. Ioſepho

Al-

All'Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Monſig.

GIOVANNI CARAMVELE

Abbate di Monſerrato, e Ve-
ſcouo di Campagna.

SONETTO.

A MONSERRATO o Muſe. Or quiui Apollo
Col plettro d'or grandeggia e ſpanderai,
Vanne coro diuin, che ben vedrai
Di quanto lume il gran Fattor colmollo.
De le Diue lo Fluol bene aſcoltollo
E diſse, che tropo lo non l'inalzai,
Ma co'l douuto titolo il nomai,
Che'n vero Febo il Ciel gia traſformollo.
Volino i Cigni dal'vſato luogo
Laſciando il Dio di Delo, e diano omaggio
A queſti, e ſia lor vanto il nuouo giogo.
Col ribellarſi acquiſteran vantaggio
A le lor glorie, e al vero io non derogo,
Che'l Gran Caramuel di Pindo è'l ſaggio.

EIVSDEM.

Carámuel vel Theologicis, ac Philoſophicis occupatus pręclarè de Poeſi ſcribit.

DISTICHON.

EGREGIE hic Phœbum pingit, colit ipſe Mineruam;
Omnes miramur Caramuelis opus.

Del Canon. D. Gio: Battiſta Aloiſio Dottor di Legge.

TRIVMPHVS

ELEGIA

Ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum

IOANNEM CARAMVELEM

QVALITER immenſam nullis augetur ab vndis
Oceanum, quamuis cuncta fluenta bibat:
Sic tua, Caramuel, creſcet nil gloria lauſque
Te celebris quamquam tollat ad aſtra Maro.
Tollat ad aſtra Maro ſtygijs reuocatus ad vndis,
Natus & Vrania, Mercurioq; Linus,
Haud vaſto iacet Orbe locus tam diſſitus, in quo
Non ſit Virtutis Fama vagata tuæ.
Omne tibi plaudit Latium. plauditq; ſuperbum
Accola Danubium qui bibit, atque Tagum.
Auguror & plaudet gelido ſubiecta Trioni,
Atq; Hyperionij Gens male adusta face.
O ſophię lumen præſtans, ò Pallados altæ
Maxima cura Deæ, mnemoſidumq; decus!
O qualem, gemino quondam cui nulla ſub axe
Secla tulere parem, ſera nec vlla ferent!
Quas, etenim Natura ærata clauſerat arca,
Illa Tibi arcanas prodiga prompſit opes.
Nec gazas crediditſſe ſuas nunc pœnitet, illas
Ipſe augere potes, dilapidare nequis.
Enthea naſcenti finxit tibi pectora Phœbus,
Edocuitque ſacram ſollicitare chelym.
Qua modo vitales potis es dare cautibus auras,
Et potis es rigidi flectere corda Iouis.
Aſt vbi maturos ætas adoleuit in annos,
Maior & in membris vis generoſa fuit,
Ingenioq; ſimul; ſophiæ penetralia diuæ
Intima pulſaſti proſperiore gradu.
Hic Te feſtiuo excepit ſapientia vultu
Et Pitho, ambroſius cui fluit ore liquor:
Oſcula figentes manibus, frontique venuſtæ,
Oſcula ſiderijs inuidioſa dijs
Oſcula, quæ melius, quam Helenes mirabilis herba
Perfundunt hominum pectora lætitia.
Oſcula, quæ melius, quam pocula nobilis Hebes
Æternos donant viuere poſſe dies
Dumque manu prenſus tota ſpatiatus in æde es,
Omniaque hauſiſti mente, oculoque pede:
Agmine Te facto comitatur Turba Dearum,
Quæ quondam Terris corripuere fugam.
Scilicet affulgens dextera cui fulgura tenſis,
Et geminas lances celſa Virago regit:
Quæque almo Populos moderari fœdere Pacis
Proemiaque & pœnas diſtribuenda docet.
Maturoſque agitans ſolers prudentia motus
Omnia lynceo lumine proſpiciens.
Armipotenſq; tegit forti quę robore pectus
Et rutilans validum cui grauat vmbo latus;
Ne fortis cedat iaculis cor, neue tumeſcat
Inſtabilis rider quando ſecunda Dea.
Vltima baccantes animi quæ temperat iras
Luxuriæque feram Gorgona calce premit.
Parte alia occurrunt nuptæ velamine frontes
Simplicitas, Pietas, Religio, atque Fides.
Sicq; omnes blandis paſſim venerantur ocellis,
Munera certatim dantq; ſubinde Tibi.
Ipſa ſed in primis Sapientia ſede locata
Stellanti tandem, nobile cincta caput.
Nobile cincta caput varia Nereide bacca

Te

Te prope, ſubridens dulce, ſedere iubet.
Eque ſuis tollens digitis Adamanta, micabat
Plurima quem circum gemma reuincta ſimul
Aptauit iuuenis digito, ſic labra reſoluens:
Accipe, macte, meum pignus amoris adeſt
Sic tua, ſic virtus toto fulgebit in Orbe,
Gemmarum medio ceu nitet iſte lapis.
Quin veluti Noctis rutilos intermicat ignes
Pulchrior argento Luna ſuperba ſuo;
Sic Tu illos inter finxit queis ora Prometheus
Iapetionides, igne animata Poli,
Ingenio ſtabilis maior, Genioque, Ioannes
Caraq; ſpes Hominum, ſpes quoq; cara Deũ.
Nec mora, Cycnæis properat peruecta quadrigis
Fama, per æthereas currere docta vias
Et iuuenem geminę arrollit ſuper Eſſeda dextrę
Auxilio, volucres iſtimulatque feras:
Inſtimulat: placidæ per inania Regna Iunonis
Quaq; dies oritur, qua moriturque dies:
Quaq; fluit Tanais, Xanthus, Mæander, Orontes
Termodoon, Ganges, Phraſis, & Iſter Halys:
Et rutulis Pactolus aquis, flauusq; Lycormas.
Mygdoniusq; Melas, Heſperiusq; Padus:
Quaq; tumet Patris ſeptano colle Quirini
Imperij, tollens Tybridis vnda, caput.
Sicq; regens Volucres læua, vocale metallum
Dextera, quo reſonat grandia geſta Virum:
Æra inſtat paſſim complens mugitibus Orbem
Immenſum, & voces vocis imago refert:
Aurea felici, remeant iam tempora ſigno
(Illa ait) imperium falciferique ſenis
Cedite Romani ſcriptores, cedite Graij,
Omnis cui virtus debeat, vnus adeſt.
Dumque rotis liquidam tranat feruentibus æthram
Currus, & Aligeris ocyor, atque Notis;
Obſtipam Terris frontem declinat Olympus,
Claraque qui tangit ſidera celſus Atlas.
Pictorum latè exultant conuexa Polorum,
Et plaudunt tremulum, ſidera prona caput.
Sol medio ſiſtit Coelo, figitque quadrigam
Flammiferam, fundit mitor atque iubar.
Ante triumphantem ludunt chariteſque ociq;
Et ducunt agiles Turba nouena choros.
Hinc dulci ſpirant flatu Zephyritides Auræ,
Indeque Orontæus ſuauior halat odor.
Hinc caput irrotat roſeo Matuta liquore,
Floraque odoratis floribus indè tegit.
Vndique feſtiuus Florum perfunditur imber,
Vndique congeſtas copia verſat opes.
Dumq; igitur, ſuperum cętu ſpectante, theatro
Aeris in medio hæc feſta peracta manent;
Attoniti ſurſum mortales ora fatigant,
Murmure plaudentes, nutibus, atque manu;
Vna, nigras lacerata comas, pectuſq; cruenta,
Torua oculis, vultu putida, dente ferox!
Exilis collo, oblongas nudata papillas,
Tum monogramma manu, tum monogramma pede
Aſpiciens, triſtes perfundit pectore voces,
Sanguineis, turpes fletibus vda genas:
Et nunc præduro contundit pectora ſaxo,
Et nunc latratu percutit aſtra fero;
Tabificum patulo paſſim vomit ore venenum,
Et ſtygia ſordent labra cruenta lue;
Immaneſque vocat ſuperos, immania Fata,
Totaque ſic lucta contumulata ſuo eſt:
Inuidia olli nomen, Auerni erupta Tenebris
Alterius ſemper fœda inimica Boni.
Hæc mihi, *CARAMVEL* decorat cui nobile mitræ
Infula ſacra caput, Calliopea tulit.
Illa etenim mecum Permeſſidos amne relicto
Degebat, longos poſt habitura dies.
Cum Te ſic tenuem peruectum vidit in æthram,
Lætitiæ, & tantas ebibit aure vices:
Et mox occurrens choreis ſe miſcuit illis.
Eia age, macte Pater, viue, reuiue, Vale:
Viue, reuiue, vale Phrygiam traſcende ſenectam
Atque memor noſtri viue, reuiue, Vale.

D. Ioſeph Veſtanus Capuanus.

Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominus

IOHANNES CARAMVEL

Epiſcopus Satrianenſis, atque Campanus.

ANAGRAMMA PVRVM.

Solicitans plectrum, en lenis es, en ſuauis es, en radians ouas, ſummuſque triumphos
Cycnus Amoris Paradiſi.

HARMONICVS CONCENTVS.

QVIS modò telluris ſpatioſis viuit in oris?
Sceptra quis alta regens, moderatur numine Vates?
Quis patrios inter numeratur in Orbe Penates,
Lege viros, cithariſq; beans Helicona ſonoris.
Ne mirum. En ſummus Paradiſi Cycnus Amoris
Sollicitans plectrũ, legum pretioſus Achates
Ecce Lycurgus ouas, charites cui pectore grates
Perſoluunt, Muſæq; modis dant vota canoris;
Ferrea prætereant, ſint pluribus aurea luſtris
Sæcla, minax reprimant liuoris edacia roſtrũ

Tem-

Tempora, Rana nocens ceſſet blaterare palu-
ſtris
Geſtiat, Aſtræam geſtans, moderamine, ploſtrum
Iubilet aonijs victrix Orcheſtra liguſtris:
Lex vbi, Metra vigent, maieſtas imperat, oſtrũ.
Canonic. D. Lucas Carolucius Altamuranus.

ÇARAMVEL
ANAGRAMMA PVRVM
è CAELVM.

ECCE è quippè ſonat, dat CAELVM lumine pompas;
Tu Cœlum fulges, munera Cara pluens;
Tu nunc Melle iacis fundamina miſta Polorum,
Et prò calle ſimul lactea dona paris;
Prò muris condis cryſtallos ordine, Phœbum
Ac prò Rege refers, ſidera proque viris;
Pròque plagis zonas, pro Iudicibuſque Planetas,
Pròque petris gemmas, aurea ſceptra locas:
Spiritus è nitidis venit ille poëticus Aſtris;
Es cœleſtis olor, ſerta poëſis olens;
En ſua ſub Alexandro ſplendet fabricata Poëſis,
Lauriferis palmis ritè dicata viget;
Te Cœlum Cœlis meritò ſub ſidere montes
Tollent, ſacra Ioui Quercus ad aſtra vehet.
Eiuſdem.

IOANNES CARAMVEL
Epiſcopus

ANAGRAMMA.

A poeſis omine, ceu Pan clarus.

EPIGRAMMA.

PAN, qui curat oues, calamos con-
iungere plures
Inſtituit cera, qui inde debere ſo-
num.
Caramuel hominum cuſtos ſic reperis artem.
Pangere quà Vates metra ſonora queant.
Omine ceu clarus ſaltat Pan tale Poeſis
Seù potius Pœan Pana ſonare doces.
Ergò tibi cædat Lyricen Venuſinus Alumnus,
Ac ſophiæ Princeps ipſe poëſis honos.
D. Paulus Orontius Altamuras Academ. Furiatus.

SONNET (a)

De Monſig. de S. Seruais François a
Monſig. L'Eueſque

IEAN CARAMVEL
Eſpagnol, &c.

AQVEL Comble d'honnoeur, Vierges dignes d'enuie?
Vous Voyons nous fleurir? Par vn ſort plus qu'heureux
Muſes par quels attraits, voſtre mont glorieux
A-t'il Rendu l'Eſpagne a vos loix aſſeruie?
Terreſtres Deitez? Ditez le vous en Prie
Le parnaſſe eſt Il bien ſi fort delicieux?
Qu'à vous le Cultiuer, d'vn ſoin tant ſtudieux
Soit Induit ſon plus Rare & plus ample genie?
Nos fleurs de lys ſans doute y Perdront de l'eſclat
A l'aſpect fleuriſſant d'vn ſi digne Prelat
Qu'on peut dire d'Eſpagne eſtre la fleur d'elite
Mais ſans Decheoir Pourtant de leur noble Vigueur
On ne les y Verra Iamais Mieux eſtre en fleur
Que lors qu', il y faudra Couronner ſon merite.

(a) A *ſono. as*, habet Latinus *ſonitum*: hinc deduxe-
runt nomen Heroica illa Poemata, quæ apud Italos &
Hiſpanos frequentiſſima ſunt, & binis Triſtichis Tetra-
ſticha bina præmittunt, vt conſpicis. At nomen *ſoni-
tum* variè diuerſæ Nationes corrumpunt. Omnes con-
uertunt I in E. Galli duplicant N. Itali T. hic obiter
admonuiſſe ſufficiat.

TYPOGRAPHVS

IN Carminum præcedentium ordine, ne quæras ordinem; omnia ſunt optima, omnia prima. Sed quia omnia, quæ veneramur eodem loco, in eundem non potuimus componere, ne omninò carerent ordine, Abecedarij literas ſequuti ſumus.

L E C T V R O

Quid in CVRSV HVMANIORVM LITERARVM continεatur, expendo?

ARTIVM liberalium nomine Mathematicę, Humanioreſque ſignificantur: quas quidem diſtinxiſſe videtur Cicero 3. *de Orat.* nam ait, *Omnis Ingenuarum & Humanarum Artium doctrina vno quodam ſocietatis vinculo continetur* Ecce ſcitè Ingenuas, ſeu Mathematicas, ab Humanis ſecernit & de his *in Orat. pro Archia Poeta* diſſerens *Omnes Artes*, inſit, *quæ ad Humanitatem pertinet* (hoc eſt, *Omnes Artes Humanæ*) *habent commune quoddam vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur*. Et quidem ſummam Mathematicæ inter ſe, ſummam Humanæ inter ſe ſeruant Analogiam: [Stat enim illud ſemper Axioma, *Oportet ita ſcribere, vt loquimur*. Si Ortographia perfecta ſit, eſſe verum. Etiam illud, *Oportet, ſicut de metricis metricè, ita de Rhythmicis rhythmicè philoſophari.* &c. & tranſeundo ad Matheſim. *Sicut de Arithmeticis arithmeticè, & de Geometricis geometricè, & de Logarithmicis logarithmicè, ſic etiam oportet de Muſicis muſicè philoſophari*. Dici debet] at ex Humanioribus ſcientijs ad Mathematicas, aut ſaltem ad omnes, aut contrà, per Analogiam dari tranſitum neceſſarium non video: nec enim aliquis inter Ortographiam & Aſtronomiam parallelam aliquam, quæ doctrinalis ſit, connexionem oſtender [nemo enim dicet, *ſicut de Rhythmicis rhythmicè. ſic etiam de Aſtronomicis aſtronomicè; aut de Aſtrologicis aſtrologicè debebimus philoſophari*.]

Omnes hæ ſanè ſcientiæ *liberales* dicuntur, quòd à liberis tantùm diſcantur: & vulgo cenſentur eſſe ſeptem, ſed plures poſſent. Continentur hoc Carmine.

Litera, Lingua, Tropus. Numerus, Tonus, Angulus, Aſtrum. Penthemimeris ob oculos ponit Humanas; nam cæteræ Mathematicę ſunt.

Litera ſignificat Orthographiam, ad quam Polygraphia, & ſteganographia reduci debent.

Lingua Grammaticam: & quia Rhythmica & Metrica ſeorſim non recenſentur, huc pertinere dicendæ ſunt.

Tropus ob oculos ponit Rhetoricam, quæ dat Linguæ, vt ornatè loquatur.

Sunt, qui Dialecticam liberalibus ſcientijs accenſeant: ſed iam obtinuit vſus, vt Philoſophia in Logicam, Phyſicam & Ethicam diuidant Scholaſtici. Tranſeamus ergo ad Mathematicas

Numerus Arithmeticam indigitat: quam Logarithmica nobilitat, & ſummâ donat facilitate. Addidimus & nos Anarithmicam, quæ quęſtiones dirimit, quæ in numeris ignotis fundantur.

Angulus Geometriam in memoriam reducit: quò aliæ omnes Facultates attinent, quæ in continua quacumque quantitate menſuranda occupantur.

Tonus Muſicam exhibet; & meritò inter Arithmeticam & Geometriam locatur, nam vtriuſque conſors, vocis ſonoræ numerum, nec non longitudinē, latitudinem, profunditatemque contemplatur. Hæc eſt duplex: nam vel Cantum Firmū, vel Harmonicum ſpeculatur. Vtramque faciliorem reddidimus, & nouis inuentis ditauimus.

Aſtra, illorumque motus Aſtronomia metitur: ſecumque Aſtrologiam conducit, quæ niſi ſobria ſit, homines in errores propellit: & ſobrietate caret, vbi liberum Arbitrium ſubijcit ſtellarum influxui: nam, vt prudentiſſimè affatur Ptolemæus, *ſapiens dominabitur Aſtris*.

Nos igitur, vt omnis vitetur confuſio, liberales ſcientias, vt diximus, in duas claſſes diuidimus: quarum Humanas prior, poſterior contineat Mathematicas: & quia in ſingulis à calcé ad metam currimus, in quinque Curſus, quia longum eſt, diuidimus ſcientiarum ſtadium.

Curſus Artium Humanarum eſt primus: quem ſequitur *Curſus Mathematicarum Facultatum*: tertio ponitur loco: *Curſus Philoſophiæ*: ſibi vendicat quartum *Curſus Theologiæ*: & tandem quintum *Curſus Ethicus ſeu Moralis*: & huius vltimi *Philoſophia ſecundum dici, Logica Moralis, Philoſophia Moralis*, & *Theologia Moralis* ſunt partes.

De alijs Curſibus multis in locis diſſero, nunc breuiter de primo tractabo.

Artes Humanæ, quæ ad primum Curſum pertinent, variæ ſunt, at hæ noſtro calamo dilucidantur [Noto præcipuas: multæ enim ornatus gratia interſeruntur, quæ in hoc Summario Indice recenſeri non debent.]

I. Tractatus Proœmialis, *de ordine ſubalternatione & diuiſione ſcientiarum*. Præbet lucem, vt pręcognoſcat Lector omnes Artes & Scientias; omnes Inertias etiam, quæ vel à nobis tractandæ, aut repudiandæ.

II. *Or-*

II. *Ortographia*, quæ omnium nationum, quæ hodiæ notæ, characteres delineat & exponit.

III. *Steganographia*, quæ de clandeſtinis litteris diſputat, & multas ciphras ingenioſas proponit. Huc pertinet commentarius ille in Ioannem Trithemium, quem Coloniç Agrippinæ anno 1635. in lucem miſimus: qui tamen nunc prodibit & correctior & auctior.

IV. *Grammatica Latina*. Cuius ſpecimen nunc ob oculos ponit Metametricus Prodromus, at ſcholijs opportunis illuſtrata dabitur. Accedent Antiqui Idiomatis Meditationes, quæ Criticis ſunt neceſſariæ.

V. *Grammatica Græco Latina*. Agit de Græcis vocibus Latio donatis, multæ enim iura originis retinent, nec ſemper volunt legibus Romanis coarctari.

VI. *Grammatica Græca*. Et hæc, quæ ab alijs difficiliùs, ſumma facilitate tradit.

VII. *Grammatica Hebræa*. Ortam à punctorum irregulari multitudine tempeſtatem proſcribit, demonſtratq; literas *Aleph, He, Vau,* & *Iod* eſſe vocales: quod tentarunt nonnulli, nemo abſoluit. Huc pertinet linguæ ſanctæ Theſaurus, in quo cogitatam Hiſtoriam paucis Carminibus Latinis expreſſam Philomuſus addiſcet, nullamq; vocem aut literam Hebræam inueniet, & tamen inde vna facili Regula ad cuiuſcumq; Hebrææ dictionis ſignificationem perueniet. [Accedunt *Grammatica Syriaca* & *Arabico Hiſpana*, illa etiamnum peregrinaturis ad Maronitas proderit: hæc dabit linguam, quæ iàm perijt: qua videlicet vtebantur in Hiſpania Mauriſci, qui anno 1610. ſumma Philippi III. prudentia & prouidentia expulſi ſunt.]

VIII. *Grammatica Hiſpana*. Volui hanc in gratiam noſtræ Çentis ſcribere: quæ enim hucuſq; vulgatæ, non placent: nam lingua noſtra plurimum abeſt à latina, & tempus perdunt, qui illam omnino inſtar latinæ volunt tradere.

IX. *Grammatica Sinenſis*. Hæc, quò magis ignota, magis à Belgis & Germanis expetitur. Habeo etiam huius linguæ Lexicon, quod iam iam edidiſſem, ſi fuiſſem idoneos ſculptores nactus.

Adduntur aliquæ Obſeruationes in alias linguas, quæ eruditis curioſiſque ſeruire poterunt.

Verbum Subſtantivum Sum.

Indicativus.

Præſens imp.	*Sum, ĕs, eſt: sŭmŭs, eſtĭs. ſunt.*		
Præt. imperf.	*ĕram, ās, ăt*	Form.	I.
Præt. perfect.	*Fŭi, iſtī.*		III.
Præt.pluſq.p.	*Fŭĕram, rāt.*		I.
Futur.imperf.	*ĕrō, rĭs.*		II.
Futur.perfect.	*Fŭĕrō, rĭs.*		I.

Imperativūs.

Tū ĕs, l. eſtō. Illĕ eſtō. Vōs eſtĕ l. eſtōtĕ Illī ſuntō.

Optātiuūs, ſubiūctivus.

Præſens imp.	*Sim, sīs*	Form.	I.
Præt. imperf.	*Eſſem, es.*		I.
Præt. perfect.	*Fŭĕrim, rĭs.*		I.
Præt.pluſq.p.	*Fŭiſſem, ſſēs.*		I.
Futur.perfect.	*Fŭĕrō, rĭs.*		I.

Infinitivus.

Præſens imp.	*Eſsĕ.*
Præt.perfect.	*Fuiſsĕ.*
Futurum	*Fōrĕ* à *Fōrem.* i, *Eſſem.*
Participium.	*Fŭtūrus, ă. um.*
Supinum.	* * *

NOTA Legimus, *Fōrēm, fōrēs, forēt, fōrent*, non autem *foremus, foretis.* inde etiam *āffōrem*: Et reperitur non ſolùm *Fōrĕ*, ſed & *affōrĕ, conforĕ, dēfōrĕ, perfōrĕ, prōfōrĕ.*

Compoſita Verbi. Sum.

Hæc vltima, quæ notabam, poſtulare videntur, vt aliquid de compoſitis verbi ſubſtantiui dicatur. Multa illa, ſed vſus approbauit ſequentia.

Adſum, ădēs; Adſuī.
Abſum, ăbēs; Abfŭī, l. *affui* hinc *Abſens.*
Dēſum, dēēs; Dēfŭī [*ee* ſæpe tranſit in *ē*]
Inſum, ĭnēs; Infŭī.
Poſſum, pŏtēs; Pŏtŭī & hinc *Potens.*
Præſum, prēēs; Præfŭi.. & hinc *Præſens.*
Prōſum, prōdēs; Prōfŭī.

Omnia ſequuntur verbum *Sum*, præter *Poſſum* & *Prōſum*, de de quibus nonnihil addendum.

Poſsum.

Indicativus

Præſens imperf.	*Poſſum, pŏtĕs, pŏteſt: Poſsŭmŭs, pòteſtĭs, poſſunt.*
Præt.imperfect.	*Pŏtĕram, pŏtĕrrās, &c.*
Præter. perfect.	*Pŏtŭi, pŏtŭiſtī, &c.*
Præt. p.q. perf.	*Pŏtŭĕram, pŏtŭĕrās, &c.*
Futur. imperf.	*Pŏtĕrō, potĕrĭs, &c.*
Futurum. perf.	*Pŏtŭĕrō, pŏtŭĕrĭs &c.*

Imperativus.

Pŏtēs, pŏteſtō, pŏteſtĕ (poteſtote, poſſunto.) Priora raró, & poſteriora nunquam leguntur.

Optativus, Subiunctivus.

Præſ. imperf.	*Poſsim, poſsīs &c.*
Præt. imperf.	*Poſſem, poſsēs. &c.*
Præt. perfect.	*Pŏtŭĕrim, pŏtŭĕrĭs, &c.*
Præt.p.q.perf.	*Pŏtŭiſſem, pŏtŭiſsēs, &c.*
Futur.perfect.	*Pŏtŭĕrō, pŏtŭĕrĭs, &c.*

Infinitivus.

Præſens imp.	*Poſsĕ*

Præt.

Præt. perfect. *Pŏtŭiſſĕ.*
Participium *Pŏtens.*

Proſum.

Coniugatur vt *Sum.* omnibus perſonis incipientibus à vocali præponit *Prod.* cæteris *Pro.* ſubſcribo primas.

Indicativus. *Prōſum. Prōdĕram, Prōfŭī, Prōfŭĕram, Prōdĕrŏ, Prōfŭĕrŏ.*
Imperativus. *Prōdĕs, Prōdeſtŏ, &c.*
Optativus. *Prōſim. Prōdeſſem, Prōfŭĕrim, Prōfŭiſſem, Prōfuĕrŏ.*
Infinitivus. *Prōdeſſĕ. Prōfŭiſſĕ.*
Participium *Prōfŭtūrŭs.*

NOTA I.

De Futuro Perfecto, & Imperfecto.

D*Vo Futura in verbo* Sum *poſuimus, videlicet* Ero, *&* Fuero: *& vt doctrinæ conſequentiam ſeruemus, duo etiam ponemus in alijs,* Amabo; Amauero *&c.* Docebo, Docuero, *&c.* Legam, Legero, *&c.* Audiam, Audiuero, *aut* Audiero *&. primum* imperfectum, *ſecundum* perfectum *vocavimus.*

Ero, *Io ſarò,* Yo ſeré. *non dicit exiſtentiæ terminum, finem-ve: at* Fuero, *Io ſarò ſtato,* Yo auré ſido, *finem importat; idem eſt enim* Fuero, *ac* Tempus erit, in quo ego jam non ſim, ſed ante fuerim: *nempe,* Tempus, in quo eſſe deſierim. *et hanc ob rem hoc Futurum* Exactum *à Varrone vocatur. Cicero ad Atticum lib. 9. Epiſt.* 18. Cùm tu hæc leges, ego illum fortaſsè conuenero. *Sarò forſe andato à trouare colui,* Auré quizas tratado con el. *Idem Appio lib.* 2. Cùm in prouinciam veneris, ego annuum munus confecero. *Harò finito,* Quando vendras (vengas) a la prouincia, yo ya auré acabado el tiempo de mi cargo, que no dura ſino por vn año. *Terentius Adelph. Act.* 2. Vbi illinc rediero, refrixerit res. *Quando io di là ſarò tornato, la coſa ſarà raffredatta.* Quando yo voluerè (vbiere vuelto) de allà, eſta dificultad eſtarà resfriada (acabada)

Interdum Viri Eruditi perfectum pro imperfecto adſumunt. Terentius Andr. Act. 2. Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. *Se egli ſcopriſſe, che tu non riceui in mala parte il ſuo trattare, farai, che proceda con negligenza.* Si llegare a entender, que tu no te entadas (enojas) de ſus acciones, haràs, quæ proceda con negligencia. *Senſus hiat, vt in hoc Authore ſæpe ſolet. Debuit dicere,* Si te æquo animo id ferre dices (*melius,* dixeris, aut oſtenderis) negligentem (imò, audentiorem) *feceris.*

NOTA II.

De Imperatiuo.

M*Odum Imperatiuum à Mandatiuo, & in ipſis Præſens à Futuro nonnulli Viri docti diſtinguunt, ſed: quo fructu? Multa dicuntur ingeniosè, & ſubtiliter, quæ à Magiſtris ſciri poſſunt aut debent, & à diſcipulis vtiliter ignorantur.*

NOTA III.

De Optatiuo.

P*Atres Societatis Madriti Antonij Nebricenſis* Inſtitutiones *reformarunt; nec Optatiuū à Subjunctiuo diſtinxerūt; ſic docti ab ipſis fuimus, nec hodie hanc diſtinctionem eſſe Philomuſo neceſſariam putamus. Interim, ſicui Modorum multiplicatio placeat, ſic illos ordinet.*

Optatiui Præſens, & Imper. vtinam eſſem. *Perf.* Vtinam fuerim. *Plus quam perf.* Vtinam fuiſſem. *Futurum,* Vtinam ſim.

Coniunctiui Præſens, Cùm ſim *Imperf.* Cùm eſſem. *Perfect.* Cū fuerim. *Plus quam perf.* Cùm fuiſſem. *Futurum,* Cùm fuero.

S*Vnt, qui duos etiam Módos (Potentialem, & Permiſſivum addunt: ſed quia nec diſtinctionem ipſi beneexponunt, nec nos bene intelligimus, de illis non ſumus ſoliciti. Interim, ne nihil dixiſse videamur, lineas ſubſequentes ſcribimus.*

Præſens. *Cicero in Verr.* Sit ſacrilegus (*Per me licet: ſit ſacrilegus. Eſto: ſit ſacrilegus*) Que me importa a mi? ſea ſacrilego, o lo dexe de ſer, ſi quiſiere.

Præter. perfect. *Cicero in Verr.* Seditioſus homo C. Carbo fuit. (*vtilis*) fuerit alijs. *A la Republica le fue pernicioſo con ſus ſediciones Caio Carbon, demos, que à otros les aya ſido vtil, que importa?*

Præter. plus quam perf. *Virgilius 4. Aeneid.* Verum anceps pugnæ fuerat fortuna. *&c. Martialis lib. 1. epiſt. 78. de Mutio Scævola.* Si non erraſſet, fecerat ille minus. *Ponitur hîc* fuerat *pro* fuiſſet. *Paulò aliter diceret hæc Hiſpanus.* Yo, ſi no viniera Pedro, le mataba (le mato)

Futurum. *Cicero 2. Academ. ſic inquit.* Age: reſtitero Peripateticis, Subſtinuero Epicureos. *Clariùs ego.* Age: reſtiteris Peripateticis, ſuſtinueris Epicureos. *Haz lo que quiſcieres: te oppondràs à los Peripateticos, tolerarās à los Epicurèos (reſiſte, tolèra) y que ſe me da a mi de todo eſo?*

VERBA
Adiectiua.

H*Abent Latini quatuor Coniugationes; videlicet* Amo, Doceo; Lego, Audio: *quas præſens Tabula ob oculos repræſentabit. Habet duas Voces, Coniugatio: Actiuam, & Paſſivam: in priore habet omnia tempora, & modos, quæ Verbum Subſtantivum; in poſteriore caret Præteritis perfectis, & pluſquam perfectis; & Futuris perfectis: & loco illorum vtitur Verbo Subſtantivo, & Participio Præteriti paſſivi dicens: in Præterito perfecto Indicativi,* Amatus ſum, vel fui; Amatus es, vel fuiſti: *&c. in pluſquam perfecto,* Amatus eram, vel fueram. Amatus eras, vel fueras. *&c. in Futuro perfecto,* Amatus ero, vel fuero. Amatus eris, vel fueris. *Eodem omnino modo proceditur in ſubjunctivo: nam in Præterito perfecto dicitur* Amatus ſim, vel fuerim. *in pluſquam perfecto* Amatus eſſem, vel fuiſſem. *in Futuro perfecto* Amatus fuerim. *& tandem in Infinitivi Præterito* Amatum eſſe vel fuiſſe. *Sed quia de marticipio redituris eſt ſermo, conſideremus, & bene Pandemus memoriæ Verbum ipſum.*

Prima Coniugatio Amo.

ACTIVA. *Indicatiuus.*

Præſens.	*Amŏ. ămās.*	I. forma
Præt. imperf.	*Amâbam, bās.*	I. forma
Præt. perfect.	*Amauī, viſtī.*	III. forma
Præt. p.q. perf.	*Amāu'ram, rās.*	I. forma
Futur. imperf.	*Amâbô. bĭs.*	II. forma
Futur. perfect.	*Amāuĕrŏ, rĭs.*	I. forma

Imperatiuus.

Tū ămā, vel *ămâtŏ. Illĕ ămâtŏ. Vōs ămâtĕ* vel *ămâtôtĕ. Illī ămantŏ.*

Optatiuūs, Subiunctiuus.

Præſens.	—*Amem, ămēs.*	I. forma
Præt. imperf.	—*Amâ'em, rēs.*	I. forma
Præt. perfect.	—*Amāuĕrim. rĭs*	I. forma
Præt. p.q. perf.	—*Amauiſſem, ſsēs.*	I. forma
Futur. perfect.	—*Amāuĕrŏ, rĭs.*	I. forma

Infinitiuus.

Præſens. imperf.	—*Amārĕ*
Præt. perfect.	—*Amāuiſsĕ.*
Gerundia.	—*Amandī, dŏ, dum, dŏ.*
Particip. præſ.	—*Amans. ntis*
Particip. futur.	—*Amāturŭs, ră, rum.*
Supinum.	—*Amâtum.*

PASSIVA. *Indicatiuus.*

Præſens.	—*Amŏr, ămâris.*	IV. forma
Præt. imperf.	—*Amâbăr, bârĭs.*	IV. forma
Futur. imperf.	—*Amâbŏr, bĕrĭs.*	V. forma

Caret Præterito perf. & plus quam perf. & Futuro perfecto.

Imperatiuus.

Tū āmârĕ, vel *ămâtŏr. Illĕ ămâtŏr. Vos ămāmĭnī*, vel *ămamĭnŏr. Illi ămantŏr.*

Optatiuus, Subiunctiuus.

Præſens.	—*Amĕr, ămêris.*	V. forma
Præt. imperf.	—*Amârĕr, rēris.*	V. forma

Cæteris temporibus caret.

Infinitiuus.

Præſ. imperf.	—*Amārī*
Futurum.	—*Hunc, hanc, hōc; hōs, hās, hæc Amâtum īrī*
Particip. præt.	—*Amâtŭs, ă, um.*
Particip. futur.	—*Amandŭs, ă, um.*
Supinum	—*Amatū.*

Secunda Doceo.

ACTIVA *Indicatiuus.*

Dŏcĕŏ. dŏcēs	I. forma
Dŏcēbam. bās.	I. forma
Dŏcŭiſtī.	III. forma
Dŏcŭĕram. rās.	I. forma
Dŏcēbŏ. bĭs.	II. forma
Dŏcŭĕrŏ. rĭs.	I. forma

Imperatiuus.

Tū dŏcē l. *dŏcētŏ: Illĕ dŏcētŏ. Vōs dŏcētĕ.* l. *dŏcētōtĕ Illī dŏcentŏ.*

Optatiuus, Subiunctiuus.

Dŏcĕam. cĕās.	I. forma
Dŏcērem, rēs.	I. forma
Dŏcŭĕrim, rĭs.	I. forma
Dŏcŭiſſem, ſsēs.	I. forma
Dŏcŭĕrŏ, rĭs.	I. forma

Infinitiuus.

Dŏcērĕ.
Dŏcŭiſsĕ.
Dŏcendī, dŏ, dum, dŏ.
Dŏcens, ntĭs.
Doctūrŭs, ră, rum.
Doctum.

PASSIVA *Indicatiuus.*

Dŏcĕŏr, docēris.	IV. forma
Dŏcēbăr, bârĭs	IV. forma
Dŏcēbŏr. bĕrĭs,	V. forma

Caret Præterito perf. & plus quam perf. & Futuro perfecto.

Imperatiuus.

Tū dŏcērĕ. l. *dŏcētŏr. Ille dŏcētŏr. Vōs dŏcēmĭnī.* l. *dŏcēmĭnŏr. Illī dŏcentŏr.*

Optatiuus, Subiunctiuus.

Dŏcĕăr. cĕârĭs.	V. forma
Dŏcērĕr. rērĭs.	V. forma

Infinitiuus.

Dŏcērī.
Doctum īrī.
Doctŭs. ă. um.
Dŏcendŭs à, um.
Doctū.

TER-

Tertia Lego.

ACTIVA. *Indicativus.*

Præſens.	—*Lĕgō. lĕgĭs,*	II. forma
Præt. imperf.	—*Lĕgēbam. bās.*	I. forma
Præt. perfect.	—*Lēgi. iſtī.*	III. forma
Præt. p.q.perf.	—*Lēgĕram, rās.*	I. forma
Futur. imperf.	—*Lĕgam, lĕgēs.*	I. forma
Futur. perfect.	—*Lēgĕrō. rĭs.*	I. forma

Imperativus.

Tū lĕgĕ. l. lĕgĭtō: Illĕ lĕgĭtō. Vōs lĕgĭtĕ. l. lĕgĭtōtĕ. Illi lĕguntō.

Optativus ſubjunctivus.

Præſens.	—*Lĕgam, lĕgās.*	I. forma
Præt. imper.	—*Lĕgĕrem, rēs.*	I. forma
Præt. perfect.	—*Lēgĕrim, rĭs.*	I. forma
Præt. p.q.perf.	—*Lēgiſſem, ſsēs*	I. forma
Futur. perfect.	—*Lēgĕrō, rĭs,*	I. forma

Infinitivus.

Præſ. & imp.	—*Lĕgĕrĕ.*
Præt. perfect.	—*Lēgiſsē.*
Gerundia.	—*Lĕgendī, dō, dum, dō.*
Particip. præſ.	—*Lĕgens, ntis.*
Particip. futur.	—*Lectūrŭs, ă. um.*
Supinum.	—*Lectum.*

PASSIVA *Indicativus.*

Præſens.	—*Lĕgŏr, lĕgĕrĭs.*	IV. forma
Præſ. imperf.	—*Lĕgēbăr, bāris.*	IV. forma
Futur. imperf.	—*Lĕgăr, lĕgārĭs.*	IV. forma

Imperativus.

Tū lĕgĕrĕ. l. lĕgĭtŏr. Illĕ lĕgĭtŏr. Vōs lĕgĭmĭnī. l. lĕgĭmĭnŏr. Illī lĕguntŏr.

Optativus, ſubiunctivus.

Præſens.	—*Lĕgăr, lĕgārĭs.*	IV. forma
Præt. imperf.	—*Lĕgĕrĕr. rēris.*	IV. forma

Infinitivus.

Præſ. imperf.	—*Lĕgī.*
Futurum.	—*Lectum īrī.*
Particip. præt.	—*Lectŭs. a. um.*
Particip. futur.	—*Lĕgendŭs, ă. um.*
Supinum.	—*Lectū.*

Quarta Audio.

ACTIVA *Indicativus,*

Audĭō, audis.	II. forma
Audĭēbam, bās.	I. forma
Audīuī. iſtī.	III. forma
Audīuĕram, rās.	I. forma
Audĭam, ēs, ĕt.	I. forma
Audīuĕrō, rĭs.	I. forma

Imperativus.

Tū audī. l. audītō. Illĕ audītō. Vōs audītĕ. l. audītōtĕ. Ilī audĭuntō.

Optativus ſubjunctivus.

Audiam, ās, ăt.	I forma
Audīrem, rēs.	I. forma
Audīuĕrim. rĭs.	I. forma
Audīuiſsem. ſsēs.	I. forma
Audīuĕrō. rĭs.	I. forma

Infinitivus.

Audīrĕ.
Audīuiſsĕ.
Audĭendī, dō, dum, dō.
Audĭēns, ntĭs.
uditūrŭs, ă, um.
Audītum.

PASSIVA *Indicativus.*

Audĭŏr, īrĭs.	V. forma
Audĭēbăr. bārĭs.	IV. forma
Audĭăr, dĭērĭs.	IV. forma

Imperativus.

Tū audīrĕ. l. audītŏr. Illĕ audītŏr. Vōs audīmĭnī, vel audīmĭnŏr. Illī audĭuntŏr.

Optativus, Subiunctivus.

Audĭăr, audĭārĭs.	IV: forma
Audīrĕr. rēris.	IV. forma

Infinitivus.

Audīrī.
Auditum īrī.

Audītŭs, ă, um.
Audĭendŭs, ă. um.
Audītū.

Ver-

Verbum Deponens.

Habet formam paſſiuam, & actiuam ſignificationem. Pono exemplum.

Indicatiuus.

Præſ. imperf.	*ūtŏr, ūtĕrĭs*, vt *Lĕgŏr*.
Prętcr.imper.	*ūtēbăr bârĭs*.
Futuro imper.	*ūtăr ūtérĭs*.

Imperatiuus.

Tū ūtĕrĕ, vel *ūtĭtŏr*, &c.

Optatiuus Subiunctiuus.

Præſ. imperf.	*ūtăr ūtârĭs*.
Præt imperf.	*ūtĕrêr, ūtĕrêrit*.

Infinitiuus.

Præſ. imperf.	*ūtī*.
Part. præſent.	*ūtens ūtentĭs*. actiuè.
Partic.prętcr.	*ūsŭs, ă, um*. paſsiuè.
Parric.futur.	*ōsûrūs, ă, um*. actiuè.
Part. futuri.	*ūtendŭs. ă, vm*. paſsiuè.
Gerundia	*ūtendı, dŏ, dum, dŏ* -

Sunt & aliqua verba irregularia, quæ debuerunt ſubiungi.

Fero. Tuli. Latum.

Indicatiuus.

Præſ. imperf.	*Fĕrŏ, fers, fert; fĕrĭmŭs, fertis, fĕrunt*.
Præt. imperf.	*fĕrēbam, bās,*
Præter. perf.	*tŭlī, tŭlıſtī*.
Præt.p.q.perf.	*tŭlĕram, tŭlĕrās*.
Futur. imperf.	*fĕram, fĕrēs*.
Futur. perf.	*tŭlĕrŏ, tŭlĕrĭs,*
Imperatiuus.	*Fĕr, l. fertŏ, fertĕ; fertĕ, l, fertôtĕ. fĕruntŏ*.
Subiu.Pręſ.imp.	*Fĕram, fĕrās*.
Præt. imperf.	*ferrem, ferrēs*.
Præt. perf.	*tŭlĕrĭm, tŭlĕrĭs*.
Præt. p.q. perf.	*tŭlıſsem, tŭliſsēs*.
Futuro perf.	*tŭlĕrŏ, tŭlĕrĭs*.
Infin. Præſ.	*ferrĕ*.
Præt. perf.	*tŭliſse*.
Gerundia.	*fĕrendī, dŏ, dum, dŏ*.
Part. præſ.	*fĕrens, fĕrentĭs*.
Part. futur.	*lātûrŭs, ă, um*.
Supinum.	*lātum*.

PASSIVA. Indicatiuus.

Præſ. imperf.	*fĕrŏr, ferrĭs, l, ferrĕ, fertur, fĕrĭmŭr, fĕrĭmĭnī, fĕruntŭr*.
Præt. imperf.	*fĕrēbăr, fĕrēbârĭs*.
Futuro imperf.	*fĕrăr, fĕrêrĭs*.
Impciatiuus.	*ferrĕ, l, fertŏr, fertŏr. fĕrĭmĭnī, l, fĕrĭmĭnŏr, fĕruntŏr*.
Subiu. Pręſ.imp.	*Fĕrăr, fĕrârĭs*.
Præt. imperf.	*ferrĕr, ferrérĭs*.

Infinitiuus.

Præſens.	*Ferrī*.
Fumrum.	*lātum īrī*.
Partic. præt.	*lātŭs, ă, um*.
Partic. fut.	*fĕrendŭs, dă, dum*.
Supinum.	*lātū*,

Volo, volui.

Coniugatur, vt *Lego*, ſi hæc pauca excipias.

Indicat. Præſ. imp. *Vŏlŏ, vīs, vult. vŏlŭmŭs, vultĭs, vŏlunt*.

Vŏlēbam. vŏlŭī. Vŏlŭĕram. vŏlam. vŏlŭĕrŏ.

Imperatiuo caret, & ſubrogamus ſubiunctiuum. *Vĕlis, vĕlit*, &c.

Optat. *Vĕlim, īs. vellem, es. vŏlŭĕrim, ĭs. vŏlŭıſsem, es. vŏlŭĕrŏ, rĭs*.

Infinit. *vellĕ. vŏlŭıſsĕ*.

Nolo. nolui.

Indicat. Præſ. imperf. *Nōlŏ, non-vīs, non-vult; nōlŭmŭs, non-vultĭs, nōlunt*.

Nōlēbam, as. nōlŭı, iſtī. nōlŭĕram, as. nōlam, ēs. nōlŭĕrŏ, ris.

Imperatiuus. *Nōlī, l, nōlītŏ. Nōlītŏ. nōlītĕ, vel nōlītōtĕ, noluntŏ*.

Subiunctiuus. *Nōlim, īs. nollem, ēs, nōlŭĕrim, ĭs. nōlŭıſsem, ēs. nōlŭĕrŏ, rĭs*.

Infinitiuus. *Nollĕ. nōlŭıſsĕ*.

Malo. malui.

Indicatiuus. Præſ. imp. *Mālŏ, māvĭs, māvult. mālŭmŭs, māvultĭs, mālunt*.

Mālēbam, ās. mālŭi, iſtī. mālŭĕram, ās. mālăm, ēs. mālŭĕrŏ.

Apud aliquos habet Imperatiuum, ſed tutius loqui poteris per Subiunctiuum.

Optatiuus. *Mālım, īs. māllem, īs. mālŭĕrım, rĭs. mālŭıſsem, ēs. mālŭĕrŏ, rĭs*.

Infinitiuus. *Mallĕ, mālŭıſsĕ*.

Fio. Factus ſum.

Indicatiuus. Præſ. imperf. *Fīŏ, fīs*, vt *Audio*. *Fīēbam, ās. factŭs ſum, vel fŭī. factŭs ĕram, vel fŭĕram. fiam, ēs, ĕt. factus ĕrŏ, vel fŭĕrŏ*.

Imperatiuo caret.

Optatiuus. Fīam, ās. fĭĕrem, ēs. factŭs ſim, vel fŭĕrim. Factŭs eſsem, vel fŭiſsem. Factŭs fŭĕrŏ.

Infinit. Præſ. *Fĭĕrī*.

Particip. præſ.	*Făcĭens, ntĭs*. actiuè.
Particip. præt.	*Factŭs, ă, um*. paſsiuè.
Particip. futur.	*Factūrŭs, ă, um*. actiuè.
Particip. futur.	*Făcĭēndŭs, ă, um*. paſsiuè.
Gerundia.	*Făcĭēndī, dŏ, dum, dŏ*.
Supina.	*Factum* act. *factū* paſs.

Dic. Duc. Fac.

Dīcŏ, Dūcŏ, Făcĭŏ habent in Imperatiuo *Dīc, Dūc, Făc*.

Vnde oriuntur compoſita, vt *Prædīc, Dēdūc, Călĕfăc*. Compoſita ex *Făciŏ*, quæ mutant *A* in *I*, habens Imperatiuum in *fĭcĕ*, vt *Perfĭcĕ, Defice, confiec*.

Eo. Iui.

Eo. Ivi Itum.

Indicat. *ĕō, īs, ĭt, īmŭs, ītĭs, ĕunt;* *ībās, ās* &c. *īuī, iſtī* &c. *īuĕram, ās* &c. *ībō, ĭs, ĭt, ĭmŭs, ĭtĭs, bunt. Iuĕrō, ĭs.*
Imperativus. *ī vel ītō. ītō. ītĕ vel ītōtĕ. ĕuntō,*
Subiunct. *ĕam, ĕās. īrem, ēs īuĕrim, rĭs. īuiſſem, ēs. īuĕrō, rĭs.*
Infinitivus. *īrĕ. īuiſſĕ.* Sup. *ĭtum.* Partic. *ĭēns, ĕuntĭs. ĭturŭs, ă. um.*

Defectiua.

Multa ſunt, quæ aliquibus temporibus carent. Notiora ſcribo.

Eſſe, comedere.

Indic. Præſens. *ĕs vel cŏmĕs, cŏmĕdĭs. eſt vel exeſt, cŏmĕdĭt.*
Imperatiu. *ĕs, eſtō, cŏmeſtō.*
Subiunct. Præſenti *caret.* Præter.imperf. *Eſſem, ēs, ĕt; ēmŭs, ētĭs, ent. Cŏmeſſem. ēs, ĕt; ēmŭs, ētĭs. ent.*
Infinitivus. *Eſſĕ. Cŏmeſſĕ,*

Inquam.

Indicatiuus. Praeſ. *Inquam, inquĭs, inquĭt, inquĭmŭs, * * inquĭunt.*
Præter. imp. *Inquĭēbăt.*
Præter.perfect. *Inquiſti.*
Futur. imp. *Inquĭēs, inquĭĕt.*

Imperativus. *Inqui vel inquitō.*
Partic.præſ. *Inquĭens. ntis.*

Aio.

āiō, ăĭs, ăĭt. āiunt. āiēbam, ās, ăt: āmŭs, ātis ant. Imperat. *Ai* tantùm Opt. *āiăt.* Part. *āiēns, ntis.*

Alia.

Reperimus etiam. *Fŏrem, ĕs. ĕt; ēmŭs, ent:* eſſem. *Affōrĕt*, Virg.
Folĕ futurum eſſe.
Faxō faciam.
Quæsō, quæſumus.
Auē, ăuētĕ, ăuērĕ *Oro, oramus.*
Saluē, Saluētĕ, Saluērĕ Et aliquādo *Saluĕās, Saluĕăt.*
Infĭt. inquit, aut incipit.
ŏuăt. ŏuans, ntis.
Auſim, is, it. Audeam, as, at.

Perſonalia.

Habent tertias perſonas tantùm.
Indicatiu. *Pænĭtĕt. Pænĭtēbăt. Pænĭtŭĭt. Pænĭtŭĕrăt. Pænĭtēbĭt. Pænĭtŭĕrĭt.*
Imperatiuo. *caret*
Subiunctiu. *Pænĭtĕăt. Pænĭtērĕt. Pænĭtŭĕrĭt. Pænĭtŭiſſĕt. Pænĭtŭĕrĭt.*
Infinit. *Pænĭtērĕ, Pænĭtŭiſſĕ. Pænĭtendi, dō, dum, dō. Pænĭtens, ntis.*
Sc etiam. *Lĭbĕt, Mĭsĕrĕt, Pĭgĕt, Tædĕt,* & alia multa.

PARTICIPIORVM VSVS

Vtitur Participijs interdum Cicero, quia non poteſt non vti, & tunc eſt in causâ neceſsitas: interdum, quia vult, & tunc eſt in causâ copioſa idiomatis Latini vbertas: vbi enim Verba Paſſiua carent temporibus debemus ad Participia, & Verbum Subſtantiuum recurrere: at verò quando non caret, nulla nos propellit neceſſitas, & interim aliquando propellimur, illecti elegantiſſimo modo ſignificandi.

Vt rem Philomuſus intelligat, Verbum Amo Participijs expreſſum proponam: Tu poteris ad cæteras extendere Conjugationes, quoniam eadem eſt ratio.

ACTIVAE Indicativus.

Præſens, *Sum amans. es, eſt.* &c.
Præteritum imperf. *Eram amans.*
Præteritum imperf. *Fui amans.*
Præter. plus quam perf. *Fueram amans.*
Futurum imperf. *Ero amans.*
aliter. *Sum amaturus.*
Futurum perf. *Fuero amans*

Imperativus.

Præſens *Sis amans.*
Puturum *Sis amaturus.*

Subjunctivus.

Præſens. *Sim amans. ſis, ſit* &c.
Præteritum imperf. *Eſſem amans.*
Præteritum perf. *Fuerim amans.*
Præt.p.q. perf. *Fuiſſem amans.*
Futurum perf. *Fuero amam.*

Infinitivus.

Præſens. *Eſſe amantem*
Præteritum. *Fuiſſe amantem.*
Futurum. *Fore amantem.*
aliter *Eſſe amaturum.*

PAS-

PASSIVAE Indicativus.

Præſens.	*Participio caret.*
Prætetitum imperf.	*Etiam caret.*
Præteritum perfect.	*Sum amatus.* alit.fui
Præt. plus quam perf.	*Eram amatus.*
aliter.	*Fueram amatus.*
Futurum imperf.	*Sum amandus.*
Futurum perf.	*Fuero amatus.*

Imperativus.

Præſens.	*Participio caret.*
Futurum.	*Sis amandus (ſis, ſit, ſitis, ſint.)*

Subjunctivus.

Præſens.	*Participio caret.*
Præteritum imperf.	*Etiam caret.*
Præteritum perfect.	*Sim amatus.*
aliter.	*Fuerim amatus.*
Præteritum plusquam perfectum.	*Eſſem amatus.*
aliter.	*Fuiſſem amatus.*
Futur. perfect.	*Fuero amatus.*

Infinitivus.

Præſens.	*Participio caret.*
Præteritum.	*Eſſe amatum.*
aliter.	*Fuiſſe amatum.*
Futurum.	*Eſſe amandum.*

Hæ ſunt Participiorum compoſitiones, quibus, ſi ſobriè vtaris, eloquenter loquêris, & ſcribes.

Sunt, & alia, quæ ad tempora Grammaticis nota non poſſunt reduci, vt Fui amaturus, Fui amandus, Ero amatus *&c. quorum ſignificationem, & energiam in Grammaticâ audaci luculenter expono, quò poterit Grammaticæ Profeſſor recurrere: quoniam, quæ ibi dicuntur, ſunt altiora, quàm quæ poſſint à pueris intelligi, & ideò debuerunt impræſentiarum intermitti.*

GERVNDIORVM VSVS.

APud Latinos, & Italos laborant æquivocatione, quam tollit diſtinguendo Latinus. Hæc vox Hiſp. Siendo yo. *& hæc Ital.* Eſſendo io *iam præſentis, iam præteriti eſt, & debet aliter, & aliter in linguam Latinam converti. Pono exemplum.*

Hiſp. Como, ſiendo yo tu ſuperior, te atreves a hablarme con diſcottezia.

Ital. Come, eſſendo io il tuo Superiore, ardiſci parlarmi ſcorteſemente.

Lat. Quomodo mihi obloqui audes, cùm ſim tuus Superior. *& breuiùs.* Quomodo mihi Superiori tuo obloqui audes. (obloqui ſonat hablar deſcortezmente) *Et nunc eſt præſentis, vt ſenſus manifeſtat expreſſè. Addo aliud exemplum, quod ad præteritum pertineat.*

Hiſp. Siendo yo Preſidente, muriò el Conde Fernelio.

Ital. Eſſendo io Preſidente, morſe il Conte Fernelio.

Lat. Cùm eſsem Præſes, Fernelius Comes obiit, (vixit.) vitam cum morte commutauit. [*Nota bene*, vixit, *eſt*, acabò de viuir.] *vel aliter*, Præſide me Fernelius obijt. *&c.*

Tranſit ad alia tempora. vt

Auiendo yo ſido. *Eſsendo io ſtato, Hauendo io ſtato.* Cùm iam fuerim (ſiquidem fui) Centurio, Decurio eſſe non poſſum.

Auiendo tu de ſer ſu Iuez, no puedes recibir preſentes deſtos pleiteantes. *Hauendo tu da eſsere Giudice di queſti Litiganti, non poi riceuere preſenti da loro.* Cum Clientum Iudex futurus ſis, munera ab illis acceptare non potes.

Apud Latinos Gerundia ſic fluunt,

Nom. Studendum eſt mihi virtuti. Amandum eſt mihi Deũ. *vel* Amandus eſt mihi Deus.

Genit. Tempus eſt quærendi diuitias. *vel* Tempus eſt, vt quæram diuitias. *paſs.* Tempus eſt, vt diuitiæ quærantur. *&c.*

Dat. Epidicum quærendo operam dedi. *Sic Plautus* in Epid. *ſed nolim, vt illum imiteris. Ergo, ſi fortè vtaris Datiuo Gerundij, ne illi des caſum.*

Accuſ. Veni ad conſulendum Reipublicæ, *vel* Veni conſultum Reipublicæ. *vel* Veni conſulturus Reipublicæ. *vel tandem*, Veni, vt conſulerem Reip. *&c.*

Ablat. Lapis dicitur à lædendo pede. Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit.

GENERA NOMINVM.

GEnera apud Latinos ſunt ſeptem. Maſculinum, Fœmeninum, Neutrum: Commune duum, Commune trium. Ambiguum, Epicœnumque. *Maſculinum convenit maribus. Fæmeninum fæminis. &c. Neutrum neutris. Appellatiua quæ æquè de viris ac fæminis dicuntur, vt* hic, & hæc Sacerdos, hic et hæc Mrtyr, hic, & hæc Teſtis. *&c. ſunt communia duûm. Et tandem adiectiva (ferè omnia) ſunt communia trium, ſiue unicam habeant terminationem, vt* hic hæc hoc Prudens. *ſiue duas, vt,* Hic hæc Breuis, & hoc Breue. *ſiue tres, vt* Hic Bonus, hæc Bona, hoc Bonum.

Adiectiua in *er*, ſic cum pronomine componi debent. *Hic acer: hic, & hæc acris; & hoc acre: Hic volucrer: hic, & hæc volucris: & hoc volucre. Hic ſylueſter: hic, & hæc ſylueſtris: & hoc ſylueſtre.* & hoc notes omninò.

Nomina, de quorum genere non conueniunt Authores, ſunt Ambigua: vt Dies; *nam alij dicunt* hunc, *& alij* hanc Diem. *Epicœnum eſt genus valde commune & valde ignotum: ſub unicâ illud terminatione, & articulo ſignificat vtrumque ſexum: vt* Aquila: *dicimus enim* hanc Aquilam maſculam, *&* hanc Aquilam fœmellam. *Sequentes Regulas conſideremus*

REGVLAE.

NOminis vndæ genus? vel ſignificatio monſtrat.
Illud, vel finis, veterum vel ſcripta Virorum.

De Significatione.

Veris, ſeu pictis maribus data, maſcula ſunto
Nomina: pinge mares cum Ventis: Flumina, Menſes.
Fœmina fœmineum cum picta vera repoſcit;
Inſula, & vrbs Pagus, Regio cum Naue Poeſis.
Sulmo, Hippoque: & in I. pluralia, maſcula ſunto
Oppida: in VR vel VM, vel E ternæ iungito neutris.
Neutrius eſt generis quodcumque infelexile nomen.
Eſt commune duum ſexum, quod claudit vtrumque.
Articulo gemino, veluti cum Vate Sacerdos.
Eſt commune trium, generi quod conuenit omni,

De Fine.

I. Declinatio.

Hæc portA, hæc crambE BoreAS bonus, almus AchatES.

II. Declinatio.

Maſcula ſunt DominVS, CancER, VIR, & SatVR: adde
VM (Græcè ON) neutris, hominum ſi propria tollas.

III. Declinatio.

Maſculus eſt ſermO, ventER, clamORque, lepoOSque.
TitAN, & DelphIN, & agON polyſyllaba in AX, EX.
ENS atque OPS; vt Hydrops, Terens, Teraxque, Pulexque.
Fœminea eſto decAS, vulpES, avIS, actIO, imaGO,
VirtVS, atque palVS: granDO, monoſyllaba pAX, lEX.
NIX, nOX, nVX, impuro-S. in IX polyſyllaba iunges.
Neutrum ænigmA, mare, his animaL, laC: addito nomEN,
CalcAR, gutrVR, & VS breuiter, quod creſcere debet.

IV. Declinatio.

Maſculus eſt ſenVS, ſed neutris iungito cornV.

V. Declinatio.

Tolle Dies, & voces reliquas ſibi fœmina poſcet.

Pluralia.

Hi canI, hæ nugAE, raſtrA hæc pluralia ſunto.

HAEC carmina, quæ non iam ſignificationem, ſed terminum vocum reſpiciunt, indigent expoſitione. Conſideres ergo Lector literas capitales, quæ nomina claudunt, & ſciat agi de nominibus, quæ in illas deſinunt: quam ob rem primum verſum ſic profero.

Hęc portA, hęc crambE, BoreAS bonus, almus AchatES.

Et ſic expono. Nomina primæ declinationis habent quatuor terminationes. videlicet A, E. AS. ES. (prima conuenit Latinis nominibus, cæteræ Græcis iuris Latini factis) Nomina igitur in A, ſunt fœmenina, vt hęc porta. *Nomina etiam finita in E, ſunt fœmenina, vt* hęc crambe. *At nomina finita in AS, ſunt maſculina vt* Boreas bonus. *Et tandem nomina in ES, ſunt maſculina, vt* Almus Achates.

Eodem modo expono ſequentem verſum: dico, enim in ſecunda declinatione eſſe quatuor terminationes, nimirùm, VS, ER, IR, VR, & omnes maſculinas, vt Dominus, Cancer, Vir, Satur, *eſſe, & duas neutras VM, & ON. quarum prior competit nominibus Latinis, Græcis poſterior. Et ſic cæteros verſus intelligo, & expono.*

IRRECVLARIA.

I. Declinatio.

ADRIA mas eſto, cui iunge Planeta, Cometa.

II. Declinatio.

FOEMINEA hæc: Vannus, Domus, Alvus, Ficus, Humuſque
Neutraque ſunt Pelagus, Viruſque: hic & hoc quoque Vulgus.

Græca.

MASCVLA ſunt Tropus atque Typus, Crocus, ac Hyacinthus,
Et Logus, atque Planus, Zelus, Narciſſus, Acanthus,
Cantharus, atque Cadus: Cyathus, Scyphus, ac Paradiſus,
His Prologus, Stilus, (a) Coſtus, iunges Alabaſtrus.
FOEMINA Saphirus poſcitque Papyrus, Heremus,
Biblus & Hiſſopus, Diphthongus, Biſſus, Abyſſus,
Nardus, & Antidotos, Balanus, Dialectus, & Arctos,
Lecythus atque Phorrus, Cryſtallus, tum Diametrus,
Et quod ὁδὸς format, veluti Methodus, Synoduſque
Hic aut hæc Atomus, Coſtuſque, & nomina plura.

(a) A multis ſcribitur Stylus. *vt Græcos ſequantur: his autem multi etiam Græcæ linguæ periti contradicunt.*

III. Declinatio.

MASCVLA Sal, Mugil, Sol, Pugio, & Vnio gemma,
Harpago, Cudo, Vdo, Margo, Ordo, Cardo, Ligoque.
Hic Atagen Splen, Renque, Lien cum Pectine, Lichen,
As, Furfur, Vultur, Turtur, cum Limite, Ceſpes.
Et Fomes, Termes, Gurges, cum Stipite, Poples,
Pes, Aries, Paries, cum Verre, & Acinace, Vepres.
Indiges, & Trames, Magneſque, Tapeſque, Lebeſque,
Hic *A*mes atque Tudes: Palmes, Præs. Faſcis & Enſis.
Maialis, Pollis, Callis, cum Caſſibus Orbis,
Menſiſque, & Piſcis, Caulis quoque, Vomis, *A*qualis,
Et Fuſtis, Poſtis: ſic Vectis, Torris, & *A*xis,
Glis, Lapis, & Puluis, Collis cum Sanguine, Coſſis,
Igni Follis adeſt, cum *V*erme eſt Mugilis, *V*nguis
Et Cucumis, Delphiſque, *A*nguis, Cinis, atque Canalis,

Et

Et Sentes plurale ferè. tunc Panis, & *A*mnis
Et Crinis. Finis, Funis, Peniſque, Licebit
Grammatico huc omnes *A*ſſis coniungere partes.
Pus podos orta. Lepus Sus, & Mus. Grypſque, Calybſque,
Fons, Mons, Dens, Pons, Seps: his omnibus addito Phoenix
Et Fornix, Sandix, Bombyx, cum *V*arice, Natrix,
Et Coccyx, & Erix, & Oryx; Spadixque Calixque
Tradux, & *V*olvox: & quæ *V*ncia nomina gignit.
FOENIN*EA* eſt Linter, Caro, Tulio, Syndon, *A*ëdon,
*A*lcyon ac Icon: Dos, Cos, Glos: *A*rbor, & *A*rbos.
Laus, & Fraus. Fornax, Smilax, cum Forcipe Forfex.
*V*ibex, Vomex, Halex, Carex atque Supellex.
NE*VTRA* Cadauer, Iter, *V*er, *S*pinter, Tuber, & *V*ber.
Quæque notant herbas Cicer, & Piper, atque Papauer.
*A*Es, Caput, Hippomanes, Nepenthes, ceu Cacoëthes.
*V*às Epos, atque Chaos. Melos, ac Os, oris; Os, oſſis.
*A*Equor, *A*dor, Crus, Ius: Pus, Rus, cum Marmore Cor, Thus.

IV. Declinatio.

Hæc Acus atque Manus, Tribus, aurea Porticus, Idus,
Clara Domus, perplexa Colus, dulciſſima Ficus.

Pluralia

Neutra Mele, Cete, Tempe, & pluralia ſunto.

Incerta.

Sunt dubia. Hic aut hæc Corbis, cum Torque, Dies-que
Groſſus, *A*deps, *A*tomuſque, Rubus, *S*crobs, Margo, Phaſelus,
Hic, rarò hæc, Finis, *S*erpens, cum Pumice, *C*ortex,
Bubo, *S*pecus, Pulvis. *C*alx pars pedis, atque, Palumbes.
*A*tque *S*ilex, *V*epres. Hæc, rarò hic, Talpa, *C*upido,
Lynx, & Onyx, Linter, *C*lunis, *S*tirps Dama, Penuſque:
Grus, *A*nimans, *A*les, *V*olucris, *V*erum tamen hic hoc
*S*al, *A*nxur, *V*ulgus, nec non Nar. *E*ſt *S*iſer-hæc hoc.
Et laver: His poteris, ſi occurrant addere plura.

Adiectiua Subſtantiue poſita.

*A*diectiva gens tacitè dicuntur auere
Nominis illius, tacita quod mente ſub audis.
*S*i nil mente ſubauditum ſit, dicito neutrum.

Epicœna.

Ignotus ſpecies animantum hæc nomina ſignant,
*E*t ſexum articulo vno complectuntur vtrumque.

PRODROMVS
VERBORVM PRAETERITA, ET SVPINA

PRæſens Præteritum, & Supinum radices ſunt, ex quibus cætera tempora ſuboriuntur.

Ex Præſenti *Amo*, naſcuntur *amabam*, *amabo*. imp. *ama*. ſubiunct. *amem*, *amarem*. infinit. *amare*. & tandem participium *amans*. Et in paſſiuâ. Indicativ. *amor*, *amabar*, *amabor*. Imper. *amare*. Subiunct. *amer*, *amarer*. Innnit. *amari*, & particip. *amandus*. Hinc gerundia *Amandi*, *o*, *um*, *o*.

Ex præterito *Amaui*. prodeunt *amaueram*, *amauero*, & ſubiunct. *amauerim*, *amauiſsem*, *amauero*. Iuſinit. *amauiſse*.

Ex ſupino *Amatum* deſcendunt in act. partic. *amaturus*, & in paſſiuâ particip. *amatus*, & ſupin. *amatu*.

Aliqua verba carent ſupino tantùm, alia præterito, & ſupino. Quæ aliquâ ex his radicibus carent, etiam carent temporibus, quæ inde inferuntur. Hanc ob rem *Cœpi* omnibus temporibus, quæ ex præſenti naſcuntur: *Lugeo* omnibus, quæ ex ſupino: *Vado* omnibus, quæ ex præterito, & ſupino, caret.

TAM eſt exlex vocabulorum radicalium (præteriti, & ſupini) deductio, vt multi Eruditi Grammatici noluerunt cogitare de regulis. Nos proponemus pauculas: & poſtea verba irregularia ſubijciemus.

COniugationes apud Latinos quatuor ſunt, & ab Infinitiuo dignoſcuntur: hic enim deſinit (1.) in *âre*, (2.) *ére*, (3.) *ĕre*, (4.) *îre*; vt *Amare*, *Docére Légere*, *Audîre*.

Coniugatio I.

AmO, AS, ARE. amAVI, amATVM. — *Amare*.

Coniugatio II.

MonEO, ES, ERE. monVI, monITVM. — *Auiſare*.
MovEO, OVES, OVERE. mOVI, mOTVM. — *Mouere*.

Coniugatio III.

BiBO, BIS, BERE. biBI, biBITVM. — *Beuere*.
CuDO, DIS, DERE. cuDI, cuSVM. — *Battere alla zecca*.
ReGO, GIS, GERE. reXI, reCTVM. — *Reggere*.
DiſtinGVO, GVIS. GVERE. diſtinXI, diſtinCTVM. — *Diſtinguere*.
ASPICIO, IS, ERE. aSPEXI, aSPECTVM. — *Guardare*.
AlLICIO, IS, ERE. alLEXI, alLECTVM. — *Allettare*.
MoLO, LIS, LERE. moLVI, moLITVM. — *Macinare*.
VoMO, MIS, MERE, voMVI, voMITVM. — *Vomitare*.
CarPO, PIS, PERE; carPSI, carPTVM. — *Reprendere*.
AccerSO, SIS, SERE. accerSIVI, accerSITVM. — *Chiamare*.
StatVO, IS, ERE. ſtatVI, ſtatVTVM. — *Determinare*.

Coniugatio IV.

AudIO, IS, IRE. auDIVI, auDITVM. — *Vdire*.

Debet

DEbet Studioſus Grammatica benè perſpicere, quæ charactere capitali ſcribuntur, nam illa ponuntur pro Regulis, quoniam in primâ coniugatione: O, AS, ARE, AVI, ATVM. ſignificat verborum ad ipſam ſpectantium defluxum; dicimus enim

Amo, amas, amare, amaui, amatum.
Laudo, laudas, laudare, laudaui, laudatum.
Firmo, firmas, firmare, firmaui, firmatum.
& ſic in ſecundâ, tertiâ, & etiam quartâ.

Compoſita ſua ſequuntur ſimplicia, vnde apud Grammaticos traditur hæc generalis Regula.

Simplex, Cõpoſitumq; modo variantur codẽ. *Interim, ſi ſimplex primam ſyllabam geminet* in prætento, compoſitum illam non geminabit. Ex *cădō* enim *cĕcĭdī cāſum*, fit *occĭdō, occĭdī, occāſum* & ex *Cadō cĕcīdī, cæſum*, fit *occīdō, occīdī occīſum.* Excipe, *Diſco, Do. Poſco, Sto,* quorum compoſita etiam duplicant: dicimus enim *Dĭdĭcī, addĭdĭcī*, &c. & ex *Currō, cŭcūrrī*, habemus *Præcurrō, præcŭcūrrī.* & ex *Pungō, Rĕpungō, rĕpunxī*, vel *rĕpŭpŭgi, rĕpunctum*. In ſecundâ, tertiâ, & quartâ coniugatione, ſi in præſenti *A* tranſeat in *E*, vel *I* in ſupino tranſibit in *E*, vt *făcĭō fēcī factum, Inficiō, infēci infectum.*

Verba alia perfecta ſunt, alia imperfecta. Illa ſequuntur poſitum paradigma, hæc deficiunt, & ſubdiuiduntur in claſſes; alia enim carent Preterito, & Supino ſimul: alia Supino tantum; alia exorbitant, & tempora irregulari modo gignunt. Singula ſcorſum repræſento.

CARENTIA PRETERITO, ET SVPINO.

Ambĭgō, gĭs	bramare.
ăuĕō, ēs	deſiderare appetire.
Diffitĕŏr, ērĭs	negare.
Fŭrō, ĭs	furiare, eſſer furioſo.
fĕrĭō, ĭs	ferire, ò percuotere.
fătiſcō, ſcĭs	aprire grandemente.
fătiſcŏr ſcĕrĭs	ſuanire.
Gliſcō, ſcis	creſcere, aumentarſi.
Hiſcō, ſcĭs	aprire la bocca, aprirſi
Labo, as.	cadere.
lĭquŏr, ērĭs.	eſſer fatto liquido.
Mĕdĭō, ēs	medicare, ò remediare.
mĕdĕŏr ērĭs	
marĕō, ēs	meritare.
Nexo, as	Aggroppare.
Pollĕō, ēs	potere, valere.
Quæſō, sŭmŭs	dimandar in gratia.
Rĕmĭnĭſcŏr, ſcĕris.	ricordarſi.
ringŏr, gĕrĭs	torcer la bocca.
Satăgō, gĭs (rarò ſatēgi, ſatăctum)	far con diligenza.
Vādō, dĭs	andare.
vergō, gĭs	volgere.
veſcŏr, ſcĕris	magngiare.
Ovāt, ōvans	quaſi trionfare.

Huc ſpectant verba meditativa, & inchoativa, vt *Cœnātŭrĭō*, & *Flammeſcō.* at *ēſŭrĭō* habet *ēſŭrĭvī eſŭrītum.*

CARENTIA SVPINO.

Coniugatio prima.

Iŭvō, ās, iūvī.	giouare.
Mĭcō, ās, mĭcŭī	riſplendere, rilucere.

Coniugatio ſecunda.

Algĕō, ēt, alsī.	hauer freddo.
arcĕō, ēs, arcŭi	tener lontano,
Connīvĕō, ēs, connīxī vel connīvī	ſerrar gli occhi.
Ferbĕō, es, ferbŭi, fervī	bollire. (oro.
flavĕō, ēs: flavī	biõdeggiare eſſer di color d.
frigĕō, es, frixī	frigere.
fulgĕō, ēs: fulsī	riſplendere.
Līvĕō, ēs, l vī	eſſer liuldo.
lūcĕō, ēs, luxi.	rilucere, o far lume
lūgĕō, ēs, luxī	piangere.
Silĕō, ēs, sĭlŭī	tacere.
ſorbĕō, es, ſorbŭī	inghiottire.
ſtrīdĕō, ēs, ſtrīdī	ſtridere.
Tĭmĕō, ēs, tĭmŭī	temere, o hauer paura.
turgĕō, ēs, tursī	gonfiare.
vrgĕō, ēs, ursī	ſpingere.

Omnia neutra carent ſupino. Excipe,

Călĕō, ēs, ŭi, ĭtum	hauer caldo.
cărĕō, ēs, ŭi, ĭtum	non hauere,
nŏcĕō, ēs, ŭi ĭtum	nocere, ò far male.
Părĕō, ēs, ŭi, ĭtum	obedire.
plăcĕō, ēs, ŭi, ĭtum	piacere.
vălĕō, ēs, ŭi, ĭtum	Star ſano, valere.

Coniugatio tertia.

Angō, gĭs, anxī. l, anxĭŭs ſum	affannare, & accorare.
annŭō, ĭs: annŭī	crollar il capo, e far cenno.
antecellō, ĭs, antecellŭī	auanzare, vincere.
Bătŭō, ĭs, batŭī	battere.
Cernō, ĭs, crevī	vedere.
congrŭō, ĭs, congrŭī	confarſi.
compeſcō, is, compeſcŭī	raffrenare.
Diſpeſcō, ĭs, diſpeſcŭī	diuidere.
diſcō, ĭs, dĭdĭcī	imparare.
dēgō, ĭs, dēgī	condurre menare.
Ingrŭō, ĭs, ingrŭī.	ſopraſtare, venir ſopra.
inceſſo, ĭs, inceſſī.	moleſtare prouocare.
Lŭō, ĭs, lŭī	purgare, pagare.
lambō, ĭs, lambī	leccare.
linquō, ĭs, līquī	laſciâre, & abbandonare.
Mālō, vīs, mālŭī.	voler piu toſto, amar meglio
mĕtŭō, ĭs, mĕtŭī	hauer pavura.
mingō, ĭs, minxī	piſciare, vrinare.
Nōlō, nōn-vīs, nōlŭi	non volere.
Pēdō, ĭs, pĕpēdī	
plŭō, ĭs, plŭī	piouere.
poſcō, ĭs, pŏpoſcī	dimandare, ò chiedere
præcellō, ĭs, præcellŭī	ſuperare, auanzare.
prōdĭgō, ĭs, prōdēgi	conſumare prodigamente.
pſallō, ĭs, pſālli	cantare, ò ſonare.
Rĕfellō, ĭs, rĕfellī	confutare.
reſpŭō, ĭs, reſpŭi.	ſputar fuori coſa', che non piaccia.
rŭdō, ĭs, rūdī	ragghiare.
Sapĭō, ĭs, ſăpŭī, l, pĭī	hauer ſapore, o eſſer ſauio.
ſcăbō, ĭs, ſcābi	grattare, fregare.
ſcandō, ĭs, ſcandī	aſcendere, andare in su.
sīdō, ĭs, sīdi	poſare.
ſtertō, ĭs, ſtertŭī	ſonfare
ſtrido, ĭs, ſtrīdi	far ſtridore o ſtrepito.

tūgō

Sūgō, ĭs, ſuxī ſucchiare.
Trĕmō, ĭs, trĕmŭī tremare.
Vŏlō, vīs, vŏlŭī volere.

IRREGVLARIA.

Coniugatio prima.

Crĕpō, ās, pŭī, pĭtum crepare, ò ſcopiare far rumore.
Cŭbō, ās, bŭī, bĭtŭm, -batūrŭs ſtar à giacere.
Dŏmō, ās, mŭī, mĭtum, mĭtūrŭs domare.
dō, dās, dĕdī, dătum dare.
Frĭcō, ās, cŭī, ctum, cātūrŭs ſtropicciare.
Iūrō, ās, āvī, l. ātŭs ſum, ātum giurare.
Iŭvō, ās, iūvī, caret iŭviſtī, non *iuvaſti* giovare.
hinc *adiŭvō, ās, adiūvī, adiutŭm* aiutare, giouare, dar aiuto.
Lăvō, ās, lāvī, lōtŭm, lātum, lăutum, & lăvātum. lauare.
Mĭcō, ās, mĭcŭī, caret riſplendere, rilucere.
hinc *Dīmĭcō, ās, āvī ātum*
Nĕcō, ās, āvī, ātum compoſita *nĕcŭī nectum* ammazzare.
hinc *ēnĕcō, ās, ēnĕcŭī ēnectum* & etiam *ēnĕcāvī, ēnĕcatum* ammazzare, o affogare.
Plĭcō, ās, plĭcŭī, plĭcĭtum compoſita ex nominibus *cāvī, cātum*, & cōpoſita ex præpoſ. *ĭcŭī ĭcĭtum*, vel *ĭcāvī, ĭcatŭm* piegare.
pōtō, ās, āvī, ātum, l. pōtum bere.
Sĕcō, ās, cŭī, ctum, cātūrus ſegare, o tagliare.
sŏnō, ās, sŏnŭī, nĭtum, nātūrŭs ſonare.
ſtō, ās, ſtĕtī, ſtătum compoſita *ſtĭtī, ſtĭtum*, & raro *ſtatum* ſtar in piedi.
Tŏnō, ās, tŏnŭī, nĭtum. tonare.
Vĕtō, ās, tŭī, tĭsum, vĕtātūrŭs, vĕtātĭō vietare.

Coniugatio ſecunda.

Arcĕō, ēs, cŭī, caret compoſita, *ercŭī, ercĭtum*, vt *exercĕō* tener ſtretto, o lontano
ăbŏlĕō, ēs, lēvī, lĭtum annullare, ridurre al niente.
ădŏlĕō, ēs, lēvī, ădultum creſcere, aumentare.
ardĕō, ēs, arsī, arſum ardere,
augĕō, ēs, auxī auctum accreſcere, & ingrādire.
audĕō, ēs, auſŭs ſum. ardire.
Căvĕō, ēs, cāvī, cautum guardarſi, ò ſchiuare.
Cĭĕō ēs, cīvī, cĭtum movere, turbare.
hinc *Concĭĕō, ēs*, vel *concīs, īvī, ĭtum*, reliqua compoſita, vt *Audĭō.* eſtimare, penſare, giudicare.
censĕō, ēs, censŭī, cenſum
Dŏcĕō, ēs, cŭī, doctum inſegnare.
dŏlĕō, ēs, dŏlēvī, dĕlētum dolerſi,
Excellĕō, ēs, llui, excelſum ſuperare, ſoprauanzare
Flĕō, ēs, flēvi flētŭm lagrimare, piangere.
fŏvĕō, ēs, fōvi fautum, vel *fōtum.* tener in ſeno.
frendĕō, ĭs, dŭī, freſſum. frangere, fremere con denti.
Gaudĕō, ēs, gavīsŭs ſum allegrarſi, dilettarſi.
Hærĕō, hæsī, hæſum accoſtarſi, ouero attacarſi.
Indulgĕō, lsī, ltum condeſcendere, ò compiacere.
Iŭbĕō, iuſsī, iuſſum commandare.
Mănĕō, ēs, nsī, nſum. Cōpoſita, quæ ſeruant *A* habent *ansi, anſum*, vt reſtare.
Rĕmănĕō, quæ nō ſeruant habent *mĭnŭī, caret*, vt *immĭnĕō* rimanere, reſtare, durare. ſopraſtare.
Miſcĕō, ēs, miſcŭī mictum, & aliquando *mixtum* meſcolare.
mordĕō, ēs, mŏmordī, morſum mordere,
mulgĕō, ēs, mulsī, mulſum mongere.
Nĕō, nēs, nēvī, nētum filare.
ŏlĕō, ēs, ŏlŭī ŏlĭtum. Cōpoſita, quæ ſignificāt olere etiā *ŏlŭī, ŏlĭtum*, reliqua *lēvī, lētŭm*. Sed render odore.
ăbŏlĕō facit *lŭī, lĭtum*, annullare, ridurre al niente.
& *ădŏlĕō ădŏlēvī, adultum* creſcere, aumentare.
Pendĕō, ēs, pĕpendī, penſum peſare, iſtimare.
plĕō, ēs ēvī, ētum. eſt inuſitatum, ſed reperitur in compoſitis, vt *Complĕō.*
prandĕō, ēs, prandi, l. pranſŭs ſum, & pranſum pranſare.
Sĕdĕō, ēs, sēdī, ſeſſum ſedere
sŏlĕō, ēs, sŏlŭī, l. sŏlĭtŭs ſum. ſolere.
ſpondĕō, ſpŏpondī, ſponſum promettere, ò far ſigurtà.
ſuadĕō, es, ſuasī, ſuaſum conſigliare.
Tăcĕō, ēs, cŭī, cĭtum. cōpoſita, *ĭcŭī, caret*, vt tacere.
Contĭcĕo, contĭcŭī tacere inſieme.
tĕnĕō, ēs, nŭī, ntum tenere.
tergĕō, ēs, rsī, rſum forbire nettare.
torquĕō, ēs, rsī, rtum torcere, ò tormentare,
torrĕō, ēs, torrŭī, toſtum arruotare.
Vĭdĕō, ēs, vīdī, vīſum vedere.
vĭĕō, ēs. vĭēvī, vĭētŭm legare, cercare.

Coniugatio tertia:

ăgō, ĭs, ēgī, actum menare à modo, come di piacere, ò trattare.

ălō

ălō, is, ălŭī, ălĭtum, altūm. nodrire.
Bĭbō, is, bĭbī, bĭbĭtum. bevere.
Cello, antiquum eſt. percuotere.
hinc *antecellō, cellŭī, caret*
& *excellō, cellŭī, celſum* auanzar, ò eſſer eccellente.
& *Percellō, cŭlī, l, culsī, culſum.* ſuperare, ananzare.
Cernō, crēvī, caret. compoſita, *crēvi, crētūm* vedere.
cumbo non eſt in uſu, eius compoſita *cŭbŭī, cubĭtum,* vt *accumbō, recumbō.* giacere appreſſo. ſedere alla menſa.
Quătĭō, is, cuſſī, cuſſum sbattere.
cănō, is, cĕcĭnī, cantum.
compoſita, *cĭnŭī, centum,* vt *accĭnō, occĭnō.* cantare. cantare incontro.
cŏlō, is, cŏlŭī, cultum. coltiuate, adorare, ò corteggiare.
consŭlō, is, conſulŭī ultum domandare conſiglio, ò prouedere.
cădō, cĕcĭdī cāſum. cadere.
cadō, cĕcīdī caſum battere, ouero tagliare
claudō, is, clausī, clauſum ſerrare.
cēdō, is, cēſſī ceſſum cedere, dar luogo.
cŭpĭō, is, cŭpīvī, cŭpītum. deſiderare.
căpĭō, is. cēpī, captum. pigliare.
cōmō, is compsī, comptum conciar, ò far bello.
contemnō, is, mpsī, ptum diſprezzare.
cŏquō, is, coxī, coctum cuocere.
currō, is, cŭcurrī, curſum. correre.
Do, dis, non eſt in vſu. dare.
compoſita *dĭdī, dĭtum,* aggiungere, rendere.
vt *addō, rēddō, prōdō.* gettar via, manifeſtar, prodire.
dīcō, is, dixī dictum. dire, parlare.
dūcō, is, duxī, ductum menare, ò guidare.
dīvĭdo, is, dīvīsī, dīvīſum diuidere, ò ſpartire.
dĕmō, is, dempsī, demptum tor via.
ĕdō, is, ēdī, ēſum, vel eſtum mangiare.
ēdō, is ēdĭdī, ēdĭtum mandar fuori, dare in luce.
ĕmō, is, ēmī, emptum comprare.
Fundō, is, fūdī, fuſum. ſpargere.
findō, is, fĭdī, fiſſum. fendere, ò ſpaccare.
fīdo, is, fīſus ſum. fidarſi.
fingō, is finxī fictum. fingere, formare.
fīgō, is, fixī, fixum. ficcare.
frīgō, is, frixī, frixum. frigere.
frangō, is frēgī, fractum. ſprezzare.
fŏdĭō, is, fōdī, foſſum. zappare.
făcĭō, is, fēcī, factum. fare.
fŭgĭō, is, fūgī, fŭgĭtum fuggire.
fallō, is, fĕfellī, falſum. ingannare.
hinc, *Rĕfellō, refellī, caret*
fĕrō, rs, tŭlī, lātum. portare.
flŭō, is, fluxī, fluxum. ſcorrere.
gĕrō, is, geſſī, geſtum. portare.
gignō, is, gĕnŭī, gĕnĭtum generare.
Iăcĭō, is, iēcī iactum. trarre, tirare, lanciare.
īcō, is, īcī ictum. percuotere.
Lædō, is, laſi, leſum. offendere.
linquō, is, līquī, caret compoſita *liquī, lictum* vt *Relinquō, Dērĕlinquō.* laſciare, ò abbandonare.

lĭnō, is, lēvī, līvī, levī, lĭtum: lenire:
ludō, is, lūsī, lūſum. giocare, ò ſcherzare.
lĕgō, is lēgī lectum.
compoſita *exī, lectum.*
vt *Intellĭgō, dīlĭgō.* leggere.
Iĕcĭō antiquum eſt. cōpoſita *lexī lectum,*
vt *Allĭcĭō, Illĭcĭō.*
Mĭnō is, minxī, minctum. orinare.
mergō, is, merſī, merſum. attuffare.
mŏlō, is, mŏlŭī, mŏlĭtum macinare.
mĕtō, is, meſſŭī, meſſum mietere.
mittō, is mīsī, miſſum. mandare.
nectō, is, nexŭī, xī, xum. aggroppare, ò annodare
Nūbō, bis, nupſi nuptum. maritarſi.
noſcō, is, nōvī, nōtum conoſcere.
ſed *Agnoſco, & cognoſco* habent *nōvi, ĭtum.*
occŭlō, is, occulŭī, occultum. aſcondere.
Paſcō, is, pāvī, paſtum.
Compoſita ſi ſeruant A habent etiam *pāvī paſtum.* hinc *compeſcō, ſcŭī, caret.* hinc *Diſpeſcō, ſcŭī, caret.* paſcere.
pangō, is, pĕpĭgi panxī, pactum. Compoſita *pēgī, pactum.* piansare, ouero comporre.
pungō, is, pŭpŭgī, punctum.
compoſita *punxī punctum*
vt *Diſpungō.* pungere.
Parcō, is, pĕpercī, parſī, parſum. perdonare, ſparmiare.
Pandō, is, pandī, paſſum. aprire, ò ſtendere.
Pendo, is. pĕpendī, penſum. attacare, ò peſare, ouero pagare.
Plaudō, is, plausī, plauſum far feſta con le mani.
pergō, is, perrexī, perrectum andare, far viaggio.
pingō, is, pinxī, pictum dipingere.
pāgo, is pĕpĭgī, pactum. patuire, far patto.
părĭō, is, pĕpĕrī partum. partorire.
pellō, is, pĕpulī, pulſum. ſpingere, ò cacciar via.
prōmō, is, promsī, promptum cauar fuora.
prĕmō, is, preſſī, preſſum. calcare.
pōnō, is, pŏsŭī, pŏsĭtum. mettere.
pinsō, is, pinsŭī, pinsĭtum, pinſum, piſtum. peſtare.
plectō, is, plexī, plexum, punire.
pectō, is, pexī, pexum. pettinare.
pĕtō, tis īvī, petītum. dimandare in gratia.
plŭō, ŭis, ŭī, caret. piouere.
hinc *complŭō, is, ŭī ūtum.*
Quătĭō, is, quaſſī, quaſſum. Sbattere.
compoſita, *cuſſi, cuſſum,* ſic *Concŭtĭō, excutio.*
quærō, is, quæsīvī, quæsītum cercare.
quĕō, quēis, quīvī, quītum. potere.
Rŭō, is, rŭī, rŭĭtum, olim *rŭtum.* andare, in ruina.
Compoſita *rŭī, rūtum,* ūt *ērŭō, dīrŭō.* cauare, tirare.
Rādō, is, rāsī, rāſum. radere.
răpĭō, is, răpŭī, raptum rapire.

Rumpō

rumpō, ĭs, rūpī, ruptum.	rompere
Sallō, ĭs, ſalli, ſalſum.	ſalare
ſerō, ĭs, sēuī, ſertum.	ſeminare
Compoſita ruſtica, *sēvī, ſitum.*	
reliqua, *sĕrŭī, ſertum.*	
ſiſtō. ĭs. ſtĭtī, ſtătum.	fermarſi
Compoſita, *ſtiti, ſtĭtum.*	
sūgō, ĭs. sūxī. aliquando *ſuctum.*	ſucchiare
ſcribō, ĭs, ſcripſī, ſcriptum.	ſcriuere, ſegnare,
ſtinguō, ĭs. ſtinxī, ſtinctum.	eſtinguere
ſurgō, ĭs, ſurrexī, ſurrectum.	ſorgere ò leuarſi in piede
ſtringō, ĭs. ſtrinxī, ſtrĭctum.	ſtringere
ſpargō, ĭs ſparsī, ſparſum.	ſpargere
sūmō, ĭs. ſumpsī, ſumptum.	pigliare
ſpernō, ĭs. ſprevī, ſpretum.	diſprezzare
ſternō, ĭs. ſtrāuī, ſtrātum.	gittar à terra o coprire
sĭnō, ĭs. sīvī, sĭtum.	laſciare
ſtrĕpō, ĭs, ſtrĕpŭī, ſtrĕpĭtum.	far ſtrepito
ſtrŭō, ĭs. ſtruxī, ſtrŭctum.	comporre e mettere in ordine
ſoluō, ĭs, ſolvī, sŏlūtum.	ſciorre ò pagare
ſpĭcĭō, antiquum eſt.	guardare
Compoſita, *exī, ectum.*	
vt *Aſpĭcĭō, Conſpĭcĭō.* &c.	vedere guardare
ſcindō, ĭs, ſcĭdī, ſciſſum.	ſpartire ò ſtracciare
Tangō, ĭs, tĕtĭgī, tactum.	toccare
Compoſita. *tĭgī. tactum.*	
vt *Attingō, Pertingō* &c.	
texō, ĭs, texŭī, textum.	teſſer o intreciare
tergō, ĭs. tersī, terſum.	far polito
terō, ĭs. trīuī, trītum.	lograre o conſomare
tundō, is tŭtŭdī, tunſum, tūſum.	peſtare
Compoſita; *tŭdī, tūſum.*	
vt *Contundō. Rĕtundō,* &c.	
tollō, ĭs, ſuſtŭlī, ſublātum.	alzar da terra ò tor via
Compoſita, *tŭli, lātum.*	
vt *Extollō, Attollō.* &c.	
tendō, ĭs, tĕtĕndī, tenſum, tentum.	ſtirare
trūdō, ĭs, trūsī, trūſum.	ſcacciar via hurtando
trăhō, ĭs traxī, tractum.	tirare o ſtraccinare
Verrō, ĭs verrī, verſum.	ſcopare
vīsō, ĭs, vīsī, vīſum.	andare à vedere
ūrō, ĭs, ūsī, vſtum.	brugiare
vertō, ĭs vertī, verſum.	voltare
vīvō, ĭs, vixī, victum.	viuere
voluō, ĭs. volvī, vŏlūtum.	voltare
vādō, ĭs. caret vtroque.	
Compoſita, *vāsī, vaſum.*	
vt *Evādō, Pervādō,* &c.	
vincō, ĭs. vīcī, victum.	vincere
vĕhō, ĭs, vexī, vectum.	portar ſopra beſtie carri ò vaſcelli
vellō, ĭs. vellī, vulsī, vulſum.	ſtirpare

Coniugatio IV.

ămĭcĭō, ĭs. ămixi, ămictum.	coprire
Farcĭō, ĭs farsī, fartum.	ingraſſare, impire
fulcĭō, ĭs. fulsī, fultum.	ſoſtentare
Haurĭō, ĭs. hausī, hauſtum.	attingere cioè con aqua o vino
Părĭō. eſt tertię coniug.	partorire
Compoſita *pĕrī, pertum.*	
vt *Compĕrĭō, Rĕpĕrĭō.* &c.	
Sălĭō, vel *sāllĭō, ĭs. sălīvī, sălītum,* à ſale.	ſalare
sălĭō, ĭs, sălŭī, sălĭī, ſălĭvī, ſaltum, à ſaltu.	
Compoſita *sălŭi, ſultum.*	
vt *Insĭlĭō, Rĕsĭlĭō,* &c.	
ſancĭō, ĭs, ſanxī, ſanctum, ſancītum.	confermare
ſarcĭō, ĭs, ſarsī, ſartum.	rappezzare
ſentĭō, tĭs, ſensī, ſenſum.	ſentire, & eſſer di parere
sēpĭō, ĭs. ſepsī, ſeptum. (*sēpīvī, sēpītum.*)	circondare, attorniare
sĕpĕlĭō, sĕpĕlīuī sĕpultum.	ſepelire
ſingultĭō, ſingultīvi, ſingultum.	hauere in ſinghiozzo
Vĕnĕō, ĭs. vĕnīuī, vĕnĭī, venum.	eſſer veduto
vĕnĭō, ĭs, vēnī, ventum.	venire
vincĭō, ĭs, vinxī, vinctum.	ligare

Deponentia.

Multa paſsim leguntur, ſed hæc irregularia ſunt.

ădĭpīſcŏr, ſcĕrĭs, ădeptŭs.	acquiſtare
Commĭnīſcŏr, ſcĕrĭs. commentus.	fantaſticare, ò cercare o trouare fantaſticando
Expergīſcŏr, ſcĕrĭs. experrectus.	ſuegliarſi
Fătĕŏr, tērĭs. faſsŭs.	confeſſare
frŭŏr, ŭĕrĭs. frŭĭtŭs.	fodere
Grădĭŏr, dĕrĭs. greſſus.	caminare
Lābŏr, bĕrĭs. lapſus.	ſcorrere o ſdrucciolare
loquŏr, quĕrĭs, lŏquūtŭs.	parlare, raggionare
Mētĭŏr, tīrĭs. menſŭs.	miſurare
mĭſĕrĕŏr, rērĭs. mĭſeritŭs.	hauer compaſſione
mŏrĭŏr, rĕrĭs. mortŭŭs. mŏrĭtūrŭs.	morire
Naſcŏr, ſcĕrĭs. nātŭs, naſcĭtūrŭs.	naſcere
nanciſcŏr, ſcērĭs. nactŭs.	trouare apoſtando
nītŏr, tĕrĭs. nixus, nīsŭs.	sforzarſi ò appogiarſi
ōblīvīſcŏr, ſcĕrĭs. ōbĭtŭs.	dimenticarſi
ordior, dīrĭs. orſus.	ordire o comminciare
orior. ĕrĭs. l. ŏrīrĭs, ŏrĭtur, &c. *ŏrīrī; ortŭs ſum.*	naſcere
Prŏfĭcīſcŏr, ſcĕrĭs. prŏfectŭs.	partirſi e andare
pătĭŏr, tĕrĭs, paſsŭs.	patire, ſoſtenere
pacīſcŏr, ſcĕrĭs. pactŭs.	far patto

Quĕrŏr , rĕrĭs . queſtŭs. lamentarſi
Rĕŏr , rĕrĭs . rātŭs . penſare
Vlciſcŏr , ſcĕrĭs . ultŭs . vendicarſi
ūtŏr , tĕrĭs . ūſus . vſare , o ſeruirſi

Reliqua regularia ſunt; quorum vt participium cognoſcatur, actiua fingitur ; Dicimus enim , Si daretur *Imitŏ* , haberet *ĭmĭtāvī* , *ĭmĭtātŭm* . ergo , *ĭmĭtŏr* , *ārĭs* , habebit *ĭmĭtātŭs ſŭm* .

SYNTAXIS

SIc Græcè dicitur , quæ Latinè Conſtructio. Illam, Artem ponendi partes Orationis in caſibus congruis definio , & ad Regulas paucas reduco .

DE NOMINIBVS. [1]

S*Vbſtātivum adiectivumque concordant genere numero, & caſu . Vt* Amò homines doctos . *Nomen cum verbo, numero , & perſonâ , vt* Ego lego . *Et cùm vtimur participiis , etiam genere , vt* Virgo ſine peccati maculâ concepta fuit . *Concordat tandem Relativum , cùm Antecedente genere , & numero , vt* Homo , quem vidi , eſt ille, qui tibi locutus eſt. *Interrogatio , & reſponſio omninò cohærent , vt ,* Cuius librum legis ? Ariſtotelis . Cui facultati ſtudes ? Rhetoricæ . Quem alloqueris ? Ioannem . *De Reciproco ,* ſui , ſibi , ſe , *multa nimis ſcrupoloſè ſcribunt aliqui : quæ Veterum ſcripta non appobant. Si tertia perſona cum primâ aut ſecundâ concurrat , ſermonem Italicum aut Hiſpanicum ſequere . Quid , ſi duæ tertiæ perſonæ adſint ? ad vtram referetur Reciprocum ? Emanoël Aluarez* lib. 2. cap. 14. *reſpondet dicens ,* Si duæ tertiæ perſonæ interponantur , Reciprocum plerumque ad priorem referri ſolet . *Nota illud* plerumque , *non ergo ſemper . Hinc , ſi dicas ,* Petrus occidit Paulum in domo ſuâ , *domus eſt Petri: ſi autem dicas ,* in domo eius , *domus eſt Pauli .*

De Genitiuo . [2]

P*Oſſeſſio poſtulat , vt res poſeſſa ponatur in caſu, quem verbum exigit , & in genitiuo poſſeſſor , vt* Dedi Franciſco Petri chlamydem .

Adiectiua in Ax , Ius , Idus , & Oſus, *& quæ ſignificat* ſcientiam ; participationem , abundantiam, *gaudent Genitiuo. Genitiuo autē, & Datiuo quæ ſi*militudinem *aut* diſſimilitudinem *important : quibus* Communis , & Proprius *addi poſſunt* .

De Datiuo . [3]

A*T Datiuo gaudent , quæ ſignificant* vtilitatem , voluptatem , fauorem , æqualitatem , fidelitatem , *& eis* contraria . *Vbi nota hunc datiuum ſolere tranſire , in accuſatiuum cum* Ad ; *ſed tu , quouſque multa in authoribus obſerues , ſis datiuo contentus .*

Hunc etiam caſum amant verbalia in bilis, *& multa quæ componuntur à* con , *vt* Amabilis , honorabilis *&c.* Conſonus concolor , coætaneus . *&c. Add. poſſunt* Supplex , Obvius , Pervius , Abſonus Obnoxius *&c.*

De Ablatiuo . [4]

LAus , vituperium , pars, materia , menſura *in ablatiuo debent poni.* Adiectiua diuerſitatis *requirunt ablativum cum præpoſitione* A. *vel* Ab.

Ablatiuum petunt hæc nomina , Alienus , Captus, Contentus , Caſſus , Dignus , Dives ; Extorris , Fretus , Inanis , Immunis , Locuples , Liber , Nudus , Onuſtus , Orbus , Plenus Potens, Præditus , Refertus , Vacuus . *Sed apud apud plurimos hic ablatiuus conuertitur in genitiuum .*

Cum aliquod nomen non habet unde caſum determinet, ponitur in ablatiuo , qui abſolutus vocatur , vt Sedente Vrbano , Regnante Philippo . *&c. Græci Accuſatiuum ſolent ponere , & illos imitatus Virgilio Æneid. 6.*

Quatuor hinc primum nigranter terga juvencos. *&c. Subintellige Græcè κατὰ , & Latine ſecundum .*

Phraſes Speciales . [5]

PEtrus eſt ſimilis Ioanni vel Ioannis , Parcere peccatoribus Dei vel Deo proprium eſt . Fidelitas omnium Germanorum omnibus Germanis , apud omnes Germanos communis eſt . Opus eſt mihi liber , vel libro . Opus eſt mihi divitiis , *non verò* divitiæ . Natus , aptus ſum huic rei , ad hanc rem .

Numeri Cardinales ſic conſtruuntur. Hoc fecerunt quatuor Hiſpani : vel quatuor Hiſpanorum, vel quatuor ex (de , è) Hiſpanis .

Sic Ordinales . Primus à Rege , l. poſt Regem id ait . Obiit hodie primus ciuitatis , primus ciuium ; primus inter ciues : vel primus è (de , ex) ciuibus .

Sic comparatiua ; Petrus eſt doctior Ioanne, *vel* quàm Ioannes . Eſt Candidior *vel* magis candidus . *Hæc* , Petrus eſt magis doctus Ioanne , *tranſit in hanc* , Ioannes eſt minus doctus Petro .

Sic tandem Superlatiua conſtruuntur ; Franciſcus eſt doctiſſimus totius Hiſpeniæ , omnium Hiſpanorum ; inter omnes Hiſpanos .

DE VERBIS NEVTRIS. [6]

De duobus Nominatiuis .

O*Mnia verba , quæ ſignificant* eſſe , haberi , æſtimari , *requirunt duos nominatiuos. Conſiderandæ hæ phraſes ſunt .* Michael eſt , dicitur , vocatur, habetur , creditur , aſſeritur ſanctus . Ioannes vult eſſe , dici , vocari ; haberi , credi aſſeri videri ſapiens .

De Genitiuo. [6b[

Egeo, Indigeo, Satago, *&* Sum *cum poſſeſsionem ſonat, petunt Genitiuum.* Memini, *&* Recordor *Genitiuum vel Accuſatiuum, vel etiam Ablatiuum cum præpoſitione* De. Mentionem facio, *Genitiuum vel Ablatiuum cum eâdem præpoſitione.*

De Datiuo. [7]

C*Ompoſita ex præpoſitionibus* Ad, Con, In, Inter, Ob, Præ, Pro, Sub. *Et quæ ſignificant* auxilium, adulationem, commoditatem, voluptatem, fauorem, ſtudium, *& his contraria Datiuum poſtulant.*

Talia ſunt, Adſum, Adſurgo, Adhæreo, Conſono, Concordo, Inſum, Inſiſto, Inhæreo, Immineo, Impendeo, Incommodo, Indulgeo, Interſum, Obſto, Obſiſto, Obedio, Obtempero, Præſum, Proſum, Subſum, Succurro, Subvenio. *&c.*

Talia etiam Auxilior, Faveo, Opitulor, Opem fero, Adulor, Placeo, Diſpliceo. Noceo, Studeo *&c.*

Conſulo *te eſt*, *Peto à te conſilium*: Conſulo tibi, *& Do tibi conſilium.* Sunt mihi tres libri, *Eſt*, *Ego habeo tres libros.* Hoc eſt mihi curæ (cordi, gloriæ, laudi, *&c.*) *etiam frequentiſsimè dicimus.*

Gaudent etiam Datiuo. Abſum, Acclamo, Accumbo, Accubo, Accedo (*hoc eſt,* Aſſentior) Adquieſco, Adhæreo, Adhæreſco, Allaboro, Adequito, Adiaceo, Adno, Adnato, Adfulgeo, Antecedo, Antecello, Anteeo, Anteſto, Anteuerto, Appareo, Applaudo, Appropinquo, Arrideo, Aſſentior, Aſſiſto, Aſsideo, Aſſueſco, Attendo, Auſculto (*pro* morem gero) Benecupio, Beneuolo - Benedico, Benefacio, Benigne-facio, Caueo, Confido, Conſentio, Congruo, Conſono, Conſueſco, Commodo (*pro* proſum) Cedo, Concedo (*pro* locum do) Detraho (*pro* obtrecto) Deſpero, *De*ſeruio, Deſum, Diſpliceo. Diſcrepo, Diſſentio, Diffido, Doleo, Deficio, Excello, Fido, Hæreo, Illudo, Inſum, Inſulto, Inſuo, Inſuſurro, Inſiſto, Ignoſco, Illachrymor, Indormio, Incubo, incumbo (*pro* innitor), Impono (*pro* decipio) Inhæreo, Ingemiſco, Innuo, Inuideo, Inſto, Inſueſco, Inſideo, Interuenio, Intercurro, Interiaceo, Interſum, Intercedo (*hoc eſt*, oppono me vt impediam) Interdico (*pro* vero) Maledico, Malefacio, Metuo (*amicè*) Nubo, Noceo, Obſequor, Obſecundo, Obſum, Obſtrepo, Occurro, Occurſo, Officio, Parcò, Placeo, Præſto, (*pro* antecello) Præcurro, Præeo, Præluceo, Præſideo, Præſum, Proſum, Prouideo, Proſpicio (*pro* conſulo tibi) Proficio (*pro* proſum) Reſiſto, *Re*ſpondeo, *Re*clamo, *Re*nuncio, *Re*pugno, Satisfacio, Subiaceo, ſuboleo, ſubrepo, Subſeruio, Subſcribo (*pro* aſſentior) Subſum, Succedo, Succenſeo, Succlamo, Succreſco, Succumbo, Sufficio (*pro* par ſum) Supplico, Tempero (*pro* abſtineo) Timere (*amicè*) Vaco, (*pro* operam do.)

Aut Datiuum, aut Accuſatiuum adſciſcunt Antecedo, Antecello, Anteo, Anteſto, Anteverto, Anteuenio, Præcedo, Præcurro, Præeo, Præſto, *&c.*

Interdico *præter Datiuum perſonæ habet Ablatiuum rei, vt* Tibi totâ Hiſpaniâ interdixit.

De Ablatiuo. [8]

H*Oc caſu gaudent*, Abundo, Conſto, Confido, Careo, Delector, Egeo, Fido, Fluo, Fruor, Fungor, Glorior, Indigeo, Laboro, Lætor, Mano, Nitor, Oblector, Periclitor, Pluo, Patior, *Re*dundo, Scateo, Sto, Superſedeo, Vaco, Valeo, Veſcor, Victito, Viuo, Vtor.

Phraſes ſpeciales. [9.]

I*Ntereſt.* l, *Refert mea. tua, ſua, noſtra, veſtra*; *Intereſt*, vel *Refert Regis. Ioannis, Populi*; nimirum, *magni parui, tanti, quanti.* Mihi liquet hæc quæſtio. *Ambroſio libet,* l. *licet hoc facere. Franciſco licet eſſe bono, ſed libet eſſe malo. Fecit hoc Petrus cognomento, cognomine, agnomineq Africanus, Magnus, Animoſus. Mihi eſt nomen Petro. Vapulo ab hoſtibus; Veneo ab amicis, & tandem quid Ioanni (Ioanne, vel de Ioanne) fiet (futurum ſit) ignoro.*

DE VERBIS ACTIVIS. [10.]

V Erbum Actiuum poſtulat accuſatiuum, vt cum dico, *Ego amo Deum*, quæ oratio in paſſiuam tranſit hoc modo: *Deus amatur à me.* Actiua à Neutris facile diſtinguuntur, quoniam verba omnia neutra, paſſiua carent.

De Genitiuo. [11.]

V Erba, *Miſeret, Miſereſcit, Pænitet, Pudet, Tædet*, ſic conſtruuntur, *Miſeret me tui, Tædet me Philoſophiæ*, &c.

De Genitiuo, & Ablatiuo. [12.]

D*Elictum, pretium, valor, laus,* & *contraria* ponuntur in genitiuo, aut ablatiuo. *Crimen*, poſtulat genitiuum, aut ablatiuum cum *de*. *Pæna* etiam, & *materia* (ex) & *inſtrumentum* (cum) *cauſa* (à, ab) & *exceſſus* (in) cuius ablatiui præpoſitiones elegantius tacentur.

Verba etiam *remouendi, abſtinendi, auferendi*, poſtulant ablatiuum cum præpoſitione *à*, vel *ab*, *&* aliquando etiam ſine præpoſitione. Conſidera lineas ſequentes.

Accuſo, Arguo, Appello, Defero, Poſtulo, Abſoluo, Damno, condemno, Clodium proditionis, vel de proditione.

Capite, verberibus, carcere exilio, &c, *Ferdinandum punio, plecto*, &c.

Supplicio Antonium abſoluo, libero, adigo, adſtringo, obſtringo, mulcto, obligo, &c.

Vendo, loco, æſtimo, facio, duco hanc domum, quanti, tanti, pluris, plurimi, minoris, minimi, tantidem, quanticunque

ricumq; parui, magni, maximi, &c. *mille aureis*, vel *mille aureorum pretio.*

Domus erat ex pario marmore, Cælo perpolita à Phidia: muri altitudine Capitolium excedens.

Semotus ab omni curâ publicâ Furius, à Sophiſtarum colloquio, toto menſe abſtinuerat.

Cæſarem antiqui fœderis Fabius admonuit, commonuit, commonefecit.

De duobus Accuſatiuis. [13.]

MOneo, *Doceo*, & eorumdem *compoſita*: item *Celo*, petunt duos accuſatiuos, alterum perſonæ, alterum rei: vt *Moneo te periculum, doceo te literas.* Cum loquimur paſſiuè, perſona ponitur in nominatiuo, & res manet in accuſatiuo, vt *Tu moneris à me periculum; Tu literas doceris à me.*

Dicimus eleganter *Moneo, Commoneo, Admoneo, Doceo, edoceo, Erudio Franciſcum de hac re.*

Inſtruo, Inſtituo, Informo, Imbuo, non ſolent habere Accuſatiuum rei, ſed hanc ponunt in ablatiuo, & ſine præpoſitione eloquentius.

Flagito, Poſco, repoſco, peto, oro, rogo, interrogo liberiore modo conſtruuntur: Dicimus enim, *Ioannes orat pacem Deum*, vel *pacem à Deo*: & paſſiuè *Deus oratur pacem à Ioanne.* vel imperſonaliter *Oratur pax à Deo.*

DE INFINITIVO. [14]

ANte ſe accuſativum, & poſt ſe ſui verbi caſum poſtulat, vt *Petrus deſiderat me amare virtutem.* Ad paſſiuam poterit alterutra, vel vtraque pars tranſire, vt *Petrus deſiderat virtutem amari à me; A Petro deſideratur virtutem amari à me.* Sic etiam. *Ioannes vult Franciſcum ſtudere Rhetoricæ.*

Gerundium. [15.]

GErundia habent ſui verbi caſum, & ſic conſtruuntur: In nominatiuo, *Amandum eſt mihi Deum*; paſſiuè *Amandus eſt mihi Deus.* In genitiuo, *Tempus, occaſio, cauſa, ratio datur videndi Petrum*; paſſiuè, *Tempus eſt Petri videndi.* In datiuo *Bonus eſt gerendo magiſtratum*: paſſiuè *Bonus eſt Magiſtratui gerendo.* In accuſatiuo *Aptus eſt ad regendum Rempublicam*, paſſiuè, *Natus eſt ad regendam Rempublicam.* In ablatiuo: *Abſtineo à gerendo coronam*; paſſiuè *Abſtineo à coronâ gerendâ.*

Participium. [16.]

PArticipium præſentis actiuè conſtruitur cum genitiuo, vel caſu verbi: vt *Amans Dei*, vel *Deum.*

Participium futuri ſemper deſinit in *rus*, & caſum verbi poſtulat: reliqua participia in *tus*, & *dus* ſunt paſſiua.

Verbo aliquo ſubſtantivo, aut etiam adiectiuo, & participijs eloquentiſſimè, & breuiſſimè multa exprimuntur, quæ aliàs vix poſſent multis verbis; Dicis, *Cæſari, cum vellet ſacrificare, tradita eſt hoſtia, ſub onere, quod illam immolaret Marti.* Reſumo: *Cæſari iam iam ſacrificaturo tradita hoſtia, ſed Marti immolanda.*

Verbo ſubſtantiuo, & participijs actiuis totam actiuam vocem opulentiſſimè exprimimus; totam paſſiuam eodem verbo, & participijs paſſiuis, cum vel verba adiectiua carent perſonis, vel temporibus, vel volumus ſtylum variare.

De Temporum commutatione. [17.]

PRO Imperatiuo Præſens Subiunctiui ſumi ſolet. Vt *Ama*, l. *ames*; *Amato*, l. *amet*, &c.

Hæ orationes, *Factum fuit, euenit, accidit, vt Petrus iret Romam, Futurum eſt, eueniet, accidet, vt Ioannes eat Conſtantinopolin*, æquiualent his, *Petrus iuit Romam, Ioannes ibit Conſtantinopolin*: & hi modi loquendi ſunt vtiles, cum vtimur verbis defectiuis.

DE PRAEPOSITIONE. [18.]

VErſus poſtponitur accuſatiuo. *Tenus* etiam poſtponitur, ſed ablatiuo ſingulari, & genitiuo plurali. *In*, & *ſub* cum quiete regunt ablatiuum, & cum motu accuſatiuum. *Sub*, cum ſignificat tempus, vel ponitur pro ſimultaneitate accuſatiuum; *Super* cum motu accuſatiuum cum quiete, vel poſita pro *de*, ablatiuum.

Alij accuſatiuum poſtulant, *ad, aduerſum, aduerſus, ante, apud: Circa, circiter, circum, cis, citra, contra; Erga, extra; Infra, inter, intra, iuxta; Ob; Penes, per, pone, poſt, præter, propè, propiùs, proximè, propter; Secundum, ſupra; Trans, vltra*; Et ablatiuum *A, ab, abs, abſq; Clam, coram, cum; De, e, ex; Palam, præ, pro, procul; Sine, tenus; Longè, longius, longiſſimè.*

DE ADVERBIIS. [19.]

EN, & *ecce* nominatiuum, & accuſatiuum efflagitant. *Pridie*, & *Poſtridie* genitiuum, & accuſatiuum

Affatim, partim, ſatis, inſtar, regunt genitiuum. Quæ à ſuperlatiuis deducuntur ſapiunt naturam nominum è quibus orta. Cicero de Orat. *Maximè omnium nobilium Græcis literis ſtuduit.* & 2. de Finib. *Non quæro quid dicat, ſed quid conuenienter rationi poſſit, & ſententiæ ſuæ dicere.*

PRæter hæc ſcitu digna ſunt, quæ tempus, & locum concernunt.

Tempus quidem, vt *Quando? & quandiu?* & ſic conſtruuntur. *Quando eſt natus? Anno tali. Quatuor ab hinc annis, vel annos. Quamdiu vixit? Decem annis*, vel *annos. Ab vſque ætate Cæſaris. Quamdiu dominabitur? Quatuor annis, vel annos. Ad vſque aduentum Caſſiodori.* Sicut menſura tempori, ſic ut per Accuſ., aut Ablat. exponitur omnis menſura, vt ſi dixeris, *Lapis erat quatuor vlnis*, (vel *quatuor vlnas*) *longus.*

QVæ locum reſpiciunt ſunt interrogatiua, & reſponſiua. Illa ſunt.

Aduerbia *Vbi? vnde? quò? quà? quorſum?* Reſponſurus diſtinguere debet nomina Prouinciarum à Ciuitatum, Oppidorum-ve; & in his nomina, primæ, ſecundæq; declinationis à nominibus tertiæ; ſingularia à pluralibus; Propria etiam ab appellatiuis; & tandem nomina *Rus*

& *Domus* à reliquis:& hoc præciſuè, ſi interrogatio fiat per *vbi*. Sũto loco Regulariũ hæ phraſes.

Vbi eſt? *In Hiſpania; Romæ, Toleti, Barcinone, Athenis, Burgis, Montibus*, hi ſunt quædam Hanoniæ Ciuitas. Nam ſi vox hæc appellatiua, debet dicere, *in montibus, in ſylvis, in terris, in calidis*, &c. *Rure, Ruri, domi*, item *Domi meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ*. Aliàs *in domo magnâ, parnâ, pulchrâ*, &c. *In vrbe, in oppido, in caſtris, in balneo*, &c. Illi locorum primæ, & ſecundæ declinationis Genitiui reguntur à ſubintellecto nomine *in ciuitate, in oppido, in villa*, &c. idem enim eſt dicere, *Sum Toleti*, ac *ſum in vrbe Toleti*; idem *ſum Madriti*, ac *ſum in villa Madriti*.

Vnde venis? *Ex Hiſpaniâ. venio Româ, Toleto Barcinone; Athenis, Burgis, Montibus. Venio Rure, Domo*, app. *Ex vrbe, ex oppido, è caſtris, ex montibus*, &c.

Quo pergis? *In Hiſpaniam: Romam, Toletum, Barcinonem, Athenas; Burgos, Montes. Rus, Domum. Ad vrbem, ad oppidum, ad caſtra, ad balneum*, &c.

Quà ibas? *Per Hiſpaniam, totâ Hiſpaniâ, Româ Toleto, Barcinone*, &c. *Athenis; Rure, Domo; Per Rus, per Domum. Per vrbem, per oppidum, per caſtra, per balneum, per ſylvas per montes*, &c.

Quorſum tendis? *Hiſpaniam verſus, Romam verſus, Toletum verſus, Barcinonem verſus*, &c. ſen. per ponendo *verſus*.

Adhærent his interdum Aduerbiis aliqui genitiui, quos lineæ ſequentes exponunt. *Vbi. (vbinam? vbicumq? vbiuis, quouis, quoquo, nuſquam) gentium (terrarum. &c.) Longè gentium. Eò infelicitatis res perducta eſt. Huc malorum peruentum eſt*, &c.

TAmetſi non ſcribimus Lexicon, ſed Syntaxim, quam eſſe breuiſſimam ocſideramus, varia genera aduerbiorum ſubiungimus,

Sunt optandi, *Vtinam, O vtinam, O ſi*.

Vocandi, *O bone, Heus tu, Eho O*.

Interrogandi, *Cur? quare? quid? quid ita? Itane*, (*quamobrem*?

Affirmandi. *Etiam, ita, ita quidem, maximè, quidni*? (Nulla eſt vox, quæ exactè reſpondeat Hiſp. aut Ital. *Si*.)

Confirmandi. *Profectò, ſanè, certè*.

Negandi. *Non, nequaquam, minimè, haud, haudquaquam*.

Dubitandi. *Fortè, fortè an, forſan, fortaſsè, fortaſſis, fortaſſe, an forſitan*.

Hortandi. *Eia, age, agedum, agite, agitedum*,

Prohibendi. *Ne*.

Demonſtrandi. *En, ecce*.

Eligendi. *Potiùs, præſtat, præſtant*.

Comparandi. *Magis, minus-quam, & inſtar*; (*Petrus inſtar omnium eſt*.)

Congregandi. *Simul, unà, pariter*.

Separandi. *Scorſum, ſeparatim*.

Intendendi. *Acriter, ſtudioſè, animosè, vehementer*.

Remittendi. *Segniter, remiſſè, oſcitanter*, vel *laudabiliùs, dulciter, ſuauiter, pedetentim, paulatim, moroſè*.

Temporis. *Hodie, cras, Perendie. heri, nudiuſtertius, nudius quartus, quintus*, &c.

Numeri. *Semel, ſæpè, raro, frequẽter, aliquoties, toties, quoties*, &c. *Bis, ter, quater*, &c. *Centies, millies, &c.*

Ordinis. *Primum, ſecundum, tertium*, &c. *Deinde, ſubinde, denique, poſtremò*.

Euentus. *Fortè, fortuito*.

Similitudinis. *Sicut, ſicuti, ut vti, non ſecus, non aliter*.

Diuerſitatis. *Secus, aliter*.

Qualitatis. *Prudenter, grauiter, modeſtè*, &c. *Præcipitanter, temerè, arroganter*, &c.

Quantitatis. *Parum, multum, ſatis, ſuperfluum, nimium*, (*vt ſatis iam verborum eſt*.)

ADVERBIA loci. Interrogatiua ſunt, vt diximus, *Vbi? vnde? quò? quà? quorſum?*

Vbi terrarum? vbi gentium es? *Hîc, iſtic, illic, ibi, inibi, ibidem, alibi, alicubi, vbique, vtrobique, vbilibet, vbiuis, vbicumque, paſſim, vulgò, intus, foris, nuſquam, longè. peregrè*, Item *ſupra, ſubter, infra, ante, poſt, extra*; E quibus. *vbicumque, vbiuis, nuſquam*, recipiunt genitiuos *terrarum*, & *gentium*.

Vnde venis? *Hinc, iſtinc, illinc, inde, indidem. aliunde, undelibet, vndeuis, vndique, vndecumque, vndequaque, vtrinque Eminus, cominus, supernè, Infernè, peregrè, intus, foris*.

Quò pergis? *Huc, iſtuc, illuc, eò, eodem, illo, aliquo, aliò, neutrò, vtroque, quoquò, quocumque, quouis, quolibet, intro, foras, Peregrè, longè, nuſquam*, E quibus, *quouis, quoquo, nuſquam* admittunt genitiuos *terrarum*, & *gentium*.

Quà progrederis? *Hac, iſtac, illac, eà, eadem, aliqua, alia, neutra, vtraque, quaquà, quauis, quilibet, quacumque*.

Et poſteà quorſum ibis? Quem locum verſus? *Horſum, iſtorſum, illorſum, aliorſum, deorſum, ſurſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, læuorſum, prorſum, rurſum, introrſum, introrſus, extrorſum*, vel *extrorſus. Retrorſus, quoquouerſum*, vel, *vſus*.

DE INTERIECTIONE. [20.]

VOcatiuo, nominatiuo, & Accuſatiuo coniunguntur *O, Heu, Proh*, & interdum ſubintelligi ſolent, vt ſi quis in afflictione conſtitutus exclamet *Me miſerum*!

Cæterum *Hei*, & *Væ* volunt datiuum.

DE CONIVNCTIONE. [21.]

PLerumque caſus ſimiles nectit Conſidera ſequentes Phraſes *Petrus eſt bonus, & diues; maioris facit virtutem, quam diuitias; mavult habitare Romæ, quàm Conſtantinopoli. Omnia breuia, & ſi maxima, tolerabilia ſunt. Vt ne* eſt idem ac *ne*, *Vereor vt, Timeo vt, metuo vt*, eſt, ſpero, & deſidero, quod ſit. *Vereor ne, timeo ne, metuo ne*, eſt, horreo, ſeu deſidero, quod non ſit.

N O T A.

VT Philomuſus ſciat, quomodo hæ regulæ reducantur ad praxim, addam hanc Orationem, quam à Satrianenſibus Iuuenibus addiſci iuſſi, & in ſcholâ declamari: vt non Syntaxim ſolam, ſed & pietatem docerentur, & ab ipſamet pueritiâ inciperent, B. Franciſci de Sales virtutes eximias imitari.

A D

AD LAVDEM
B. FRANCISCI
S A L E S I I
PANEGYRIS.

Vt præcedentes Regulas meliùs Philomuſus percalleat, ſequentem Orationem in paragraphos diviſimus, illoſque vt Periodus reſponderet Periodo, numeris Arabicis diſtinximus, notavimuſquè, ſicut & Syntaxim ipſam diſt inxeramus, & notaveramus.

[1.] BEATVM FRANCISCVM SALESIVM, Galliæ Phœnicem, Europæ Decus, ornamentum Scholę, Pontificię perfectionis ideam, generis humani prodigium: cujus jam Anno MDCXXII. in Empyreo celebraverunt Angeli ἀποθέωσιν (a) in terris debere à Petro nunc ſedente (nempe Alexandro VII. Sanctiſſimo D. N.) Cœlitum Albo inſcribi, ſtupenda prodigia, prodioſa miracula, miraculoſæ ſuadent gratiæ, quibus decoratur divinitus, & ob quas à toto orbe Chriſtiano celebratur humanitus. Rem ergo faciet (b) ſuâ Majeſtate, & infallibilitate digniſſimam Sanctiſſimus Dominus Noſter, rem ejus meritis, virtutibuſq; cònſentaneam, ſi tot Regum votis, & Theologorum conſiliis adnuens B. Saleſium adſumptum eſſe in Cælum, & Deum ibi pro nobis orare definiat.

Supereſt, ut ad majorem Divi gloriam, & Lectorum ſolamen, exponam breviter dotes, prærogatiuaſq;, quibus illum Dominus condecoravit.

[2.] Parentes habuit Franciſcum Saleſij Comitem (hinc familiæ Illuſtriſſimæ nomen, & Franciſcam Syonnaſij Dynaſtæ filiam; quos nobilitas claros, ſed pietas clariores reddidit.

Cani ſunt ſenſus hominis; & ideò, ne in eo pueritiam quæras, qui nil vnquam habuit pucrile prętcr ętatem. Monet antiquus juvenes [Ovidius 3. *Art.*]:

Ventura memores jam nunc eſtote ſenectæ.
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Et quia noſter Saleſius etiam pueritiam ad mores antiquos compoſuit, nullam ipſe horam, aut inertem egit, aut iners.

Fuit, etiam dum eſſet adoleſcens, recti tenax, nullius culpæ conſcius, virtutis auidus, & ſcientiarum ſublimium ſtudioſus; ſemper beneficij, vel leuiſſimi memor, injuriæ, vel graviſſimæ immemor, rumorum, & murmurationum ſecurus. Diuinarum fuit rerum peritus, certus, (c) & Deo inſpirante diebus ſingulis certior, & tandem ætate maturiore Theologicorum myſteriorum ſcientiſſimus, at ſcientiæ illius, quæ non ædificat, ſed inflat, imperitus, ignarus.

Habuit à Deiparâ, quam diligentiſſimâ pietate coluit, vt eſſet partheniæ puritatis conſors, tranquillitatis compos, mentis potens (d) conſilij & publici, & priuati inſons: adeòq; ſemper impuritatis exſors, perturbationis impos, numquam animi impotens, & nunquam conſilij dati ſons, nuſquam reus

Eccleſia *Græcè*, *Latinè* Cœtus, Cōcilium. *Hinc Vniverſitas fidelium* Eccleſia Catholica *dicitur*, & *Chriſtus* Caput Eccleſiæ. *Et per translationem locum ipſum ſignificat, in quem Chriſtiani ad orandum conveniunt.*

Contrà Panegyris *locum ipſum ſignificat, in quo Heroes laudantur, & per translationem pro Oratione ipsâ ſumitur, quâ laudantur; quæ* Panegyricū *propriùs vocari ſolet.*

De Nominum appoſitione. 1.

P*Lura Subſtantiua, aut Subſtantiuum, & Adiectivū ſi componantur, aut apponantur veriùs, concordant caſu, vt conſpicis.*

(a) Θεὸς *eſt* Deus, & θεῖος Divus. *Deorum numero Cæſares adſcripſerunt Gentiles; at numero Divorū Eccleſia illos, qui vixerunt ſanctiſſimè, & clarent poſt mortem miraculis. Ideò Apotheoſim non per* ε, *ſed per* ει *ſcribi debere à nobis indicamus.* [Sub dio *in loco aperto, & libero.*]

(b) Sua, *hoc eſt Pontificiâ*: eius, *hoc eſt, B. Frāciſci Saleſij: Et nota hoc benè: quia tertiæ perſonæ, quæ regit, reſpondet pronomen* ſuus. *Illi verò, quæ regitur pronomen* Is.

De Genitiuo Poſſeſſionis. 2.

P*Oſſeſſor ponitur in Genitiuo, vt conſpicis.*

Hic Genitivus tranſit in Adiectiuum, vt liber mei, tui, *&c.* liber meus, tuus, *&c.* Gladius Cæſaris, *Gladius Cæſareus.*

Genitiuus poſt Nomē.

(c) *Huc* certior *pertinet* Te faciam (reddam) mei conſilij certiorem, *inquit Cicero, &* de meo conſilio *potuit dicere, ait enim alibi*, De his rebus te certiorem faciam:

(d) Potens *participium regit accuſatiuum, vt* Multa quidē *Regina* poteſt. *Si nomen ſit, regit genitiuum.* [Virgo viri potens, *eſt nubi-*

Aneſij humanioribus literis operam dedit. Bene (*e*) facere jam ab Spiritu-Sancto didicerat, hanc autem ſcientiam bene (*e*) dicendi facultate, quæ humanitùs adquiri ſolet; exornavit. Pariſiis Philoſophiam ſcholaſticam didicit, Ethicam docuit; tanta enim fuit morum elegantiâ præditus, tot divinis prerogativis ſuffultus, vt dum terrena audiendo, & loquendo addiſceret, Divina, modeſtè tacendo, & ſanctè operando doceret. In Theologicis eſſe voluit Angelici Doctoris diſcipulus, ut Angelicos mores notitijs exornaret Angelicis. Perplacuit Erudito, & ingenioſo Adoleſcenti Marſilii Ficini in *Plat. Parm.* ſententia: ait enim, *Theologiam, qui lecturus accedit, priùs ſobrietate animi, mentiſque libertate ſe præparet, quàm attrectare myſteria cæleſtis operis audeat*. & hanc ob rem ſine preparatione audire noluit cæleſtis doctrinæ myſteria. Senſus ſummâ ſobrietate, & cor previâ ſemper oratione excitabat, ut res ſublimes, & obſcuras faciliùs, & ſecurius addiſceret. Tandèm Patavium venit, ne Pontificii, & Cæſarii Iuris notitiâ viris doctis neceſſariâ careret. Sciebat enim Theologiam, & Iuriſ-prudentiam tam arcto vinculo connexas eſſe; ut ſicut qui Canones, & Iura Theologi, ſic etiam Canoniſte, & Iuriſtæ, qui Philoſophiam, & Theologiam ignorant, errores non mediocres commmittant.

Erat Pavavij ſub illud tempus Vniverſitas numeroſa, & ut ſolet numeroſis accidere, illuſtrium Doctorum referta, Præceptorum eruditorum diues, virorum nobilium opulenta, clarebant in illâ homines opum liberales; pecuniæ, vt pauperibus ſubvenirent, benigni; largi, aut etiam judicio imperitorum prodigi. Florebant ibi ingenia ſubtilium ſpeculationum fœcunda, eloquentiæ præſtantia: quæ ornare Patriam poterant, & peregrinis ſtudioſis prodeſſe. Librum non paginam deberem ſcribere, ſi omnes Viros Illuſtres, qui illam tunc academiam illuſtrabant, recenſere deberem; ſi labio exprimere me tempus, & memoria deficerent. Nobilium multi, Auditorum ingenioſiores, atq; Doctorum ſapientiſsimi erant incomparabili toti regioni glorie, & Academico vulgo ſummo exemplo. At quia perfectiſſimæ imagines carere vmbris non ſolent; erat ibi Academicum vulgus, in quo multi diſcipuli ſuorum Magiſtrorum videbantur antipodes. Erant non pauci ingenii inopes, argenti pauperes, conſilii indigi, rerum omnium egeni: erant & ibi alii prudentiæ vacui, pudoris nudi, honorum parci, laudum auari, necnon aliqui membrorum trunci.

Alterutros prudentiâ ſummâ conſpiciebat Franciſcus, & vt ſe proborum ſimilem, ſic improborum diſſimilem ſtudio ſummo reddere conabatur. Et quia veraciſsimus eſt ille, qui [*Pſalm.* 17.] dixit, *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente Innocens eris: & cum electo Electus eris: & cum perverſo perverteris*. pio Virorum Illuſtrium vtebatur conſortio, indiſciplinatoſq; aut prudentiâ fugiebat, aut modeſtiâ, & ſeveritate fugabat.

Corporis morbis, & animi ſuperatis inſidiis, Romam venit, ubi multas virtutes reperit totius civitatis communes, multas Religioſorum proprias: vt omnibus pectus ſuum decoraret, ſummam diligentiam adhibuit. Reperit ibi multos Prælatos modeſtiſſimos, hoc eſt, ſibi ſimillimos, quibus erant virtutes nobiliores communes, & heroicæ nonnullæ, velut propriæ.

[3.] Fuit Romæ Franciſcus omnibus gratus, multis utilis, ſalutaris, propitius, ſortituſq; aliquos Deo, & ſibi fideles ſocios, pauperibus ſolamini, & auxilio fuit. Tam erat humilis, vt inferioribus æqualis, & æqualibus eſſe vellet inferior. Et licet par dignitati vel maximæ, ſe imparem cuicumque oneri iudicans priuata con-

nubilis, viro matur.] *interdum etiã ablatiuum. Virg.* Terra antiqua potẽs armis, atq; vbere glebæ.

(*e*) *Illud* bene *me monet, vt Philomuſum, rigorem Dialecticum doceam, quem non ſemper obſeruare poſſumus, aut debemus. In Definitione nihil poni debet ſuperfluum: unde hæc hominis definitio,* animal ſenſibile rationale, *mala eſt; quia* ſenſibilitas *ponitur bis; iterum in ſenſibili, & iterum in animali. Hæc igitur Definitio*, Grammatica eſt ars benè loquendi. *mala eſt: quia illud* bene *ponitur bis; iterum in ſe, & in arte; non enim datur ars malè loquendi.*

Genitivus abundantiæ, & inopiæ.

Dives, Opulentus, Vacuus, Nudus, *eleganter ablativo junguntur.*

Dives *eſt nomen commune trium, vt* Clemens: *habetq; in accuſatiuo;* divitem & dives. *unde* lib. 1. de de Arte. *Ovidius*, Addidit extremo marmore dives opus. *Hinc* Ditior Ditiſſimus. *Hinc &* Divitior. *Cicero de Oratore*, Licentior, & divitior dithyrambus fluxit. *nondum autem reperi* Divitiſſimus *Vir. 2. Geor.* Dives opum. *& Cicero 2. o.* P. Craſſus tum Cognomine dives, tum copiis.

Similis, & Diſſimilis.

M*aiorem ſimilitudinem exprimit genitiuus, quã Datiuus; vnde aliqui internã Genitiuo, externam Datiuo non ineptè ſignificant.*

Cõmmunis, & proprius.

V*Trũq; nomen apud Ciceron.* de Senec: *invenio.* Id quidem *ait*, non proprium ſenectutis eſt vitium, ſed cõmune valetudinis. *Potuit dicere ſenectuti, &* valetudini. *Sed illud multis videtur elegantius.*

Dativus poſt nomen 3.

Fidus, Par, *&* Æqualis *Datiuum, aut etiam genitiuum adſciſcunt.*

Conſcius *vult Datiuũ perſonæ, & genitiuum rei; vt* Con-

tâ conditione contentus, cùm ad ſublimes poſſet, ad nullam promorionem adſpiraret. At licet vniuerſis amabilis, quia boni improbis placere non ſolent, illis inviſus erat, quibus jucunda, & grata videbatur conuerſatio liberior, & pietas moleſta, & importuna.

Confines, non ſolùm Romæ, ſed toti Latio populi, aut etiam his ipſis contermini, ſibi conſcii nullam rem magis eſſe rationi conſentaneam; Franciſco, ſiquà iter ageret obvii, accurrunt: cenſentes rationi abſonum, niſi ſupplices adeſſent illi, qui pro Deo, & pietate tot periculis fuerat obnoxius.

[4.] Tandem Anneſium rediit; & non Cælo pendentia ædificia, non Pario marmore ædificata Mauſolea; non tempe longo tractu protenſa, & curâ diligenti exculta: ſed Claudium de Granerio, virum ætate gravem, vitæ innocentiâ magnum, mundo alienum, tenui victu contentum, meritis divitem, Genevâ extorrem, favoribus Divinis fretum, ſuperbiâ inanem, gloriâ vana immunem, gratiis locupletem, animi perturbationibus liberum, pauperum curâ plenum, refertum, aut veriùs onuſtum: mundaniſq; ſollicitudinibus vacuum, nudum, aut etiam orbum; Religionis, & obſervantiæ gratiâ inviſit. At ſenex in Adoleſcentis modeſtia, & moribus neſcio quid Divinum ſentiſcens, exclamaſſe dicitur, *Hic mihi in Epiſcopatu ſuccedet*.

[5.] Opus eſſet mihi & tempus, & otium liberius, vt recenſerem omnia, quæ in hoc itinere evenere Franciſco. Ex ægrotis, qui Anneſii jacebant quatuor, ſicut pientiores cæteris, ſic fœliciores fuerunt. Vbique primi ex civibus, cùm omnes non poſſent, accurrebant venienti. Et illo in Gallia æuo, ſicut omnium erat modeſtiſſimus, ſic & Sanctiſſimus judicabatur. [6.]

[6.b] Egebant ſub illud tempus non pauci Principum Miniſtrorum fidelium, indigebant ſolidi, & ſinceri conſilij; Sabauduſq;, nam erat prudentiſſimus, vt publici boni ſatageret, & ſupremum honoraret Senatum, advocavit Franciſcum. At ille Dei erat, non hominum: & dum meminit plurium, quorum animæ periclitantur, quòd imprudenter ſe regimini admoveri permiſerint; de hac, aut alia promotione mentionem agentes, non libenter audiebat, rarò auſcultabat; & ſæpè forti reſolutione rejiciebat.

[7.] Tandem, vt ſibi benè conſuleret, & Deo tutiùs ſerviret, Clericali militiæ adſcribi voluit, & antiquæ pietati, & puritati incumbens, & conſonans, Evangelicis Illuſtrium Concionatorum Orationibus frequenter interfuit, vitæq; exemplo ſibi ſubditis, & præfuit, & profuit: nemini offuit, aut nocuit, ſed omnibus fauens, & auxilians, ſingulis chariſſimus fuit.

[8.] Sacris poſteâ initiatus Ordinibus, quidquid ad æternitatem non conduceret, vanum eſſe cenſebat; adeòque fluens (manans, redundans, & abundaus) virtutibus, charitate confidens, diſtractionibus carens, aſſiduâ librorum ſpiritualium lectione ſummoperè delectabatur; humanitùs nullâ indigebat re, quia tranquillitate cordis, quæ beatitudinis imago eſt, ſemper ſibi ſimilis perfruebatur. Morbis laborabat interdum, ſed nec tunc oratione, & mortificatione vacabat: & malens potiùs corpore, quàm animo periclitari, veſcebatur (viuebat, victitabat) communi cibo, & licet tenui, corpore valebat, & animo.

[9.] Eccleſiæ intererat, ne hic ſplendidiſſimus Sol lateret;

Illas

Cōſcius mihi ſū huius rei.

Accommodus, Appoſitus, Aptus, Idoneus, Habilis, Inhabilis, Vtilis, Inutilis, Pronus, Natus, huic rei, vel ad hanc rem.

Vtilis, Inutilis mihi ad talem rem.

Propenſus, Alacer, Factus, expeditus, Promptus, Paratus, Propenſus, Appoſitus, ad illam rem.

Ablativus poſt Nomen. 4.

ALiqua nomina, quæ hîc ablatiuo gaudent, ſolēt habere genitiuū. Ita immúnis, Dignus, *& aliquando* Orbus, Caſſus, Onuſtus, *&c.*

Opus indeclinabile. 5.

POtuiſſem dicere, Opus eſſet mihi & tempore, & otio.

Comparatiua, Superlatiua, Partitiua, & Numeralia ſunt nota & communia, nec debent exemplis pluribus dilucidari.

Genitivus poſt verbū. 6. b.

EGeo, Indigeo, *etiam regere poſſunt ablatiuum.*

Memini (*hoc eſt Recordor*) *poſtulat genitiuum, Accuſatiuū, & ablatiuum cum* de, *vt* ſenes huius rei, hanc rem, vel de hac re meminerunt.

Datiuus poſt verbum. 7.

INcūbo *obnixè alicui rei operam do aut datiuum: aut accuſatiuum cum* in *aut* ad *Cicero de Orat.* In id ſtudium, in quo eſtis, incumbite. *Et libro* 10. *Epiſt.* 10. Incumbo toto pectore ad laudem.

Ablatiuus poſt verbum. 8.

COpioſis eſt, & valdè liber hic loquendi modus: vbo enim ablatiuus à verbo nō bene regatur, diceretur abſolutus: hinc dicimus, Macte animo, Eſto tranquillo corde *&c.*

Mano, Fluo, redundo *etiā aliter efferes: dic enim,* Vulnus manauit ſanguine, *vel* ſāguis manavit è vulnere.

Sic etiam, Cælum pluit lacte, *vel* lac pluit è cælo.

Phraſes ſpeciales. 9.

Illas

referebat Reipublicæ, vt qui lucebat, alios illuminaret: & ideò ritè, & legitimè Cathedralis Eccleſiæ Præpoſitus denominatur. Ad tantam dignitatem euecto, quia ſua referebat communis boni cura & licuit, & placuit eſſe aliorum ſollicito; & vitâ & linguâ aduerſus vitia declamare. O quanta ille in regimine paſſus! vapulabat ſæpè à maledicis (a) venibat à vafris; ſed, quia in libertate meritum, & libertas in actione conſiſtit, operationes ſuas ad legem collimabat æternam, quid autem de ſe fieret (futurum eſſet) relinquebat prouidentiæ diuinæ, cui ſunt curæ vniuerſa.

Mirabantur in illo inimici, & amici tantum rerum terrenarum neglectum; at ille ſibi conſtans, cauſam Dei agebat, & ſuæ vitæ negotia Diuinæ protectioni committens, tranquillo animo in extremis periculis fruebatur. Quàm eſſet grata Numini ſincera hæc animi reſignatio, demonſtrarunt ſtupenda prodigia, quibus univerſi inſtruimur, nihil eſſe, à quo non timêre non poſsit injuſtus Cain: nihil à quo timêre Abel innocens debeat.

[10] Tanta contra Calviniſtas concionabatur efficaciâ, vt Auviliacum perilluſtrem Dynaſtam, Hæreticum pertinaciſſimum, & in controverſiis apprimè verſatum ita perſtrinxerit, vt abjuratâ hæreſi Religionem Catholicam amplexus ſit. Hinc ab Orthodoxis ſuſpici, timeriq; ab Heterodoxis, incepit.

[11.] Tantâ Hæreticas omnes ſectas eſſe falſas, exſecrabileſq; claritate probauit, vt multos vitæ liberrinæ tęderet, alios puderet, aliquos pœniteret: quorum omnium miſerebat Altiſſimum, nam ſingulos copioſis excitabat, & fouebat auxilijs, vt poſſent ſaluari, ſi vellent.

[12.] Accuſabat (arguebat, poſtulabat, damnabat) blaſphemiarum horribilium Ioannem Calvinum, à Republicâ olim lilii Gallici inuſtione punitum: & licèt non abſolutum crimine, ſupplicio vltimo per imprudentiam liberatum. Catholicæ doctrinę veritatem tam efficaciter ſingulis perſuadebat, ut Hęreſiarcha inciperet parui (minoris, minimi) fieri (haberi, ęſtimari) flocci duci ſeductor, & qui pendere debuiſſet, nauci pendi.

Hinc deuotio adoleſcens optimo ex lapide ędificavit noua templa, quę majeſtate ędificii ab Hęreticis profanata exęquarent, pietate, & religione excederent: in quibus Orthodoxi ſemoti, & remoti ab Hęreticis poſſent à conſortio pernitioſo abſtinere, & laudi Diuinę vacare.

[13.] Irâ perciti Calvinianę ſuperſtitionis Pręceptores in Franciſcum commoti, doceri ab illo populum falſam, & perniciosam doctrinam vociferantur; monent illum periculum, vt ſponte diſcedat: celant eum authores, ne remedium adhibeat; ſed, quia concionari pergit, ut veneficum, pacis publicæ perturbatorem, & populi ſeductorem appellant. At Deum Franciſcus patientiam, conſtantiamq; orat (petit, poſcit, repoſcit, flagitat, rogat) & impetrat. Quæſtiones Hæreticis proponit neceſſarias

---

Illas voces mea tua, ſua, noſtra, veſtra, *quæ verbũ* Intereſt, *aut* refert *cõcomitãtur ad ablativũ ſpectare Lipſius affirmat, & ideò vltimã circũflectit. at ego accuratiùs diſtinguo: nam* Intereſt mea, *ſignificat, Eſt inter negotia mea. Ergo* mea *pertinet ad accuſat. &* Refert mea *ſignificat. Eſt è re mea. ergo nunc* mea *eſt in ablatino.*

(a) *Verbum* Veneo, *dicitur quaſi* venum eo, *habet præter.* venivi, *vel* venii, *& ſupinum* venum, *non* venitum. *ſequitur verbũ* Eo; *ideò dic*, venibã *non* veniebam. *Apud veteres reperio* veneor, *eſt autem* veneo; *vendor;* venum eo; *vt* vendar eo.

Verba Actiua. 10.

Sũt multa, & notiſſima propter Accuſativũ, quem regunt; & vt vel pueri ſciunt, hæc poſitio, Timet Calviniſta Saleſium *tranſit in paſſiuam hoc modo,* A Calviniſta Saleſius timetur.

Genitivus poſt Accuſativum. 11.

Hæc sũt impersonalia; & ſi ſcire deſideres, ũde ille genit. aut etiã Accuſativus regatur? dicam hanc poſitionem v. gr. Tędet animã meam vitæ meę *æquivalere huic,* Vitę meę tędium tenet animam meã.

Genitivus, aut ablatiuus poſt Accuſativum. 12.

Genitiuus criminis cũ verbis accuſãdi trãſire in ablatiuũ poteſt cũ præpoſitione de, *ũde ubi dixi* Accuſabat blaſphemiarum Calvinum, *potui dicere* de blaſphemiis. *Sed unde ille Genitiuus naſcebatur? à voce* de crimine *ſubintellectâ: eſt enim idem,* Appello Ioannem proditionis, *ac* Appello Ioannẽ de crim. proditionis.

Materia, Inſtrumẽtũ, Cauſa

In his Ablatinis ſemper ſubintelligitur aliqua præpoſitio, quæ interdum eleganter exprimitur, ut videre poteris, ſi textum adiacentem conſideres.

Accuſativus poſt Accuſ. 13

Cõſidera illud doceri; *volui enim hãc hiſtoriã per paſſivã exprimere, ut converſio omnibus innoteſceret: nã Accuſatiuus rei manere debet, & Accuſatiuus pſonæ in Nominatiuũ mutari unde hæc,* Lutherus Germanos falſam Doctrinã docuit *tran-*

ceſſarias quotidie, eoſdemq; congruas ſolutiones interrogat; hi autem cùm exhibere illas non poſſent, partim in rabiem aguntur: partim fauente Deo illam religionem abjurant, quæ nec ratione, nec authoritate defenditur.

[14.] Creſcunt pericula; Baroque Ermancianus Arcis Allingianæ Præfectus, Franciſcum eſſe tutum deſiderans, ſuadet ne ſine militum præſidio ad concionem accedat. Non perſuadet. Reſpondet enim ei Franciſcus nullas ſe inſidias pertimeſcere, & ſe malle concredere protectioni Diuinæ, quàm militum humanæ potentiæ.

[15.] Cùm tandem Chaballicenſes ab ejus, non concionibus, & diſputationibus modò, ſed & colloquio, ſic imperante Magiſtratu, abſtinere cogerentur, pugnandum fuit Franciſco calamo; & ideò ſcripſit literas, quæ multos diſſitos populos, & Tononienſes præcipuè, ad græmium Eccleſiæ reuocarunt.

[16.] Addunt militi ſtrenuo animum Clementis VIII. Diplomata; & Genevam ipſam, ſedem Caluini, vbi Beza erat Supremus Prædicans, Orthodoxæ Veritatis dogmata declamaturus, imò plurimis perſuaſurus ingreditur. Eum ibi à Prædicantibus præſcitis repulſum, à vulgo miſerrimè decepto injuriis laceſſitum legimus, ſed quia inſuperabilis eſt Prædeſtinationis efficacia, gratia Dei cooperante, ſeptuaginta duo Hæreticorum ille millia ad fidem Orthodoxam conuertit.

[17.] Accidit, ut è prędicatione tedeuntem gratulationibus, & applauſibus exciperet populus, Granerius Epiſcopus Coadiutorem elegerit, & Clemens VIII. confirmarit. Auctoritate auctus, majori ſe potentiâ Calvinianis oppoſuit, & Chablaſio, Torniacoq; Catholicis Concionatoribus reſtitutis, & ſectariis ab agro Gexenſi expulſis, nullum non movit lapidem, ut Heterodoxorum ſuperſtites reliquias extingueret. Intereà obiit Granerius, & Torrentini à Vienuenſi Metropolitano, Tricaſtrenſi, & Damaſceno aſſiſtentibus in Geneuenſem Epiſcopum conſecratur.

[18.] At quia hęreſis eſt ingenioſa, & pertinax, multa adverſus virum Sanctum molitur, & vtra inhumanitatis terminos præterlapſa, cui argumentanti reſpondere non poterat, è vivis tollere deſiderabat. At pijs Franciſci conatibus favit è Cælis Deus tàm immenſâ potentiâ, vt malignantium vota remanerent eluſa, & Veritas ſemper triumpharet.

[19.] Ecce Pietatis, & Iuſtitiæ ſupra omnia Fortunæ diſcrimina poſitam fœlicitatem! Ecce Virtutem, ſecuriſſimum Virtutis præmium! Ecce Numinis Omnipotentiam à piis Sancti hominis votis ſtantem. Ecce, ut tutetur Saleſium, ſi terra ingrata inſidias apparet, ipſemet Æther dimicat, injuſtoſq; inimicorum eludit quoſcumque conatus. At non obſtante protectione cæleſti gravia eſt paſſus! Quid Inde? Multa fuit Vir inſignis pro Iuſtitiâ perpeſſus, at nihil omninò ſine lauru. Ecce gloria, & honore coronatur, dum vivit. Ecce pro Deo exantlatos labores, viam ad beatitudinem æternam ſternentes.

Hanc tandem fœliciter indeptus eſt: nam cùm pridie Sanctorum Innocentium ſolemnitatem apoplexiâ corripitur, tranſitum inſtare ſentiſcit, & Eccleſiæ myſterijs Sacroſanctis munitur.

Vixerat Deo, & Eccleſiæ quinquaginta quinque annos: & anno Chriſti milleſimo ſexconteſimo vigeſimo ſecundo eſſe mortalis deſiit: nempe ipſomet Sanctorum Innocentium die: hoc

enim

tranſire debet in hunc A Luthero Germani falſam Doctrinam docti ſunt.

De Infinitivo. 14.

INfinitiuus cum verbo Sum *poſtulat duos accuſativos, cum alys verbis, habet accuſatiuum ante verbum, & caſum verbi poſt verbum; vt in contextu videre eſt.*

De Gerundio. 15.

EIus uſus eſt frequens, & elegans nec occurrit, quid debeat neceſſariò adnotari: textum ipſum conſidera.

De Participio. 16.

MVltis temporibus caret Lingua Latina, & in voce paſſiuâ præcipuè, quæ Participys ſupplentur, ot amatus ſum, eram, fui, fueram, ero, fuero, &c.

Etiam vbi verbum abundat, eloquenner interdum ad participium recurrimus, vt Amans tui ſum, *hoc eſt,* Amo te.

De temporum commutatione. 17.

NOta illud Accidit vt, *verba enim defectiua huiuſmodi circũloquio inuūtur, Pono exemplũ* Petrus ivit Romam *Quomodo hoc ipſum dicā, ſi loco verbi* Eo, *ponerę iubear verbum* Vado? *Recurram ad Canonem hunc, dicamq;* Accidit (evenit contigit, *& cæt.*) vt Petrus Romam vaderet.

De Præpoſitione. 18.

OMnia, quæ de Præpoſitionibus dici poſſūt, sūt pervia, & clara, nec cõmētario indigent.

In verbo Pono *Authores variant, alii enim dicunt* Pone librum in mensâ *alÿ* in mēsā

De Adverbio. 19.

En, Ecce.

EN Ecce *aduerbia demonſtrativa ſunt; quod oſtēditur ponitur in Nominatiuo, aut accuſatiuo; & perſona, cui oſtenditur, in Datiuo. Sicero Att. 2. Epiſt.* 15. Cùm hæc maximè ſcriberem, ecce tibi Sebotus. *pertinent ad ſecundam perſonam & ideò dicere poteris* Ecce vobis; *nodum legi* Ecce Petro.

Quando? Quamdiù?

ILlud cum Ablatiuo, hoc cum Ablatiuo, aut cũ Accuſatiuo conſtruitur: nec contra ſtat Ciceronis authoritas, quī in Verr dixit, Horum pater ab hinc

duos

enim, non jam, vt alii ſolent, vitam cum morte, ſed mortem cum vita commutavit. Qui enim forte inſipientium oculis videretur interieus., iſte, iſte, ad quietem, ad gloriam, ad triumphum, beatitudinemque æternam fuit introitus.

Genevæ, Logræ, Mozæ, Vcenæ; Sinleri, Lugduni, Evii, Megine, Thenone, Auenione; Ayranis, Pariſiis, Cheruiis, Vallibus; & ubicumque nuncium ejus mortis advenit, lachrymis Viro felici parentarunt.

Corpus Lugduno effertur, & ut in funere honoraretur, ex Civitatibus, & Oppidis vicinis utriuſque ſexûs, & conditionis homines magno numero concomitantur.

Lugduno Maſconem verſus magnâ pompa deducitur: Ternis, Romejano, & per loca intermedia tranſiens à populo accurſu numeroſo honoratur, & tandem Anneſium delatum, honorificè à Clero, & populo devoto ſuſcipitur; & in B. Virginis Viſitantis (a) Eccleſiâ conditur: ubi magnâ religione à multis peregrinis inviſitur, à Deoq; crebris illuſtratur miraculis.

duos, & viginti annos eſt mortuus. *Nã tempus à morte metitur, & non quando ſit ille mortuus, ſed quantum ab eius morte elapſum ſit tempus, expendit.*

Adverbia loci.

Doctrina de Adverbus eſt facilis, & ſuperiùs clariſſimè in Syntaxi tradita.

(a) *Deipara ſolemnitates non ſemper Scriptores legitimè proferunt, cùm ad participium reducunt. Dicunt communiter.* In Annuntiatione, Viſitatione. Purificatione, Aſsũptione B. Virginis Mariæ. *Reponunt Critici,* In B. Virginis Annuntiatæ, viſitãtis, Purificantis Aſſumptæ ſolemnitate. *Tu rem benè conſidera: & ne activa participia cum paſſiuis, aut contrà, confunderis.*

NOTA!

SIC volui de B. Franciſco Saleſio, ut Philomuſos docerem Syntaxim, & adverſus Virum Sanctiſſimum augerem devotionem, ſcribere: cuicumque Magiſtro erit liberum hanc Orationem imitari, & ſibi aliud qualecumque argumentum proponere, imò vberius ſi voluerit diſcurrere: mihi enim placuit eſſe brevi.

QVAO-

QVANTITAS SYLLABARVM.

ALiæ ſunt longæ, aliæ breues, aliæ indifferentes.

Omnis diphtongus; omnis vocalis ante duas conſonantes, ante I. conſonantem, ante X. vel Z. longa eſt. Vt *Tērrā*, *Dīxī*, *Gāzā*, *Trōiā*, & quia hæc regula generaliſsima eſt, syllabas poſitione, & diphthongo longas ſuppono, & vix notâ productionis afficio. Vocalis natura ſua breuis ante mutam, & liquidam ſequentis syllabæ, eſt in proſâ breuis, in carmine. indifferens, vt *Tĕnĕbræ*. Si prior dictio deſinat in conſonantem, & ſubſequens à conſonante, incipiat. vltima prioris dictionis longa eſt, vt *At pĭŭs*. Si vltima prioris dictionis *ſit vocalis breuis, tametſi ſequens* dictio incipiat à duabus cōſonātibus, breuis frequētius, remanet, vt *Lūcētquĕ Smărăgdīs*

Excipe diphthongon *Præ* in compoſitione, ſi ſequatur vocalis; quoniā in *Prăeāmbŭlō*, *Prăeĕō*, *Prăeībō*, , *Prăeōrŏ*, &c. breuis eſt. Excipe etiam deriuata à iugo vt *Bĭiŭgŭs*, *Trĭiŭgŭs*, *quădrĭiŭgus*. &c.

Vocalis ante vocalem breuis eſt vt *Lūcĭŭs*, *Pŭer*. Dicimus *ō Pōmpēī ō Cāī*. &c.

Item *Plateā*, *ĕlĕgīă*, *Dārīŭs*, *Băsīlīŭs*, *Cĭthărēă*. *āēr*, *āĕrēŭs*. (Apud Authores optimos harum vocum, *īdēă*, *Ortŏgrăphīă*. *Phĭlŏsŏphīă*, *Etymŏlŏgīă*, *Symphōnīă*, & ſimilium penultima producitur; apud alios æquè illuſtres breviatur.)

Præterita, initium geminantia primam corripiunt, vt *cĕcĭdī à cado*. *cĕcīdi à cædo*. *mŏmordī* (*olim mĕmordī*) *à mordeo*.

Præterita, diſsillaba habent primam longam, vt *Vīdī*, *Vēnī*; *Vīsum*, *Mōtum*.

Excepio *bĭbī*, *fĭdī* à findo *ſcĭdī*, *tŭlī*; cum compoſitis vt *ēbĭbī*, *diffĭdī*, *conſcĭdi*, *prōtŭlī*.

Virgilius dixit *lăvĭt*. præterito ne tempore, an præſenti, ita vt verbum ſit *Lauo*, *vis*? tu videris.

Excipio etiam *dătum*, *citum* à cieo, *rătum*, *ſĭtum*, *rŭtum*, *ſătum*, *ſĭtum*, *ĭtum*, *quĭtum*, *adſĭtum*, *concĭtum*, *ıllĭtum*, *multum* *exĭtum*, *cognĭtum*. Habemus à ſto ſtatum. *cuius a alia deriuata eſſe breve, & alia eſſe longum euincunt. Hinc*, *ſtātus*, *ă*. *um*. *ſtătŭs*, *ūs*. *ſtātūrūs*, & in compoſitis manente a, *conſtātum*, *conſtātūrūs*; *præſtātum*, *præſtātūrus*. Et ab ambio habemus. *ambībam*, & *ambĭēbam*. *ambītŭs*, *a*. *um*. *ambĭtŭs*, *ūs*. *ambĭtĭō*, *ōnis*. & *ambĭtĭōsŭs*.

In præterito perfecto indicatiui dicimus *erunt*, *l. ēre*, & Poëtæ aliquando *ĕrunt*, *l. ĕrĕ*. In ſubiunctiui præterito, *rĭmŭs*, *& rĭtĭs* habent Poëtæ, Orator ſequatur Patriæ vſum.

Caſus, Deriuata, & Compoſita, ſiue mutent vnam vocalem in aliam, ſiue non, ſequuntur quantitatem ſuæ originis. *Dŏmĭnŭs*, *Dŏmĭni*, *Dŏmĭnōrūm*, *Lĕgō*, *Perlĕgō*, *Intellĭgō*.

In cōpoſitione hæ præpoſitiones breues ſunt, *ăb*, *ăd*, *āntĕ*, *cīrcūm*, *ĭn*, *ŏb*, *pĕr*, *rĕ*, *sŭb*, *sŭpĕr*, quibus adas *ă*, & *Prŏ* græcas. Hæ ſunt longæ, *ā*, *ē*, *dē*, *dī*, *sē*, *prō*, & etiam *rē*, ſi duplicetur ſequens litera, vt *Rēllĭgĭō*, *Rēffert*.

Si prior compoſitæ dictionis pars terminetur in *E*, vel *I*, erit brevis apud Latinos: vt *lĭquĕfăcĭō*, *trĕmĕfăcĭō*; *omnĭpŏtens*, &c. Apud Græcos *Y*, O in compoſitione breves ſunt; Ω longa, vt *Oŏlĭdōrŭs*, *Aſtrŏlŏgŭs*, *Gĕōmĕtrĭă*.

Incrementa Nominum, & Verborum, eorumque quantitates iam ſuperius expoſita ſunt.

DE VLTIMIS SYLLABIS.

NOminum, Pronominum, Verborũ, & participiorũ vltimas ſyllabas, earumq; quantitates ferè habes in declinationibus. Pro aliquorum Nominum rectis, & vocibus indeclinabilibus, pauca addimus.

Producuntur in fine, *ā*, *ī*, & *ū*, vt *Contrā ămāvī*, *mănū*. Hanc Regulam ſequuntur vocativi græci, vt *AEnēā ăthlā*. Græca in *ĭ*, vel *y̆* ſunt brevia, ut *Pallădĭ*, *Mōly̆*. *ĕ* in fine corripitur, vt *pŏnĕ*, *penĕ*, *nempĕ* Adverbia ab adiectiuis ſecundæ declinationis habent *ē* longum, vt *longē*; nam adverbia tertiæ brevia ſunt, ut *făcĭlĕ ſublīmĕ*.

O in fine ambigua eſt, vt *vĭgĭlăbō*. Græca, quæ habent ω ſunt longa, vt *Andrŏgĕō*; Item adverbia à nominibus orta, vt *multō*, *mĕrĭtō*, *sŭbĭtō*.

B, *D*, *L M*. *R*. *I S*. *Y S*. *T*. & poſyſyllaba in *V S*, brevia ſunt, ut *ăb*, *ăd*, *Consŭl*, *Sermōnĭs*, *Tīphy̆s*, *Dŏmĭnŭs*, *impĕrăt*.

In fine longæ ſunt *C*. *N*. *A S*. *E S*. *O S* ut *Sīc*, *Tītān*, *Ēās*, *Nĕfās*, *Lŏcŭplēs*, *Ōs*, *ōris* *Hērōs*. [*ŏs*. *oſsis*. breue dicitur. ſed videre teſtimonium authenticum deſiderarem.]

N. eſt brevis in accuſativo nominis græci, cuius nominativus habet ultimam brevem, vt *Scorpĭŏs Scorpĭŏn*, *Thēty̆s*, *Thēty̆n*.

E L I S I O.

CVm vna dictio deſinit in vocalem, aut M. & quæ ſequitur, incipit à vocali, vltima prioris eliditur, & hæc eliſio, ſi ſit puræ vocalis, ſynalæpha; ſi literæ M, & eius vocalis, Ecthlipſis nominatur. Pono exemplum.

Ecce intĕr prīmōs Tōlĕsum ărmātŭs ĭnīvĭt,

ſic ſcanditur

Ecc' in, terprī, moſtō, lĕs' ar, mātŭs ĭn, īvĭt.

Irregularia.

ALiqua nolunt ſequi communes Regulas: illa jam dedimus: ſi qua rariora, & minùs uſitata adhuc maneant, uſus ea docet, & Authores, qui Proſodias curioſas ediderunt. Præcipua interim ad Syluam ſpecialem reducimus in Metametricâ *à num.* 45.

Pedes Verſuum.

ILlos numeramus, metimur, & exponimus *à num.* 52. ſed quo fructu? vt Philomuſus meus

loqui

loqui poſſit cum cæteris : omnia enim, quæ de pedibus dicuntur, ſuperflua ſunt.

Verſus.

AD varias claſſes reducuntur: nos ſuaviores, & communiores damus: & vt eorumdem Ideas meliùs intelligère poſsis, his notis (v, — ⏖, ⏓) utimur. Quatuor ſunt, quarum prima ſyllabam brevem, ſecunda longam, tertia unam longam, aut duas breves, ultima unam longam aut vnam brevem adſignificat.

Hexameter Heroicus.

— ⏖ — ⏖ — ⏖ — ⏖ — v v — ⏓

Illum poſt quintum characterem intercidit Penthemimeris, & Hepthemimeris poſt ſeptimum: & hinc innoteſcit, cur hæ Cæſuræ a 5. & 7. denominentur?

Pentameter Elegiacus.

— ⏖ — ⏖ — | — v v — v v ⏓ |

Senarius Iambicus purus.

v — v — v — v — v — v —

Dimeter purus.

v — v — v — v —

Lyricus tactus duplò velocior eſt, quam Epicus: & quia uni tactui quatuor characteres reſpondet, Senarius nominatur *Trimeter*: Quaternarius *Dimeter*.

Anapæſtus.

— ⏖ — ⏖ vel — ⏖ ⏖ —
⏖ — — ⏖ vel ⏖ — ⏖ —

Gliconius.

— — — v v — v ⏓ |

Aſclepiadeus.

— — — v v — | — v v — v ⏓,

? *Phaleucius.*

— — — v v — v — v — ⏓


Sapphicus.

— v — — — | v v — v — ⏓
— v — — — | v v — v — ⏓
— v — — — | v v — v — ⏓
v v — ⏓

Ex his verſibus hodie in vſu præcipuè ſunt Heroici: nec-non Diſtichi Elegiaci, qui Hexametro, & Pentametro conſtant: etiam Sapphici interdum concinnantur: rariùs Trimetri, aut Dimetri puri: nam impuri, tot, & tam inæquales pedes admittunt, ut potiùs malam proſſam redoleant, quàm legitimum metrum. Sed de hoc Apollo Metricus uberiùs *à num.* 55.

De Accentu.

ESſe deberet linguæ: ſed ferè eſt calami. Vt voce ſyllabas legitimè acuas, ad penultimã converte oculos, & ſi fuerit longa, illam producas: ſi brevis, tardè proferas, antepenultimam, ſit longa, aut brevis. Vt eaſdem legitimè pungas, adnotato accentus eſſe in calamo tres, gravem, acutum, & circumflexum: ut *à*, *á*, *â*. Gravem Adverbia poſtulant, ut *longè, doctè*: & hic ſolummodò onerat vltimã. Acutus numquã ſcribitur in ultimâ: afficit penultimã poſitione longam, ſivè ultima ſit lõga, ſive brevis, vel penultimam naturâ longã, quãdo vltima eſt lõga, & antepenultimã, quando penultima eſt brevis, ut *Circúmſto*, *Sermónes*, *Sermónibus* Circumflexus nunquam pingitur in antepenultimâ: exprimitur, in penultimâ, naturâ longâ, quando vltima eſt brevis: & in ultimâ ablativi ſingularis primæ declinationis, vt *Sermône*, *Doctrinâ* (ſunt multi viri docti, qui longam in fere omni ablativo circumflectant, ſcribantq; *Musâ*, *Musîs*; *Dominô*, *Dominîs*; *Deâbus*, *Duôbus*, *Sermône*, *Sensû*, *Diè*, *Diêbus*. Et hos, magnâ ex parte ſequitur Salisburgenſis Vniverſitas ſemper à linguæ, & calami puritate laudata.) Quæ de Accentu linguæ diximus, ſunt neceſſaria: at pleraque omnia, quæ de Accentu calami, neſciri poterunt.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

ATHENARUM, *videlicet,*

REALIS, *quæ est Doctoris Angelici:*
MODALIS, *quæ est Ambroſii:*
FORMALIS, *quæ est Ioannis Duns Scoti:*
EXPRESIVÆ, *quæ est Mellifluis Doctoris et*
DIVINÆ, *quæ est Aurelii Augustini,*
PENTACYCLICA INSCRIPTIO.



TAB.XI.

HIEROTHECÆ,

in quâ Apoſtolorum, Evangeliſtarum, multorumq; aliorum Martyrum et Confeſſorum continctur reliquiæ, TITULUS HEXACYCLUS.



TAB. XII.

A centro quocumque pergatur, Diſticha Retrograda invenientur.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. III NAPOLI

Ad gloriam laudemque

S. THOMAE

DOCTORIS ANGELICI,

Labyrinthus Hexagonus Retrogradus




TAB. XIII.

S. THOMÆ AQVINATI

Doctori Angelico: Præceptori Virgineo. Literarũ Orbis Soli: Naturæ Oculo; Academiæ Phœnici: Scholarum Stellæ: et Gymnaſiorum Lauro et Palmæ . .

Viro scilicet miraculoso, qui omnibus omnia factus, cæcis est Splendor: viam ignorantibus Rector: hærentibus Motor: fugientibus Magnes: periclitantibus Custos: nauigantibus Torrens: et passis naufragium delphinus

Hoc Retrogradum Distichum: et in ipso 9 823.275. Disticha recurrentia: adeoq; 39:293, 100. simplicia carmina; devotionis gratiâ consecrabat I. Caramuel. Salmanticæ Anno Dñi. 1629.



ILLVSTRISS.° ET REVERENDISS.° D.D.


doctrina THOMÆ; *nobilitate* SARRIÆ;
eloquentiâ REGIO CONCIONATORI:
prudentiâ CONSILIARIO CÆSARIO.
II. APOLLO METRICVS, & ipſe de ſyllabarum quantitate diſſerit, & omnia carminum genera ad regulas & leges reducit. Huc pertinent Muſæ Polymetricæ, quæ vnum & eumdem verſum in Eloquentiæ labyrinthis rediminunt duplici filo. Huc fugaces, huc Metrometricæ, huc Leoninæ, huc etiam Peregrinæ, & aliæ; de quarum genio & arte agere paucis nolo, & multis non poſſum. Poſſe confici verſus polymetros vno aut altero exemplo demonſtrabo. Apices ſequentes conſidera.

Reflua Tethys ouat: patria lingua canit

|– ∪ ∪ |– ∪ ∪ |–||– ∪ ∪ |– ∪ ∪ |–||

eſt Pentameter, qui in ſenarium Iambicum tranſire poteſt ſi tantum apices aut ſpiritus alterare velimus dicendo.

Reflua Thetis ouat: patria linguâ canit

| ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ |– –| ∪ –|– –| ∪ –||

Huic ſimilis eſt ille Pentameter,

Voluit bonos gelidæ Tethydos ora Deæ

|– ∪ ∪ |– ∪ ∪ |–||– ∪ ∪ |– ∪ ∪ |–||

qui, cùm volueris tranſibit in ſenarium ſequentē.

Voluit bonos gelidæ Thetidos orâ Deæ

| ∪ ∪ ∪ | ∪ –| ∪ ∪ –| ∪ ∪ ∪ |– –| ∪ –|

& hæc in ſpecimen produxiſſe ſufficiat.

VT V. & I. ſunt literæ inter Conſonas & Vocales mediæ & interdum ad illas, interdum ad iſtas ſpectant; ſic ſunt vocales aliquæ inter correptas & productas mediæ, de quarum quantitate, aut non conſtat, aut eſſe ancipites illuſtrium Poetarum teſtimonio probatur. Sunt maximè neceſſariæ, vt conficiantur Labyrinthi: additur igitur, vt iſtæ meliùs cognoſcantur, & diſtinguantur,

III. APOLLO AMBIGVVS, qui de ſyllabis diſputat, quæ menſura determinata carent. Tales ſunt, quæ nec ſunt determinatè breues, nec determinatè longæ, & ideò indifferentes vocantur. Debui multas congerere, quia in artificioſis carminū occurſibus, recurſibus-ve, mutatur multarum ſyllabarum quantitas, & ideò Metametra habere in promptu debet voces, quæ habeant ſyllabas indifferentes, vt eiuſmodi transforma-

formationes exhibeant. Vnum Carmen retrocurrentem in exemplum produco. Sic gradior:

Agros Aprilis pinxit, concepit vt imbrem.

Sic regredior.

Imbrem vt concepit, pinxit Aprilis agros.

& obſeruo voces *Agros*, & *Aprilis* in fluxu habuiſſe primas longas, & in refluxu breues. Metametricus ergo Poeta numeroſis copijs ſyllabarum indifferentium indiget, quos Anceps hic Apollo dabit.

SEd & Poeta altioribus Muſis ſtudens, multis paribus vocibus indiget, vt Labyrinthos ſuos excogitet, aut carmina varium pegma intexentia conficiat. Sed quis illas?

IV. APPOLLO SYLVESTER ſubminiſtrabit. Et quidem Virgilius Metametricus eiuſmodi dictionibus non poterit illo modo carere; omnes enim parodiæ, & præcipui carminum ſuccurrentium contextus poſtulant dictionum ſimilitudinem & paritatem.

CArminum ſingulorum primæ literæ ſolent aliquid ſignificare: ſolent & vltimæ: & tunc ab ἄκρος, quod eſt, *extimus*, & ςίχος *verſus* ars eiuſmodi verſus conficiendi nominatur *Acroſtichis*, & ipſimet verſus *Acroſtichi*. Sed quia interdum Poetæ per medium verſuum tranſeunt, addi debuit *Meſoſtichis*, quæ *Meſoſtichos* conderet. Huic Parnaſſo præſidet.

V. APOLLO ACROSTICHVS; cui VI. APOLIO MISOSTICHVS affinis & cognatus eſt. Hic vltimus rectè & obliquè adſcendit, volat, irruit, vt ſuo loco oſtendemus.

VT verſus integros, ſic dictiones ſingulas poſſumus & ſolemus conſiderare: puta, ſi iubeamus, vt ſingularum dictionum initiales concurrant: nam ſi ad te hoc Hexametrum miſerim,

Viuimus Empyreo nos in hoc vertice chari.

colliget ſingularum vocum primas literas.

VII. APOLLO PAROMOEVS, & ſibi indicet, *Veni huc*. Potuiſſet colligere ſecundas, tertias, quartas, &c. Sed de hoc vberiùs in Steganographicis. Huc pertinent omnia illa carmina, quæ poſtulant, vt omnes omnino dictiones, aut in eodem verſu, aut in toto Poemate incipiant ab eadem litera, vt illud,

Blanda, benigna, beans, benedicta, Bononia, blandis
Beniuolis benedico bonis bonitate beandis.

Multa id genus apud veteres reperiuntur carmina, quæ ſuo loco ponentur.

IVlium Cæſarem Scaligerum fuiſſe Logogriphorum inuentorem multi exiſtimant: at eorumdem conditio eſt antiqua, licèt neglecta à poſteris, & noſtrorum parentum ætate à ſolo Scaligero culta. Adeatur igitur

VIII. APOLLO LOGOGRIPHICVS, qui verborum monſtra, & varios conceptus ingenioſè explicabit.

LIteræ ſignificant numeros: & in occultis tabulis duo officia habent, nam Grammaticæ & Arithmeticæ ſimul ſubſeruiunt. Pono exemplum. Comes de Loſſeſtain amicus & vicinus noſter, obijt anno MDCLIII. & inſcriptum fuit tumulo

[fInIt CoMes De LossestaIn]

quibus literis res & annus MDCLIII. deſcribitur. Sanè, quo hæ inſcriptiones modò fiant, exponet.

IX. APOLLO ARITHMETICVS, in quo multos modos, numeros ſignificandi, aut etiam occultandi dabimus.

EGo quidem in vna & eadem ſuperficie motus varios conſidero. Fluunt Carmina, & dicuntur *Directa*: refluunt, & vocantur *Retrograda*: fulmina naturalia in præceps ruunt: artificialia euolant; &, vt eiuſmodi carminum motus edifferent, prodeunt.

X. APPOLLO FLVENS.
XI. APOLLO REFLVENS.
XII. APOLLO VOLANS.
XIII. APOLLO RVENS.

qui verſus promoueant, retrahant, extollant, ſupprimant. Huc ſpectant *Sagittæ Metricæ*, *Cancri*, *Phyroboli*, *Fulmina*, & *Meteora*, quæ in æthere Parnaſſi formantur. Eiuſdem eſt Oceani fluxus, refluxuſque, & quia idem in Parnaſſo contingit, reciprocationem hanc ſub vno Metametrico Numine formari iuſſimus, quod

(11) APOLLO RETROGRADVS denominabatur.

11 Sicut fluxus refluxuſque eidem cauſæ accenſentur, ſic etiam adſcenſus & deſcenſus: poterit. Ergo *Parnaſſus volans* cum *Labante* & *Ruente* coincidere, & Deitatis Poeticæ, cui nomen

(13) APOLLO FVLMINANS, iuriſdictioni conſecrari: quoniam non omnia fulmina exploduntur deorſum: multa enim in ſublime pelluntur.

DE grauitatis Centro Philoſophos diſputare permittimus: ad illud, & ab illo mouentur Grauia & Leuia. Anne Metametrici ſpiritus grauitatis & leuitatis ſunt capaces? ſunt quidem: vnde prodit.

XIV. APOLLO CENTRICVS; qui Tetragonica Pegmata ita conficit, vt à centro, aut etiam in centrum legantur. Sed & hunc vtiliore conſilio, poteris ad Quadrangularem educere.

PRæter quadratam aream multas alias figuras exhibet Geometria, omneſque vtiles carminibus attemperandis. Hanc ob rem additus fuit

XV. APOLLO MVLTIFORMIS. Huc tota poteſt exonerare Geometria: & quia eius notiores & perfectiores figuræ ſunt τρίγωνος, τετράγωνος, πεντάγωνος, ἑξάγωνος, ſanè, &c. poſſemus condere trium, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, aut plurium angulorum carmina: imò & nonnulla πολυγώνια aliquando conſtruximus: ſed quia cæteris.

XVI. APOLLO QVADRANGVLARIS ditior eſt. Debuimus illi nouum Parnaſſum aperire, & ſ[illegible]iſſimas Muſas adſcribere, quæ inter quatuor lineas ſe motibus diuerſis prouocent.

Lineis

LIneis rectis circulares ſuccurrunt, & per illas promouentes ingenium, Carmina ſphœrica formauimus, & conſecrauimus cognatis Muſis, quarum eſſet Antiſtes

XVII. APOLLO CIRCVLARIS.

Aget ipſe de Cylindro Poetico, de Cœlis Caſtaliis, de Cruce Metrica, de Polycycliis (Tricycliis, Tetracycliis, Pentacycliis, Hexacycliis, Heptacycliis: &c. & ediſſeret plurima ſupra cothurnum ſororum, quæ huc vſque incoluerunt Parnaſſum.

CŒlos Artificiales Apollo Circularis conſtruxit, & quaſi nouus Prometheus cœleſti igne voluit ſuos Orbes animare. Analogiæ doctrina poſtulat, vt

XVIII. APOLIO ASTRONOMICVS

illum ſequatur; nam cœli circuli imaginarii ſunt, qui à Mathematicorũ ingenio conformantur. Seruit huic Apollini Vrania; & dat carmina, ex quibus Solis & Lunæ locum in Zodiaco; diem, menſem, annumque; & alia valdè vtilia noſcamus.

QVia iſte mons eſt bicollis, vallem habet, quæ inter vtrumque iugum media, chriſtallos excipit ab vtroque culmine deriuatas. In vallibus franguntur voces, & dum numeroſè hinnit Pegaſus, Echo reſonat, & fractæ dictiones percipiuntur. Has ad Leges & Regulas

XIX. APOLLO ECHETICVS,

reducit & condit carmina plurium etiam linguarum: &, ne voces refractæ deſint, ſyluam conſerit, in qua per areolas & emblemata diſtribuetas, plurimas fractas vocum particulas ſis inuenturus.

ORdinem ſeruant literæ in ſyllaba, ſyllabæ in dictione: dictiones in carmine; carmina in libro: ſi inuertatur ordo, ſuccedet immenſa confuſio, niſi hanc ingenioſè euitemus. Ergo addi debebit Ars, quæ literas inuertere doceat; Ars, quæ ſyllabas; Ars, quæ dictiones; Ars, quæ verſus, aut ſaltem hemiſtichia deordinando ad ſenſus alios eruditè, & argutè propellat. Commutationes, quæ exercentur in literis, vocantur *Anagrammata*; quæ in ſyllabis, *Anaſyllaba*; quæ in vocibus eiuſdem carminis, dicuntur *Analexica*; & quæ in verſibus eiuſdem Poematii *Anametrica*. Omnes iſtæ commutationes in genere vocantur. *Protei*, & diſtinguuntur materialiter; quoniam alius literarum, alius ſyllabarum, alius dictionum, & alius eſt hemiſtichiorum Proteus. His quatuor conformandis & transformandis Proteis Genius quadruplex præſidet: nimirùm,

XX. APOLLO ANAGRAMMATICVS;

XXI. APOLIO ANASYLLABVS.

XXII. APOLIO ANALEXICVS.

XXIII. APOLLO ANAMETRICVS.

In ſingulis dabimus multa curioſa & varia, quæ ſuo loco legentur.

SEquuntur *Centones*; qui ex diuerſis Poetæ alicuius veteris & celebris hemiſtichijs farciuntur; inuenti à Proba Falconia ſummis laudibus digna Viragine, fuit enim Sanctiſſimi P. N. Benedicti Abauia, & Sexti Anicij Petronij vxor. Ab hoc verſicolore verſuum genere

XXIV. APOLLO CENTONARIVS.

nomen ſumpſit. Dormiſſe videtur annis mille; at iam hodie excitatus, influxum ſuum multis Viris doctis communicat, qui elegantiſſimos Centones farciunt.

GLoſſa à Centone differt; nam in Centone omnes Verſus alieni ſunt, In Gloſſa verò ille vnicus, qui ſtropham claudit. Differt iterum, quia ſumma in illo, nulla in hac variandi inuenitur libertas. Qui huic generi compoſitionis præeſt,

XXV. APOLLO GLOTTOGRAPHVS

dicitur, cuius inſluxu & apud Hiſpanos præcipuè curioſa & ingenioſa carmina conformantur.

TRovas Hiſpanus, quas Græcus *Parodias* appellat; quæ ſi accuratè fiant, gratia non carent: earum ſyntaxi præſidet.

XXVI. APOLLO PARODICVS,

qui legi vult non ſolùm carmina, ſed in arena expreſſas earumdem literarum vmbras. Hac arte vtens Hiſpanorum deuotio, omnia Veterum profana Cantica ad pios ſenſus reduxit; alij populi diuerſo ducti ſpiritu etiam ſacræ Paginæ textus in ſenſus profanos conuertunt.

MVſas delectari Amœbæis teſtatur tota antiquitas, & inter plurimos priſcæ eruditionis authores Virgilius, qui *Egl. 3.* cecinit, *Alternis dicetis; amant alterna Camenæ*: & ſororibus alternantibus adſiſtunt eruditi Genii, quibus

XXVII. APOLLO AMOEBAEVS

anteſtat: qui multi-genera metra diuerſa alternatione modulatur.

AD miracula & prodigia ſubuenio: fruſtra enim Apollini Poetæ Diuinitatem accenſerent, niſi & haberet prodigia patrandi artificialem & ingenioſam poteſtatem. Eſt ergo.

XXVIII. APOLLO THAVMATVRGVS

Parnaſſi Metametrici Genius, qui horæ quadrante quamque anum poteſt tanto exornare lumine, vt Græca, Latina, aut alterius cuiuſcumque idiomatis Carmina, de quocumque argumento, eloquenter & argutè componat, quod ſine artis ſtupendo miraculo fieri non poteſt. Reddit etiam hoc Numen Poeticum, ſi à curioſis conſulatur, Oracula, et futura contingentia prædicit.

FAuet Thaumaturgo alius genius, qui eius vtitur ingenioſis miraculis, vt literas occultè ſcribat. De hoc plura Ioannes olim Trithemius, & nuper D. Ioannes d'Eſpiers, Princeps Luneburgenſis, & alii. Sanè hic vocatur

XXIX. APOLLO STEGANOGRAPHICVS,

et Rhythmis et metris à Thaumaturgo inſpiratis, et dictatis vtitur, vt occultiſsimas ciphras componat, quas ſine claui intelligere nequeas.

De Steganographia Opus ſpeciale edidimus Coloniæ anno 1635. quod recudi curauimus Duaci anno 1643. & ad nouam formam reductum, poſitum fuit ſuperiùs ſuo loco.

TAntâ rerum varietate & verſuum multitudine obruti recreare animum deſiderantes, Philomuſi iubentur Apollinem penitiorem inuiſere; qui illos libenter excipit, & Metricos ludos inſtituit, vt ſimul ſe exerceant & recreent. Eſt igitur.

XXX. APOLLO ORCHESTRES, quidam Iouialis Genius, qui ludendo, Diſcipulos ſtudioſos erudit; & dum illos exercet talis, teſſeris, aleis pictis, chartis &c. ſingulorum ingenium acuit, perficitque, vt pangant carmina, & faciliùs, & meliùs. Eſt hic Apollo hominibus noſtris inuiſus, at ſummè vtilis; nam Adoleſcentes carere ludis nequeunt; & ipſe præſtat, vt vtiliter & doctè concertent, & multum conſequitur boni, ſi diſtractionibus alijs excluſis obtineant illæ, quæ ſimul erudiunt & recreant. Vtor Latinâ linguâ in huius Parnaſsi erectione: aperiamque viam, vt Ingenioſus Lector generalem doctrinam ad linguam Hebræam, Græcam, aut aliam qualemcumque transferat.

PRæcedentes Apollines, tametſi nulli idiomati alligati: (ſunt enim liberi, & per omnes prouincias & linguas diſcurrunt) non tamen aut eſſe in duobus locis ſimul, aut vti duabus linguis ſimul auſi ſunt. Hanc ob rem

XXXI. APOLLO POLYGLOTTVS addi debuit: qui vno & eodem tempore reſidet in diuerſis prouincijs, & loquitur linguis diuerſis. Debuit poſt Thaumaturgum poni: quoniam hæc prodigia ſine miraculo Metrico fieri non poſſunt: debuit poſt cæteros, quoniam, quæ vnâ fecerunt linguâ, ipſe pluribus conficit. Ab eius peregrino influxu Rhythmos & Metra etiam Digglotta, Triglotta, Tetraglotta, &c. interdum etiam orationem ſolutam: cum enim diuerſis linguis loquitur non ſemper vult numerum, quantitatemque ſyllabarum curare.

ET quò tandem tendet eruditio, cùm non ſolum Muſarum communes & ordinarias vias attriuerit, ſed, & eas pretergreſſa ſuper ſumma Parnaſsi culmina fuerit euecta? Ad funus. Eſt enim, vt vetus Poeta cecinit, *Mors vltima linea rerum*: quoniam Labyrinthi priſci æui nobiliores videntur fuiſſe opulenta quædam & ingenioſa Mauſolæa, ſiue per ambages & mæandros, ſiue per rectam lineam tendunt in metam metricæ (hoc eſt in mortem) omnia, quæ tractantur in Metrica. Ouidius ad Liuiam.

Fata manent omneis, omneis expectat auarus
Portitor, & turbæ vix ſatis vna ratis.
Tendimus hac omnes, metam properamus ad vnam:
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Ergo, ne exleges lacrhymas in funere fundant Poetæ, & ne elegos inertes marmori & æri inſcribant, claudat chorum.

XXXII. APOLLO SEPVLCHRALIS, qui pulchra aliqua Epicedia proponat, quæ poſſit quicumque imitari.

Hæc ſunt, Candide Lector, Metametricæ Artes, quas tradunt Apollines noui, quos propoſui; hi ſunt vocales Mæandri & Metrici Labyrinthi, quos conformant; hâc ſcientiâ generali inſtitutus, ſingulos perleges, & quia à te fauorem & honorem expectant, Tuis ſingulos inuenies auge.

ARTICVLVS IV.

Quid ſit Idea? quid Carmen? an debeant res diuerſæ confundi?

☞ V.

PRODIERVNT nonnulli Labyrinthi à me Iuuene, aut etiam puero elaborati, & quia alij etiam adoleſcentes ingenioſi alios à ſe constructos repoſuerunt, nonnihil hîc de Ideis & exemplis præfabor: qui enim Ideam cum exemplo confundit, à Metametricæ Palatio multum abeſt. Ideâ profectò inuentâ, facillimum eſt Diagrammata multiplicare; at Ideam nouam inuenire.

Hoc opus, hic labor eſt: pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera Virtus,
Dys geniti potuere.

Et quidem vt rem benè intelligas, vnam aut alteram Hiſtoriam cogitatam produco.

Cœpit Muſarum Deus Apollo benignè reſpicere Græciam, & Philippus illius Regionis Archon Poeticum certamen inſtituit, & quia præter Iambica & Dactylica, illo æuo nulla adhuc erant metra, optimi Metri Inuentori laurum auream promiſit. Multa fuerunt ab alijs vario pede constructa, ſed Sappho, ingenioſa adoleſcens, hoc Tetraſtichon cecinit

Laudibus noſtri celebret Philippi
Phœbus infantis, iuuenis, ſeniſque?
Rara virtutum documenta; cantet
Dogmata Cælum.

Se Sappho oppoſuit Amaryllis; lectiſsima ſtirpis Senatoriæ propago, inter aues totius orientis Philomela; & dulciſsimo labio iſtud fuit modulata.

Viue, mi Princeps; numera nepotes
Plurimos; vincas peregrina caſtra:
Atque Victori pelagus Latinum
Littora ſubdat.

Agebatur de præmio; Vulguſque Amaryllidi applauſit: ſi enim vel generis nobilitatem, aut vitæ puritatem, aut vocis ſuauitatem, aut verſuum ſententiam cōſideres, debebat anteponi Sappho: vtpotè minùs nobili, minùs caſtæ, minùs ſuaui; & minùs eloquenti, ſi velis.

At Archon (erat enim doctiſsimus & prudentiſsimus: hic non debent, inquit, conferri perſonæ, non fumoſa veterum auorum ſtemmata, non vitæ virtutes aut vitia, non vocum ſuauitas; & elegantia: imò nec ipſi verſus, ſed metra, hoc eſt verſuum Ideæ, quoniam de iſtis, & non de cæteris in Certamine agitur. Ergo proponant ſuas Ideas Amaryllis & Sappho. Sumpſerunt calamos, & hanc Sappho propoſuit.

(—υ——— | υυ—υ—⏑
(—υ——— | υυ—υ—⏑
(—υ——— | υυ—υ—⏑
(— | υυ—⏑

Sed quam,queſo, Amaryllis? Nullam, nullam. Erat enim vſa Sapphus metro, & quando omnium iudicio videbatur precellere, & præmium victoriæ promereti, nihil omninò fecerat, ob quod poſſet in litem & certamen admitti. Ergo pronunciar Archon,non iam victricem eſſe Sappho, victamque Amaryllida: ſed hanc non deſcendiſſe in arenam, nondum ingreſſam in certamen: non enim habuit Metrum (Ideam) à ſe iuventum aut cogitatum, quod Sapphico poſſet opponere.

Hinc patet, quid dicendum de Theodomiro sit, qui in quodam à nobis invento Labyrintho verba pulchriora poſuit (ſic inquit: & licèt fortè non ſit verum, patienter & libenter condono.) Ergo, ſi ſit de Labyrinthis componendis certamen, Theodomiræus debebit anteponi noſtro? Minimè; ſi adſit integer Iudex. Dedimus Ideam A, illamque ornavimus, vt voluimus:ergo Theodomirus,vel eſt Aſſecla,vel Antagoniſta. Si primum, Ideâ A, tametſi noſtrâ, vtatur;nemini enim invidemus applauſum.imò illi agemus multas gratias,quòd Ideam illam noſtram voluerit ſuo ingenio honorare, & ornare; & vt gloria ſit maior, applaudemus. Si ſecundum, orabitur, ne armis noſtris vtatur, vt nos confundat. Dedimus Ideam A: & quid contrà Theodomirus opponit? Ideam alteram? minimè. Quid ergo? eamdem meam, alijs veſtibus (aut alijs verbis) exornatam. Ergo nondum habet, quod noſtris inventis opponat, quandoquidem noſtram ipſe Ideam pictam alijs coloribus,& alijs verbis exornatam reponit. Quoniam Ideæ A. à nobis inventæ & excultæ, non debet opponere eamdem Ideam A aliter comptam & ornatam: ſed Ideam B.nobis ignotam & inviſã, quam ipſe excogitaverit, & numeris tam pulchris conſtruxerit (diſtiuguo numeros à vocibus) vt noſtris mereatur anteferri.

Hæc à nobis ſint dicta, non quòd putemus neminem eſſe in Mundo, qui nobiliores poſsit Ideas Orbi Litterario indulgere: non quòd ingenia Europæ in arenam vocemus aut provocemus: non quòd meliora non ſperemus, aut etiam exſpectemus ab alijs; ſed vt hallucinationi ſubveniam Academici Vulgi, quod nec Metrum à Carmine, nec Labyrinthi Ideam ab ipſo Labyrintho diſcernit.

☞ VII.

ETiam in vno & eodem verſuũ genere Idea debet à verbis diſtingui; nam poteſt diverſis idem conceptus explicari: quam ob rem in Certaminibus Poëticis, quæ in Hiſpaniâ ſunt frequentia, conſulitur, ne quis ſuos Verſus ante tempus exponat; eſt enim valde facile cõceptum alienum furari, & verbis diverſis veſtire. Hanc Fortunam ſubijt Arſindus gloriæ avidus, & moræ impatiens. Verſus ipſe ſuos nimis maturè expoſuit; leguntur, ſuſpiciuntur, laudantur: & non eodem animo ab omnibus: nam Fidentius ſingulos conceptus notavit, & quia loquacior erat, pulchriore dictione exornauit, & præmium & applauſum obtinuit. Quid hic Arſindus? Veritatem & ſinceritatem appellans, de Fidentio conqueritur; aitque

Metiò con mano baſtarda
En conſonantes perverſos
Los Idolos de mis verſos
Como Rachel en ſu albarda.

Ergo Arſindi & Fidentii carmina, licèt verbis differrent,erant eadem: materiâ differebant,non forma: ornatu, non Ideâ, non conceptu.

Ergo prudens Lector ſecernat ab animâ corpus, conceptum ab ornatu, Ideam à verbis: & tunc poterit de Poëmate quocumq;iudicare.

ARTICVLVS V.

An Ideæ Metametricæ veteres ſint? an,ſi, novæ inveniri a quocumque potuerint?

☞ VIII.

ME mones(ingenioſe Theodore) Ideas noſtras, quas dedit Metametrica,à Paullo Vticellio cõtemni,quod vel antiquæ ſint, & à Maioribus noſtris cognitæ, & neglectæ aut contemptæ: aut ſi novæ, & inventæ à nobis, non tam arduæ, & ſubtiles, quin ab alijs inveniri potuerint. Hoc præiudicium, ais firmari ab Vticellio noſtro eodem Opere, nam exemplis vtimur Veterum & Recentiorum.

Et quid ego tibi aliud poſſum reponere, quàm quod in ſimili occaſione quidam iunior Aſtronomus Mauritio Haſſiæ Lanſgravio:cuius diſcurſum placuit hic ad verbum reponere. Inquit enim. *Veſtræ celſitudini non ignotam fore credo, lepidam illam ac feſtivam, ſive hiſtoriam, ſiue ſabulam, quam novi Orbis Scriptores tradunt de Chriſtophoro Columbo Genuenſe, cuius opera atque induſtriâ,diuinæ Matheſeos ſcientia ac beneficio cæleſtiſque Aſtronomiæ arte atque adminiculo freti adiutique novus Terrarum Orbis, ante annos jam plùs minùs centum, primùm patefactus ac detectus eſt, quique inde in Hiſpaniam triumphans redux ab inſulſo, arrogante,invidoloque quodam Hiſpano in publico convivio convivarumque medio injurioſè vexatus eſt tanquam in novi Orbis inventione nihil aliud ipſe præſtitiſset, niſi quod æquè ab alijs etiam præſtari potuiſſet. Ad quæ ipſe nihil reſpondit: ſed ovum poſcens, eoque accepto aſsidentes & circumſtantes omnes rogauit, vt ovum in cuſpidatiore ejus parte, ſeu in conum ovalem deſinente termino, ita vt in neutram partem cadat, menſæ imponant. Cumque omnes ſe id præſtare non poſſe fatebantur, imò*

omninò impoſsibile fore affirmabant, ipſeque è contrario, poſſibile quidem fore, at illos ſaltem ignorare inferens, recepto ovo, eiuſque putamine in cuſpidato termino ad menſam leviter contuſo & confricto, præter omnem omnium expectationem, contraque factam omnium negationem, ovum menſa, ita vt poſtulaverat, imponebat. Ovoque erectè ſic ſtante. Iam num idem omnes vos poteritis efficere? dicebat: Imò quid ni? reſpondentibus omnibus, addebat: Idem de inventione novi Orbis ſentiendum: qui enim jam à me ſit primùm inventus & detectus, in poſterum à quovis veſtrum facili negotio invenire detegique poterit: ſed ante me nullus id effectum dare potuit. Ita Vrſus Dithmarſus in epiſt. dedic.

Has periodos adduxerim (non vt Vrſum contra Tychonem tuear: nam illorum diſſertatio & controverſia me non tangit: fortè enim vterque habet rationem, fortè neuter) ſed vt oſtendam facillimum eſſe vti aliorum inventis: at difficillimum invenire, quibus vti alij poſſint.

ARTICVLVS VI.

An Metametrica ſit ſcientia.

☞ IX.

SI Ariſtotelica Definitio Demonſtrationis admittatur, quia rara, aut nulla poteſt Demonſtratio formari, rara aut nulla erit Scientia. At nos aliter, & bene Demonſtrationem definimus; quia Peripateticorum Demonſtrationes, ſunt tituli ſine re; & voces expertes ſignificationis. Quòd ſi nimius alicui videar, ex toto Peripatu eruat vel vnicam Demonſtrationem, quæ ſuis numeris perfecta ſit. Ergo, ſi nec Ariſtoteles, nec Peripatetici vnquam à ſe fictam Demonſtrationis Ideam, reduxerunt, aut reducent ad praxim: Idea illa fuit in originali hallucinatione concepta, & debet corrigi; &, ſi non poſſit correctionem ſubire, reprobari.

Demonſtratio igitur nobis ſit, *Argumentatio, cuius forma eſt ſecura, & præmiſſæ ſunt certæ.* Hinc patet poſſe conformari Demonſtrationem, quæ non ſit ſyllogiſmus: nam etiam aliæ formæ, quæ in ſcholâ admittuntur, ſunt tutæ, & nulli periculo obnoxiæ.

Scientia eſt Demonſtrationis concluſio; & quia in Metricâ fiunt Demonſtrationes, etiam Metrica eſt Scientia. Vel dic, quid poſsit negari, aut in dubiũ verti in argumentatione ſequẽti?

Omnis verſus qui correſpondet huic Ideæ

— ᴗᴗ — ᴗᴗ — | ᴗᴗ — ᴗᴗ — ᴗ ᴗ — ᴗ

eſt Hexameter. At hic verſus Ovidij,

(Omnia ſi pereant, famam ſervare memento.

Huic Ideæ correſpondet: Ergo eſt Hexameter.

Eſt ſyllogiſmus in *Darij*, figurâ ſecuriſsimâ & notâ: habet præmiſſas certas: Ergo eſt demonſtrativus.

Eodem modo Metametricam eſſe Scientiam probare potero. Sic inquam.

Quicumque verſus cooptari poſsit huic Ideæ,

| , o — ᴗ , | , — o | , — — — , |
, — ᴗ , | o — ᴗ , |

erit Hexameter Retrogradus. At hic Iacobi Falconij,

(Magorum ſermo crudelem turbat Herodem.

Huic ideæ cooptatur. Ergo & Hexameter & Retrogradus eſt.

Patet, quia etiam poſſemus dicere,

(*Herodem turbat crudelem ſermo Magorum.*

Conſequentia eſt legitima, etiam in modo *Darij*: maior & minor certæ: ergo demonſtrativè concluditur.

Sicut hanc Demonſtrationem conformavimus, poſſumus & alias millenas. Stat igitur Metametricam eſſe demonſtrativam facultatem ac proinde eſſe ſcientiam.

Si cui occurrat aliquid contrà: illud ſtatim in Logicam, Phyſicam, & Metaphyſicam, quas Scientias eſſe, opinio communis affirmat, retorquebo: et conſequar, aut has ab albo Scientiarum expungi, aut iſtam admitti debere.

ARTICVLVS VII.

De Facultate illà, quæ in Scholis Rabbinorum traditur, & ideo vocatur CABALA. An & quomodo differat a Metametrica.

☞ X.

HÆRES interdum Lector, cùm Authores noſtros de Cabalâ differentes interlegis: pauci illam laudant, pauci excuſant, plerique vituperant, & vndis Lethæis, aut flammis ſtygijs condemnant. Hæres, miraris que, eamdem potuiſſe Facultatem ab hominibus probis & eruditis Artem & Inertiam vocari; eamdem commendari & damnari; eamdem tandem alis in cœlum tolli, & vituperiorum onere in abyſſum dilabi. At ceſſabit admirationis cauſa, cùm audias, omnium cenſuras eſſe bonas, & omnium iudicia legitima: cum addiſcas tres eſſe apud Hebræos Cabalas: Liberalem, Cœleſtem, Thaumaturgicam: omnes vocari Theologicas: primam laudari ab vniverſis; ſecundam, tertiamque condemnari.

Prima eſt quædam Metametrica Hebræa: intra Sacræ Scripturæ terminos ingenioſè diſcurrens: quæ Orthographica literas Sacri Codicis perpendet & numerat; finales diſtinguit à cæteris: inverſas notat: & inde myſteria ſobriè & religioſè deducit. Quà Steganographica, diverſa Alephbetha conſiderat, illa clavibus convenientibus aperit; & novas inveniendo ſententias ingenioſè dilucidat: Quà Arithmetica (à Rabbinis

nis nominatur Geometrica) de numeris à literis ſignificatis diſputat. Qua Grammatica inflexiones & acceptationes vocum Hebraicarum conſiderat, Inſtitutiones ſcribit, & theſauros componit. Quà Rhythmica conuertit oculos ad periodorum exitus, & ſuis locis conſonantias accenſet. Quà Metrica vocales per claſſes diſtinguit, & præter longas breueſque quas Græci & Latini etiam habent, correptis vtitur, quæ gentibus alijs ignotæ. Quà Metametrica, de Dictionum ſeu Verſuum capitibus differit, & Acroſticha condit: Voces transformat: & ordinem literarum tranſmutat. Hæc agit de Retrogradis elementis, ſyllabis, & Dictionibus: nam in voce *Roma* (pono exẽplatina majoris claritatis causâ) Recurſus literarius dat *Amor*; ſyllabaticus *Maro*: & in hoc verſu,

Magorum ſermo crudelem turbat Herodem.

recurſus dictionarius dat hunc

Herodem turbat crudelem ſermo Magorum.

Hæc etiam agit de Anagrammatibus, in quibus recondita eruditio invenitur, & pulchræ interdum transfigurationes reſultant. Quà Logica argumẽtandi modos, quibus Prophetæ vſi ſunt, imitatur: & quà Philoſophica de rerum eſſentijs & paſſionibus differit, argumento ab Etymologiâ & nominum naturâ deſumpto.

Secunda tota eſt in ספירות Saphiris noſcendis, nominandis, exponendis, & dilucidandis: agit de אין סוף infinito Numine: & eſt purè ſpeculativa, nec pertinet ad operationem. *Cœleſtis* dicitur, quòd Rabbinorum opinione Saphiræ hæ Peripateticis Intelligentijs Cælorum Motricibus reſpõdere videantur. [Contra hanc copiosè ſcripſi; & anno 1657. Romæ ędidi Tractatum, qui D. Thomæ ab Illuſtriſſimmo DD. Ioſepho Ciantes Marſicenſium Epiſcopo in linguam Hebraicam translato præfigitur. Illum curioſus legat, & multa valde neceſſaria, pauciſſimis nota reperiet.]

Tertia prodigia patrat; putatque voces Biblicas habere vim, non ſolùm præſervandi homines, aut etiam liberandi à morbis, ſed etiam excitandi a mortuis. Iubet hęc Vmbris, vt occulta revelent, & prædicant futura. [Contra hanc ſæpe in Morali Theologiâ diſputavi: arte enim & verbis nec patrari prodigia, nec poſſunt præſciri futura, quæ à liberâ voluntate dependent.]

Opus Magnum, quod inſcribitur *Cabala*, compoſui, in quo has tres Facultates à primis fundamentis examino: in quo duas poſteriores eſſe vanas ſuperſtitioſas, imò etiam ſacrilegas probo: in quo primam, quæ ſola eſt ingenua, dilucido. Illud edam cùm aptum Typographum habeam. Interim. vt Lector, non omninò careret Cabalæ ſinceræ notitia Epitomem quamdam conformavi, quam *Specimen* dixi, & à Iuſto Cæcilio Puteano edi, & Diatribę de Anagrammatiſmo, quam Erycius Iuſti Parens ſcripſerat, adjungi permiſi anno M. DC. XLIII. Cùm ergo jam apud Bibliopolas hujus Libri nulla reperiantur exempla: vt Lector generalem aliquam Cabalæ ingenuæ, & licita indipiſcatur cognitionem, illum huc poſui, & eſſe volui quaſi faculam, quæ operi majori prælucceat.

☞ XI.

Cabalæ Totius breuiſſimum Specimen Ampliſsimo, & Clariſsimo Viro D. Ezycio Puteano Hiſtoriographo & Conſiliario Regio.

I*Nvenerunt arcana plurimi, & maluerunt* Inventores, *quàm* Auctores *vocari: arcana, inquam, in naturæ præcordijs ſublatentia. Sed quis quæreret ſecreta in publico? quis occulta in propatulo? Hæc noſtri ævi felicitas, ſuboriens ab ingenij audaciâ. Dubitarétne priſcum? An Saturnus inauribus exornaretur? An Iuppiter haberet pediſſequos? An Sol Ephebos? Patuit iuxta tuum computum annis quaſi quinquies mille ſexcentis totum cælum; & quia maximè patuit, tot om latuit. Nulla erat ſtella cognita, quia nulla bene, quouſque Lanſgravij pertinax diligentia Inerrantium ſtellarum loca, infatigabile Lansbergij ſtudium errores Planetarum, Saturni inaures Lyncea Galilæi perſpicacia, Iouis quaternos Ganymedes Marius, Martiales per mediam Solis Sphæram excurſiones Brahæus, & maculas Solem circumcurrentes Scheinerus, Veneris transfigurationes meus Opt. Parens Laurentius Caramuel, Mercurium in Sole Gaſſendus, Montes Lunæ* Kepplerus *obſeruarunt. Tu verò præcedis, comitaris, proſequeris; & ſolus duas noſtras Athenas frequentiſſimis & curioſis inventis. Tibi Encyclopædia Olympus eſt: jam olim tota patuit, & latuit: grandi obſervatione, & pervigili ſtudio indigebat. Superveniſti, qui in illius clariſſimo lumine arcana reſerares. Saturnus, Græcis* Χρόνος, *ceu* Κρόνος, *ætatum definitor, à te habet quod audiatur ornatè; illum varijs Hiſtorijs illuſtrando, aurem recreas, & animum ſtudioſum erudis. Iuppiter divitiarum Præſes ſuos habet nati tam inviſibiles quàm invisos Ganymedes, qui theſauro, exhauriunt; hos detexiſti longæ experientiæ teloſcopio, horum erroribus poſuiſti leges ſingulari, aureo tamen libello, qui lapidis Philoſophici inſtar convertet mediocres diligentius in aurum. Principes, qui hoc lapillo pretioſiſſimo utentur, erunt participes* Triumphi liberalitatis, *quem aliquando deſcripſiſti. Martis efferi audaciam, dum Lovanium, Academiarum lumen intercipere tentaret, oppugnaſti, ſcripſiſti: vnde incautus Gallicæ illius expeditionis miles, tametſi infeliciter conſcriptus, feliciter deſcriptus eſt. Solis curſum nova temporis facula, quam de Biſexto inſcribis, metitur; vt tuus Sol cæleſti illuſtrior, faculis ſplendidis exuberet, maculis careat. Et vt Principium haberemus Diei, novo & Vrbaniano Circulo Orbem terrarum exornando, fruſtra latrante Vrbinate quodam, effeciſti. Veneres & lepóres, qui quærat, legat Poëmata, quæ ex temporaneo influxu exuberant, tuæ dum Muſæ ſine otio otiantur. Legat Epiſtolas, quas* vina & mella *magnus ille Lipſius eſſe ſcribit,* acumen ſive acrimoniam inſenſibus, in verbis puritatem atque etiam ſuavitatem habere. *Legat Orationes, & Atticæ Suadæ Theſauros habebit. Legat Amœnitates, & vera ac verna litterarum Tempe inveniet. Si Mercurium in Sole ſe obſeruaſſe alij negent, Gaſſendus aſſerit: negat & aſſerit* Kepplerus, *non ſui immemor, ſed*

inaudita metamorphoſi in ſe diviſus, indiviſus ab alio: ſed Cryptographia Taſſiana præco eſt clandeſtina; viſa & inviſa; viſa, quia characteres communes legimus, inviſa, quia inviſibilis eorumdem poteſtas. Mercurius eſt, qui triumphat centoculum Argum: Lunam Genethliarum Antiſtitem expreſſit Cenſorinus tuus de Die Natali inſcriptus, doctrinæ rarioris theſaurus. Terra debet tibi radiatam coronam, ſive dierum apud Indos Diorthoſin, faſtis exæquandis neceſſariam: coronam quidem, ſed ellipticam; dies enim radij ſunt, & hi in omni climate inæquales. Cælum habeat ſua Aſtra, in tuo reperio Aſtræam Imperatricem ſtellarum. Hanc tot luces comitantur, quot libri; tot ſplendores, quot capita; tot radij, quot lineæ. Deerat motus, ne ſtellæ cenſerentur exanimes: motũ Literis ille Tuus dat Genius, dum promovet; motum, vt vivant; artificioſi, ne errones evadant. Hunc iſta de Anagrammatiſmo Diatriba, amœnitatis causâ ſcripta, vtilitatis edita. Iam olim Anagrammatiſmus patuit, latuit: patuit, quia vulgare opus fuit; latuit, quia ante te nemo illius arcanas leges invenit, aut potiùs tulit: eò enim Te tuæ Literæ evehunt, vt tot leges eruditioni feras, quot verba proferas. In Cryptographiâ, in hac Diatriba in alijs ſimilibus operibus Romanus Cabaliſta, quidquid Hebraicè olim Mecubalimi, iam Latinè tradis; ſi illis ſua laus debetur, quòd clara obſcurè dixerint; nonnihil laude maius tibi debetur, quòd obſcura clarè delucidaveris. Vt conſtet igitur iure an iniuria adſonare Cabaleis tua Inventa dixerim, hoc Specimen perlege; in quo videbis curioſas ſpeculationes Rabbinorum tuis inventis ſimillimas; videbimus deberi tuo ingenio eruditionis Hebraicæ & Latinæ concordiam. vt dum Rabbinos in Latinis adlegamus ſcriptis, citari Latinos in Hebraicis audiamus. Vale. Iouanij, ſexto Kalendas Iulias M. DC. XLII.

Ioann. Caramuel.

CAPVT I.

Cabalæ origo, Magiſtri, partes.

☞ XII.

REALIVM, & Nominalium, vt vocari ſolent frequentibns diſſidijs excitantnr Grecorum, & Latinorum animi, ne deſides, & ignavi euadant. Duæ ſcholæ ſunt celebres, & olim à Græcis, & etiamnum à noſtris frequentatæ. At Hebrææ Athenæ nonniſi Nominales ſoli exanimi literarum inſudant; in quibus arcana curioſiſſima inueniunt.

Primo Cabalæ candidatis diſcenda ſunt nomina communia: poſtea tradendę Reg[illegible]æ [illegible]ternarum facultatum.

Theologia igitur Hæbræa קבלה CABALA dicitur à verbo קבל CABAL, *Accipere auſcultare*. Omnes enim ſcientiæ, quod voce traderentur ab auſcultando dictæ ſunt. Phyſiologicas Ariſtoteles S[illegible] libros de mirabili Auſcultatione tradidit. Et[illegible] Benedictus traditurus præloquitur: *Auſculta fili præcepta Magiſtri*. Guido Fabricius Boderianus; cùm de Cabalæ Doctoribus ſermonem faceret verbo אבן LBEN eos *peritos ſcientiæ de diuino auditu* nominat. Et ſimilibus Phraſibus vtuntur, qui de alijs diſciplinis agunt.

Huius ſapientiæ profeſſores מקובלים MECVBALIM, *dictantes*, ſeu potiùs *audire facientes* nominantur. Author creditur Moyſes.

Hinc lux Græcorum ſacramentis. Μοῦσαι, Deæ ſcientiarum præſides vocantur. & Deus illarum Antiſtes Μοῦσος, & corruptè Μόψος, iam frequentiùs *Apollo*. Creditur etiam nomen CABALAE in Parnaſſum *Caballum* inuexiſſe, & occaſionem præbuiſſe ombibus illis fabulis, quas veteres Græci modulantur.

CABALA igitur, ſeu Hebræorum Theologia, ſex facultates ſacras (nimirum *Transmaterializationem, Transformationem, Transfigurationem, Tranſpoſitionem, Tranſpunctionem & Tranſnumerationem*) velut ſpecies habet.

CAPVT II.

De קריאת ראשי תבות CARIATH RASCE-TEBOTH, *ſeu Theologia Tranſmateriali*.

☞ XIII.

ELEMENTA Vocalia ſunt dictionum materia, ideòque Tranſmaterializatio erit elementorum, tranſmutatio, & hęc augmentatione, & diminutione conficitur: augmentatione quidem, ſi in ſingulis literis integram dictionem intelligas: vt cùm ſcribimus אדם ADaM, nempè tres literas, & tres dictiones, legis literis ſingulis correſpondentes; nimirũ, אב דבר משח ABDABAR-MASCIAH, *Pater-Verbi, quod eſt Chriſtus*.

Vocatur hæc Cabalæ pars CARIATH RASCHE TEBHOTH, *Capitum dictionum enunciatio*. Apte ſcriptas literas *capita dictionum* appellat, quia ſunt dictionum initiales. Extant libri integri, in quibus de exponendis huiuſmodi Theologicis abbreuiationibus curioſè diſputatur.

Hebræos imitati ſunt Græci, imò, & Latini. Exculpimus in Templorum frontiſpicijs D. O. M. & legimus *Deo optimo Maximo*. Occurrunt frequentiſſimè in marmoribus literæ pro integra dictione ſuppoſitæ, quæ à noſtris Criticis *Notæ* vocantur; & à Valerio probo Grammatico, & alijs poſteà curioſè exponuntur.

Græci etiam hoc modo exponendi vocabula

bula delectabantur. Redeat noſter Protoplaſtus Adam, & quoniam eius Hebraicum nomen expoſuimus, etiam Græcum ad veterum mentem exponamus.

ἀνατολή.	*Oriens.*
δυσμή.	*Occidens.*
ἄρκτος.	*Septentrio.*
μεσημβρία.	*Meridies.*

Singulis nominis literis ſingulas Mundi plagas indigitari conſtat ex præmiſſo paradigmate, quod confirmant Sybillina carmina:

Αὐτὸς, &c.

Quæ Sixtus Senenſis ſuæ Bibliothæcæ tertio, & alij per hæc, aut ſimilia verba tranſtulerunt.

Nimirū Trideus finxit tetragrāmatō ADAM,
Qui primus fictus fuit, & qui nomine complet
Ortumq; Occaſumq; Auſtrum, Boreamq; rigentē.

Opponitur augmentationi diminutio, & accidit cùm ex ſingulis dictionibus vna, & ſola initialis adſumitur. Fit exemplo primus verſus Geneſeos

Bɪ ʀɛsᴄɪᴛʜ Eʟᴏʜɪᴍ ᴇᴛ ʜᴀsᴄᴀᴍᴀɪɴᴠᴇᴛʜ ʜᴀᴀʀᴇᴛʜ *In principio creauit Deus Cælos, & terram* Sume initiales literas, & habebis

Bɪ ʙᴏ ʟᴇʏᴇ *In occaſu ero.* Quod eſt iuſtorum lemma, qui tametſi videantur oculis inſipientium mori, ipſi tamen ſunt in pace.

CAPVT III.

De הואר Tʜᴏᴀʀ, *ſeu Theologia Trasformatiuâ.*

☞ XIV.

Forma nominis Cabaliſticè ſumpti finis eſt, & ijs ex literarum di[illegible]retione ſubo[illegible]itur, quod poteſt verbis Latinis illuſtrari, Hę literę *Dominare*, ſi indiuiſę ſint, ad imperatiuum verbi *Dominor* pertinebunt: & ſi diuidātur in primâ, ſecundâ, aut tertiâ ſyllaba, ſignificationem mutabunt, vt conſtat ex hoc paradigmate.

Soles nom.	*Dominare.*
Soles verb.	*Do-Minare.*
Soles	*Domi-Nare.*
Solees	*Domina-Re.*

Hac lege Hebręi dictiones diuidendo nouâ verba multiplicant. Multa Guido Fabritius Boderianus in Bibliorum Regiorum apparatu, multa alij colligunt: ſed eorum placitis examinatis dictiones, quę transformari dicuntur, reducam ad duas claſſes. In priori dictio nes continuas, contiguas in poſteriori collocabo. Continuę dicuntur, quarum partes copulantur termino communi, nimirum litera communi, quę ſit vltima primę dictionis, & prima ſubſequentis: vt patet in dictione *Cornis*, quę diſſoluta eſt *Cor-nis.* Contiguę appellantur, quę conſtant partibus, quę non vn[illegible]tur literâ communi; vt *Magiſter*, *Magiſ-ter.* Vbi vltima primę dictionis non eſt litera prima ſubſequentis.

His ideis inſtructi ad Cabalam Transformatiuam deueniamus, & videamus qui citatus Guido Fabricius Boderianus, nomen אבן Eʙʟɴ, *lapis* continuum, exponat. *Apud Peritos ſcī[illegible]tiæ de Diuino auditu,* ait *quos* מקבלים Mɪᴄᴠʙᴀʟ ᴍ *vocant,* אבן E ɴ *ſignificat Patrem, & Filium, vno complexu, ad oſtendendum Patris, & Filij vnitatem in eſſentiâ. Tres autem literæ, tres Hypoſtaſes in vna οὐσία demonſtrant. Et hoc eſt myſterium, quod ſcribitur in Pſalmis: Lapis, quem reprobauerunt ædificantes, factus eſt in caput anguli. Et ideò Chriſtus vocatur à Daniele* אבן, *lapis abſciſſus ſine manibus.* Huc vſque ille.

Si contiguę dictionis exemplum aliquod deſideres, dabit vox ארזית Aʀᴢɪᴛʜ, Cedrus, quæ poſt diuiſionem eſt אר זית Oʀ ᴢᴀɪᴛʜ *ſplendens Oliua.*

Hanc Hebręę Theologię partem delucidauit liber ille, qui inſcribitur *Apparatus reuelationum Ieſu Chriſti*, à paucis annis publicatus, cuius artificioſam methodum Auctores aliqui ſequuti ſunt.

CAPVT IV.

De תמורה Tʜᴀᴍʏʀᴀ, *ſeu Theologia Transfiguratiua.*

☞ XV.

Mvlta de Thamyrâ cantore Gręci auctores, quę non vacat expendere. Modus eſt exponendi Sacram Scripturam Cabaliſticè, & docet manente eâdem pronunciatione, & ſignificatione characteres mutare: vt cùm A legitur pro B, C, &c.

Hieremias contra Babylonios Prophetizans, capitis 25. verſu 26. inuertit figuras characterum, & accepit vltimum pro primo, penultimum pro ſecundo, antepenultimum pro tertio, &c. Et contra, vt conſpicis in Alephbeto ſubſequenti.

אבגדהוזחטיכ
תשרקצפעסנמל

Ergo cum reperis in citato oraculo ששך
Sceſ k

Sceſcek: lege בבל *Babel*, & ſcies, quo colliment minę, quę à Prophetâ pręſago effulminatur.

Hebręorum Thamyram etiam Gręci, & Latini imitantur. Inter alios fęlix huius ſcientię ęmulatio reddidit celebrem Ioãnem Trithemium Spanheimẽſem Pręſulem, quem à Necromantię notâ editis commentarijs demonſtratiuè vindicaui. Legantur *Poligraphia.* & *Steganographia*, quę meram Hebręorum Thamyram Latinè tradunt.

Huius artis vtilitate adlecti, & curioſitate delectati leguntur antiqui Imperatores. Tales fuerunt Iulius Cęſar, & Octauianus Auguſtus, referentibus, Suetonio, & Dione Caſſio; tales etiam C. Oppius, & Balbus Cornelius, Aulo Gellio lib. xvij. Noct. Attic. cap. jx. adnotante. Hi verò Heroës excelluerunt aliorum Magiſterio, & doctrinâ. Nunc autem mundus Cęſare fruitur Ferdinando III. huius ſcientię Principe peritiſſimo, lectionum plurium occultiſſimarum inuentore. Fruitur Luneburgenſi, qui Cryptographiam edidit, & voluit *Guſtauus Selenus* nominari. Fruitur Domino Ignatio Bernardo Comite de Martinitz, Cęſari ab intimis, librum de admirabili lectione editsuro. Ante omnes illos noſter Erycius Puteanus Cryptographiam Taſſianam edidit, quę laude non indiget: nam oracula non egent Patrono. Steganographię ſpecimen D. Ioannes d'Eſpires, S. Theologię Doctor, & Aquicitinenſis Monaſterij ſummus Prior iam nuper euulgauit. Hoc qui non legerint, in eruditionis materiâ carebunt notitijs penitioribus.

CAPVT V.

De תשומת Thescvmeth, *ſeu Theologia tranſpoſitiua.*

☞ XVI.

Hebręorum ſententia omnia ſancti idiomatis verba, quę eiſdem conſtantur literis, habent analogam ſignificationem. Vnde radicum obſoletarum ſignificatio ſuboritur artificioſè. Exponamus vnam, & ſolam vocem, vt analogia, & methodus clarè noſcatur.

שער Schahar *menſurare* ſignificat re vel cogitatione, & tranſpoſitione elementorum alia verba producit ſimillimę ſignificationis. Conſidera ſubiectum Paradigma.

	MENSVRARE. Ratione.	Re.
שער Sçahar,	*Opinari; Definire.*	*Metiri; Menſurare.*
שרע Sçarah,	*Proficere in literis.*	*Menſuram antiquam vitaliter excedere creſcere.*
עשר Hasçar,	*Cenſeri, ac definiri bonum.*	*Menſuram denarij habere.*
ערש Haratc,	*Quies mentis; Extaſis.*	*Quietis locus ad menſurã 10. pedum; Lectus.*
רשע Rasçah,	*Cenſeri, ac definiri malum.*	*Violenter mẽſuram excedere; Mẽſuram legis temerare; Inæqualem, & iniquum eſſe Vincere.*
רעש Rahasc,	*Cogitare trepidè.*	*Excedere mẽſuram inadaquatè; Moneri; Tremere; Vibrare; Rareſieri.*

Latini, & Græci maiori vocum, & ſignificationum differentiâ ſua Anagrammata inuerunt; Sed pulchrior omninò eſt vocum Hebraicarum ſyntaxis: vtpotè analogiâ perenni prædita.

Paro Hebraici idiomatis Lexicon Rationale, in quo ſingulæ literæ conſeruam partialem aliquam notiſſimam ſignificationem habent: verba verò compoſitam: vbi, & oſtenditur Anagrammatiſmo literas alterari, non mutari, & arte Theſçhumethiâ ſignificationem alterari non mutari, non tolli. Pertinebit illud ad hanc Cabalæ partem.

Præter traſpoſitionem literarum, etiam dictionum tranſpoſitione Cabaliſtæ pulcherrimas ſententias efformant, quos videtur imitatus Bernardus Bahuſius in ſuo Protheo Parthenio, quem pulcherrimis, & amœniſſimis Thaumatibus Erycius Puteanus illuſtrauit.

CAPVT

CAPVT VI.

De מסרת Masoreth, *ſeu Theologia Tranſpunctiua.*

☞ XVII.

מסר Asar *Tradere* ſignificat, & teſte Eliâ in Thisbi, non reperitur in Biblijs, ſed inde deducitur nomen Theologiæ Tranſpunctatoriæ, quæ מסרת Masoreth vocatur. Elias loco citato: *Ipſa* Masoreth *ſcripta eſt in circuitu* (marginibus) *Bibliorum. Iam verò librum compoſui, qui vocatur* מסרת ה מסרת Masoreth ha Masoreth, *Traditio Traditionis, in quo declaraui vniuerſam eius normam.* Vocalium mutatione variç voces reſultant, imò, & varij ſenſus: V.G.

דבר Dabar *Loquutus eſt.*
Dibber *Alloqutus eſt.*
Dober *Loquitur.*
Dabar *Verbum.*
Deber *Peſtis,* &c.

Ideòque eadem Sacræ Scripturç periodus, diuerſimode puncta, ſenſus diuerſos exhibet, & aliquando aptiſſimos, & neceſſarios: quia cùm puncta Iuniorum ſinr inuenta, non raró contingit, literas ita ſubpunctas eſſe, vt & meliùs potuerint.

Non ſatis benè punctâ Biblica eſſe poſita recentiores contendunt; ſed qui veterum oſtendunt errores, non corrigunt; fortè facilius eſt illos cognoſcere, quàm emendare. Et quidem characteres Biblicos aliâ normâ ſubpungo, & ſententias Latinas lego, & infero Latium idioma Hebræi dialectum eſſe: nam Hebræa, ſi benè pungatur, non differt à linguâ latina.

CAPVT VII.

De Gimatria, *ſeu Theologia Tranſnumeratoria.*

☞ XVIII.

Elias apud Boderianum, Gimatria, ait *eſt dictio planè Græca, ſubputationem, ſiue numerum ſignificans.* Et adtribuitur illi Cabalæ parti, quæ numeros dictionum ſignificat: ſibi enim perſuadent Hebræi, dictiones eſſe eiuſdem ſignificationis, quæ eiuſdem numeri. Vt ſi Latinè diceres voces *Tribunus*; & *Axis* æquipollentes eſſe, quia vtraque numerum xj. complectitur: & poſtea Tribuni obligationes expoſiturus, ad metaphoram Axis reccurreres. Hac arte vocem Mitateron exponit Elias in Thisbi Mitateron *Principem facierum dicunt*, ait, *Angelum illum eſſe, qui reſpicit ſemper facies Regis exaltandi, ac de ipſo dictum eſt illud Exodi 23. Quia nomen meum in medio eius eſt*; quippe *cuius nomen eſt ad inſtar nominis Domini ſui* Nitateron *enim in Gimatria, ſeu numerandi per literas arte eſt* Sçadai: *nam vtriuſque literæ ſeorſim efficiunt 314.*

Huc reſpexiſſe videtur Euangeliſta Apocalypſeos c. 13. vbi beſtiç numerum dicit eſſe 666. fortè nomen componetur literis, quæ numerum eundem complectantur.

ARICVLVS VIII.

De Characteribus, & Notis Metametricis.

☞ XIX.

MVLTA olim de Steganographicis ſignis, multa de diuerſarum Gentium characteribus, notis, literiſq; dixi & ſcripſi; nunc debeo recognoſcere ſingula, & ex omnibus deligere pauca, quibus noſtri Apollines indigent; quibus & nos in his Labyrinthis vſuri ſumus. Sequentes Characteres conſidera,

——————— —◡•◡ ◡ * i
† / \ Λ : ; ʔ m [|] (||)

Præter hos characteres etiam interdum vtor Muſicis, qui quoniam vniuerſis noti, non videntur commentario indigere.

HÆc ſub ipſum initium Te ſcire volui Lector ingenioſiſſime; nunc nîl occurrit aliud, niſi vt orem Deum, vt Te ſaluum incolumemq; ad ſui maiorem gloriam, & Orbis literarij vtilitatem conſeruare dignetur multis annis.

NOTA.

CAbala, qualem hucuſque ediſſerui, ad ſcientias liberales ſpectat; eſt enim curioſa quædam Grammatica, Metrica, & Dialectica


lectica

lectica: at maiori Rabbini audaciâ ſe in Theologiam inſinuant, & R. Iſachorio, qui Moyſeos Peſach filius fuit, & librum *Imre binah* ſcripſit, duce decem ſephiras fingunt, quas ſic nominant, & cognominant.

	Nomina.	Cognomina.	
j.	Ehie.	Kether.	*Magnitudo.*
ij.	Ia.	Chokma.	*Sapientia.*
iij.	Ieova.	Bina.	*Intelligentia.*
jv.	Eloha.	Gedula.	*Magnitudo.*
v.	Elohim.	Gebura.	*Fortitudo.*
vj.	Adonai.	Thiphereth.	*Pulchritudo.*
vij.	Adonai. Tsebaoth.	Netſa.	*Victoria æterna.*
viij.	Elohim. Tsebaoth.	Hod.	*Gloria & honor.*
jx.	El-chai. Sciadai.	Ieſod.	*Fundamentum.*
x.	Adonai.	Malkuth.	*Regnum.*

Harum Spherarum ſucceſſiuam diminutionem, & concluſionem conatur explicare Iſachorius probatione oculari.

Diminutionem hac figurâ triangulari diluci-



dat: nam Sephiræ inferiores, apud G, ſuperioribus minores ſunt:& quę ſunt immediatæ ſe immiſcent,vt in DC. ita vt inter ſuperiorem, & immediatè ſequentem ſit aliquid medium,nec totaliter ab illâ, nec totaliter ab iſtâ differens. Hanc viam ingredi voluit Paradiſi autor (Doctor eſt,qui apud Hebręos in pretio) hanc alij,qui putāt ſe,ſicut de Phyſicis phyſicè, ſic de Theologicis Theologicè philoſophari, cùm ad elementa materialia conuertunt oculos, vt inde per analogam proportionem diſcurrant. Tres, inquiunt, ſunt regiones in Aëre: infima, media, ſumma: in mediâ Aëreum Elementum eſt purum:in ſummâ eſt Igni ſimiles; in infimâ Terræ, & Aquæ cognatum. Hanc ipſum alterationem ab aliorum Elementorum propinquitate, aut contactu nanciſcitur. Ergo ſimiliter:ſi vltima,& ſuprema Sephira eſt ABCDA nempe *Kether*: & DCFED. nempe *Chokma*, penultima: ſe in lineâ DC. contingent, & apud hanc eamdem lineam Chokmeſcet Kether, & Chokma Ketheraſcet: hoc eſt Kether in Chokmam,& inKetherem Chokma degenerabit. Alij figurâ circulari vti malunt, vt ob oculos ponant, quo iſtæ Sephiræ modò à ſe ipſis includantur, & diſtinguantur. Sequentem figuram conſidera.



Schema hoc Tempe malorum Granatorum explicant, aperitq; Porta II. cap. VII. in ipſo decem circulos cōſpicis, & monēris ſphęram AV. eſſe Ketherem, & vniuerſas claudere. Chokmam eſſe BT, eamq; cingi Kethere, & Binam cingere: & ſic de cæteris ordine debito conſeruato.

Hæc doctrina, quæ tantùm vana & fabuloſa Lectori meo videri poſſet,tam eſt pernitioſa, vt niſi diruatur, Iudęi conuerti ad Fidem Orthodoxam non poterunt: & ideò in Tractatu illo, quem paulò antè citaui, has Propoſitiones ſtudio, & curâ ſummâ ediſſero, & vt puto demonſtro. Eſt videlicet.

PRIMA. Suprema(vel ſi denominationem à fundamentis, & principijs, quibus vti debet, Sumamus ſupernaturalis) Theologia eſt Scholaſtica quædam facultas.Sacræ Scripturæ teſtimonia præmittens, & ex illis Dei perfectiones, & attributa inferens, & exprimens.

SECVNDA. Theologia Naturalis ancillatur, non vero dominatur ſupremæ: non enim naturalis debet,aut poteſt corrigere ſupernaturalem: ſed debet ab illa potius in veritatis adſertione firmari, nec non corrigi, & iuuari in erroribus, ſi quos forte contemplando commiſerit.

TERTIA. Habent etiam Iudæi quamdam Theologiam Fundamentalem, quam aliqui ob materiam Supremam, ob myſteria Secretam, ob modum docendi CABALAM (Traditionem) appellant.

QVARTA. Hæc ipſa ſuprema, & Fundamentalis Iudæorum Theologia eſt chimerica.

QVINTA. Stante hac Iudæorum fundamentali,& Suprema doctrina, tota Theologia vera, tam naturalis, quam ſupernaturalis corruit.

COROLLARIVM. Ergo, niſi funditus euertatur illa, omnis Dei proſcribetur notitia, Mundusq; in Atheiſmi tenebris comm[illegible] ſubmergetur.

SEXTA. Stante eadem ſuprema Hebræorum Theologia omnes Sacræ Scripturæ Codices Athei ſunt. Et cur? Quia iuxta illius tot laudibus à Rabbinis celebrata principia, in toto Teſtamento Veteri, nec vnicum verbum reperitur de Deo.

SEPTIMA. Stante eadem Secretiori Hebręorum Theologia omnis eſt neganda Religio, & omnis cultus Diuinus, & obſeruantia eſt proſcribenda.

COROLLARIVM. Ergo ſuprema hæc Theologia tollit à Iudæorum animis omnem Diuinam Religionem, & fidem; non ſolum præteritam, præſentemq; ſed & futuram.

OCTAVA. Stante eadem vocum Metonymia, ſeu Theologia Sublimi, impoſſibile eſt non ſolum conuertere, ſed ne tangere quidem. Iudæos argumentis ex Veteri Teſtamento deſumptis.

COROLLARIVM. Ergo vt conuerti Iudæi poſſint, debet Theologia Cabaliſtica euerti.

Non eſt animus tractata olim iterum retractare: harum Poſitionum demonſtrationes alibi videri poſſunt, prodijt enim doctiſſimus ille Illuſtriſs D. Ioſephi Ciantes liber, Romę ex Iacobi Phæi Typographia: & in Bibliothecis nobilioribus proſtat, & huic præmittitur noſter ille de Theologicâ Cabala Tract.

APOLLO

APOLLO
RHYTHMICVS

Aplaudas Lector, ſi vis, accentibus iſtis:
Accinere aut verſus dulcius ipſe doce.

☞ XX.

PʽΥΘΜΟΣ dicitur Grecè, qui Latinè *Numerus* aut *Harmonia*. Et quidem non omnes aut Græci, aut Latini Rhythmorum cognouerunt ingenium: non omnes illud benè deſcripſerunt, aut dilucidarūt Quintilianus li. 9 Inſtitut. cap. 4. *Sunt numeri Rhythmi, qui neque finem certum, nec vllam in contextu varietatem, ſed qua cœperunt ſublatione ac compoſitione ad finem vſque decurrunt*. Nimirum hic ab ſcopo & veritate recedit Quintilianus. Diomedes propiùs, ſed etiam ludit aut abludit: ait enim: *Rhythmus eſt verſûs imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpè ſublationemque continens. Differt à metro, quia temporum ſyllabarum pedumque congruentia in infinitum multiplicatur ac profluit*. Reiectis igitur Diomedis, Quintiliani, aut etiam aliorum definitionibus, ſic vocem minùs notam interpretor. *Rhythmus eſt ſyllabarum definitus numerus, ornatus accentibus determinatis*. Vnde, ſi vocum ſtetur rigori, Rhythmus etiam eſt Metrum: at quia Metri vocabulo iam verſuum Græcorum & Latinorum intelligere ſolemus ideam, conuenientiam & differentiam Metri & Rhythmi propono. In Rhythmo ſyllabarum, in Metro temporum determinatus numerus reperitur: & hæc ipſis eſt quædam communis & generica ratio. At in Metro præter ſyllabarum numerum conſideramus quantitatem: in Rhythmo autem præter numerum non quantitates, ſed ſolos accentus contemplamur. Fateor apud Latinos tam arctè connecti accentus quantitateſque, vt vix aut ne vix quidē illi intelligi aut exponi poſsint ſine iſtis: at huc pertinere videtur illa Metaphyſicorum diſtinctio, cui poſſumus cōſtare & dicere, Metricā meditari ſyllabarū quātitates per ſe, & accētus accidēs: Rhythmicā; cōtra accētus per ſe, & temporū quātitates per accidens.

Poſſet Rhythmica vocari *Proſodia*; quæ eſt ars accentus debitos debitis locis pronunciandi: ſed iam hoc ipſum nomen Metricæ adfingitur, vnde Smetius aliique Metricam *Proſodiæ* nomine exornarunt. Sunt autem accentus inuenti, diſtinctionis & ornatûs gratiâ; voces enim diſtinguunt, & orationem exornant. Eſt accentus dictionis tonus; & hoc ſortitur nomen, quod ſit ratio ob quam ſyllabæ ſyllabis accinunt: ita Lelius Giraldus *Dialog. 1. de Hiſtor. Poetarum*. pag. 11. Vocatur ab Hebręis TAHAN *ſapor*: quod orationis elegantia & dulcedo ab accentu dependeat.

Iuuat notitia accentuum ad intelligendos libros ſacros. Et quanta ſententiarum iacturâ negligantur accentus ex Rab. Salomone Iſaachus explicat, dilucidans enim illud Ezechielis (1. verſ. 11.) *Facies eorum, & pennæ eorum extentæ deſuper*, pag. 151. docet dictionem illam PANEIHEM habere diuerſum ſenſum propter accentum Regium Zakeph ibidem collocatum, ita vt illud *eorum* ad animalia referatur. Vrget Hieronymus *tom. 4. pag.* 290. huius ſcientiæ neceſsitatem, & ſine illâ exiſtimat non poſſe perueniri ad perfectam intelligentiam Scripturæ. Vide Andream Maſium *in libr. Ioſue cap. 3. verſ. 11. & cap. 7. verſ. 15. & cap. 10. 11. & 17.*

Accentus apud Hebræos triplex; Grammaticus, Rhetoricus, Muſicus: de quibus multa ſinguli Grammaticæ Authores & Inſtitutores; & inter ipſos varia & docta Bonauentura Bertramus *in ſuâ Aramæâ & Hebræâ compilatione pag.* 19. Scio eſſe, qui plures accentuum claſſes adfingunt, quos eruditè impugnat Iſaacus *pag.* 154. *&* 157. monens non debere accentus ob nominum, ſed officij varietatem multiplicari.

Sed quot ſunt, quæſo accentus? Plures in quâquâ ſerie admittunt Maſſorethæ; nempe, Regios 22. Miniſteriales 16. & Rhetoricos 4. (ergo 42.) quibus, ſi adſcribas Muſicos, in magnam ſummam accentuum multitudo excreſcet.

Latini (nec ab his multùm differunt Græci) tres accentus cognoſcunt: *Acutum*, *Grauem*, & *Circumflexum*. quorum primus poteſt & ſolet afficere antepenultimam & penultimam: ſecundus vltimam: tertius penultimam & vltimam.

Multa de hoc argumento Viri docti; illos legere & ſequi poteris, ſi volueris. Ego ab omnibus abeo; & aure, non autem argumentis, in re, quæ pendet à ſenſu, gubernor. Aio [& id notari bene volo] vnicum eſſe accentum, quem *Acutum* vocamus: eumq; in morâ & ſyllabæ productione conſiſtere; vnde rideo Græcos, aut etiam interdum Latinos, conanteſ ſyllabas correptas acuere. quis enim vnquā bene proferet κύριος, κυρίω, κυρίω Ky'rĭŏs, Kyrĭ'ū, Kyrĭ'ō. &c? quis quæſo ĭ'ĕrăm audī'ĕram, Accentum grauem non omnino reijcio: aio enim eum eſſe acuti abſentiā. Addo circumflexū, ſi ponatur in vltimâ, eſſe notā calami, nec ad linguam & vocem pertinere. Si ponatur in penultimâ, eſſe reuerâ acutum, ſed alio modo figurari. Sicut hæc videantur minùs communia, non habebit me ſibi contrarium: fateor enim omnia

nia, quæ reijcio, millenis annis obtinuiſſe in ſcholis: at ſunt omnia & ſingula certiſsimè & clariſsimè falſa: vel, qui vera putet has voces, quas calamo diſtinguo, linguà ſeparet, *ſermône*, *ſermônes*. *Doctrîna*, *doctrína*, *doctrinà*.

Excluſis accentibus graui & circumflexo, manet acutus, qui eſſe poteſt in vltimâ, penultimâ, & antepenultimâ. Dictio, quæ illum habet in vltima dicitur *oxytona*, Hiſpan. *aguda*: quæ in penultima *paroxitona*: Hiſp. *graue*: quæ in antepenultima, *proparoxytona*, Hiſpan. *eſdruxula*. Nulla dictio Latina habet accentum acutum in vltimâ.

De Inſonatià, Conſonantiâ, Adſonantià, Aequiſonantià, Vniſonantià.

☞ XXI.

HArmonia Rhythmica incipit ab vltimo accentu: & vel abeſt, vel adeſt: &, ſi adſit, vel cõſiſtet in vocaliũ tantùm, vel in conſonantiũ tantum, vel in vtrarumque concordia. Si harmonia & finalium ſimilitudo deſit, verſus diſſonant, & vocantur *ſoluti*, tunc enim non connectuntur inter ſe: ſi concordia in vocalibus ſolis conſiſtat, *Aſſonantia* vocatur. Si in vocalibus & conſonantibus ſimul, dicitur *Conſonantia*. Sola conſonantium concordia nec ſenſibilis, nec vtilis eſt, & ideò non dum nomen habet, nec illo etiamnum indiget, non enim illa noſtros verſus aut rhythmos onerabimus: interim, ſi fortè ſit reuocanda ad memoriam, *Conſonantia imperfecta* vocetur. Hinc patet, quid ſit Diſſonantia? voces enim, quæ nec aſſonant, nec conſonant, *diſſonantes* vocantur.

MVSA I. METRO-RHYTHMICA

NE ſis anceps, & quæras ad quem Apollinem hæc Muſa ſpectet? an ad Metricum, an potiùs ad Rhythmicum? eſt enim Metro-Rhythmica, & ad vtrumque ſimul pertinet.

Eſt ergo Methodus Metro-Rhythmica, Ars, quæ componit verſus, qui ſimul ſint metrici & rhythmici. Sint loco regularum exempla.

SAPPHICA. Ad Manrique. SONETO.

☞ XXII.

Phœbus auratos renouat colores,
Lampade illuſtrans ſuperos micante,
Quando in excelſo reſidens Atlante
Laureæ accenſet rutilos honores.
Luce vt incepit redimîre flores,
Cœpit, vt luces redimîre ouante
Flore, virtutes canit inſonante
Voce Manriqui generoſiores.
Te Scholæ, Muſæ celebrant; Apollo
Te Patrem, Regem, Vigilem, Magiſtrum,
Literæ, lauri, ſtudij decore:
Aula Te ſolo, Schola Teque ſolo
Creſcit, & primum recolit Miniſtrum,
Noſtra quo claret Schola Conditore.

SAPPHICA. De Modeſtia. SONETO.

Filius Phœbi Phaëthon ouantis,
Quos ſibi præbet ſacra Flora flores,
Dum procax quærit ſuperos honores,
Vritur lucis radijs micantis.
Sic Fridericus thalamos Atlantis
Ambiens, ſummi Iouis & fauores,
Deſpicit Regni Proceres priores,
Et perit truſſus pede fulminantis.
Aulici diſcant Superis ſubeſſe,
Subditis diſcant ſuperi fauere;
Ne cadant cælo, pereantque terrâ.
Inter ardentes Proceres oberra,
Prouidè: prodeſt medium tenere,
Aut palam totâ Iouis arce abeſſe.

Dedi Sapphica, quæ noſtris maioribus verſibus reſpondere videntur. Addam Iambica Dimetra, quæ æquant verſus, quos nominamus *de Romance*. Apollinem ob oculos ponam, & ſic inquam

IAMB. DIMET. *ROMANCE*

Facunde Parnaſſi Pater,
Accende conatus meos,
Infunde Phœbe Rex potens,
Menti facem, linguæ melos.
Cantabo concentu breui,
Quas Mars dedit lauros Deo,
Quas & dedit lauros Viro;
Dulci tibi, mihi fero. &c.

Hi verſus, vt Metrico-Rhythmici ſint, poſtulant hanc menſuram

ᴗ̄ — ᴗ — ᴗ̄ — ᴗ ᴗ̄.

loco (ᴗ̄ —) patientur (ᴗ ᴗ —) quando vocalis ante vocalem ita properet, vt coïre cum ſequenti videatur. Accentus vltimus eſſe debet in ſeptima; & hanc ob cauſam verſus iſti claudi debent diſſyllabis, nec poſſunt polyſyllabis vocibus.

☞ XXII.

COntemplor illos verſus Hiſpanicos, quos *ſeguidillas* dicimus; & priorem ſingulorũ partem Anacreonticis, & poſteriorem Adonicis correſpondere video, & ad Regis Hiſpaniæ laudem ſumo calamum, & has lineas ſcribo.

Anacr.

Anacr. ∪ — ∪ — ∪ — ∪ | *Sigui-*
Adonic. — ∪ ∪ — — | *dillas.*

Canat Polus PHILIPPI * *ſtemmata clara:*
Canatque læta Muſa * *Ceſſet amara.*
Loquax recludat Echo * *Laudis honores,*
Quibus PHILIPPE (*Princeps* * *Maxime*) *flores.*
Canat pium Monarcham * *Carmine Mundus.*
Tibique nemo primus * *Nemo ſecundus. &c.*

Eximius Dominus Correa, Salmanticæ S. Theologiæ Doctor & linguarum Orientalium Profeſſor in natiuitate Hiſpaniæ Principis ann. 1629. Anacreontico--Adonica (Hiſpn. Seguidillas) cecinit, quæ Græca ſunt, & alibi à nobis propoſita.

MVSA II. LEONINA.

☞ XXIV.

METRA Latina, quæ ſimiliter deſinunt, dici ſolent Leonina: & ſi nominis rationem quæras ad Authorem recurrunt, quem dicunt Leonem quemdam fuiſſe: quod ipſum faciliùs credere potero, quam examinare. Fuerunt ante quingentos annos ſummo in pretio: & in tanto, vt vix ſit Epitaphium illo æuo exciſum, quod eiuſmodi verſibus careat. In Menologio Chryſoſtomi Henriquez, in Notitia Abbatiarum Gaſparis Iongelini, & in aliis illius temporis hiſtoriis multa occurrunt. Pono aliqua. Friderici Imperatoris tumulus hoc dicitur habere Epitaphium.

Si probitas, ſenſus, virtutum gratia, cenſus
Nobilitate orti, poſſent obſiſtere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Cuiuſdam Durandi hoc Epicedium circumfertur.

Durus Durandus iacet hîc ſub marmore duro:
An ſit ſaluandus nec ego ſcio, nec ego curo.

Non fuit Durandus iſte, ille Magnus Theologus, qui libris doctiſſimis contra D. Thomæ aureas opiniones ſcriptis Prædicatorium etiam Ordinem nobilitauit: ſed alius, quem nec ego ſcio, nec ego curo. Circumfertur hoc etiam Epicedium.

Nudipes Antiſtes, non curat Clerus, vbi ſtes:
Si non in cælis ſtes vbicumque velis.

Fuit ab antiquo Hæretico ingenioſo compoſitum: & quia plurimos habuit Ordo S. Franciſci ad ſummas dignitates promotos, inuidia prout affectibus diuerſis agitur, diuerſis illud adſcripſit aut adfinxit. Gieſſani Profeſſores Nudipedis Antiſtitis nomine intelligunt Henricum II. Archiepiſcopũ Moguntinum ex Ordine S. Franciſci aſſumptum. Alij maiori auſu Sixtum V. Pontificem Maximum alij alios. Vt ipſamet varietas probet hanc inſcriptionem nuſquam eſſe.

Obtinuit hæc Leonina Muſa, præcipuè in Epitaphiis vſque ad noſtram ætatem, quæ illam reſpuit. ætate enim noſtrorum auorum Thomas Morus (volebam aliquid ad eius gloriam addere: ſed Virum maximum nominaſſe ſufficiat) rogatus ab hærede, vt Henrici Abyngdonij Cantoris tumulo inſcriberetur, hoc compoſuerat Epitaphium.

Attrahat huc oculos (aures attraxerat olim)
Nobilis Henricus Cantor Abyngdonius.
Vnus erat nuper mira qui voce ſonaret;
Organa, qui ſcitè tangeret, vnus erat.
Vellenſis primò templi decus: inde ſacellum
Rex illo voluit nobilitare ſuum.
Nunc illum Regi rapuit Deus, intulit aſtris;
Ipſis vt noua ſit gloria cælitibus.

Ianus (id Henrici hæredi nomen fuit) contemplatur hæc diſticha: illa cum aliis Eccleſiarum Epitaphiis componit, & quia conſonantias non reperit, erroris arguit, & imperat alia conſcribi. Obedit Morus Oratori imperito, & præparato altero longè diuerſo calamo, has lineas ſcribit.

Hic iacet Henricus, ſemper pietatis amicus:
Nomen Abyngdon erat, ſi quis ſua nomina quærat,
Vellis hic Aulâ fuerat ſuccentor in alma,
Regis & in bellâ cantor fuit ipſe capellâ.
Millibus in mille cantor fuit optimus ille.
Præter hæc & iſta fuit optimus Orgaque niſta.

Datur Iano hoc Hexaſtichum: placet ſummopere, & curat inſculpi marmori. Et Morus, ne hæc hiſtoria periret, illam æternæ memoriæ commendauit, his verſibus ad Amicos tranſmiſſis.

Scripſi elegum Carmen, Iano me hærede rogante,
Quod tumulum Henrici, ſignet Abyngdonij.
Diſplicet: & doctis benè diſplicuiſſet, at illi
Diſplicet hoc tantum, ſi quid ineſt melius.
Non reſonant illi verſus, ait. illicò ſenſi
Quales lactucas talia labra petant.
Ridendos ergo ridens effutio verſus:
Hos vorat, applaudens Ianus vtrâque manu.
Hos tumulo inſculpſit ſub eundem protinus obdi,
Atque iiſdem dignus verſibus ipſe legi.
Ante retroque bifrons Ianus Deus, omnia vidit:
Talpa effrons videt hîc Ianus vtrimque nihil.

☞ XXV.

PRæter lachrymas etiam reperiuntur Leonini. Aliqui hoc genere conſonantiarum delectati integros libros ediderunt: & inter ipſos Godofridus Viterbienſis, qui Nabuchodonoſorem etymologicè pingit, & ait;

Nabuc, *id eſt*, *bubo*: chadir, *capra*; noſora *lepra*.
Hæc tria: ſingula tam bene conſona nomina tetra:
Sunt Nabuchodonoſor. Sic docuere Metra.
Armenâ linguâ noſcas hæc dicta fuiſſe;
Hæc & ab Armenis fatear me ſic didiciſſe:
A modò Rex idem ſomnia magna videt.

Sic Nabuchdonoſoris nomen interpretatur. Addam eiuſdem Poetæ carmen de Sardanapalo.

 Vltimus

Vltimus Aſſyriæ Rex, nomine Sardanapla,
Fecerat ex plumâ plumatia clauſus in Aula,
Facta ſuis digitis culcitra prima fuit.
Fila videns Regem contexere turba virorum,
Obſtupuit dicens, Perit decus Aſſyriorum,
Fœmineus Rex eſt, fœmineuſque thronus.

Interim aliquid addiſco, etiam cùm rideo,& hæc Triſticha lego. Diſco igitur primò, non eſſe omninò contemnenda Triſticha, in quibus duo Hexametra claudat Pentametrum. Diſco ſecundò in diphthongo AV. illo ęvo non ſonare V, vt vocalem,ſed vt conſonam: ita vt *aula* non multum differat ab *abla* aut *apla*: nam alias reſonantia periret. Diſco tertiò,quiſnam Viterbienſis opinione culcitræ inuentor ſit.

☞ XXVI.

DIxi Leonina Carmina veteribus non fuiſſe cognita: non dixi à veteribus non fuiſſe condita: quoniam aliqua exciderunt interdum, in quibus non affectata conſonantia inuenitur. Ouidiana ſunt hæc:

Nec niſi finitâ per plurima pondera vita.
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis.
Quot cœlum ſtellas, tot habet tua Roma puellas.
Ipſe ego libro um video delicta meorum.
Quærebant flauos per nemus omne fauos.
Si mihi quod prodeſt, hoc tibi Lector obeſt.

A R S.

Qua Leonini verſus condi poſſunt.

☞ XXVII.

SVnt compoſiti hucuſque arte nullâ, iam raro vel nunquam conduntur: & hanc ob rem non ero nimius in hac arte explicandâ. Interim, vt nihil arte careat, has lineas ſcribo.

Conſonantiarum loca ſunt penthemimeris & finis versûs. & à locorum numero periodus vocabatur Diphona, Triphona, Tetraphona: &c. Diphona ſunt, quorum periodus contenta eſt duobus locis: Triphona,quorum periodus poſtulat loca tria: &c.

Diphoni Hexametri.

aA. bB. cC dD. eE. fF. &c.
aB. bC. cC. dE. eF. fG. &c.

☞ XXVIII.

BInas ideas carminum diphonôn propoſui: & conſonantias penthemimeris paruâ literâ, & alias, quæ in finem versûs cadunt,capitali diſtinxi. Prima reperitur in iſtis quę euulgauit Academia Viennenſis,cùm Ferdinandus III. Apoſtolicâ Regni Hungariæ laureâ coronabatur.

Iuſtitiam cura, clamant cœleſtia iura;
Præmia da dignis, pœnas inflige malignis.
Magnus amor Iuris non eſt in pectore furis,
Dum capit occultè quod non conſumit multè.
Comprime periuros, Babylonis deſtrue muros,
Fac ſuperis feſtum nullum tolerando ſceleſtum.
Pauperis ad vocem faciem depone ferocem,
Rege opus eſt dignum vultum monſtrare benignum.
Mimus ne credas, verùm procul inde recedas,
Blandus adulator non eſt ſincerus amator.
Ne quære externos mores, imitare paternos,
Eſt via virtutis ſecura magiſtra ſalutis.
Ne te terrenis ſtringi patiaris habenis,
Res malè menſurat, quiſquis mortalia curat.
Sperne voluptates cœli ſubiture penates,
Clauditur æternùm, quiſquis ſemel intrat Auernum:
Pluma, Venus, Vinum regnum domuere Latinum,
Dum faciunt mites ad Martia bella Quirites.
Quàm bene nunc flores, dum regni ſcandis honores!
Sed matutinam, caue, ne patiare pruinam.
Profer & obdura, nec vlla grauamina cura,
Poſt modicum fellis dabitur ubi copia mellis.
Ad mortis metas currit velociter ætas,
Fac bene dum viuis, res eſt gratiſſima Diuis.

Secundam Diphonon Verſuum ideam non reperio apud veteres, ſed ad illam Hexametra hæc pauca conformo.

Hæremus dubij: nox abſtulit atra colores,
Nam nigri mores luci ſe credere nolunt.
Doctos aſtra colunt, indoctos prouida tellus
Aſſerit eſſe ſcelus venerari. Regnat Apollo,
Præſidet atque ſolo ſperio generoſa Thalia
Quæ virtute pia necnon ſplendore ſereno,
Muſarum pleno numero dat carmina mira,
Quæ cantare lyra poſſint in pegmate amœno.

Triphoni Hexametri.

aBa. BcB. cDc. DeD. &c.

☞ XXIX.

MAiori artificio verſus componitur Triphoni;at in illo interdum viri celebres hallucinantur; meam conſule Rhythmicam, in quâ D. Cancri celeberrimi Poetæ errores eximios notaui. Alij Religioſiùs leges ab arte præfixas obſeruant. Dedi ideam, & exemplum ſubſcribo.

Virgo potens, Chriſti mater ſanctiſsima: amaram
*Vocem exaudiſti * populi venientis ad aram*
*Serrati-montis. Cœli es pia ianua. Claram **
Diuini fontis Virgo vndam candida adauge,
Cœli & horizontis rutilas quæ ſemper in auge.

Stellulæ ternas quaſque conſonantias diſtinguunt. [Augem vocant Aſtronomi ſummam abſidem orbitæ Planetariæ.]

Verſus

Verſus Tetraphoni:

aBaB. cDcD. eFeF. gHgH. &c.
aBbA. cDdC. eFfE. gHhG. &c.

☞ XXX.

HAec periodis diſtichis compleri poterunt: & illa illuſtro his exemplis.

Fuit Garzia de Verà à nobilibus parentibus ortus; in pueritia & adoleſcētia liberalibus literis operam dedit, & multum profecit in ſingulis. Poſtea, vt tulerunt tempora, Regi & Patriæ in militia ſeruiuit, in qua fuit ad magnas dignitates promotus. Sæculo tandem valedicens habitum Ciſtertienſem ſuſcepit in Monaſterio de Huerta apud Hiſpanos: & ibidem virtutibus clarus quieuit in Domino, & ſepultus eſt in Mauſoleo eleuato ad oſtium capituli in clauſtro. Et lapidis inſcriptio eſt hæc,

Hæc metra Garzia de vera inſcribere cogor,
Per quem creuit honor equitum, cultuſque ſophiæ.
Magnanimis magnus, fuit & ferus hoſtibus hoſtis,
Et veluti noſtis, vt leo, placabilis agnus.
Conſilio fretus pacis vel tempore guerræ
Aſpera perferre didicit vel proſpera lætus.
Horta virum talem tantum procul exule ſorde
Compunctum corde, cultum tulit ad Monachalem.

Hi verſus characteribus diſtincti Gotticis etiamnum in ipſomet ſaxo leguntur.

Eàdem arte ſcriptum fuit Ioannis Rickingalis, S. Th. Doctoris, & ſupremi Cancellarij Cantabrigenſis Academiæ apud Anglos Epiſcopi, poſteà Ceceeſtrenſis Epitaphium. illud ſubiungo.

En modò qualis eris! quid mundi quæris honores?
Crimina deplores, & me mox ſpeculeris.

Altera Verſuum tetraphonon idea etiam debebit aliquo exemplo confirmari. Propono ergo Epitaphium Ludouici de Beaumon Epiſcopi Dunelmenſis in Angliâ, in quo leguntur iſti verſus.

De Bello-monte iacet hîc Ludouicus humatus,
Nobilis ex fonte Regum Comitumque creatus.

Poſſent Diſticha Elegiaca tetraphono concentu exornari: poſſent etiam fieri verſus Pentaphoni, Hexaphoni: &c. ſed quoniam iſti numeri ſunt duriores, & inſolentiores, non eſt cur de illis vberiùs diſſeramus.

Sapphici Heptaphoni.

aBaBcBC. dEdEfEF.

☞ XXXI.

COnſtant ſeptem membris, & videntur totidem recipere poſſe conſonantias. Eſſent multæ poſſibiles, at non omnes auri cultæ & politæ gratæ. Ideam, quæ placuit, dedimus, illã exemplo aliquo ornemus. *Mors parcit nulli.* Claudianus.

Pauper occumbit: moritur Monarcha:
Picta ſuccumbit: cadit & Tetrarcha:
Ira perdurat, furibunda Parca.
Cuncta lituraſ.

Poſſunt conſonantiarum loca aliter diſtingui, & componi. ſed iſte modus mihi arriſit, tu alium pone, ſi velis.

Hexametri Ogdoaphoni.

aBaBaBcC. dEdEdEfF.

☞ XXXII.

THomas Cramnerus, Archiepiſcopus Canthuarięſis in Angliâ ob hæreſim & peruicaciam flammis damnatus eſt. Caſum Rodulphus Skinerus concelebrat, & hæreſiarchæ cor, toto corpore in cineres reducto, illæſum permanſiſſe mentitur, & inſolenti in Deum & Eccleſiam Orthodoxam ſtilo, has blaſphemias ſcribit.

Succubuit Sanctus Præſul Cramnerus iniquâ
Pontificum rabie, fraude, doloque perit. &c.

Hæc impia carmina ante annos multos Parodiâ & antiphraſi vſus, ad ſequentia reduxi: in quibus ſi quid in Proſodiæ leges videatur delinquere (nã vox *Papatus*. habere deberet primam longam) non nobis imputandum, qui priorum verſuum voces & numeros quantũ permiſit Parodia, retinuimus.

Succubuit ſceleratus homo Cramnerus, iniquos.
Schiſmaticos inter fraude doloque prior.
Quod verbi Stygij tenebris difflare Papatum
Eſt & conatus templa negare Deo.
Quodque Antichriſti præcurſor, in impia, regna
Anglica conuertit: væ toleranda diu!
Impius inclemens criſpanti addicitur igni,
Et dant Hæretici membra cremanda viri.
Vt ventum, Lictor dextram porrexit in ignem,
Porrectamque tenens talia verba dedit.
Prima (ò!) peccaſti, primum & ſentire dolorem
Debes, ò ſummo dextra inimica Deo.
Et meritò, ſiquidem dextrâ oppugnauerat Orbem
Romanum: Summûm Pontificumque fidem.
Immotam tenuit, dum deflagrauerit omnis
In cineres, totam dum cecidiſſe videt.
Cætera cùm pereant flammâ: referente Poetâ,
Permanet illæſum cor vbi flamma perit.
Vtitur ait, Metris ſemper conceſſa facultas
Quæ fuit, aut verſu vera Poeta canit.
Si primum. Hæretico addictus mendacia cantat,
Nam conſumpta rei corda fuere foco.
Si tamen indicium verum probet eſſe ſecundum
Siquid miramur, Dæmonis aſtus erit.

Hæc omnia ſunt præmiſſa, vt intelligantur ogdoaphoni verſus, qui ſequuntur.

Romana Mundi iubar eſt Eccleſia: Cœli
Eſt lampas mundi: & populo crux dura rebelli:
Hæretici immundi hoc debent à culmine pelli
Comburi hîc flammis, quas claudat Auernicus amnis.
Thomæ Cramnero dederunt Eccleſiæ honorem:
Iudicio à vero diſceſſit propter amorem
Immundum: at verò gens huic Hiſpana decorem
Abſtulit inſignem, & meritum ſuperaddidit ignem.
Vna ſalus gentis noſtræ eſt Romana carina;
Talem prudentes noſcunt, renuuntque ferina
Agmina ſerpentis, manet attamen ipſa ruina:
Sunt torta in Mundo: in Stygio torquenda profundo.
In Romanâ arcâ gens eſt ſecura fidelis;
Non timet à Parcâ, patitur quam turba rebellis:

Hæc

Hæc manet in parca Styge, & altera debita cœlis,
Hoc & cognoſcit, ſacra quiſquis dogmata noſcit.
Conſpice Cramnerum, per vaſtas naufragus vndas,
Conſpice Skinerum, tenebras petit ipſe profundas
Infœlix: verùm nuſquam pro hoc vota refundas;
Nam Stygium aduênit, nullos Deus vnde redêmit.

Hexametri Decaphoni.

aBbA; aCcDd c. eFfE; eGgHhG.

☞ XXXIII.

ALias poſſem ideas proponere: ſed modò placet Spinellia tetraphonio & hexaphonio compoſita. quam dilucidant ſequentia carmina.

Ver.

Noctes æquales formabat Apollo diebus,
Splendorem rebus dederat ſpecioſaque Pales.
Inter mortales ſpargebat lucis honorem.
Phœbus ſplendorem, & cœli prima aſtra tenebat,
Vnde refundebat cœlis terriſque decorem.

Aurora.

Phœbus horizontis tangebat limina claro
Lumine: Sol raro ornatu depingere montes
Cœperat, & pontes radijs fabricare decoris.
Inter ſplendoris caliginis atque flauiſſas
Vmbras conſciſſas noſtris prohibebat ab oris.

Flora.

Aemula terra polis nunc eſt: venit aurea Flora',
Cedunt abſque morâ nunc florida lumina Soles.
Vraniæ eſt proles, quâ ornat diademate Phœbus.
Noctis enim rebus, quæ ſuſtulit atra colores,
Reddit ſplendores bifugos velut alter Ephœbus.

Poſſemus vlteriùs progredi, & Strophas numeroſiores conformare. Sed quo fructu, ſiquidem hæc Leonina Muſa hoc æuo eſt à toto Parnaſſo proſcripta?

APOLLO METRICVS.

Carminis has leges condendi publico: Lector
Dogmata dilauda noſtra, vel ede tua.

☞ XXXIV.

RHYTHMICA, & Metrica facultates ſunt duæ: illa omnibus populis communis, hæc Græcorum, & Latinorum propria: illa accentus, iſta quantitates conſiderat. De Rhythmis diſputaui ſuperiùs: de Metris nunc acturus ſum.

Sanè, ſi loqui rigoroſè velimus, Carmen cõponitur verſibus; quoniam Poema integrum dicitur *Carmen*: Verſus Metris, nam aliqui dicuntur *Dimetri, Trimetri, Tetrametri, Pentametri, Hexametri,* &c. Metrum Pedibus, Pes ſyllabis: at iam voces confunduntur á vulgo, verſuſque & *Carmina*, & *Metra* vocântur. Et ego, quia hanc homonymiam apud alios obſeruo, ne lineas has vlli confuſioni aut æquiuocationi exponam, Metrum in incompletum, & completum diſtinguo: & hoc confundi cum Verſu patior, ſed non illud. Addo definitiones.

I. Verſus eſt vox (ſimplex aut compoſita) tot, & talia, & tali ordine Metra complectens.

II. Metrum eſt vox (ſimplex aut compoſita) tot, & tales, & tali ordine pedes complectens.

III. Pes eſt vox (ſimplex aut compoſita) tot, & tales, & tali ordine ſyllabas complectens. Pono exempla. Verſus Adonius eſt iſte [-υυ-υ] & clauditur hac voce ſimplici *Condideramus*. & hac compoſitâ *Carmina condo*. &c. Pes Dactylus eſt iſte [-υυ] & reperitur in hac ſimplici voce *Iuppiter*, & in hac compoſitâ *Vir pius*.

Reperio apud alios Authores alias definitiones, eloquentiùs ſcriptas, ſed non clariùs. Profeſſores Gieſſeni aſſerunt *Pedem eſſe numeroſam ſyllabarum diſpoſitionem, certis temporibus definitam*: & debebunt ſubiicere, *Metrum eſſe numeroſam pedum diſpoſitionem certo ordine definitam*. At definitiones hæ & aliæ ſimiles, obſcuriores ſunt noſtris, & tamen bene examinatæ & expoſitæ in noſtras incidunt.

MVSA

MVSA I. METRICA.

De Syllabarum quantitate.

☞ *XXXV.*

IN Grammaticâ de ſyllabarum quantitate diſſerui: & quia fortè placebit alicui Metametricam hanc ſeorſim dare, ne re neceſſariſſimâ carere dicatur, eamdem doctrinam, & inſtitutionem, alio tamen modo, reſcribo.

Syllabarum aliæ ſunt breues, aliæ longæ, & aliæ indifferentes. Breues in prolatione ſuà conſumunt vnũ tempus, longæ duo: [vel aliter, nam menſura à proportione pendet: breues ſunt, quæ ſemitempus: longæ, quæ integrum tempus impendunt. Vide *num.* 58. §. *Aio.*] Et tandem indifferentes ſunt, quæ corripi poſſunt, aut produci.

Sed quæ ſunt breues? & quæ longæ? quæ indifferentes? Indifferentes multas congerit Apollo Ametricus, qui pauló poſt ſequetur: vt veró à breuibus longas diſtinguas, has regulas obſeruare debebis.

☞ XXXVI.

NOmina omnia & Verba, quæ in Grammatica pro variãdis nominibus & verbis, loco regularum ponuntur, qualia ſunt *Muſa*, *Dominus*, &c *Amo*, *Doceo*, &c. aliorum, quæ ea ſequuntur, incrementorum & finalium quantitates definiunt, exceptis illis, de quibus in ſpecie agemus: nam in dictione *Geminorum* incrementum & vltima eſt ſicut in dictione *Dominorum*. &c,

☞ XXXVII.

PRæter rgulam iſtam generalem ſciendum eſt, omnem vocalem ante duas conſonantes; imò & ante vnicam, ſi illa ſit I. X. aut *Z*. longam eſſe. vt *Arcus*, *Aiax*, *Axis*, *Gaza*. Vocalis natura breuis ante mutam & liquidam in proſa breuis, in carmine indifferens eſt. vt *Pharĕtra*. Si prior dictio deſinat in conſonantem, & immediatè ſubſequens incipiat à conſonante, vltima prioris dictionis vocalis longa eſt, vt *Vir ſacer*. Si autem prior dictio deſinat in vocalem breuem, & poſterior incipiat à duabus conſonantibus, vltima prioris dictionis ſyllaba breuis eſt, vt *Carmina ſcribe*. At hæc Regula non eſt omnium ſententia vera, vt *n.* 110. videbitur.

☞ XXXVIII.

OMnis diphtongus longa eſt, excipe *Præ* in compoſitione, ſi ſequatur vocalis, vt *Præuro*. Horum etiam nominum quantitates conſidera, *Vnĭjŭgŭs*, *Bĭjŭgŭs*, *Trĭjŭgŭs*, *Quădrĭjŭgŭs*. &c. in quibus j non habet vim duarum literarum.

☞ XXXIX.

VOcalis ante vocalem breuis eſt, vt *Marius*. excipe vocatiuos his ſimiles, *Pompēī*, *Cāī*. &c. Conſidera attentè iſtas voces, *Plĕtēă*, *Elĕgīă*, *Dārīŭs*, *Bāsĭlĭŭs*, *Cĭthĕrēă*, *āĕr*, *āĕrĕŭs*. [Harum vocum *Idea*, *Orthographia*, *Philoſophia*, & ſimilium in vltima producitur apud multos Authores, ſed & ipſa etiam corripitur apud alios.

☞ XL.

INitium geminantia præterita primam corripiunt, vt *cĕcīdī* à cado, *cĕcīdī* à cædo, *mŏmordī* (olim *mĕmordī*) à mordeo. Præterita diſyllaba ſunt longa, vt *vīdī*, *vēnī*. Excipiuntur nonnulla ◡—: quæ ſtatim dabimus. Compoſita ſe attemperant ſimplicibus: vnde *Abſcidi* a cædo habet ſecundam longam; a ſcindo breuem. Martialis; *Abſcidit vultus enſis vterque ſacros*. Catullus: *Abſcidit ò miſero frater adempte mihi*. (Sunt duo Pentametra.) In indicatiui perfecto habent Poetæ *Stĕtĕrunt*, *Dĕdĕrunt*, &c. & in ſubiunctiuo *rĭmŭs* & *rĭtĭs*, quorum penultimam aliquæ nationes corripiunt, aliæ producunt, & aliæ diſtinguunt.

Vt meliùs cognoſcatur ſingulorum præteritorum quantitas, hanc tabellam ſubiungo.

◡ —	*carui*	*nitui*	*ſtrepui*
ii	*cecidi*	*nocui*	*ſubij*
	cecini	*patui*	*tacui*
bibi	*colui*	*peperi*	*tenui*
dedi	*crepui*	*pepigi*	*tepui*
fidi	*cupij*	*pepuli*	*tetigi*
fui	*didici*	*petij*	*tonui*
lui	*docui*	*pupugi*	*tremui*
rui	*dolui*	*putrui*	*tribui*
ſcidi	*domui*	*rapui*	*tumui*
ſteti	*fremui*	*reperi*	*tutudi*
ſui	*fricui*	*redij*	*valui*
tuli.	*genui*	*retudi*	*vetui*
◡ ◡ —	*gemui*	*retudi*	*vigui*
adij	*iacui*	*rubui*	*virui*
alui	*latui*	*ſalij*	*◡ ◡ —*
egui	*linij*	*ſapui*	*volui*
habui	*madui*	*ſecui*	*vomui.*
inij.	*merui*	*ſenui*	
obij	*metui*	*ſilui*	*— ◡ —*
olui	*micui*	*ſitij*	*amaui*
	molui	*ſolui*	*abedi*
calui	*monui*	*ſonui*	*abegi*

abi-

—υ—	—υ—	—υ—	—υ—	—υυ—	—υυ—	—υυ—	—υυ—
abivi	*addidi*	*conſtiti*	*præſcidi*	*vendidi*	*intremui*	*delinij*	*præcinui*
adedi	*adſtiti*	*ambij*	*contudi*	*præſtiti*	*valui*	*obſtupui*	*depoſui*	*prædidici*
adivi	*arcui*	*corrui*	*prodidi*	*Aſſerui*	*occinui*	*deſecui*	*prædomui*
adegi	*argui*	*credidi*	*profiui*	*edomui*	*occubui*	*deſilij*	*præmicui*
ademi	*arui*	*debui*	*prolui*	*elicui*	*occului*	*deſipui*	*præmonui*
inivi	*ebibi*	*dedidi*	*propuli*	*emicui*	*commerui*	*demerui*	*præpoſui*
obivi	*excij*	*deſij*	*prorui*	*eminui*	*commolui*	*deſtitui*	*præripui*
cecidi	*excidi*	*deſtiti*	*proſcidi*	*enecui*	*commonui*	*detinui*	*præualui*
coegi	*horrui*	*diſcidi*	*protuli*	*enitui*	*compoſui*	*detonui*	*procubui*
comedi	*imbibi*	*dirui*	*putui*	*eripui*	*computrui*	*diminui*	*progenui*
cucurri	*imbui*	*ſtipuli*	*putrui*	*erubui*	*concinui*	*diripui*	*promerui*
cupivi	*incidi*	*dormij*	*quæſij*	*excolui*	*concrepui*	*diſcubui*	*promicui*
deuſſi	*irrui*	*ferbui*	*reddidi*	*exerui*	*concupij*	*diſcupij*	*prominui*
diremi	*obrui*	*florui*	*repperi*	*expetij*	*confricui*	*diſplicui*	*propoſui*
fefelli	*occidi*	*frendui*	*reppuli*	*expolij*	*congemui*	*diſpoſui*	*proripui*
momordi	*edidi*	*frondui*	*reſcidi*	*euirui*	*conſenui*	*diſſecui*	*proſilij*
pependi	*elui*	*langui*	*reſtiti*	*euomui*	*conſerui*	*diſſerui*	*refricui*
peperci	*erui*	*malui*	*ſorbui*	*immadui*	*conſonui*	*diſſolui*	*reſtitui*
popoſci	*impuli*	*marcui*	*ſordui*	*imminui*	*conſtitui*	*diſtinui*	*ſuccinui*
prehendi	*indidi*	*meſſui*	*ſplendui*	*implicui*	*conſului*	*diſtribui*	*ſuccubui*
peredi	*candui*	*miſcui*	*ſqualui*	*impoſui*	*conticui*	*percolui*	*ſepoſui*
peregi	*cenſui*	*mutui*	*ſubdidi*	*incolui*	*continui*	*percrepui*	*ſuppoſui*
prauſſi	*calrui*	*nexui*	*ſubſtiti*	*increpui*	*contremui*	*perdomui*	*ſubticui*
profudi	*comperi*	*nolui*	*ſtertui*	*incubui*	*contribui*	*perfricui*	*ſurripui*
quievi	*compuli*	*pallui*	*ſubdidi*	*infremui*	*corripui*	*perpolij*	—υυ——
redegi	*comui*	*parui*	*ſuſtuli*	*ingemui*	*conualui*	*perſonui*	*abbreuiaui*
reduxi	*concidi*	*perdidi*	*rabui*	*inſenui*	*decubui*	*pertinui*	*ablaqueaui*
ſpopondi	*concij*	*perlui*	*terrui*	*inſerui*	*dedidici*	*perſtrepui*	*acceleraui*
tetendi	*condidi*	*perui*	*texui*	*inſilij*	*dedocui*	*pertremui*	*&c.*
totondi	*conſcidi*	*pinſui*	*torpui*	*inſenui*	*defricui*	*poſthabui*	
abdidi		*præbui*	*torrui*	*intonui*			

☞ XLI.

SVpina diſſyllaba habent primam longam: & multa ſunt. Nonnulla à regulâ generali excipiuntur: horum quantitatem conſidera: *dătum* à do, *cĭtum* à cieo. *rătum*, *lĭtum*, *rŭtum*, *sătum*. *sĭtum*, *ĭtum*, *quĭtum* cum compoſitis, vt *addĭtum*, *adſtĭtum*, *concĭtum*, *illĭtum*, *inſĭtum*, *exĭtum*, *cognĭtum*.

Habemus à ſto *ſtătum*, *ſtătŭs*, *ă*, *um*, *ſtatŭs*, *ūs*, *ſtātūrŭs*. & in compoſitis manente A, *conſtătum*, *conſtātūrus*: *præſtātus*, *præſtātūrŭs*: *&c.*

Et ab ambio habemus *ambībam*, *ambĭebam*: *ambītŭs*, *ă*, *um*, *ambĭtŭs*, *ŭs*. *ambĭtiō*, *onĭs*. *ambĭtiosŭs*: *&c.*

☞ XLII.

CAſus, Deriuata, & Compoſita, ſiue mutēt vnam vocalem in aliam, ſiue non, ſequuntur quantitatem ſuæ originis: vt *Dŏmĭnŭs*. *Dŏmĭnī*, *Dŏmĭnōrum*, *&c.* *Lĕgō*, *lĕgēbam*, *lĕgam*, *lĕgĕrem*: *&c.* *Lĕgō*, *ēlĭgō*, *sēlĭgō*, *intellĭgō*. &c.

In compoſitione hæ propoſitiones breues ſunt: *ăb*, *ăd*, *ăntĕ*, *circŭm*, *ĭn*, *ŏb*, *pĕr*, *rĕ*, *sŭb*, *sŭpĕr*: Hæ longæ *ē*, *dē*, *dī*, *sē*. Apud Græcos *α*, & *pro* breues ſunt: apud Latinos longæ. *Re*, ſi duplicetur ſequens litera, etiam eſt longa, vt *rēffert*, *rēlligiō*,

Quando vna dictio è duabus componitur, ſi prior terminetur in *e*, vel *i*, hæ ſyllabæ erunt breues, vt *Lĭquĕfăciō*, *trĕmĕfaciō*, *omnĭpŏtens*, *Lūcĭfĕr*; &c. apud Græcos *υ*, & ο, in ſimili compoſitione breues ſunt, *ω* longa, vt *Pŏlydōrŭs*, *Aſtrŏlŏgŭs*, *Gĕōmĕtră*.

☞ XLIII.

NOminum, Pronominum, Verborum, & Participiorum, incrementa, & vltimas ſyllabas, earumque quantitates fere habes in declinationibus: nihilominùs pauca hæc notamus.

Vocatiui Græci in *a*, ſunt longi, vt *ænēā*, *ĕdā*. & datiui, aliique obliqui, in *i*, vel *y*, etiam apud Græcos ſunt breues, vt *Pallădĭ*, *Mōly*.

E, in fine corripitur vt *antĕ*, *nempĕ*. Aduerbia ab adiectiuis ſecundæ declinationis, habent *e*, longum, vt *longē*. nam aduerbia à tertiâ declinatione nata, breuia ſunt, vt *făcĭlĕ*, *sŭblīmĕ*.

O, in fine eſt indifferens, vt *quandō*, *vĭgĭlandō*. Græca in *ω* ſunt longa, vt *Andrŏgĕō*. item aduerbia à nominibas orta, vt *multō*, *mĕrĭtō*, *sŭbĭtō*.

In fine B, D, L, M, R, IS, T, & polyſyllaba in *us*, breuia ſunt, vt *ab*, *ăd*, *consŭl*; *circum-ăgō*, *vĭtĭs*, *Tiphys*, *āmăt*, *&* *Dŏmĭnŭs*.

At verò longæ ſunt C, N, AS, ES, OS, vt *sīc*, *Tītān*, *fās*, *nĕfās*, *ămās*, *lŏcŭplēs*, *Hērōs*. [Apud Græcos N, eſt breuis in fine accuſatiui, cuius nominatiuus

tiuus

tiuus habet vltimam breuem, vt *ſcorpĭŏs, ſcorpĭŏn*: *Thĕtys, Thĕtyn.*] *Tēthys* habet primam longam, & vltimam indifferentem.

☞XLIV.

Eliſio contingit hoc modo. Cùm prior dictio deſinit in vocalem aut M. & altera incipit à vocali, vltima primæ dictionis eliditur. Et hæc ipſa eliſio, ſi ſit puræ vocalis, dicitur *Synalepha*: ſi vocalis & conſonantis M. nominatur *Ecthlipſis*. Pono exemplum.

Ecce inter primos Toletum armatus inuit.

Heroicus verſus eſt, & ſic debet ſcandi.

Ecc' in—ter pri—mos To—let' ar—matus in—iuit.

Hodie (& nota id bene) eliſio videtur ad mentem pertinere: quia ſyllabæ, quæ elidi dicuntur, æquè ac cæteræ ſcribuntur & pronunciantur.

☞XLV.

Præter hæc notandum omninò eſt, eſſe quædã vocabula, quæ & leges Grammaticas, & exceptiones, quas poſuimus, faſtidiunt, & irregularia nominantur. Ea ſubſcribo.

IRREGVLARIA.

Arbŏr arbōs arbŏrĭs
Arĕŏ, ărĭſtă
Anthrax, anthrăcĭs
ătax, ătăcĭs
ănăs, ănătĭs
Athrax, ăthrăcĭs
āēr, āĕrĭs
attămĕn
abſcindŏ, abſcĭdī
Adĕō. aduerb.
ăn
Bĕnĕ
Bĭgă, trīgă, quādrĭgă
Bĭdŭŭm, trīdŭŭm, quātrīdŭŭm [*quătŭŏr, quătĕr*]
Bōs. bŏuĭs
Bacchăr, bacchărĭs
Bearix bearĭcĭs
cētĕrā aduerb.
climax clĭmăcĭs
cōxendĭx, cōxendĭcĭs
cĭlĭx, cĭlĭcĭs
chænix, chænĭcĭs
călĭx, călĭcĭs
călyx, călycĭs
cĭtō aduerb.
coccix coccygĭs
cappădox cappădŏcĭs
cyclops, cyclōpĭs
cercops, cercōpĭs
cĕtĕ
cănĕō, ēs, cănŭ
cŭr
celtĭbĕr
Dicō, Mălĕdĭcŭs, Bĕnĕdĭcŭs, causĭdĭcŭs, vērĭdĭcŭs. &c.
Dĭrĭmō, ĭs, dĭrēmī
Dĭſertŭs. Dēſertŭs
Drēpax, drŏpăcĭs
Dīs, dĭtĭs
Dō, das, *dăbam, ās, dăbō, bĭs.*
Dā, dătō, dărĕ, dătōtĕ dantō
Dărem, dărĕ, dĕdī. iſtī, &c.
Dătum. & compoſita, vt *venundō*;
venundăbam.&c. *venundĕdi.* &c.
venundătum. venundătūrŭs.
Primum incrementum in A, ſemper breue eſt in *Do.*
Dŭŏ, dŭa, dŭŏ,
dōnĕc
ĕrix, ĕrĭcĭs
ĕtĭă
Fŏuĕō: ēs. fōuī
Fŏmĕs, ĭtĭs
Fornix, fornĭcĭs
Fūr, fūrĭs
frūgĭs, frūgi, frūgem
Fămēs, ĭs, ī, em. ē
Fĕrē, fermē
Fār, farris
Forsăn. forsĭtăn
Glīs glīris
Cryps, gryphĭs incr. long.
Hydrops hydrōpĭs
Hŏdĭē: hoc dĭē
Hĭc, hac, hŏc. hīc aduerb.
Hæres, hærēdĭs
Hiſtrix, hiſtrĭcĭs
ĭbĭ, ĭbīdem.
īdem, ĕădem, ĭdem.
īlĭcĕt, ſcīlĭcĕt
Iŭbăr, Iŭbărĭs
Ibēr, ērī, b, ērĭs.
hinc *celtĭbĕr*
ĭtă, ĭtănĕ
ĭdĕō
Immŏ, īmō
In, ĭnĕō &c.
Itĕr ĭtĭnĕrĭs
Iūro. dēiĕrō
Lătĕō, ēs: lăternă
Lūcĕō, ēs. lūcernă
Lār, lărĭs
Lŏcŭples, lŏcŭplētĭs
Līs lĭtis.
Lărex, lărĭcĭs
Lĕpŭs, lĕpŏrĭs
Lĕpŏr, lĕpōrĭs
Lux, lūcĭs
Mŏuĕō, mōbĭlĕ
Mĕlĭphyllŏn
Mĕrīdĭēs
Mās, măris.
Mercēdĭs
Maſtix, maſtīgĭs
Mĕmŏr, mĕmŏrĭs
Mălĕ
Mŏdŏ, aduerb. *quomŏdŏ dummŏdŏ, poſt mŏdŏ*
Nūbō, ĭs, pronŭbă, innŭbă
Nēquĭs, ă, ŏd, id
Nēquaquam
Nēquidquam
Nēquandŏ
Nectăr, nectărĭs
nēſis, nesīdĭs
nătrix, nătrĭcĭs
nix, nĭuĭs.
nĭsĭ
nĭl, nĭhĭl: nĭhĭlum, nēc hĭlŭm
nĕc, vel, *nē*: ſed *nē?*
ŏ: ŏbĕ
ōs ōrĭs
ŏs oſſĭs
ŏnyx ŏnychĭs, ſardŏnyx, Sardŏnychĭs incr. br.
Prŏnĕpŏs, prŏnepōtĭs
Prŏneptĭs, tĭs
Prŏfundŏ, ās Prŏfundŭs.
Prōfundŏ, ĭs
Prŏfŭgĭō, Prŏfŭgŭs
Prŏfeſtŭs
Prŏfitĕŏr
Prŏfānŭs
Prŏfăr, prŏfārĭs
Prŏficiſcŏr, ĕrĭs
Prŏpĕrō
Prŏcellă
Prŏpāgŏ, genus, & vitis.
Prŏpīnŏ
Prŏcurrŏ
Păr, părĭs. ſic compoſita, vt *Compăr, Dĭſpăr. ſuppăr.*
Pars. compŏs, compŏtis, & impŏs, impŏtĭs
Pănax, pănăcĭs
Pix, pĭcĭs.
Pūs, pŏdŏs, ſequuntur cōpoſita, vt *trĭpūs, ŏdĭs*:
Præcox, præcŏcis
Pollux, pollūcis
Poſtĕă
Prō
Pĕnĕs
Quŏtīdĭĕ, quŏtīdĭānŭs
Quĭēs, quĭētĭs
Quĭrītēs
Quĭă
Quārē. l. quā-rē
Quăsĭ
Rĕgŏ, rēgŭlă.
Sōpĭŏ, sŏpŏr, sōpītŭs
sēmĭsŏpītŭs
Sīquĭs, sīquă, sīquŏd
Scīlĭcĕt, īlĭcĕt
Sāl, sălĭs
Smīlax, ſmīlăcĭs
Styrax ſtyrăcĭs, eſt y. br.
Samnīs ſamnītĭs
Sălex, sălĭcĭs
Sĭlex, sĭlĭcĭs
Stō, ſtās, ſtĕtī, ſtătum
Scĭŏ, neſcĭŏ
Seuŏ, aduerb.
Sōl sōlĭs
Tămĕn, attămen
Tībīcens tībīcĭnĭs
Trīnăcrĭă
Tempē
Vădŏ, dĭs, vădum
Vĕnēfĭcŭs
Vĭdēlĭcĕt
Vbīquĕ, ŭbīcumquĕ
Vīpĕră, æ,
Vas. vădĭs
vās, vāsĭs, vāsă ōrŭm
vībex vībĭcis
vărix, vărĭcĭs
vērŭs: aduerb. *vērō.*
vīs, nom. & verb.
vēr vērĭs
vĭdĕn? vĭdēs-nĕ?

MVSA II. FVNDAMENTALIS.

Quam Metrogononian *appellamus*.

XXIV.

TVNC ſcire dicimur, cùm rei cauſas, & prima elementa, & fundamenta penetramus. Ita Ariſtoteles Phyſices *lib.* 1. *cap.* 1. *text.* 1. Ergo, vt Artem Metricam ſcire dicamur, oportebit verſuum cauſas, & elementa omnia cognoſcere. Agemus igitur de verſuum cauſis (Authoribus) elementis (pedibus) & origine: & quia materia copioſa eſt, quantam claritas toleret, breuitatem ſectabimur.

ARTICVLVS I.

De Nomine, & Obiecto huius Artis, ſeu Muſæ.

☞ XLVII.

QVam *Metrogoniam* vocari volui, eſt quędam *Metrica Fundamentalis*, cuius debet eſſentia, nomenque, in ipſo principio explicari. Eſt igitur, ſi Græcè ſcribatur, *Metrogonia*, Anterior vocis nota eſt: *Metron* enim, licet ex prima ſua inſtitutione generaliùs ſignificet, & pro menſura qualibet vſurpetur, in Poetica habet ſignificationem contractiorem, & numerum ſyllabarum denotat, quem *Verſum* dicimus: Poſterior, ſi proueniat à γόνυ, quod *flexum & angulorum* eſt, ponitur pro *loco ſecreto & abdito, in quo aliqua conduntur*: ſi autem deriuetur à γάω (contractum γῶ) quod eſt *Gigno, Pario, Produco*, ponetur pro *Principio* aut *Origine*: vnde ſicùt θεογονίαν, *Deorum geneſim* dixit Heſiodus, nos μετρογονίαν *geneſim Verſuum* appellabimus.

Hinc patet Metrogoniam Artem eſſe ingenioſam & nouam, quæ docet, Metra condere: explicatque vbi contineantur & abſcondantur, & vnde & qualiter in lucem prodeant.


In ipſo Philoſophicarum Acroaſium limine tunc nos rem aliquam ſcire, aiunt Philoſophi, cùm eius principia & cauſas percallemus: Artem igitur Poeticam neſciunt, qui ignorant originem verſuum & cauſam. Ergo vt huic malo obuiam iretur, Metrogoniam inuenire debuimus, quæ nihil aliud eſt, quàm quædam *Metrica Fundamentalis*, quæ ad prima Poeticæ principia & fundamenta oculos intellectus conuertit, & verſuum originem & cauſas examinat.

ARTICVLVS II.

De Characteribus, quibus vtimur in Metrogonia.

☞ XLVIII.

EPluribus, quos in Mathematicâ vſurpo, quatuor ſeligo, vt rem totam expedaim: videlicet [υ—ꟗ ꞩ] Primus notat breuem ſyllabam, ſecundus longam; tertius duas breues aut vnam longam diſiunctiuè: quartus longam vel breuem: vbi enim iſte character ponitur, ſcribere ſyllabam longam aut breuem perinde eſt. Indigeo duobus characteribus aliis, quibus ſilentia exprimam: ſunto hi [s. ſſ.] & prior ſignificet ſilentium breue (ſimplex;) poſterior longum (duplex.) Faciliùs id exponam, ſi vtar characteribus Muſicis.



Secundus ſignificat ſyllabam breuem; Primus longam, hoc eſt duplò extenſiorem & productiorem breui; tertius ligat duas notas, & ligando illas inſinuat à sè notari & poſtulari, aut vnam longam, aut duas breues: quintus ſilentium paruum, quartus magnum; quorum illud ſyllabæ breui, & iſtud longæ correſpondet.

Poſſem vti aliis modis, in omnibus enim ſecunda vox reſpectu primæ, & ſecunda pauſa reſpectu primæ ſubdupla eſt. Cæterùm, vt meum calamum attemperem aliis, qui de hac re ſcripſerunt, & mihi etiam ſim ſimilis, characteribus vtar quos modus expreſſus præ ſe tulit: nam in illo duæ ſemibreues vni Tactui ſeu Metro correſpondent. Interim, ſi aliquis malit vti aliјs modis, perinde erit, modò inter ſe longæ & breues duplam proportionem obſeruent. Vt autem omnia, quæ ſunt neceſſaria, dicantur, nonnihil de Tactu ſubijcio: non enim eſt animus omnia exponere, quæ illum concernunt, ſed illa tantùm, ſine quibus non poſſem mentem meam repræſentare.

☞ XLIX.

TActus (Hiſp. *El Compas*: Italicè *La Battuta*; Germanice *Schlag*; Latinè *Pes*, Gallicè *La Miſur*. Belgicè *De Maete*; Græcè *Metron* eſt menſura temporis; niſi enim aliquis motu manûs tempora metiretur, non poſſent plures voces concurrere, & debitis momentis conſonare. Vocum etymon & rationem ſubiungo.

Circi-

Circinus ab Hiſpanis dicitur *El Compas*. & quia ſicut circini extremitatibus metimur longitudinem lineæ (puta, digiti, palmi, pedis) quæ pluries repetita dabit, longitudinem domûs, vrbis, prouinciæ, &c. ſic etiam tactibus metimur tempora, quæ repetita dabunt longitudinem Cantici. Hiſpani igitur vocem à Quantitate permanente ad ſucceſſiuam tranſtulerunt, & temporum menſuram in Muſicis *Compas*, hoc eſt, *Circinum* appellarunt.

Italus motum illum reſpexit, quo diſtinguitur Tactus, & quia apud illos *Battere* eſt pulſare & percutere, pulſatio & percuſſio illa, qua Tactus Muſici diſtinguuntur, *la Battuta* vocatur.

Eamdem ob cauſam Germanicum nomen obtinuit: nam *Schlag* à percutiendo deriuatur.

Hæc tempora, quæ ſingulis percuſſionibus reſpondent, Græcè dicuntur *Metra*, hoc eſt, *Menſura*, generali vocabulo.

Græcos ſequuntur Galli, & aliæ Gentes. Has eaſdem menſuras Latinus *Pedes* vocitat, vel quòd curramus pedibus, vel quòd pedibus prouincias & regna metiamur.

Tactus, quia ex depreſſione & eleuatione manus naſcitur, in duas partes diuiditur, quarum prior vocatur *Theſis*, poſterior *Arſis*.

Tactus eſt duplex Epicus & Lyricus: in illo æquali tempore manus & deſcendit & adſcendit; in iſto inæquali; nam vnum tempus Tactus Epicus in excurſu, & alterum in recurſu conſumit, vnde Cantica Epica dicuntur æquali proportione procedere; nam *Theſis* eſt qualis *Arſis*. At verò Tactus Lyricus duplum tempus in deſcenſu (*theſi*) quàm in adſcenſu (*arſi*) (& hoc Trochaicè) aut contrà (& hoc Iambicè) impendit; & hæc proportio vocatur ſeſqui altera; qualis reperitur inter 8 & 12. inter 4 & 6. inter 2 & 3. inter 1 & 1$\frac{1}{2}$ nam ſi in itu medium tempus conſumitur, & vnſi integrum in reditu, vnico tactui tempus & medium reſpondebit. His poſitis Regulas practicas ponamus.

I. *Muſica Epica illa eſt, quæ per æquales Theſis & Arſis durationes percurrit (in quâ videlicet tantùm deſcendendo manus tempus, quantum adſcendendo conſumit) Admittit in ſingulis tactibus duas ſemibreues, aut quatuor minimas* [qui aliter loqui volunt, proportiones perturbant.] *Hæc Muſica nullo ſpeciali charactere notatur: vbi enim Lyricus non exprimitur, Epicus ſubintelligi debet.*

II. *Muſica Lyrica illa eſt, quæ per inæquales Theſis & Arſis durationes percurrit (in quâ videlicet manus adſcendendo maius vel minus tempus quàm deſcendendo conſumit) admittit in ſingulis tactibus tres minimas, aut ſemibreuem cum minima, & vno ex iſtis characteribus ſignificatur.*

| $\frac{3}{2}$ | $\frac{6}{4}$ | $\frac{9}{6}$ | $\frac{12}{8}$ | $\frac{15}{10}$ | $\frac{18}{12}$ | &c.

& ſequialtera *ab omnibus vocari ſolet.*

III. *Modus, eſt Muſica qualitas, quæ iubet voces aut tardiùs aut velociùs defluere. Tardus vocatur* Perfectus, *& hoc modo* O *pingitur. Velox autem dicitur* Imperfectus, *& pingitur hoc modo* C. *apud aliquos verò ſic*

| $\frac{2}{1}$ | $\frac{4}{2}$ | $\frac{6}{3}$ | $\frac{8}{4}$ | $\frac{12}{6}$ | $\frac{14}{7}$ | &c.

Modus velox ſingulis notis mediam valoris partem aufert; quam ob rem, ſi modus perfectus ſingulis Tactibus binas ſemibreues cooptat cooptabit imperfectus quaternas.


ARTICVLVS III.

De primo Carmine.

☞ I.

Meritò Veteres Poeticam accenſent Apollini; ipſe enim primus fuit, qui voces & numeros impetu naturali profuſos ad methodum & artem reduxit. Hiſtoriam recenſet ex Antiquis Athenæus, & Terentianus; ex Iunioribus autem Scaliger, *lib. 2. cap. 30. & 37.* Chriſtophorus Heluicus, & Conradus Bachmannus *in Poetices lib. 2. cap. 3. §. 1.* illam paucis repono.


Vt finem habuit Deucalionis diluuium, è putredine natus fuit ſerpens pernicioſiſsimus, quem *pitona* à *pithò*, quod eſt *putredo* nominarunt. Nocebat ille plurimis, & nemo erat, qui in eum auderet. Superuênit Apollo, & pietate generoſa commotus, vt Delphicos liberaret à periculo, monſtrum inuaſit, & ſagittis confecit. Illum arcum animoſæ intendentem accolę terrore aut periculoſi aut deiecti, exclamatione hac tardè pronunciata animarunt.




Eſt autem ἰὴ lætitia quædam interiectio, qua aut homines ad res claras faciendas exhortamur; aut ob generoſè geſtas celebramus.

Et *Paan* deriuatur *pano*, quod eſt *finem impono*, *priuo*, *coerceo*, nam PEAH apud Hebreos eſt *finis*. Dicebant ergo Græcè ἰὴ παιάν, qui Latinè dicerent, *Euax, cia, macte animo, qui finem imponis malo publico, monſtrum horrendum vitâ priuas, & nobis infenſorum Numinum poteſtatem coerces.*


Cæruleus tali proſtratus Apolline Python (*Claud. 7. Paneg.*) ſuo lapſu reſtituit annimos Accolis; qui interciſa acclamatione victoriam celebrarunt dicentes,



Pedem à pede ſeparant intercadentiæ, & alteratis pulſibus & cordis motibus ſytoles & diaſtolês differentia in voce euidenter percipitur. Reſumunt animos, & concitatiore voce pauſis intermiſſis occlamant.



Alij interim timoris priùs concepti tarditatem cum lætitiæ ſuperuenientis velocitate commiſcentes, dicebant,



Hinc nata ſunt duo Iambicorum carminum genera: alterum quod homogeneas alterum quod heterogeneas, partes habet, de quibus ſuo loco diſputabo.

ARTICVLVS IV.

De Carmine ſpondaico puro, ſeu Materiâ primâ Poeticâ.

☞ LI.

IN Materia, quam Philoſophi nominant Primam, latere de facto omnes Corporeas Formas, multorum eſt Veterum & IuniorumOpinio:cùm enim lignum exempli gratia in ignem tranſit, non inducitur in illud Forma noua, quæ abfuerit, nec expellitur Forma præcedens, ſed noua quæ latuerat, educitur; & antiqua quæ patuerat, iterum occultatur. Doctrinam hanc Ariſtoteles explicat, ad materiam artificialem recurrens. Ex rudi enim lapide poteris conficere globum, cubum, pyramidem, &c. caput equi, vel hominis, &c. Feceris caput Cæſaris. Deſiſti, interrogo, aliquid lapidi, quod non habuerit: an tantum partes ſuperfluas abſtuli ti? Ergo illa ſuperficies, quæ Cæſaris caput conformat, ibi erat: at prius non erat vltima, ſed latebat infra partes, quas cælum abtulit. Vnde mirum eſt Peripateticos *Eductionis* vocabulo, Inductionem intelligere & contra Magiſtri ſui mentem negare Formas præexiſtere & latere in Materia: & aſſerere illas de nouo in materiam venire: nam,ſi id eſſet verum induci illas, non autem educi contingeret.

Quod in Philoſophia(Naturali & Artificiali) Materia prima, hoc in Mata-metrica Carmen Spōdæum purum: in illo enim,velut in marmore omnes figuræ, omnia verſuum genera continentur & latent. Nam ſicut ſola diuiſione & ablatione partium ſuperfluarum e ſaxo figuræ exoriuntur, ita etiam ſola diuiſione & ablatione ſyllabarum, exoriuntur ex ſpondæo omnia genera Carminum. Quod ipſum breuiter bemonſtrabimus mus & dilucidabimus.


ARTICVLVS V.

De Spondeo, & Pedibus ab illo natis.

☞ LII.

CArmen Spondaicum purum dicitur, quòd tantum ex ſpondeiſpedibus coaleſcit: eſt autem ſpondeus, qui duas ſyllabas habet longas, vt *Prudens*, vel in Delphicorum carmine Apollini cantato, *Pæân*. Quia tempus longum in duo brebia diuiditur, & breue quodlibet poteſt pronunciari aut taceri, idcò ex ſpondeo plurimi pedes ſuboriuntur ſus ſubiicio, & expono.

Spondeus grandis & ſtabilis eſt propter tarditatem & pondus: non ergo *Spondæos* dicitur ab *ſpondi*, ſeu feſtinatione, ſed à *ſpondi* libamine, quod in ſacrificiis, in quibus omnia tardè & grauiter erant faciēda, eſſet frequens. Illum Auſonius *Lentipedem*. Alij *Heroum*, *Deliacum*, & *Gradiuum* appellant. Duas ſyllabas habet, quarum quælibet duobus temporibus breuibus, vel vni longo correſpondeat, vt *Princeps*.




Princeps.



Animans.


Si Spondei prima nota in duas correptas diſſoluatur, erit Pes Anapæſtus, vt *Animans*. Multi hunc pedum *Dactylum retroactum* appellitant. Sed cur? Nonne eodem poterunt iure Dactylum dicere *Anapæſtum retroactum*?



Parens.

Si in pauſam conuenientem notam primam anapæſti conuertas habebis Pedem Imbum, vt *Parens*. Pes iſte *Præpes* vocatur à Terentio, ab Auſonio *Volucripes*. Hunc & Trochæum, de quo inferius, *Curſores* Rufinus appellat.


Si autem in eodem Anapæſto pauſet nota vltima, quæ producta eſt,& duobus temporibus breuibus correſpondet, reſultabit Pyrrychius, vt *Deus*. Hic pes, vt aliis placet,à ſaltatione; vt aliis, à Pyrrho, qui victoriam adeptus, frequentibus Pyrrhichiis fuit laudatus, nomen tulit.



Deus.

Soluimus ſpondei notam primam ſecunda irrefracta manente: modò contrà iubentes primę eſſe integræ, diſſoluamus ſecundam, pedeſque, qui ex diſſolutione ipſa oriuntur, exponamus.


Pes, qui habet primam longam, & duas ſequentes breues, vt *Iuppiter* vocatur Dactylus. Habere nomen dicitur à ſimilitudine, at illam ego nec in dactylo (fructu) nec in dactylo (digito) inuenio. Ergo ſic ille dicitur, quia ſic Nomenclatoribus antiquis placuit.



Iuppiter.

Si

Si vltima ſilere iubeatur, & eius loco pauſam correſpondentem colloces, ſuborietur Trochæus, qui duas ſyllabas, primam longam, & ſecundam breuem habeat, vt *Muſa*. Pes iſte *Curſor* vocatur à Rufino; *Rotulus* & *Rotatilis* ab Ariſtotele. Et quia Mercurius apud Deos Curſoris fingitur habere officium, eidem eſt ſacer, & ab illo nomen ſortitur, & ideò etiam *Mercurius*, aut *Mercurialis* nominatur. Hunc quòd frequenter cantaretur in choro, *Choreum* appellant Cicero & Quintilianus.




Muſa.

Si vtramque notam diſſoluamus, inueniemus Pedem Proceleuſmaticum, habentem quatuor ſyllabas breues, vt *Dominicus*.




Dominicus.

Si prima aut vltima nota Proceleuſmatici iubeatur in pauſam tranſire, manebunt tres ſyllabæ breues, quæ Tribrachyn pedem cōſtituens, vt *Dominus*.




Dominus.

Ex iſtis pedibus componuntur Bipedes; voco autem Bipedes illos, qui conſtant duobus pedibus ſimplicibus, quorum notiſſimus eſt Diſpondeus, compoſitus quatuor ſyllabis longis, vt *Conculcantes*.



Conculcantes.

Si vltima ſileat & in pauſam vertatur, prodibit Moloſſus, qui tres ſyllabas longas poſtulat, vt *Maieſtas*.



Maieſtas.

Pœones quatuor ſyllabas habent, tres breues & vnam longam. Primus primam, Secundus ſecundam, Tertius tertiam, Quartus quartam, vt *Magnificus*, *Beatior*, *Generoſus*, *Coluerant*. Notas ſubijcio.



Magnificus. Beatior.



Generoſus. Coluerant.

Primus Pœon ex Trochæo & Pyrrhichio: Secundus ex Iambo & Pyrrhichio: Tertius ex Pyrrhichio & Trochæo: & Quartus ex Pyrrhichio & Iambo coaleſcit.

Pœonibus opponuntur Epitriti, nàm vnam breuem habent, & tres longas: Primus videlicet primam; Secundus ſecundam; Tertius tertiam; Quartus denique quartam; vt *Salutantes*, *Imperantes*, *Præcogniti*, *Commendantur*. Notas ſubſcribo.



Salutantes, Imperantes,



Præcogniti, Commendantur.

Primus Iambo & Spondeo, Secundus Trochæo & Spondeo, Tertius Spondeo & Iambo, Quartus Spondeo & Trochæo conſtituitur.

Ionici etiam Tetraſyllabi ſunt, & ſicut Pœones vnam omnes longam, & tres breues: & ſicut Epitriti vnam omnes breuem & tres longas; ſic etiam omnes Ionici habent duas longas, & duas breues. Pœones plures, quàm quatuor, eſſe nequeunt; item Epitriti: at Ionici debent neceſſariò eſſe ſex. Notas ſubſequentes conſidera.

	Pœones		Ionij
I	—∪∪∪	I	∪∪——
II	∪—∪∪	II	——∪∪
III	∪∪—∪	III	∪——∪
IV	∪∪∪—	IV	—∪∪—
		V	∪—∪—
	Epitriti	VI	—∪—∪
I	∪———		
II	—∪——		
III	——∪—		
IV	———∪		

Primus Ionius *Maior* dicitur, & conſtat Pyrrihichio & Spondeo, vt *Paraphraſtes*. Secundus, qui dicitur *Minor* illi opponitur, conſtat enim Spondeo & Pyrrhichio, vt *Sanctiſſimus*. Menſuram reponunt iſtæ Notæ.



Paraphraſtes: — Sanctiſsimus.

Tertius habet primam & vltimam breuem & Intermedias longas: Quartus contrà primam & vltimam longam, alias breues. vt *Adulator*, & *Inſidians*.




Adulator, Inſidians.

In


Ille *Antipaſtius* dicitur; & conſtat Iambo & Trochæo: iſte vero Trochæo & Iambo & *Choriambus* vocatur.

Bacchius ex Antipaſtio naſcitur, ſi enim vltimam in pauſam conuertas, manebit Pes triſyllabus, in quo prima ſit breuis, & longæ cæteræ, vt *Salutans*.



Salutans.

In quinto & ſexto pede Ionio ponuntur alternatiuè longæ & breues in illo quidem ſic υ — υ —: in iſto verò ſic — υ — υ: vt *Sodalitas* & *Seruitudo*.



Sodalitas. Seruitudo.

Ex duobus Iambis conſtat ille, & ideò *Dyambus* dicitur: iſte ex duobos Trochæis, & ideò Ditrochæus appellatur. Illi autem, qui Trochæum vocant Choræum, hunc dicunt Dichoræum, ex eâdem causâ.

Si fileat vltima nota in Dijambo, manebit breuis longa & breuis, quæ conſtituent Amphibrachym, vt *Beatus*.



Beatus.

Si verò in Ditrochæo ſileat & in pauſam conuertatur vltima, ſupererunt longa breuis & longa, & hanc ob rem pes Amphimacrus, vt *Excitans*.



Excitans.

Sic fluunt Pedes omnes ab Spondeo. Et quidem tametſi noſſe præcedentes ſufficeret, vberioris doctrinæ gratiâ volo tabulam ſequentem ſubiungere, in quâ & præcedentes debito ordine, & alios multos, quibus Authores vtuntur, inuenies.

Pedes Monoſyllabi.

Anonymus	υ *Vir*.
Anonymus	— *Nox*.

Diſſyllabi.

Pyrrichius	υ υ *Deus*.
Iambus	υ — *Amans*.
Trochæus	— υ *Omnis*.
Spondeus	— — *Clemens*.

Triſyllabi.

Tribrachus	υ υ υ *Canite*.
Dactylus	— υ υ *Sydera*.
Amphribachus	υ — υ *Caruſcus*.
Anapæſtus	υ υ — *Numeri*.
Bacchius	υ — — *Penates*.
Amphimacer	— υ — *Audiunt*.
Palimbacchius	— — υ *Formoſus*.
Moloſſus	— — — *Currentes*.

Tetraſyllabi.

Proceleuſmaticus	υ υ υ υ *Celeriter*.
Pœon primus	— υ υ υ *Purpureus*.
Pœon ſecundus	υ — υ υ *Poeticus*.
Pœon tertius	υ υ — υ *Manifeſtus*.
Pœon quartus	υ υ υ — *Miſericors*.
Epitritus primus	υ — — — *Salutabant*.
Epitritus ſecundus	— υ — — *Comprobabant*.
Epitritus tertius	— — υ — *Circumferens*.
Epitritus quartus	— — — υ *Circumſpexit*.
Ionicus à minore	υ υ — — *Generoſas*.
Ionicus à maiore	— — υ υ *Circumdedit*.
Dijambus	υ — υ — *Amœnitas*.
Ditrochæus	— υ — υ *Audiebat*.
Antipaſtus	υ — — υ *Legebamus*.
Choriambus	— υ υ — *Armigeri*.

Pentaſyllabi.

Orthius	υ υ υ υ υ *Analogia*.
Moloſſoſpondæus	— — — — — *Exultabundi*.
Pyrrhichanapæſtus	υ υ υ υ — *Retinuerant*.
Calotypus	— — — — υ *Admirabuntur*.
Hegemoſcolius	υ υ υ — υ *Dominicaſter*.
Spondeocreticus	— — — υ — *Conſuetudines*.
Meſomacer	υ υ — υ υ *Prohibebimus*.
Meſobrachys	— — υ — — *Præuaricantes*.
Periambus	υ — υ υ υ *Adulterium*.
Hyperbrachys	— υ — — — *Concionantes*.
Daſius	υ υ υ — — *Retinuerunt*.
Spondæodactylus	— — — υ υ *Interuertere*.
Muſicus	υ υ — — υ *Populabundus*.
Amœbæus	— — υ υ — *Cœnaturiunt*.
Iambodactylus	υ — — υ υ *Repugnabile*.
Choræobacchius	— υ υ — — *Exuperantes*.
Diphyes	υ υ — — — *Redamauerunt*.
Symplectus	— — υ υ υ *Interficere*.
Cyprius	υ — υ υ — *Ariſtoteles*.
Anticyprius.	— υ — — υ *Concionator*.
Hegemocreticus	υ υ — υ — *Sapientia*.
Spondæoſcolius	— — υ — υ *Interuenire*.
Periodicus	υ — υ — υ *Remugiebat*.
Antiperiodicus	— υ — υ — *Liberalitas*.
Probrachys,	υ — — — — *Laborauerunt*.
Parapæon	— υ υ υ υ *Conſtituimus*.
Dochmius	υ — — υ — *Ineffabiles*.
Doriſcus	— υ υ — υ *Tyndaridarum*.
Strophus	— υ υ υ — *Conticuerant*.
Antiſtrophus	υ — — — υ *Reuelabatur*.
Periambodes	υ — υ — — *Amœnitates*.
Choræodactylus	— υ — υ υ *Vulnerabitur*.

Hexaſyllabi.

Dichoræus	υ υ υ υ υ υ *Latibulicola*.
Dicanius	— — — — — — *Interpellatores*.
Choræantidactylus	υ υ υ υ υ — *Reclefaciem*.
Caniolatius	— — — — — υ *Auctoramentorum*.
Choræoſcolius	υ υ υ υ — υ *Beneficiorum*.
Caniocreticus	— — — — υ — *Expergiſcemini*.
Charæodactylus	υ υ υ — υ υ *Maleuolentia*.
Caniobacchius	— — — υ — — *Atteſtationes*.
Anapæſtochoræus	υ — υ υ υ υ *Inimicitia*.
Latiocanius	— — — υ — — — *Sermocinantes*.

Scho-

Scholiochoræus	⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑	*Bipennigerulus.*
Creticocanius	– ⏑ – – – –	*Concionabundi.*
Choræobacchius	⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – –	*Inhibitiones.*
Caniodactylus	– – – – ⏑ ⏑	*Propugnatoribus.*
Choreantibacchius	⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑	*Humiliabantur.*
Caniantidactylus	– – – ⏑ ⏑ –	*Acceptabilitas.*
Anapæſtodactylus	⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑	*Reſipiſcentia.*
Latiobacchius	– – ⏑ ⏑ – –	*Apparitiones.*
Bacchiochoræus	⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑	*Suppellectilibus.*
Dactylocanius	– ⏑ ⏑ – – –	*Induperatores.*
Choræocreticus	⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –	*Reuerecamini.*
Canioſcolius	– – – ⏑ – ⏑	*Rerumpublicarum.*
Anapæſtoſcolius	⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑	*Sapientiora.*
Latiocreticus	– – ⏑ – ⏑ –	*Illiberalitas.*
Scholiodactylus	⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑	*Amarulentia.*
Creticobacchius	– ⏑ – ⏑ – –	*Concitatiores.*
Dibacchius	⏑ – – ⏑ – –	*Coruſcationes.*
Dilatius	– – ⏑ – – ⏑	*Circumgerebamus.*
Scolianapæſtus	⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –	*Repercutimini.*
Creticolatius	– ⏑ – – – ⏑	*Concionabantur.*
Choræomoloſſus	⏑ ⏑ ⏑ – – –	*Recuperatores.*
Moloſſochoræus	– – – ⏑ ⏑ ⏑	*Appenninicola.*
Anapæſtolatius	⏑ ⏑ – – – ⏑	*Redamaturarum.*
Latiantidactylus	– – ⏑ ⏑ ⏑ –	*Indiuiduitas.*
Bacchiodactylus	⏑ – – – ⏑ ⏑	*Ineuitabile.*
Dactylobacchius	– ⏑ ⏑ ⏑ – –	*Diſſimilitudo.*
Scoliocreticus	⏑ – ⏑ – ⏑ –	*Amaritudines.*
Creticoſcolicus	– ⏑ – ⏑ – ⏑	*Elegantiarum.*
Scoliobacchius	⏑ – ⏑ ⏑ – –	*Superſtitiones.*
Bacchioſcolius	⏑ – – ⏑ – ⏑	*Recantatione.*
Cræticodactylus	– ⏑ – – ⏑ ⏑	*Competitoribus.*
Dactylocreticus	– ⏑ ⏑ – ⏑ –	*Imperioſitas.*
Scoliolatius	⏑ – ⏑ – – ⏑	*Tyrannicidarum.*
Creticanapæſtus	– ⏑ – ⏑ ⏑ –	*Munerabilitas.*
Anapæſtocreticus	⏑ ⏑ – – ⏑ –	*Legionarij.*
Latioſcolius	– – ⏑ ⏑ – ⏑	*Deſideriorum.*
Bacchianapæſtus	⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑	*Adorabimini.*
Dactylolatius	– ⏑ ⏑ – – ⏑	*Emoriturorum.*
Anapæſtobacchius	⏑ ⏑ – ⏑ – –	*Benedictiones.*
Latiodactylus	– – ⏑ – ⏑ ⏑	*Conſiderabitur.*
Scoliocanius	⏑ – ⏑ – – –	*Remuneratores.*
Creticochoræus	– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑	*Comprehenſibilis.*
Diantidactylus	⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –	*Saturabimini.*
Didactylus	– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑	*Inſatiabilis.*
Diſcolius	⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑	*Superſtitioſus.*
Dicreticus	– ⏑ – – ⏑ –	*Eruditiſſimi.*
Bacchiocreticus	⏑ – – – ⏑ –	*Reluctabamini.*
Dactyloſcolius	– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑	*Perpetuitatem.*
Bacchiolatius	⏑ – – – – ⏑	*Recompenſabuntur.*
Dactylanapæſtus	– ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –	*Semimulieres.*
Anapæſtomoloſſus	⏑ ⏑ – – – –	*Superincumbentes.*
Latiochoræus	– – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑	*Perterrefaciet.*
Bacchiocanius	⏑ – – – – –	*Senatuſconſulto.*
Dactylochoræus.	– ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑	*Interieritis,*

Nota. Placuit Typographo ita longas in hac Tabella exprimere, vt duo in ſingulis tempora diſtinguerentur: vnde Antepenultimus pes poſtulat duas longas & quatuor breues. Penultimus vnam breuem & quinque longas: Vltimus vnam longam & quinque breues. Hinc ergo ſcies quo debeas modo de cæterorum pedum characteribus iudicare.

Iſti ſunt omnes Pedes, quos in Authoribus Græcis & Latinis reperio. Et quidem meo iudicio Pedes tetraſyllabi, pentaſyllabi, & hexaſyllabi, non eſſent neceſſarii: verum debuerunt poni, quia à Grammaticis & Poetis eruditis admiſſi, à nobis ignorari non debent.

Dubium I. ſuccurrens.

☞ LIII.

Vidiſti in Tabella præmiſſa monoſyllabos Pedes, & inquiris, *An reuera ſint admittendi tales Pedes?* Et ratio dubitandi eſt; quia in re tam communi non videntur omnes Scriptores erraſſe; & tamen nemo monoſyllabos Pedes admittit.

Reſpondeo Primò, hanc quæſtionem cooptandam eſſe duabus aliis, quæ hodie ſunt celebres, quarum prior eſt Arithmetica, & inquirit, *An Vnitas numerus ſit?* & ſecunda eſt Geometrica, & interrogat, *An Punctum ſit quantitas?* Profeſſores Gieſſani *in ſua Poetica lib.* 1. *cap.* 7. ſtant à parte negatiuâ: inquiunt enim: *Pedis appellatio uni ſyllabæ conuenire non poteſt.* Et cur? *Quia monoſyllabæ particulæ & veluti articuli ſunt pedum.* Nulla eſt reſponſio. Id enim ipſum quærimus, An, ſcilicet, dictiones monoſyllabæ ſint Pedes, aut Pedum articuli? Præterea, nec benè colligunt, cùm argumentantur, *Eſt pars Pedis; non ergo Pes.* nam partes numerorum ſunt numeri; & partes linearum ſunt lineæ: & omnes pedes tetraſyllabi, pentaſyllabi; & hexaſyllabi pedibus diſſyllabis triſyllabiſque componuntur.

Reſpondeo ſecundò, has Quæſtiones non eſſe de re, ſed de nomine tantùm. Et quid, quæſo, mali accideret humano generi, ſi diceremus, Vnitatem eſſe numerum Indiuiſibilem. Punctum eſſe Quantitatem indiuiſibilem: & ſyllabam eſſe Pedem indiuiſibilem? Ioannes Henricus Alſtedius *in Cyclopadiæ tom.* 2. *lib.* 14. *part.* 1. *cap.* 1. *regula* 7. ait. *Vnitas eſt numerus faciens ad conſeruationem rerum.* Ergo conſequenter debebit dicere, *Punctum eſt quantitas faciens*: & addere *ſyllaba eſt pes faciens*: nam cæteri ſunt pedes facti.

Dubium II. ſuccurrens.

☞ LIV.

Poſtulas. An hæc Pedum notitia, tam ſit neceſſaria, vt ſine illâ nullus poſſit verſus concinnos & perfectos componere?

Reſpondeo doctrinam, quæ de pedibus eſt, turbaſſe Diſcipulorum mentes potiùs, quàm adiuuiſſe: & poſſe omninò antiquari & omitti. Et ſanè illam non eſſe neceſſariâ nullo alio meliùs probare aut demonſtrare modo potero, quàm omnia Carminum genera explicãdo, quin Pedum vel minima fiat mentio. Conſidera lineas ſequentes.

Carmen Hexametrum.

– ⏕ – ⏕ – | ⏕ – ⏕ – ⏑ ⏑ – ⏓

– ⏕ – ⏕ – ⏕ – | ⏕ – ⏑ ⏑ – ⏓

Spondaicum, vel Spondiacum.

– ⏕ – ⏕ – ⏕ – ⏑ ⏑ – – – ⏓

– ⏕ – ⏕ – ⏑ ⏑ – – – – ⏓

– ⏕ – ⏑ ⏑ – – – – – – ⏓

– ⏑ ⏑ – – – – – – – – ⏓

– – – – – – – – – – – ⏓

Car-

Carmen Pentametrum.

— ⏔ — ⏔ — | — υ υ — υ υ ⏓

Carminis eiuſdem forma noua.

— ⏔ — ⏔ — | — — — υ υ ⏓ *Vide num.62.*

Carmen Aclepiadeum.

— — — υ υ — υ υ — υ ⏓

Virgineum.

— — — υ υ — | — υ υ — ⏓

Anapeſticum.

⏔ — ⏔ —
⏔ — — ⏔
— ⏔ ⏔ —
— ⏔ — ⏔

Adonicum.

— υ υ — ⏓

Iambicum purum.

υ — υ — υ — υ — υ — υ ⏓

Iambicum impurum.

υ ⏔ υ ⏔ υ ⏔ υ ⏔ υ ⏔ υ ⏓
⏓ — υ — ⏓ — υ — ⏓ — υ ⏓

Scazon.

⏓ — υ — ⏓ — υ — υ — — ⏓

Anacreonticum.

υ — υ — υ — ⏓

Phaleucium.

⏓ ⏓ — υ υ — | υ — υ — ⏓

Trochaicum purum.

— υ — υ — υ — υ — υ — ⏓

Trochaicum impurum.

⏔ υ ⏔ υ ⏔ υ ⏔ υ ⏔ υ — ⏓

Sapphicum.

— υ — — — | υ υ — υ — ⏓
— υ — — — | υ υ — υ — ⏓
— υ — — — | υ υ — υ — ⏓
— υ υ — ⏓

Et quidem, qui ſequi voluerit hos apices, & iuxta illos Carmina ſua conformare, nunquam pedum notitia indigebit. Nam reponendo ob oculos Sapphicum, quod fuit vltimo loco depictum, dicam, *illud conſtare longâ, breui, tribus longis, & cæſurâ. & poſteà duabus breuibus, longâ, breui, longâ & breui*: & me non indigere vlla pedum, vt illud conficiam, notitia.

Interim maioris eruditionis gratia, ea, quæ per modum ſynopſeos poſuimus, vberiori calamo dilucidemus.

ARTICVLVS VI.

De Carmine Dactylico Heroico.

☞ LV.

SI in Carmine Spondaico puro, quod pedibus Spondeis componi debet, notam ſecundam ſingulorum pedum in in duas partes diſſoluas, habebis Dactylicum purum, ſic dictum, quòd componatur puris Dactylis. Subijcio exemplum.

Spondaicus purus.




Dactylicus purus.



Simon Verrepæus hæc à dducit.

At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida
Sydera pallida diffugiunt face territa luminis.

Si ex duodecim his notis, quæ purum Spondaicum componas, omnes, quæ in loco impari ponuntur (quales ſunt prima, tertia, quinta, &c.) manere integras iubeas: ſi ſecundæ, quartæ, ſextę, & octauæ permittas vt frangantur, aut integritatem conſeruent: ſi decimam neceſſariò diuidas, & duodecimam neceſſariò non diuidas, habebis verſum Heroicum, cuius Ideam ſubijcio.



— ⏔ — ⏔ — ⏔ — ⏔ — υ υ — —

In quatuor pedibus prioribus diſſolutionem notæ ſecundæ arbitrariam dixi; quoniam apud illuſtriſsimos Poetas vel omnes illos quatuor pedes ſpondeos, vel omnes Dactylos, vel etiam mixtos reperio, ecce Spondeos tantummodò.

Virg. *Olli ſedato reſpondit corde Latinus.*
Ouid. *Nituntur longo veſtigia ponere cliuo.*
Prop. *Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in æquor?*
Ecce iam ſolos Dactylos. Virgilius.

Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes
Haud mora proſiluere ſuis; ferit æthera clamor.

Ouid. *Parue, nec inuideo, ſine me liber ibis in vrbem.*
Hei mihi, quod domino non licet ire tuo.

Qui ex ſolis Spondeis conſtant, videntur nimis tardi, & qui eſt Dactylis ſolis nimis celeres, & ideò apta horum pedum commixtio eſt ſemper procuranda & laudanda. Nam apud Virgilium, Ouidium, & cæteros plerumque eſt horum pedum alternatio, & varietas. Virgilius.

Arma virumque cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lauinaque venit
Littora. &c.

Tametſi ſecundam pedum ſolam diſſoluant Iuniores Poetæ, Veteres ſuo iure vſi primam aliquando, & aliquando vtramque aperuerunt & diuiſerunt. In primo pede non iam ſecundam, ſed primam notam aperuit diſſoluitque Virgilius, cum dixit.




Fluuiorũm Rex Eridanus campoſque per omnes.

Quem fuit imitatus Horatius.

Vehemens & liquidus puroque ſimillimus amni.

Quod in primo pede Virgilius, & Horatius, hoc in vltimo facit Lucretius; inquit enim.




Quippe etenim ventus ſubtili corpore tenuis.

Nec eſt dicendum hos Poetas aliquâ neceſſitate, compulſos à viâ communi deuiaſſe: potuerunt enim dicere.

Eridanus fluuiorum Rex, campoſque per omnes.
Liquidus & vehemens, puroque ſimillimus amni.
Quippe etenim tenuis ſubtili corpore ventus.


Vtramque notam primi pedis diſſoluit aliquando Virgilius: concepit enim hanc Ideam,



& illam manutenens dixit.

Genua lauant, vaſtos quatit æger anhelitus artus;
Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferre.
Arietat in portas, & duros obijce poſtes.
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque.


Sed & alibi vtramque notam diſſoluit in ſecundo pede. & cecinit,



Hærent parietibus ſcalæ, poſteſque ſub ipſos
Nituntur gradibus.

Ergo diſſoluturus erat loco tertio & quarto, ſi tempus & occaſio tuliſſent: eâdem enim libertate aut licentiâ, quâ in præcedentes pedes Poetæ veteres ſibi præſcripſerunt Ideas, potuerunt etiam in ſubſequentes, vt conſtat è notis, quas ſubſcribo.









Porrò hæc ipſa Spondei [— —] in Proceleuſmaticum [∪∪∪∪] diſſolutio, quam in primâ, & ſecunda, vt vidiſtis regione, admiſit aliquando Virgilius nunquam in tertiâ, aut quarta reperimus [ſed cur non? *Non quia non potuit, ſed quia non voluit.* nulla enim, vt dicebamus, ſuccurrit ratio, ob quam in prima & ſecunda potuerit, in alijs verò non potuerit hoc facere] at illam reperimus in quinta. Verſus ſubſequentes conſidera.

Aedificant, ſectâque intexunt abiete coſtas.
Nequidquam in tectis certatim tenuia cera
Cuſtodes ſufferre valent, labat ariete crebro.

Scio eſſe aliquos, qui hanc licentiam reijciant, aſſerentes in propoſitis caſibus non eſſe pedem Proceleuſmaticum, ſed Dactylum, vel Spōdeum, quod I & V quas nos vocales eſſe volumus, ſint conſonantes:

legimus enim,	cùm deberemus;
Fluuiorum	*Fluiorum*
Vehemens	*Vêmens*
Tenuis	*Tenvis*
Tenuia	*Tenvia*
Genua	*Genva*
Parietibus	*Parjetibus*
Abiete	*Abjete*
Ariete	*Arjete*

Ad quam ego obiectionem & inſtantiam duo dico. *Alterum* durius eſſe vocalem in conſonantem vertere, quàm primam notam Spondei diſſoluere, hîc enim apud Poetas, hoc eſt, paucos; ibi apud Grammaticos, & adeò, plurimos peccatur. Ergo, vt Virgilius, & alij Veteres leuis audaciæ ſuſpicione purgentur, noui & grauioris criminis accuſantur. *Alterum*, Virgilium & cæteros fuiſſe imitatos Ennium, qui dixerat,

Capitib' nutantes pinos, rectoſque cupreſſos.

in quo verſu vocem *Capitibus* eſſe proceleuſmaticam euidens eſt. Addo etiam ex eodem Ennio verſum alterum.

Veluti ſiquando vinclis venatica venor.

& quis hic quæſo audebit dicere vocem *Velut* non eſſe Anapæſticam. Et, ne Ennius temerè proceſsiſſe dicatur, exempla ex Homero, ſubiugã.

Ἰλιάδ. ζ. dixit

Βορέης καὶ ζέφυρος, &c.

& iterum Ἰλιάδ. ψ.

Βορέῃ καὶ ζεφύρῳ. &c.

& etiam Ὀδ. π.

ψιθυρίζουσιν νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχεούσῃ.


Quoniam in iſtis omnibus Homerus,diſſoluit primum carminis tempus, & loco Dactyli vel Spondei Anapæſtum admiſit.

ARTICVLVS VII.

De Carmine, quod vulgo Spondaicum *vocatur*.

☞ LVI.

HEroicum, quod conſtat ex Spondeis in fine hodie *Spondaicum* dicitur. Diſplicet vocabulum Scaligero, cùm enim Græcè dicatur Σπονδειακὸς, *Spondiacus* deberet Latinè appellari. Nomen tamen commune retineamus, vt loquamur cum multis. Spondaicum ergo dicitur, ſi quinto, & ſexto in loco Spondeos habet. Hoc carminis genere vtuntur Poetæ, quando volunt aliquid ἐμφατικῶς edifferere: ſed tunc quarto in loco ponunt Dactylum; primo, ſecundo, & tertio, vel Dactylum vel Spondeum. Ideam ex Virgilio ſubijci o.




—⏓ —⏓ —⏓ —⏑⏑ —— ——

Chara Deum ſoboles, magnum Iouis incrementum. &c.
Pallantis Proavi de nomine Pallanteum. &c.
Conſtitit atq. oculis Phrygia agmina circũſpexit. Aen. 2
Cornua velatarum obuertimus antennarum. &c.
Caulonique arces, & naufragum Scyllæum. &c.
Cum ſocys, natoque Penatibus, & magnis Dîs. &c.

Alij etiam Poetæ interdum imitantur & ſequuntur Virgilium. Propertius,

Sunt apud infernos tot millia formoſarum. &c.
Diſcedens, clamydemque auro dedit intertextam. &c.
Duza. *Per varias Syrtes, & terrificos anfractus.* &c.

Minus vſitata ſunt, in quibus tertius pes eſt Dactylus; quartus, quintus, & ſextus Spondeus. Scaliger. *lib. 6. Poetices pagina mihi* 866. tantùm nõ proſcribit hos verſus; illos enim iudicat eſſe rariſsimos, adeòque admirandos potiùs, quàm imitandos. *Nota*, inquit, *rariſſimos eſſe illos Spondaicos, qui in quartâ & in quintâ regione Spondeum habent, quales ſunt duo Virgiliani, qui quidem ſingulari artificio & pedum morâ & conſonantium concurſu rem quaſi oculis ſpectandam exhibent*. Et poſteà ponit exempla, quæ verè non reſpondent doctrinæ, daturus enim Spondaica, quæ tertio haberent loco Dactylum, quarto Spondeum; dedit, quæ vtrobique haberent Spondeum, Idea huius verſûs eſt hæc.



—⏓ —⏓ —⏑⏑ —— —— ——

Cum alius quærit in Virgilio verſus correſpondentes huic Ideæ, hos Ego exempli gratia éxaro, & ſubſcribo.

Agmina per ſyluas generoſus circumduxit
Euboicos pulſuſque ſinus, ô Martem, clamat,
Te duce Troianos ſceleratos debellabo.


Habentia in ſecunda regione Dactylum, in tertia, quarta, quinta, & ſexta Spondeum, duo carmina in Virgilio reperies; videlicet,



—⏓ —⏑⏑ —— —— —— ——

Aut leues ocreas lento ducunt argento. &c.
Saxa per ſcopulos & depreſſas conualles. &c.

Rariſsima ſunt, quæ primo loco habent Dactylum, & in cæteris omnibus Spondeum. Hæc eſt huius carminis Idea.



—⏑⏑ —— —— —— —— ——

Huius generis nullum verſum in Virgilio reperio; at poterimus aliquos facili negotio conformare. Subſequentes conſidera.

Sydera tellurem ſeruant influxu puro,
Omnia languebunt, ceſſet ſi feruor Solis,
Omnia, ſi Solis coniux ſplendorem amittat,
Omnia, ſi Stellæ firmo priuentur curſu. &c.

☞ LVII.

PRædictas ergo Spondaicorum verſuum differentias ad vnicam Ideam reducamus, vt vnico intuitu poſsit Lector vniuerſas conſpicere.

* —⏓ —⏓ —⏓ —⏓ —⏑⏑ —⏒
I. —⏓ —⏓ —⏓ —⏑⏑ —— —⏒
II. —⏓ —⏓ —⏑⏑ —— —— —⏒
III. —⏓ —⏑⏑ —— —— —— —⏒
IV. —⏑⏑ —— —— —— —— —⏒
V. —— —— —— —— —— —⏒

Has Spondiaci impuri differentias Proteo interdum expreſsi, & dixi.

Quot ſcripſi verſus, tot Princeps ſecula viuas
Quot ſcripſi verſus, tot ſæcula *Princeps viuas.*
Quot ſcripſi, tot ſæcula *Princeps viuas verſus*
Viuas ſæcula *tot, quot ſcripſi Princeps, verſus.*
Sæcula *tot viuas, quot Princeps ſcripſi verſus.*


Ecce Dactylus [*Sæcula*] ab vltima regione gradatim repedat, & peruenit in primam: nec video cur ita vitandi ſint eiuſmodi verſus; quid enim fieret Poetæ, qui Panegyricum integrum carmine ſpondaico componeret, ſi vel retineret vnum ex iſtis modis, vel ſuauitati ſtudens figuram & formam variaret.

Spondaica pura, quando illud Delphicorum.

ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν,

acclamatum Apollini, apud Virgilium non reperies: at nonnulla etiamnum exſtant in Illuſtrium Scriptorum operibus. Ideam puram: videlicet,

ſibi



ſibi præfixit Ennius, cùm dixit,

Olli reſpondit Rex Albai longai.

quem imitatus eſt Lucretius libr. 6.

An Cælum nobis naturam incorruptam.

ARTICVLVS VIII.

De Cæſurâ, aut Inciſo.

☞ LVIII.

CAeſura, Sectio, Inciſio, tria ſunt nomina, ſed vna res. Primum placuit Grammaticis, ſecundum Diomedi, tertia aliis. Sic vocatur decora & ſonora verſus ſectio, cum poſt pedem aliquem ſupereſt ſyllaba, quæ dictionem claudat: ſic dicta, quòd eâ verſus cædatur.

Porrò illam Priſcianus ſeruiuſque *Comma* dicunt; at inter Cæſuram & Comma intereſt nonnihil diſcriminis commata enim apud Aegyptios cataractæ, emiſſoria, ſeu valuæ, quibus Nili aqua detinebatur, dicebatur: Vulpianus *de extraord. crim. leg. ſæcul.*] Ergo Commata, non ſolùm aquas diuidebant, ſed detinebant. Hinc conſilio opportuno vocem hanc in proprios vſus Rhetores & Poetæ traxerunt. Oratio Cicerone aſſerente in periodos diuiditur; periodi in cola: cola in commata. Iſta ſunt minutiſsimarum partium diuiſiones, in quibus vox non ſolùm interciditur, ſed detinetur. aliter enim proferemus hanc Aſſertionem, *Magiſter, Virgilij libros legit*: aliter hanc, *Magiſter Virgilij, libros legit*: in primâ enim libri Virgilij leguntur: in ſecunda Virgilij Magiſter legit. Dictiones, quæ commate non ſeparantur, ſunt contiguæ; quæ autem commate ſeparantur, moram interpoſitam habent.

Hinc iam patet, quæ ſit Commatis, & Cæſuræ differentia, ſi loqui religioſè velimus, quoniam in hac dictione *Dòminus*, prima & ſecunda ſyllabæ ſunt continuæ: in hac *Do minus*, ſunt contiguæ: in hac verò, *Talentum do, minus non deceret*, &c. ſyllabæ *do* & *mi* non ſolùm intercidiuntur, ſed interiectâ morâ ſeparantur. Ergo *Cæſura* eſt fluentis orationis diuiſio, *Comma* fluentis eſt orationis morâ interiectâ ſeparatio. Igitur de Cæſura prius & poſtea de Commate agemus.

Cæſuræ in Parnaſſo receptæ quatuor ſunt	*Triemimeris.*
	Penthemimeris.
	Hephthemimeris.
	Enneemimeris,

Qui has ad pedes reducunt, etymi rationem explicare non poſſunt. Has Cæſurarum definitiones apud Grammaticos eruditos reperio.

Triemimeris, eſt cùm poſt primùm pedem ſupereſt ſyllaba, quæ dictionem finiat.

Penthemimeris eſt, cùm poſt duos pedes ſupereſt ſyllaba, quæ dictionem terminet.

Hephthemimeris cùm poſt tres pedes relinquitur ſyllaba, quæ dictionem claudat.

Enneemimeris, cùm poſt quartum pedem manet ſyllaba dictionem terminans.

Vera ſunt omnia, at non aperiunt, cur prima Cæſura à ternario, ſecunda à quinario, tertia à ſeptenario, quarta à nouenario nomen ducat. Ergo aliter loquendum eſt.

Aio carmina conſtare temporibus: tempuſque vni ſyllabæ longæ, aut duabus breuibus correſpondere. In Heroico ſinguli pedes binis conſtant temporibus, & hanc ob rem tempora ſunt ſemipedes. Hic poſitis, Cæſuras definio.

Triemimeris vocatur interciſio, quæ cadit poſt tertium tempus, vt

Inſidias | patiuntur opes. &c.

vbi vox *inſidias* tria habet tempora, & à ſequenti diuiditur.

Penthemimeris dicitur, quæ cadit poſt quintum tempus, aut ſemipedem, vt

Arma virumque cano, | Troiæ qui primus ab oris.

vbi poſt *cano*, hoc eſt, quintum tempus, diuiſio eſt.

Hepthemimeris nominatur, quæ cadit poſt ſeptimum tempus, vt

Ille meos errare viros | permiſit in agris.

vbi, ſi tempora numeres, *ros* erit ſeptimum.

Enneemimeris tandem quæ cadit poſt nonum tempus, vt

Egregios Vates | Muſa ſemper | celebrarunt.

Armipotens Bellona viros | celebrant | generoſos.

Lucentem tunc Luna globum | velox | peragebat.

Porrò Eneemimeris eſt dura, & vitanda. Præcedit ſemper Penthemimeris, aut Hipthemimeris. Dura quidem, cùm ſequitur Penthemimerim; vt ex verſu primo colligitur; durior, cùm Hepthemimerim, maximè, ſi inter duas cæſuras duæ tantùm ſyllabæ cadant: conſidera duos verſus vltimos.

ARTICVLVS IX.

De Commate.

☞ LIX.

SI Cæſura affecta ſit pauſa, *Comma* dicitur; non enim ſolommodò fluxum vocis excidit, ſed & moratur. Pono exemplum in Triemimeri.




Pauſa complet tertium tempus; & ideo hoc Comma appellatur Triemimeris. Et quidem ſecundus ille pes eſt integer, tametſi ſit *v* ⌴, cum eſſe deberet — ⌴; quoniam mora & ſilentium complet, quod voci deficit.

Hinc patet, cur apud Virgilium, Ouidium, & alios Scriptores clariſsimos, ſyllaba interdum, quam ſequitur cæſura ſit breuis, quia mora ſequitur, quæ illam complet, ſine vllo detrimento carminis. Conſidera lineas ſequentes.


Inualidus | et iamque tremens, & iam inſcius æui.
Liminaque | lauruſque Dei, totuſque moueri.

Comma etiam in Penthemimeri inuenitur: ex voce enim correpta & pauſa etiam correpta tempus quintum componitur. Ideam propono.




Huc pertinent multa Virgilij & aliorum illuſtriũ Poetarum carmina, pauca hæc ſubſcribo.
Olli ſerua datur | operum haud indignata Minerva.
Deſine plura puer | , & quod nunc inſtat agamus.
Ecce trahebatur | è templo adytiſque Mineruæ.

Hepthemimerim afficit interdum Comma, & Heroici ideam in ſequentem tranſmutat.




quam ſequuntur hi verſus.
Agricolis Pomona fauet, olimque fauebit.
Cocciueis Aurora rubet, vndiſque marinis.
In ramum inſiliebat auis, & amara recludens;
in quibus quartus pes tres ſyllabas breues habet, nec tamen cæteris eſt minor, nam comma & pauſa vni ſyllabæ breui, quæ deficere videretur, æqui valet.

Tandem in Enneemimeri comma & pauſam, vt tempus nonum compleatur, inuenies. Conſidera ſequentes notas.



Quas ſequuntur fuit Virgilius cùm dixit.
Ille latus niueum molli fultus | hyacintho.

ET hîc obiter notare oportet Comma ita tempus à tempore diuidere, vt alterum compleat. Sed vtrum? antecedens plerumque, interdum autem ſequens. Triemimerim hanc contempleris.




Cui reſpondet iſte verſus Virgilij.
Dum trepidant | it haſta Tago per tempus vtrumque.


PLacuit Poetis licentia Muſica, & poſtquam in Cæſuris tempora pauſis occœperunt complere, ardentiores redditi, etiam extra Cæſionum loca moras interpoſuerunt. Leges in Lucilli libro 30.

Quod tuas laudes culpes, non proficis hilum.

& ais eſſe imperfectum & incompletum, quoniã primus pes, non eſt Spondeus, quia ſecunda eſt breuis; non eſt Dactylus, nam eſt diſſyllabus, quid ergo? Trochæus, qui exulare debet ab Heroico. At ſi has notas.




conſideres, nullum defectum in verſu Lucilij reperies. Huic eſt ſimilis illi Virgilli 2. Georg.
Tmolus aſſurgit, quibus & Rex ipſe Phanæus.
in quo primus per *Tmolus*, non eſt —υ Trochæus, ſed —υυ Dactylus, nam dimidiatum illud tempus quod ſono deficit, ſilentium addit. Eodem modo defendi poſſunt alia eiuſdem Virgili carmina: In iſto. *Ferre citi ferrum, date tella, ſi andite muri m.* vox *tella* non eſt Trochæa, nam vel ſecunda ſyllaba ob ſequentes duas conſonantes (quod aliqui volunt; ii bentque notari & doceri) producitur: & ſic erit ſpondaica, habens duas longas: vel addenda fuit pauſa, quæ compleat Dactylum. In iſto.
Rumpe moras omnes, turbataque arripe caſtra.
vel ſynalœpha non admittitur, vel quartus etiam pes pauſa ſeu ſilentio completur. Et quidem Ennius interdum verſus ſuos pauſa ſeu ſilentio compleuit. Libro 2. iſtum reperio.




Annuit ſe ſe mecum decernere ferro.

Dixit alibi

Aeſtatem Autumnus ſequitur, poſt acer Hiems.
& quia vltimus pes vnicam tantum habet ſyllabam, aut debemus illam complere pauſam vnius integri temporis hoc modo,



aut, ſi hoc minùs placeat, ad Veterum illam opinionem recurrere, quæ docet, nec omnes breues inter ſe, nec omnes longas inter ſe eſſe æquales. Et tunc Ennij verſum ad notas iſtas reducemus.



MVltum debet Parnaſſus iſtis pauſis: nam illæ omnia genera Carminum, quæ ſunt in vſu, pere-

peperernnt; ſine quibus ſolùm Heroicum componeretur & cantaretur. Quod non alio meliori modo demonſtrabo, quàm ab heróico omnia Carmina tam Epica, quàm Lyrica educendo.

ARTICVLVS X.

De Pentametro.

LX.

HEroicus, ſeu Spondaicus, ſeu Dactylicus, ſeu Mixtus ſit, ſex pedes habet, & ideò vocatur Hexameter: Pentameter Elegiacus quinque, vnde nomen ſortitur. Sed quos? Rem facilem reduxère ad difficilem Iuniores vario modo loquẽtes & metientes. Verrepæus *Grammaticæ Deſpauteriana lib. 4. pag. mihi 524.*

Pentametrum vult quinque pedes. Pes tertius eſto
Semper Spondeus. Quartus, quintuſque Anapeſtus:
In reliquis Spondeus erit vel Dactylus, vt vis.


Et ſtatim, vt hos verſus exponat; aliter diſcurrit, & ait, *Pentametrum Carmen; vt à quinque menſuris nomen habet, ita etiam quinque conſtat pedibus: diuiditurque in duo hemiſtichia, id eſt, verſus dimidiatos. Prius conſtat duobus Dactylis, vel Spondeis; vel his miſtis, & ſyllabâ longâ, quæ dictionem finit. Poſterius verò duobus Dactylis & ſyllabâ, quæ cum alterâ prioris Hemiſtichij ſyllabâ Spondeum conficit: etiam ſi poſterior ſemipes conſtet ſyllabâ breui; nam, vt ſupra dictum eſt. Vltima cuiuſque eſt communis ſyllaba verſus.*

Quæ priùs dixerat oratione legata vera ſunt: quæ ſubiungit ſolutâ, etiam ſunt vera: at non cohærent inter ſe, neque hoc poſterius eſt Triſtichi præmiſſi explicatio: nam ibi vlnâ Anapæſticâ [ᴗᴗ—] hic Dactylicâ [—ᴗᴗ] poſterius hemiſtichium metitur. Ego rem facillimo negotio expedio; hanc enim Hexametri, & Pentametri Ideam propono.

Hexam. —ϖ —ϖ —ϖ —ϖ —ᴗᴗ — —
Pentam. —ϖ —ϖ —ſſ —ᴗᴗ —ᴗᴗ — ſſ.


Hinc patet Pentametrum ſuboriri ab Hexametro & in hoc differre, quod tertii & ſexti pedis ſecunda nota, quæ in iſto reſonant, in illo ſilcant. Lineas ſubſequentes conſidera:

Hexameter.



—ϖ —ϖ —ϖ —ϖ —ᴗᴗ —ᴗᴗ

Pentameter.



—ϖ —ϖ —ſſ —ᴗᴗ —ᴗᴗ ſſ

Doctrinam hanc aliquibus exemplis illuſtro. Conſidera & perpende hoc Diſtichum.

Europa inclamat concurrere poſſe magiſtros:
Europa inclamat — currere poſſe magis. —

ex quo conſtat Hexametrum, cuius quartus & quintus pes ſint Dactyli, Pentametrumque vſque ad Penthemimerim æquo paſſu procedere: in complemento differre. quod complementi primum & vltimum tempus in Pentametro ſileat. Aliud exemplum addo.

Portabant Charites pia fercula quando caniſtro.
Portabant Charites — fercula quando canis. —

Ergo manifeſta eſt ſilens Pentametri ab Hexametro verſu natiuitas.

Pauſa prior demonſtrat Pentametrum Penthemimeri carere non poſſe: quo enim modo pauſabitur, ſi prima pedis tertij ſyllaba dictionem non claudat? Vnde illud Carmen à Diomede poſitum.

Hæc quoque noſtræ ſententia mentis erat.

reprehenſione non caret: nam in voce *ſententia*, ſyllaba *ſen* pertinet ad prius hemiſtichium; & inter illam & ſequentem debet pauſa intercedere.


Hi numeri lachrymas fundentibus ſunt commodi: & ideò ſeruiebant olim luctibus, doloribus, querelis: & vt verbo comprehendam, rebus triſtibus: vnde dicti ſunt Elegiaci, nam ἔλεγος *luctum* & ἐλεγεία *mæſtum poema* ſignificat; vnde Terentianus.

Hos Elegos dixêre; ſolet quòd clauſula talis
Triſtibus, vt tradunt, aptior eſſe modis.

Dubium.

LXI.

PEtis, An ſicut inter Hexametra reperiuntur interdum ſpondaica, ita etiam inter Pentametra? Me nulla Spondaica Pentametra in Veterum libris inueniſſe reſpondeo: at neſcio cur ſint reijciendæ iſtæ Ideæ?



Et has notas ad Metricos characteres reducamus.

I. | —ϖ—ϖ— | —ᴗᴗ | — | —ᴗ |
II. | —ϖ—ϖ— | — | — | —ᴗᴗᴗ

Addere adhuc formas nonnullas volo, quas iudico duriores; non tamen ideò reijciendas: nam & Hexametra Spondaica, niſi accuratè conformentur, ſunt dura. Formæ de quibus loquabar, ſunt hæ.

III. | —ϖ—ϖ— | —————— |
IV. | —ϖ———— | —————— |
V. | —————— | —————— |

Proponamus exempla.

I. *Aetbereis ignis naſcitur ex aſtris*

II.

II. *Atque inter flammas iam mox oxoritur.*
III. *Fert & lux radios, fert & lux vmbras,*
IV. *Plurimus horrorem conformat pontus,*
V. *Qui flammas inter nulli iam parcit,*

Spondaicum primum non reiiceretur ab Horatio qui *Epod.* 13. inter alia Dactylica huic menſuræ correſpondentia [—υυ—υυ—] poſuit hoc.

Nunc mare, nunc ſylua.

Et ſanè aut auris mea decipitur, aut verſus ſecundus & dulcis, dignuſque, qui poſsit admitti. Illum igitur conformabimus ſic.

| —ϖ—ϖ— | — | — | — υυϖ | vel
| —ϖ—ϖ— | — | — | — | υυϖ | vel
| —ϖ—ϖ— | — — | — | υυϖ | vel
| —ϖ—ϖ— | — | — — | υυϖ |

Hæc quatuor paradigmata poſtulant, vt accentus vocis (diſtinguo vocem à calamo; nam in ablatiuo *ſanctiſſimâ*, calamus circumflexum inſcribit vltimæ, & lingua acuit antepenultimam) vltimus ſit in antepenultima, adeoque non poſſe terminari monoſyllaba voce aut diſſyllaba; ſed neceſſariò requirere triſyllabam aut quadriſyllabam. Si ad apices & quantitatum notas conuertam oculos, hæc carmina claudit anapæſtus aut tribrachus; cur non etiam aliud Petametrorum genus condi poſſet, in quo vltimam regionem occuparet Dactylus, aut ſi velis amphimacer? Aurem conſulo, & hanc Ideam approbat.

| — — — ϖ — | — — — — υϖ |

Volo vltimum accentum vocalem retineri in antepenultimâ, & hæc carmina iuxta numeros præſcriptos modulor. Sic inquam.

Humani generis Protectrix òptima,
Virgo cæleſtis, Mater puriſſima.
Chriſti: nunc audi voces pauperrimæ;
Gentis, quæ ſemper te ſupplex inuocat.

Mea auris dactylum in principio non approbat, & ideò illum excludo, tuam conſulere poteris, & illum, ſi arrideat. admittere.

ARTICVLVS XI.

De Carmine Elegiaco.

☞ LXII.

Diſticha, quæ Hexametris & Pentametris componuntur, *Elegiaca* vocantur quod olim triſtia crederentur: iam etiam dulcia & læta hoc genere carminis ſcribi ſolent. Pono exemplum.

Qualis vbi ſocias multarum examina vocum
Muſica concordes elicit arte ſonos.
Non aliter verſus varios peregrina cooptans
Metrica, diuinum concinit arte melos.

Spondaica Pentametrorum cenſui adſcripſi: & eorumdem Ideam ſecundam dilaudaui, ad quam ſubſequentia conformo.

In Martinum.

QVo fugis ò demens? Quo te maleſuada voluptas?
In quos horrificos te pellit ſcopulos?
Non ſtat erat fugiſſe ſemel, liquiſſe ſerenum
Religionis iter, quod monſtrant ſuperi?
Non ſat erat Patrum veterum liquiſſe fluenta,
Et guſtaſſe vndas quas fundit Stygius?
Cur te mollis Amor fœdaque libidine feruens
Vrit & abſtruſas te inducit ſalebras?
Et linguam & calamum cæleſtia Numina contra
Ducis, & in Patriâ Dux es Hæreticûm.
Iam iam tandem oculos aperi Martine, Laborum
Quos ſubeas Iudex Rex eſt Omnipotens.
Perſequeris veteres tu Dæmonis adſecla Patres,
Poſthuma queis celſum merx eſt Empyreum.
Perge miſer, cæciſque oculis te crede periclo,
Teque tuoſque locus non ſpectat Stygius.

Et hic fortaſſe aliquis exiſtimabit hæc carmina ita eſſe noua vt nullum inueniri poſſit apud Antiquos Scriptores exemplum. Interim apud Ouidium reperimus hunc verſum.

Ne temerè in medys diſſoluantur aquis.

Interpretes, & artis Poeticæ Inſtitutores, ne dicant à communibus legibus exorbitaſſe Ouidium recurrunt ad Dieresim (notam figuram) voluntque vocem *diſſoluantur* habere quinque ſyllabas, ac propterea illam primam *u* non eſſe conſonantem, ſed vocalem. Ipſi verò me iudice, ne viam facilem teneant, ingrediuntur difficilem: eſſet enim verius & clarius affirmare Pentametrum illud eſſe Spondaicum, & legibus à nobis datis correſpondere.

ARTICVLVS XII.


De Carmine Aſclepiadeo.

☞ LXIII.


Multa Choriambicorum cognoſcunt genera, qui pedibus verſus componunt; at qui inter cætera Aſclepiadeum laudatur, de illo nonnulla ſubiungemus. Pronũciamus igitur Aſclepia. cum nihil eſſe aliud, quam pentametrum incompletum, vt lectæ ſubſequentes oſtendunt.

Conſidera Notas his Muſicas.

Pentameter.



Aſclepiadeus.



Diſcrimen conſiſtit in duobus. Primò enim in Pentametro ſecundum & quartum tempus poſſunt diſſolui & non diſſolui: at in Aſclepiadeo ſecundum debet non diſſolui, quartum verò diſſolui. Secundò vltimum in Pentametro tempus reſonat, & in Aſclepiadeo ſilet. Eaſdem Ideas Metricis notis reſcribamus.

Pen-

Pentameter. | —̄ ϖ — ϖ — | — uu — uu — |
Aſclepiadeus. | — — — uu — | — uu — uu |

quoniam iſtud Pentametrum; videlicet,

Mæcenas atauis edite nobilibus,

ſi amittat vltimam ſyllabam, tranſibit in Aſclepiadeum: vt ſi dixeris,

Mæcenas atauis edite nobilis
Præfectis Aſiæ, carminis perlege,
Quæ terror Martis bellicus obtulit. N.B.

Hoc verſuum genus vocat Rauiſius Textor, Glyconicum, quod fuerit à Glycone repertum.

Nota I.

HVc etiam illa recurrit quæſtio, quæ poſtulat *An huc ſe inſinuent Spondaica?* & reſpondeo vltimum Aſclepiadei Carminis tempus conſtare bus breuibus ſyllabis, quæ ſi in longam tranſeant, vltimus Dactylus tranſibit in Spondeum, & naſcetur nouum & pulchrum genus Carminum, quod à Textore *aliud genus Aſclepiadei* dictum; à nobis vocetur *Virgineum*, quod Auctor illud Reginæ Angelorum dicauerit. Addo Ideas.

Aſclepiadeus.




Virgineus.



Ecce differt ſecunda à primâ in vltimo tactu tantummodo: prima enim illum diuidit, ſecunda non.

Sicut Virgineus verſus fuit ab Aſclepadeo, à Pentametro, & Pentameter ab Hexametro extractus, potuit immediatè deduci. Conſidera ſequentes lineas.

Hexameter.



Virgineus.



Vbi obſeruas Hexametrum, ſi in ipſo ſextum, ſeptimum, & octauum tempus ſileant, in Virgineum conuerti. Maioris claritatis gratiâ Metricos characteres ſubſcribo. Et primo Aſclepiadei & Virginij diſcrimen breuiſsimè oſtendo.

Aſclepiad. | — — — uu — | — uu — uu |
Virgineus. | — — — uu — | — uu — — |

Secundò exortum Virginii ab Hexametro.

| — ϖ — ϖ — | ϖ — ϖ — uu — — |
| — — — uu — | uu — — |

quem clariùs demonſtrant hi verſus.

Quondam Virgilius pulcherrima carmina ſcripſit.
Quondam Virgilius carmina ſcripſis.

Prior eſt Hexameter, & Virgineus poſterior; nam ſublatâ voce *pulcherrima*, hoc eſt, ſublatis complementi tribus primis temporibus) Hexameter in Virgineum tranſit. Ad hanc vltimam ideam conformatus eſt ille hymnus, quem in omnibus Beatiſsimæ Virginis ſolemnitatibus feſtiuâ deuotione concinimus. Vnum aut alterum Tetraſtichum in gratiam lectoris ſubſcribo.

O quàm glorificâ luce coruſcas,
Stirpis Dauidicæ Regia proles,
Sublimis reſidens Virgo Maria,
Supra cæligenas Aetheris omnes.
Tum cum virgineo Matris honore
Cælorum Domino pectoris aulam
Sacris viſceribus caſta paraſti:
Hinc natus Deus eſt corpore Chriſtus
Quem cunctus venerans orbis adorat,
Et cui ritè genu flectitur omne,
A quo nunc petimus, ſubueniente
Te, abiectis tenebris, gaudia lucis. &c.

Nota II.

☞ LXIV.

IN Penthemimeri debet eſſe neceſſariò diuiſio; & in quartà poſt diuiſionem ſyllaba accentus vltimus: & hoc tam in Aſclepiadéo communi, quam in Spondaico: dura enim ſunt multa iuniorum, imò, & veterum carmina, quod has leges non ſeruent. Diuiſionis neglectus ita deformat carmina, vt cognoſci vix poſſint. Et quidem diuiſionem neceſſariò requiri, nec poſſe luxari, aut mutari certum eſt: nam ſicut verſus iſte,

Virtutemque decoremque canebat ouans.

tametſi Pentametrorum quantitati reſpondeat, non eſt bonus Pentameter, quia debito loco non ſcinditur, ſic etiam cætera Carminum genera ſuas diuiſiones amant, quas omittere non poſſis impunè. Accentûs ratio raró debet omitti, verſus enim duriuſculus inter alios id præſtant poëmati, quod úmbræ imagini, & diſſonantiæ concentui, quæ, ſi ſobriè admittantur, exornant: maculant, ſi frequentiùs occurrant.

Nota III.

☞ LXV.

PEnthemimeris, ſeu prior huius carminis pars ex Horatio ponitur | — — — uu — | & benè. Sed cur non etiam | — uu — — — | vel | — uu — uu — | vel | — — — — — | vel, vt omnia in vnum per compendiū coniungam | — ϖ | ϖ — | ? nulla enim formam ex iſtis auris reijcit: quod exemplis oſtendo.

Virgo

| — ᴗᴗ — — — |

Virgo Dei ſummi Mater, Olympica
Corde cui grato ſydera ſeruiunt:
Sydera nimirum ſpiritualia;
Quæ Genios mundus dicit & Angelos.

| — ᴗᴗ — ᴗᴗ — |

Alma Dei genitrix, Optima, Maxima
Te colit atque petit naufragus; immemor,
Qui fuit ætherei Numinis & modò
Immemor ipſe ſui, Numinis eſt memor.

| — — — — — |

Vita & dulcedo diceris omnium:
Da quæſo dulci viuere Numini,
Vt ſic poſſimus viuere poſthumi
Tecum per finis ſæcula neſcia.

ARTICVLVS XIII.

De Carmine Anapæſtico.

☞ LXVI.

SVb initium purios habebat anapæſtos; vnde nomini occaſio: iam pedes duorum temporum recipit (diſſyllabos triſyllaboſque) & ſemper nomen Anapæſtici retinet, etiamſi nullum Anapæſtum contineat. Naſcitur ab Heroico. Ille enim Fundamentalis verſus.

ἐν ϖαγὰν, ἐν ϖαγὰν, ἐν ϖαγὰν,

Heroicus eſt: at verò ſi in tres partes æquales diuidatur, erit Anapæſticus, vt conſpicis.

ἐν ϖαγὰν:
ἐν ϖαγὰν:
ἐν ϖαγὰν.

Ideam ſubijcio.



In ſingulis pedibus poteris alterutram notam in duas correptas ſoluere: hoc eſt, vtendo characteribus Metricis, poteris in ſingulis pedibus ponere —ᴗᴗ, vel ᴗᴗ—. Hinc hæc genera verſuum naſcuntur

—ᴗᴗ —ᴗᴗ
—ᴗᴗ ᴗᴗ—
ᴗᴗ— —ᴗᴗ
ᴗᴗ— ᴗᴗ—

Quæ ſunt nouem, ſi communi charactere ſcribantur. Illa ſubijcio.

— — — — *Sum peccator,*
— — — ᴗᴗ *Virgo, maximus.*
— — ᴗᴗ — *Quem, ſi timendum*
— ᴗᴗ — — *Crimina reddunt;*
— ᴗᴗ — ᴗᴗ *Optima maxima*
— ᴗᴗ ᴗᴗ — *Me tua Pietas*
ᴗᴗ — — — *Facit impauidum.*
ᴗᴗ — — ᴗᴗ *Igitur ſupplici*
ᴗᴗ — ᴗᴗ — *Miſero faueas.*

Hic verſus ab aliquibus dicitur *Ariſtophanicus*; quòd ab Ariſtophane, aut inuentus, aut ſaltem excultus credatur.

Fiunt Anapæſtici Tetrametri, Trimetri, Dimetri, & Monometri; quos licèt aliqui velint voce diſtingui, non voce illos ſub calamo diſtingui pronunciamus. Et, vt probemus, hos ſubſcribamus Anapæſticos, quos fudit in ludo de morte Claudii Cæſaris Seneca.

Deflete virum, quo non alius potuit citiùs diſcere cauſas.
Vnâ tantũ parte auditâ, ſæpe & neutrâ. Quis non Iudex
Toto lites audiet anno? Tibi iam cedet ſede relictâ
Qui dat populo iura ſilenti Cretæa tenens Oppida centũ.
Cædite mæſtis pectora palmis ò cauſidici venale genus

Tetrametri ſunt, & tranſibunt in Trimetros, ſi reſcribantur ſic;

Deflete virum, quo non alius potuit citiùs
Diſcere cauſas, vnâ tantùm parte auditâ,
Sæpe & neutrâ. quas non Iudex toto lites
Audiat anno: &c.

Et tranſibunt in Dimetros, ſi bina metra in ſingulis lineis ſcribantur: v. g.

Deflete virum, quo non alius
Potuit citiùs diſcere cauſas,
Vnâ tantùm parte auditâ,
Sæpe & neutrâ. &c.

ARTICVLVS XIV.


De Adonico Commate.

☞ LXVII.

OMnis Adonicus eſt Anapæſticus monometer, ſed non contra. Eſt ergo Adonicus verſus bipedalis (ſic eum appellant aliqui) Dactylo & Spondeo compoſitus, & huic correſpondens Ideæ. | — ᴗᴗ — ᴗ |

Naſcitur ex Heroico, vt patet ex ſequentibus lineis.

Heroicus.



Adonicus.



Poſſemus dicere, vt priùs, eſſe tertiam partem Hexametri, & ſic illum depingere



Apud Veteres vix Adonicos ſolos inuenias. Ante annos quaſi mille quidam Abbas nomine Columbanus vltra centum & quinquaginta eiuſmodi carmina condidit, quæ commentario illuſtratos edidit M. H. Goltaſtus. Modum condendi hos verſus his verbis Columbanus exponit.

Sit

Sis tibi cura
Fortè volenti
Carmina tali
Condere verſu,
Semper vt vnus
Ordine certo
Dactylus iſthic
Incipiat pes.
Inde ſequenti
Parte Trochæus
Proximus illi
Ritè locetur.
Sæpe duabus
Claudere longis
Vltima verſus
Iure licebit.

Et, vt illa intelligas, adnotato *carmina* vocari à Columbano, lineæ ſingulæ, quæ à nobis verſus. & *Verſus* dici apices, quæ à nobis Ideæ. Iubet Trochæo Adonicum claudi, aut duabus longis (hoc eſt, Spondeo) qua vltima cuiuſcumque carminis indifferens eſt.

Vt vitia, quæ in hoc genere verſuum, fugienda ſunt à Philomuſo, euidentius perſpicias, lege & conſidera ſequentes.

Cæſarianum
Amphiteatrum
Concelebrato
Bellipotentem.
Intrat ovans Rex
Cui triferus Thrax
Ceſſit. Ovat flos
Et Speriæ laus.
Carmine te Rex
Concino; nam nunc,
Perſonet vt te,
Plurima mons dat.
Lauriger ergo
Sæpe triumphans,
Viuito longos
Neſtoris annos.

Ob oculos ponunt hęc Tetraſticha quatuor Adonicorum differentias: Primum tot continet dictiones, quot verſus, & eſt durum. Secundum definit in monoſyllabas, & durius eſt. Tertium ſingulos verſus claudit binis monoſyllabis, & auri non ita eſt incommodum. Vltimum definit in diſſyllabas & triſyllabas voces, & eſt ſuauiſſimum.

Carmina Lyrica.

COgnoſcunt etiam hodie Muſici duplicem tactum; Epicum, Lyricum: in illo Theſis & Arſis (manûs Deſcenſus & Adſcenſus) ſunt æquales: in ijs inæquales, nam ſeſquialteram proportionem obſeruant. Hanc veteres differentiam tranſtulerunt ad Carmina, quæ in Epica & Lyrica diuidi ſolent.

ARTICVLVS XV.

De Iambico.

☞ LXVIII.

PEtinet huc præcipuè verſus Iambicus, qui per ſeſquialtera interualla procurrit; cônſtat pedibus Iambicis, in quorum priori parte eſt in poſteriori verò

Ideam metri ſubijcio.

Integrum | υ — υ | — | *Beatus eſt.*
Diſſolutum. | υ ϖ υ ϖ | *Ea cecinimus.*


Conſormantur Iambici, Trimetri, Dimetri, & olim ſolebant Tetrametri & Monometri: qui omnes à numero metrorum dicuntur. [Vulgus hodie Trimetros Senarios nominat, quod ſex procurrant iambis: nam, vt vidimus, metrum componitur duplici Iambo.]

Diuiditur Iambicus in Purum & Impurum: ille ſolos Iambos admittit: hic alios etiam pedes; & iterum Impurus ſubdiuiditur in Vniformem & Difformem. Prior ſingulos pedes ſeſquitempore (hoc eſt, ſeſquialterâ proportione) metitur: iſte in locis inparibus admittit dupli temporis pedes: videlicet — — Spondeum, υυ— Anapæſtum, & —υυ Dactylum, quæ licentia aut libertas (niſi in deformitate ipsâ teneatur vniformitas) ex carmine proſam inconcinnam formabit. Quâ enim lege inæquales pedes poſſunt inter ſe ſeruato metro (hoc eſt, menſurâ) commutari? At Veteres fecerunt; inquies. Id non nego: aio tamen, me inter male compactam proſam, & eorumdem licentioſa carmina nullum reperire deſcrimen. Sanè tolerabilia viderentur, ſi impari in loco ſemper duplam, & in pari ſeſqui alteram proportionem haberent; hoc eſt, ſi impari in loco Spondeum, Dactylum, aut Anapæſtum; & pari Iambum aut Tribachum pedem admitterent; idque ſemper: ſi enim in regionibus imparibus, (primâ, tertiâ, & quintâ) ex triplâ tranſitur ad quadruplam, ametria potiùs, quàm metrum, committitur. Sequentes Notas mediteris.


Iambicus Purus.



Iambicus Impurus Vniformis.



Iambicus Impurus Difformis Vniformiter.



Iambici puri in locis imparibus breuem, in paribus longam ſyllabam habere debent. Sine alteratione tēporis poterit nota producta in duas correptas ſolui, & tunc verſus eſt Iambicus, non purus, ſed vniformis: ſanè non purus; quia, vt purus ſit, debet conſtitui ſolis Iambis: eſt tamen vniformis, nam υ— Iambus, & υυυ Tribrachys ſunt æquales. Verſus impurus difformis locis imparibus alios pedes admittit: hos iubeo eſſe æquales, vt difformes vniformiter ſint.

HAbito metro verſûs integri, qui per antonomaſiam *Purus* dicitur, & metro verſûs Diſſoluti & Impuri, erit valde facile condere Monometros, Dimetros, Trimetros, & Tetrametros; quos elegantes facies; *primò*, ſi ita voces cooptaueris, vt metrum prius cum ſequenti connectas: vbi enim eadem eſt vltima ſyllaba dictioni & metro (partiali ſcilicet) hiant voces, & nihil delectabile auditur: *ſecundò*, ſi vltimus pes ſemper ſit iambus.

Vt igitur omnium Iambicorum, perfectorum & imperfectorum, excedentium & deficientium, ideam exactam aſſequiars, ſubſcriptam tabellam contempleris.

Ita eſt								Monometer Brachic[at]alecticus.
Profe-	*ctō,*							Monometer Catalecticus.
ōmnēs	*pĭi*							Monometer Acatalecticus.
Dĕum	*vĭrīn-*	*tŭr*						Monometer Hypercatalecticus.
ēt nō-	*mĭnĭl-*	*lĭus*						Dimeter Brachicatalecticus.
Hŏnō-	*rĕ prō-*	*sēquun-*	*tŭr,*					Dimeter Catalecticus.
Eiŭſ-	*quĕ ſān-*	*ctīs lē-*	*gĭbŭs*					Dimeter Acatalecticus.
Obtēm-	*pĕrā-*	*rĕ mīn-*	*tĕ pū-*	*rā,*				Dimeter Hypercatalecticus.
Quāntŭm	*făcŭl-*	*tās ſŭf-*	*fĭcĭt,*	*ſtŭdent,*				Trimeter Brachycatalecticus.
Ĕ ōs	*vĭcĭſ-*	*sĭn Mā-*	*xĭmŭs*	*Ĭchō-*	*vă*			Trimeter Catalecticus.
ēx ō-	*mnĭbŭs*	*mālĭs*	*pŏtēn-*	*tĕ rē*	*rĭpĭt,*			Trimeter Acatalecticus, vulgò Senarius.
Ĕ ōs	*quĕ cōl-*	*lŏcāt*	*rĕdēm-*	*ptōs īn-*	*sălū-*	*tĭs*		Trimeter Hypercatalecticus.
Ă ſy-	*lŏn, &*	*tūtōs*	*sŭbā-*	*lās ſŭb-*	*lĕvāt*	*sŭās.*		Tetrameter Brachycatalecticus.
Hinc ſūa-	*vĭs ēx-*	*ūltā-*	*tĭō*	*prōtŭ-*	*bĕrāt*	*pĭō-*	*rŭm*	Tetrameter Catalecticus.
Hinc tō-	*tŭs ōr-*	*bĭs āl-*	*lēlū-*	*jā Chrī*	*ſtĭā-*	*nŭs cōn-*	*cĭnit*	Tetrameter Acatalecticus. vulgò Octonarius.

Verſus *Brachicatalecticus* eſt cui pes integer deficit: *Catalecticus* cui deficit ſyllaba (vel ſemipes:) *Acatalecticus*, cui nihil deficit, nec ſupereſt: & tandem *Hypercatalecticus*, cui ſemper (vel ſyllaba) ſupereſt.

☞ LXIX.


PEtis, Cur Heroicus, cum habet ſex pedes vocatur Hexameter: & Iambicus, cum habet etiam pedes ſex, vocatur Trimeter?

Reſpondeo hanc Quæſtionem ex ſolâ Metricâ ſolui non poſſe: ſed habere rationem euidentem ex Muſicâ. Verſus Epici ſunt grauiores Lyricis, ſunt tardiores: hi autem le[u]iores & concitatiores, & ideò aliter fluunt: illi per maiores, iſti per minores figuras. Pono exemplum.

Heroicus.



Iambicus.



Heroicus habet ſex pedes, & ſex metra (*Hiſp. Compaſes*) at Iambicus ſex etiam pedes (ideo *Senarius* dicitur) ſed tria metra (Hiſpan. *Compaſes*) tantummodò: nam nota illa C eſt duplo velocior, quàm O: & ſingulis notis mediam valoris partem admittit.

N O T A

De Hymnis Iambicis, quæ in Eccleſiâ cantantur.

☞ LXX.

NOn eſt, cur ad Iambici carminis numeros Hymnos eſtimare velimus: non enim Veteres regulas ſeueras curauerunt: non illas Iuniores obſeruant: cum, quia deuotioni potiùs ſtuduerunt, quàm verbis: tum, quia muſicæ voces attemperarunt. Idea Iambici puri hoc eſt.

⏑— ⏑— ⏑— ⏑—

ſi maneant octo ſyllabæ (turbaret enim cantum numerorum imparitas) adhuc tolerat ſchola hanc Ideam,

⏑— ⏑— ⏑— ⏑⏑

nam in primo & tertio loco multi audent collocare Spondeum. At verò Idea Eccleſiaſtica hæc eſt.

⏑⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑⏑

verſus habere debet octo ſyllabas, quarum ſeptima breuis ſit (& erit clarius breuis, ſi ſit vltimus accentus in ſextâ) nec maior diligentia in Hymnis plurimis reperire eſt: nec maiorem poſtulat cantus, cui numerus ſyllabarum ſubſeruit. Interim diffiteri non volo Hymnos nonnullos (puta Ambroſii, & aliquorum Veterum: necnon Vrbani Octaui, & aliquorum Iuniorum) Scholaſticis numeris correſpondere. Purus eſt ille verſus;

Deus creator omnium.

& multi vni ex his tribus Ideis (omnes tolerat ſchola) cooptantur. Eſt enim.

—— ⏑— —— ⏑⏑. *Prima.*
⏑— ⏑— —— ⏑⏑. *Secunda.*
—— ⏑— ⏑— ⏑⏑. *Tertia.*

Et exempli gratiâ ponamus Hymnum, quam cantamus ad Tertiam.

Nunc ſancte nobis Spiritus,	Idea	Prima.
Vnum Patri cum Filio,		Prima.
Dignare promptus ingeri		Tertia.
Noſtro refuſus pectori.		Prima.
Os, lingua, mens, ſenſus, vigor		Prima.
Confeſſionem perſonet,		Prima.
Flammeſcat igne charitas,		Tertia.
Accendat ardor proximos.		Prima.
Præſta Pater piiſſime,		Tertia.
Patrique compar vnice		Pura.
Cum Spiritu paraclito		Tertia.
Regnas per omne ſæculum.		Tertia.

At verò vix ad vllam ex his tribus Ideis reducere poteris hunc Hymnum, quem in omnium Sanctorum ſolemnitate modulamur. Perpende & conſidera ſingulas ſyllabas.

Chriſte

Chriſte Redemptor omnium
Conſerua tuos famulos
Beatæ ſemper Virginis
Placatus Sanctis precibus.
Beata quoque agmina
Cœleſtium Spirituum
Præterita, præſentia;
Futura mala pellite.
Vates æterni Iudicis
Apoſtolique Domini
Suppliciter expoſcimus
Saluari veſtris precibus.
Martyres Dei inclyti
Confeſſoreſque lucidi
Veſtris orationibus
Nos ferte in cæleſtibus.
Chori ſanctarum Virginum,
Monachorumque omnium,
Simul cum Sanctis omnibus
Conſortes Chriſti facite.
Gentem auferte perfidiam
Credentium de finibus,
Vt Chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.
Gloria Patri ingenito,
Eiuſque Vnigenito,
Vna cum ſancto Spiritu
In ſempiterna ſæcula.

Primò Synalepha vix cognoſcitur in Hymno hoc. Recognoſce verſum v. xiij. xiv. & xviij. Etiam leges Ecthlipſeos non obtinent, nam M non eliditur verſu xxi.

Secundò nulli ex illis tribus Ideis, quas pauló ante poſuimus, correſpondent hi verſus, ſed ſtatuendum eſt illos fuiſſe conformatos hac lege, *Singuli octo ſyllabas habere debent, quarum ſeptima ſit breuis; cæteræ vel breues, vel longæ.* Et hæc de Hymnorum metro, aut ametriâ veriùs, adnotaſſe ſufficiat.

ARTICVLVS XVI.

De Carmine Scazonte.

☞ LXXI.

NOn mulùm differt à Trimetro Iambico puro, nam Scazontis character eſt iambus in quinto loco, & in ſexto Spondeus: in primo & tertio loco etiam admittit Spondeum: An-ne & alios pedes? Negat Scaliger, cui credendum, aurem enim huic generi modulationis conformauit: mihi credi non volo, quia Scazontes, etſi ad leges exactè conformati, non placent. Vt autem inter eum & purum Senarium differentiam percipias, ideam vtriuſque componamus.

Senarius υ— υ— υ— υ— υ— υ—
Scazon. ‒— υ— ‒— υ— υ— ——


ARTICVLVS XVII.

De Carmine Anacreontico.


☞ LXXII.

ORitur ex Iambico Dimetro puro exciſâ vltimâ ſyllabâ, vt patet ex ſequenti figurâ, in quâ Ideam vtriuſque carminis repræſentamus.

Iamb. Dimetrum.



Anacreonticum.



Præcedentes Notæ ſunt Muſicæ, & reſpondent his Metricis.

Iamb. Dimet. υ— υ— υ— υ—
Anacreont. υ— υ— υ— υ

loco primi pedis admittit υυ—, hoc eſt anapæſtum & ſpondeum. [& cur hos quæſo, qui longiores ſunt Iambo? &, ſi hos, cur non etiam ipſis æqualem dactylum? Reſpondeo recipere Anapæſtum & Spondeum regione primâ; illum, quia pauſa poteſt in ſyllabam æqualem verti: iſtum, quia pauſa & nota correpta poſſunt in ſyllabam productam tranſire. Addo non recipere Dactylum, quia noluerunt Antiqui; nam, ſi à Dactylo ſumant initium, vel inuitis Veteribus erunt boni. Hoc exemplum ſubſcribo.

Maxima videtur iſta
Inſula, mari reſiſtit
Hic ſcopulus altus acri.
Poſſumus eam videre,
Dum mare citâ procellâ
Concutitur: ergo eamus. &c.

Hoc genus carminum, ſi bene elaboretur, eſt ſuauiſſimum; & Muſis benignioribus aptum. Huc confluunt multa verborum ſchemata, quæ vitio non carerent in ſerijs. Antiquos noſtros irridemus Hiſpanos, quod alterum interdum carmen altero farſerint & fulcierint; & tamen non videbuntur Anacreontica bona, niſi ſe ſuffulciant, & farciant. Conſidera ſequentes lineas.

O Chryſalice calue.
O calue Chryſalice.
O Ludouice docte
O docte Ludouice
O Ferdinande magne
O magne Ferdinande.
O Magdalena pulchra.
O pulchra Magdalena.
O Catharina pura.
O pura Catharina.
O Virginella bella

O bella Virginella
Ego te meam (Licôris)
Materculam vocabo
Ego te meam (Licoris)
Sororculam vocabo
Et corculo voraci,
Et vocula Salaci
Et oſculo procaci
Et lingula loquaci
Ego te meam vocabo.
Quid Chryſalice dicam?
Fraterculum? ſed adde:
Paterculum? quid inde?
Anſerculum? ſed adde:
Cuniculum? quid inde.
Vulpeculam? ſed adde.
Furunculum, quid inde, &c.

ARTICVLVS XVIII.

De Carmine Phaleucio.

☞ LXXIII

ANacreonticum, Iambicum-ve Dimetrum compoſuimus, & oſtendimus; illum, ſi addatur ſyllaba, tranſire in hunc: hunc, ſi demitur ſyllaba, redire in illum. nam, ſi vltimas horum verſuum qui ſunt Iambici Dimetri, deleas.

O bellicoſa Phyllidis
Magiſtra, chara, Martia.

minuetur ſyllabarum numerus, & metrum degenerabit in Anacreonticum, vt verſus ſequentes demonſtrant:


O bellicoſa Phylli:
Magiſtra chara Marti.

Nunc ad Phaleucium tranſeo, & aio Anacreonticum eſſe Phaleucium acephalum: nam ſi epitetrum quartum (nempe — — —υ Anacreontico addideris, Phaleucium feceris; vt ſubſequens linea perſuadet.


Iracunda magiſtra chara Marti.

quæ eſt Phaleucia, & prima voce excisâ Anacreontica. Ergo maioris claritatis gratiâ horum verſuum ideas Notis Muſicis dilucidemus.

Iambicus, Dimeter.



Anacreonticus.



Phaleucius.



Ecce ob oculos habes clariſſimam analogiam, videſque qualiter hæc carmina ab illis prouenìant. Ergo eadem omnia ad characteres Metricos transferamus.

Iamb. Dimeter.		υ— υ— υ— υ—
Anacreonticus.		υ— υ— υ— υ
Phaleucius.	— — —υ υ—	υ— υ— υ

Poſui poſt ſextam ſyllabam diuiſionem, quia hoc genus carminum in eo loco conciditur, vt patet in hoc Taubmani diſticho:

In re coniugij | mehercle rarò
Feſtinum ſimul eſt | idemque rectum.

Sententia eſt pulchra, & quæ poſſit parodias multas parere, ſi tempori calamum attemperando, loco *coniugij* vnam ex dictionibus iſtis ſubſtituamus.

Connubij	*militiæ*	*Rhetoricâ*.
Conſilij	*Grammaticâ*	*confugij*.
Iuſtitia.	*naumachiæ*	*conuicij*.
Diffugij	*gymnaſij*	*iudicij*
Litigij	*præſidij*	*ſcrutinij*.
Seruitij	*ſubſidij*	*ſupplicij*. &c.

Quæris, An in hoc verſuum genere aliqua ſit ſyllabarum libertas, an ſemper neceſſariò debeamus conſtare paradigmati? Reſpondeo duas me ideas propoſiturum, vt poſſis eligere, quam velis.

— — —υ υ— | υ— υ— υ
υ υ —υ υ— | υ— υ— υ

Ex his conſtat, debere verſus ſingulos habere vndecim ſyllabas, vnde Hendecaſyllabi ſæpe vocantur: quarū duæ priores Martiali, & aliis ſeueris legum obſeruatoribus ferè ſunt longæ; aliis autem authoribus magnitudinis indeterminatæ. Ergo loco — — poteris ponere υ υ, aut υ—, aut —υ; vel, vt vulgus loquitur, loco primi ſpondêi poteris ponere Pyrrichium, Iambum, aut Trochæū.

NOTA.

De alio Metro.

☞ LXXIV.

PHalæcium, vel vt Gerardus Ioannes Voſſius *de veterum Poetarum temporibus lib.* 1. contendit, Philicium, & vt Marius Plotius *in arte Poetica col.* 2655. Philicum, carmen eſt, quod à Philico inuentum multi viri docti putarunt. Fundat hanc opinionem & numeros exponit hæc periodus.

Καινόγραφῆς | συνθέσεως |
τοῦ Φιλίκου | γράμματικοί |
δῶρα φέρω | πρὸς ὑμᾶς |

Fortunatianus *in Arte cap.*6. ſic inſit: *Phalecius verſus ex duplici pede conſtat, quem Bacchium Muſici, Choriambium Grammatici vocant. Habet longam & duas breues. & longam. Hoc autem Phalecius conſcripſit hymnos Cereri & Libero tali gene e metri, quod ſcilicet eſt.*

-υυ- | -υυ | -υυ- | -υυ- | -υυ- | υ-- |.

& Deorum conuenire venerationi credidit.

Se hoc metrum inueniſſe iactabat Philicus: at eius arrogantiam retundit eo Hephæſtion, quod eodem metro vſus antea fuerit Simmias Rhodius

in

in Securi, & in Alis. Verſus ipſos videre poteris apud Gerardum Ioann. Voſſium citatum.

Cæterùm non mihi videtur magna eſſe contentionis occaſio: nam menſuræ diſplicent, & miror ita placuiſſe Philico, vt tota hac metro Poëmata ſcripſiſſe dicatur. Sequentia Latina conſidera.

Stella maris, Virgo potens.
Empyrei candida lux,
Sancta faue Maria.
Quæ miſeris Virgo ſoles
In tenebris ſemper opem.
Ferre, faue Maria.

Poſſent hæc metra ornari aliqua conſonantia, ne tam dura & inconcinna viderentur. Iſta ſint loco exempli.


Aſtra tenent Cælicolæ,
Aſtra vident Terricolæ,
Aſtra canunt Poetæ,
Iuppiter eſt calipotens.
Mars ferus eſt bellipotens.
Suntque boni Planetæ,
Suntque mali Cometæ.

ARTICVLVS XIV.

De Carmine Trochaico.

☞ LXXV.

Vacemus adhuc in proportione ſeſqui alterâ, at mutatâ menſurâ longam breui præponimus, qui hucuſque contra breuem longam præpoſueramus. Sic non ſolent cantare noſtri Muſici, qui vulgò in theſi ſyſtolen, & diaſtolen in arſi collocant. Conſidera notas ſequentes.



Poſſet reduci ad Iambicum, & habere contractionem in theſi & dilationem in arſi, ſi à pausâ incipiat; vt



Trochaici hi verſus (quod de Iambicis iam dictum eſt) ſunt vel Monometri, vel Dimetri, vel etiam aliquando Tetrametri: quod ſequentibus apicibus dilucidamus.

Monometer | ϖυ —υ |
Dimeter | ϖυ ϖυ | ϖυ —υ |
Trimeter ϖυ ϖυ | ϖυ ϖυ | ϖυ —υ |


Vltimus cuiuſcumque verſus pes latitudinem nullam admittit: alias in Trimetris ſecundus pes, in Tetrametris ſecundus, & quartus duorum eſſe Temporum poterit: & vbique prima pedis Trochæi diuoli poterit in duas breues, ſingula metra eſſe hæc ſolent.

| ϖυ — — |
| ϖυ —υυ |
| ϖυ υυ— |

quæ cùm maiores ſint, quam deberent æqualitatem tollunt, & ametriam indecentem inducunt; quam tolerarem, ſi conſtans eſſet; at ex triplâ ad quadruplam inconſtanter excurrere non patitur nec probat methodus, quæ regularis eſſe deſiderat. Interim proponere placet hanc ideam,

D C B A
| ϖυ — — | ϖυ — — | ϖυ — — |
— —υυ —υυ
υυ— υυ—


in quâ ſingula metra ſunt æqualia; tantum enim eſt ED, quantum DC. &c. in quâ pedes, qui in loco impari ponuntur, ad illos, qui in pari, habent proportionem vt 3. ad 4. quam aliqui ſeſquiquartam appellant: in quâ BA eſt verſus Trochaicus monometer) CA dimeter: DA trimeter: & EA (ſi volueris, tetrameter. Vel vtendo characteribus Muſicis.



Sed hic erit mixtus ex Lyrico & Epico.

Ex Senario Trochaico naſcitur Quaternarius, Ternarius, intermediuſque, quem aut Ternarium abundantem, aut Quaternarium deficientem appelles. Conſidera notas ſequentes.


Senarius Trochaicus.




Quaternarius.



Intermedius.



Ternarius.



Ternarius Trochaicus (vt ab hoc vltimo incipiam) tribus conſtat Trochæis, & correſpondet Ternario Iambico, qui tribus componitur Iambis. Hymnus *Aue Maris ſtella*, huic pertinet: nam habet aliquos verſus Iambicos, aliquos Trochai-

cos, & alios ex pedum mixtione reſultantes, & alios tandem ſpondaicos. Si impurus ſit, in primo, aut ſecundo loco admittit ſpondeum: aut etiam aliquando Pyrrichium. Maioris eruditionis gratia totum Hymnum conſideremus, & iudicemus.

Aue maris ſtella	Scazon.
Dei mater alma	Mixtus.
Atque ſemper virgo	Troch. imp.
Felix cæli porta:	Spondaicus.
Sumens illud Aue	Iamb. imp.
Gabrielis ore	Troch. pur.
Funda nos in pace	Spondaicus.
Mutans Euæ nomen.	Spondaicus.
Solue vincla reis,	Mixtus.
Profer lumen cæcis,	Spondaicus.
Mala noſtra pelle,	Troch. imp.
Bona cuncta poſce.	Troch. imp.
Monſtra te eſſe matrem,	Troch. imp.
Sumat per te preces	Iamb. imp.
Qui pro nobis natus	Spondaicus.
Tulit eſſe tuus.	Mixtus.
Virgo ſingularis	Troch. pur.
Inter omnes mitis	Troch. imp.
Nos culpis ſolutos	Troch. imp.
Mites fac & caſtos.	Spondaicus.
Vitam præſta puram	Spondaicus.
Iter para tutum,	Scazon.
Vt videntes Ieſum	Troch. imp.
Semper collætemur.	Spondaicus.
Sit laus Deo Patri,	Iamb. imp:
Summo Chriſto decus,	Iamb. imp.
Spiritui ſancto:	Mixtus.
Tribus honor vnus.	Troch. imp.

Quaternarii & intermedii habemus exemplum in Hymnis *Pange lingua*: in quibus licet ſint aliquæ ſyllabæ, quæ exorbitant, nihilominus verſus impares omnes ſunt Quaternarij Trochaici, & pares Intermedij: hoc eſt, vltima carentes ſyllaba. Vnam aut alteram ſtropham contemplemur.

Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium
Sanguiniſque pretioſi
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

Primus verſus eſt quaternarius Trochaicus purus, cui eſſe deberent ſimiles quotquot in impari loco ponuntur. Secundus eſt impurus & defectiuus; illud, quia in ſecunda regione habet ſpondeum cum deberet Trochæum: hoc, quia caret vna ſyllaba in fine. [Primum Texto *Alcmanium acatalecticum*, ſecundum *Euripidium catalecticum* nominat.] Huic Hymno eſt ſimilis

Pange lingua glorioſi
Prælium certaminis,
Et ſuper Crucis trophæo
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor Orbis
Immolatus vicerit. &c.

qui videtur accuratiùs ſcriptus, ſunt enim primus verſus tertius quintuſque Trochaici puri, & cæteri huic ideæ [— ᴗ — — — ᴗ —] correſpondent.

ARTICVLVS XX.

De Carmine Sapphico.

☞ LXXVI.

EST ſuauiſsimum & frequentiſsimum: & hodie apud omnes in pretio: nam præter Heroica, Elegiaca, & Sapphica vix Metra condimus. Suos habet determinatos numeros. Idea eius eſt hęc.

| — ᴗ — — — | ᴗᴗ — ᴗ — ᴗ |.

vt, ſi quis diceret.

Phœbus auratis citharis canorus
Magna Alexandri moduletur acta,
Monte quæ excelſo celebrant Sabei:
Acta quæ ſeptem celebrant Triones. &c.

ſolet quarto quoquo loco verſus Adonicus interſeri, vt melior concentus reddatur. Pono exemplum ex Sanderio ad Albertum.

PRima deuotum tibi plaudet hymnum
Muſa vocali cytharâ, piaſque
Concinet laudes, meritoſque dicet
Phœbus honores.
Belgicæ tutor dominuſque Nymphæ,
Certa magnorum ſoboles Deorum,
Cæſarum germen, decus Auſtriorum
Nobile Regum.
Sola fœlicis populi voluptas;
Cura ſeruati columenque Pindi:
Huc ades vultu facili, tuumque
Reſpice vatem.
Dum tibi ſanctæ modulis Thaliæ
Accinis lætum melos, & ſonoro
Barbito ludens numerat beata
Munera Dexteræ.
Quæque per noſtram benefacta gentem
Sparſa, dum longos patriæ tumultus
Vincis, & ſolers reparas quietis
Otia terris.
Has tua dicam pietatis artes,
Quas ad ignotum properauit orbem
Impius mauors, gelidumque tandem
Fugit ad Iſtrum.
Hauſit inſontes ſatis ille venas,
Inclytas arces ſatis ille putrem
Strauit in terram, ſatis immerentes
Perdidit vrbes.
Hunc modo latis equitare campis
Sarmata & triſtes glomerare turmas
Spectat inſano veteres minantem
Murmure clades.
Sancta pax latos agitans triumphos
Scandit auratum generoſa currum:
Lucidum ſpargens iubar & ſereni
Sidera vultus
Cognitas cælo reuocat ſorores,
Lætus Aſtræâ comitante candor
Deſerit fauſtos ſuperum penates
Regnaque Diuum.
Ponderat inſtam Themis æqua lancem
Incubans dias pietas ad aras,
Fœda non vllo ſimulacra fumo
Ditat & ædes.

Sæua quas olim rabies furorque
Dirus immani violauit auſu;
Dum ferox ſacras rapuit latronum
Dextera gazas.
Currit haud ſueti metuens pericli
Et ſolo multus graditur viator,
Explicat lætus ſua velo tuto
Nauita ponto.
Stipat aggeſtos Ceres alma culmos
Pampinus multo rediens Iaccho
Ornat; & ditem redimit ſuperbâ
Fronde colonum
Omne pomorum genus omne frugum
Fertiles terras beat: vberique
Appluens cælo reparat benignum
Copia cornu.
Quale Saturno dominante regnum
Fulſit humano generi priuſquam
Ære ſecurum ferus inquinaret
Iuppiter orbem,
Tale per noſtras radiare terras
Incipit, magni ſtudijs & acri
Principis curâ vigili ſuæque
Gentis amore.
Quem diu vt ſerues pater, & beatum
O ſalus Belgi populum potenti
Dexterâ ducens tueare, longo
Canus ab æuo.
Plebe cum ſanctâ feriet tenellam
Victimam vates: oneranſque votis
Supplices aras referens frequentem
Canus ab æuo.

Syllabæ omnes ſunt neceſſariæ, nec datur vlla alterandi libertas. Tetraſticha debent formari hoc modo.


—υ——— | υυ—υ—υ
—υ——— | υυ—υ—υ
—υ——— | υυ—υ—υ
— υυ—υ

A Poëticâ nobiliſſimâ Sappho noment traxit, & ſemper [N.B.] poſt quintam ſyllabam eſſe debet cæſura. Et hic obiter poſſet dubitare aliquis, An carmen hoc Sapphicum ad Epica, an vero ad Lyrica debeat reducere? Et, vt ego teneo, ſi rigorosè reſpondere velimus, ad neutra. nec enim duplâ, nec ſeſquialterâ proportione. Oritur ab Hexemetro, vt conſpicis.

Verſus Hexameter.



Sapphicus.



Adfirmat hoc verſuum cõſequentium connexio
Regnat in Euboicis populis aliquando Tyrannis.
*Regnat * Euboicis populis * * * * Tyrannis.*
Stat igitur Sapphicum ab Hexametro oriri.

ARTICVLVS XXI.

De Horatij verſibus.

INgenio magno polluit, Horatius Flaccus, & vario carminum genere compoſuit Odas, quæ cum voluptate leguntur. Ideas ſingularum exponam.

☞ LXXVII.

| ———υυ— | —υυ—υυ |
| ———υυ— | —υυ—υυ |

Verſus hi ſunt Pentametri catalectici: & Aſclepiadei à nomine Authoris vocantur: in illis vt ſuperiùs monui, poſt ſextam ſyllabam debet eſſe cæſura: quia huius diuiſionis abſentia dura reddit carmina. Horatius Oda I. ſic ait.

Mæcenas atauis edite Regibus,
O & præſidium & dulce decus meum
Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat: &c.

Hoc carminum genus, tametſi pulchrum, rariùs in Horatio reperias: huc tamen reuocari debet Oda xxx. libri iij. & Oda viij. libr. iv.

☞ LXXVIII.

—υ———	υυ—υ—υ
—υ———	υυ—υ—υ
—υ———	υυ—υ—υ
— υυ—υ

Sunt verſus Sapphici, quibus vtitur Odâ ij. dum inquit.

Iam ſatis terris niuis atque diræ
Grandinis miſit Pater & rubente
Dexterâ ſacras iaculatus arces
Terruit vrbem.

Hoc eodem metro concinnata fuit Oda x. xij. xx. xxij. xxiv. xxx. xxxij. xxxiij. & lib. ij. Oda ij. iv. vi. viij. x. xvi. & libr. iij. Oda viij. xi. xiv. xviij. xx. xxij. xxvij. & libr. iv. Oda ij. vi. & xi. & tandem Carmen ſæculare.

☞ LXXIX.

———υυ—υυ |
———υυ—υυ—υυ |

Ad hanc ideam conformatur Oda iij. quæ incipit.

Sic te Diua potens Cypri
Sic fratres Helenæ lucida ſydera
Ventorumque regat Pater
Obſtrictis alijs præter Iapiga. &c.

necnon etiam Oda xiij. xix. xxxvi. & libri iij. Oda ix. xv. xix. xxiv. xxiij. & libri iv. Oda j. & iij.

☞ LXXX.

| —υυ—υυ— | ——υυ—υ—υ—υ |
| υ—υ——— υ—υ—υ |.

Hæc Oda quarta ſpectat: nimirum.

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni:
Trahuntque ſiccas machinâ carinas,
Ac neque iam ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni;
Nec prata canis albicant pruinis. &c.

Parum hæc carminis idea debet Authori ſuo non enim aliam inuenio Oden, quæ huius artificio cohereat.

☞ LXXXI.

— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪∪
— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪∪
— — — ∪∪ — —
— — — ∪∪ — ∪∪

Huc pertinet Oda v. quæ incipit.

Quis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha ſub antro
Cui flauam religas comam.

Hos apices conſeruat lib. 1. Oda xiv. xxi. xxiij. & & lib. ij. Oda xiii. & lib. iv. Oda xiij.

☞ LXXXII.

— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪∪
— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪∪
— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪∪
— — — ∪∪ — ∪∪

Non multum diſtat à præcedenti: & legem dat Odæ vi. videlicet.

Scribêris Vario fortis & hoſtium
Victor Mæonij carminis alite
Quam rem cumque ferox nauibus, aut equis
Miles te duce geſſerit.

Ode vndecima & octaua-decima ſeruant primi verſus menſuram. Eſt tamen huic Odæ ſimilis lib. j. Oda xv. xxxiij. & lib. ij Oda xij. xiv. & lib. iij. Oda v. vij. x. xvi.

☞ LXXXIII.

— — — ∪∪ — — — ∪∪ — ∪∪ — —
— ∪∪ — ∪∪ — ∪∪ — —

His numeris reſpondet Oda vij. cuius ſunt priora diſticha.

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenem
Aut Epheſum, bimariſque Corinthi
Mœnia: vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos.
Inſignes, aut Theſſala Tempe.

Huius carminis quantitatem obſeruat lib. j. Oda xxviij. & Epod. xij. [Prior verſus ad Hexametrum, poſterior ad Tetrametrum Epicum reduci poteſt.]

☞ LXXXIV.

— ∪∪ — ∪ — —
— ∪ — — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪ — —

Ad hos apices conformata eſt Oda viij. cuius initium eſt:

Lydia dic, per omnes
Te Deos oro, Sybarim cur properes amando
Perdere, cur apricum
Oderit campum patiens, pulueris atque ſolis.

Pauperrima eſt hæc idea apud Horatium, nihil enim præter hanc Odam, quod ipſi correſpondeat, inuenio.

☞ LXXXV.

∪ — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
∪ — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

Hanc ideam tenet Oda ix. quæ incipit.

Vides vt alta ſtet niue candidum
Soracte: nec iam ſuſtineant onus
Syluæ laborantes: geluque
Flumina conſtiterint acuto.

Hoc carmen per antonomaſiam dicitur Horatianum, ita enim arriſit Horatio, vt frequentiſſimè illo vſus fuerit. Ad hos numeros conformauit libri j. Oden xvi. xvij. xxiv. xxvi. xxvij. xxix. xxxi. xxxiv. xxxv. xxxvij. & libri ij. Oden j. iij. v. vij. ix. xi. xiij. xv. xvij. xix. xx. & libr. iii. Oden j. ij. iij. iv. vi. ix. xxi. xxiij. xxvi. xxix. & libri iv. Oden iv. ix. xiv. xvi.

☞ LXXXVI.

— ∪ — ∪ — ∪ —
∪ — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ — ∪

Huius numeri non reperitur vllum carmen in libro Odarum primo: at in ſecundo Ode xviij. hoc eſt artificio concinnata.

Non ebur, neque aureum
Meâ renîdet in domo lacunar
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltimâ reciſas
Africâ. &c.

☞ LXXXVII

∪∪ — — ∪∪ — — ∪∪ — —
∪∪ — — ∪∪ — — ∪∪ — —
∪∪ — — ∪∪ — — ∪∪ — — ∪∪ — —

His cooptatur apicibus Ode xij. libri iij. cuius initium eſt.

Miſerarum eſt, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lauere, aut ex-
animari metuentes patruæ verbera linguæ.
Tibi qualum Cytheræa puer ales,
Tibi telas operoſæque Mineruæ
Studium aufert, Neobule, Lipari nitor Hebri.

☞ LXXXVIII

— — — ∪∪ — ∪∪ — — — ∪∪ — |
— ∪∪ — ∪∪ —

Hoc metro Horatius vtitur libri quarti ſeptimâ, dum concinit.

Diffugere niues redeunt iam gramina campis
Arboribuſque comæ.
Mutat terra vices, & decreſcentia ripas
Flumina prætereunt.

Primus verſus eſt Hexameter: & ſecundus eſt media pars Pentametri; cui, ſi penthemimerim addideris, habebis diſtichos elegiacos. Pono exemplum.

Diffugêre niues, redeunt iam gramina campis,
Et flores pratis, arboribuſque comæ.
Mutat terra vices. & decreſcentia ripas
Quas prius vndarat, flumina prætereunt.

☞ LXXXIX.

∪ — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ —
∪ — ∪ — ∪ — ∪ —

Sunt Iambici: prior trimeter, poſterior dimeter: & Epodo j. correſpondent: videlicet.

Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula:
Paratus omne Cæſaris periculum
Subire Mæcenas tuum.

Huic

Huic etiam metro correſpondent Epodus ij. iij. iv. v. vi. vij. viij. ix. x.

☞ XC.

⏓— ⏑— ⏓— ⏑— ⏓— ⏑—
—⏑⏑ —⏑⏑—
⏓— ⏑— ⏓— ⏑—

Primus verſus Trimeter Iambicus: tertius Dimeter iambicus: ſecundus eſt Pentametri elegiaci poſterior pars: & hæc triſticha Epodo xi. reſpondent.

Petti, nihil me, ſicut anteà iuuat.
Scribere verſiculos
Amore percuſſum graui:

☞ XCI.

—⏕ —⏕ — | ⏕—⏕ —⏑⏑ ——
⏓— ⏑— ⏓— ⏑—
—⏑⏑ —⏑⏑ —

Primus eſt Hexameter heroicus, ſecundus eſt Dimeter Iambicus: tertius eſt media pars Pentametri. Horatius Epod. xiii. ſic habet.

Horrida tempeſtas cælum contraxit, & imbres
Niueſque deducunt Iouem.
Nunc mare nunc ſylüæ.

Quid ſi verſus vltimus ſit Spondiacus? Vide n.6.

☞ XCII.

—⏕ —⏕ —⏕ —⏕ —⏑⏑ ——
⏓— ⏑— ⏑— ⏑— ⏑— ⏑—

Epodo ſexto-decimo diſticha pulcherrima conficit ex Heroico & Senario Iambico puro: ait enim.

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas
Suis & ipſa Roma viribus ruit
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi
Minacis aut Hetruſca Porſenæ manus. &c.

☞ XCIII.

—⏕ —⏕ —⏕ —⏕— ⏑⏑ ——

Idea eſt Hexametri Heroici, ad quam ſuas Satyras, imò & Epiſtolas elimauit Horatius.

Nota.

IN tantâ varietate carminum calamus Horatianus luxuriat: at auris non approbat omnia, ea enim præcipuè reijcit, quæ æqualitatem ſyllabarum non ſeruant. Hodie ferè negliguntur Lyrica: omnes enim frequenter vtimur Heroicis & Elegiacis: interdum Sapphicis: aliquando Iambicis: rarò vel nunquam cæteris.

ARTICVLVS XXII.
De Hebraicis verſibus.

☞ XCIV.

HEbræi vocales ſuas in breues & longas diuidunt: Sed ipſi, vbi ad Metricam ventum, breues ſyllabas iubent vocari longas, ita vt inter longas breueſque nullam differentiam inueniant; & ſcheuam & ſcheuatos apices, breues appellant: & & illis ſuos verſus componunt.

Hebræorum antiquorum Metricam fruſtrà quærimus; vix enim colligi ex ſacro textu poteſt, qua ſunt arte aut lege Pſalmi, aut alij verſus concinnati: & hanc ob rem Hebræi Iuniores, ne omninò metris deſtituerentur, octodecim hæc Carminum genera adinuenerunt.

1 ⏑— ————
2 ⏑— ———— ⏑———
3 ⏑— —— ⏑— ——⏑—
4 ⏑— —— ⏑— ——
5 ⏑——⏑——— ⏑—— ⏑———
6 ⏑— ⏑—— ⏑—— ⏑——
7 ——⏑—— ⏑——
8 —— ⏑— ——— ⏑———
9 —— ⏑— ———⏑— ——
10 —— ⏑— ——⏑— ———
11 —— ⏑— ——⏑— ——⏑—
12 —— ⏑—— ⏑——
13 —— ⏑—— ——⏑— ——
14 —— ⏑— ——⏑——— ⏑—
15 —— ⏑— ————
16 —— ⏑—— ⏑—
17 ——⏑ ——— ⏑— ———
18 —⏑— —⏑— —⏑— —⏑—

Poſſet aliquis Latinus aut Græcus hos obſeruare numeros, & iuxta eos carmina concinnare. Mihi non libet eſſe otioſo, & ideò metra hæc alijs exprimenda relinquens, ad vtiliora tranſeo.

ARTICVLVS XXIII.
De Hyporchemate.

☞ XCV.

CArmen eſt, quod nullam ſyllabam longam admittit: & quidem difficillimum & operoſiſſimum. Ioannes Alſtedius *Encyclopadia lib.* 10. *ſect.* 4. *cap.* 5. §. 28. *pag.* 554. hoc exemplũ producit.

Iulij Cæſaris Scaligeri Hyporchema
Baccho, Sileno, Pani, Gratijs, Cupidini, Cybelæ
Veneri, Heræ, Nemeſi.

Bene citus ego pede celere magis ago numeros
Abeòque Venere duce ſuper alia loca volitans
Me humero Amor ibi gerit: obit inibi nitida Charis.
Age fretigena dea, deus age puer, vbi feror?
Prius agilis anima mea, modò pauitat: aliâs
Cata refugere voluit: adeò ſtupida metuit.
Sine mihi quæ habeo vetera: noua nihil ego moror.
Dubia mala nimis auidus oculus opera bibit
Video quid? an adit ea iuga Satyrica fera vis?
Tenuia folia, thyaſitega, facifera quatit
Vetulus humiliter alibi ſedet homulus aſino.
Stata creperipeda ciet alia tripudia cohors.
Furor, odia mera, calida, tumida, rapida fuga.
Laticis hic opicus onere madidus. At at etiam
Grauia gladia gemina, abi, abi, aliò age tua flagra.
Colubri gerula Furia capita rotat vbi vlulat.
Maria Zephyri frema ſonus etiam & etiam acuit.
Viduum operit, abolet oculitega tenebra polum.
Capra, lepus, equus, ouis, aquila, leo, lupus, aries.
Latibulicola pecora frutice latera ſinuant.
Strepit ibi caua ſpecula, viridia nemora fremunt.

☞ *Sacra neque ſat abolita repetere loca pedum;*
Facilis vbi memoria ſtatuit initia animi,
Memoria tremida fluida: beneficia pereunt,
Vacua rota velut. Ea paribus habita radijs
Spatia premit alia, & alia, ſinibus vbi agitur.
Ruit ita cor alacre, validaque nouaque rabies.
Quis erit ad ea bonus, & ad ea quis erit habilis?
Ades hedera nemori vaga, pete, rape, quate, trahe.
Reſiliat age crepitus, aderit ibi latro minax.
Specua ſopor vbi liquidus animi hebetat obiens.
Quid ero? gelida mora negat hilariùs ea dare.
Vtinam habeam aliquid, inopia quò abeat aliò abhinc.
Labor inerit in oneribus: onera grauia igitur erunt.
Ita honor adigit ea facere, quibus anima ſapit.
Fatuus hiat honor, onus vbi placida bona premit.
Celebris habitat apud olida pecua ſtoliditas,
Facilior vt opera dabitur ab homine nihili.
Trahere iubet animus auidus in apicibus iter,
Vocat aliud opus in agilibus opere frui.
Ea blatero, ſibi ita loquitur; vt inhiat opibus.
Date, dabitur: habe, habeo: fero, fer: vt ago, ita tu agas.
Minima religio eſt opinora capita populi:
Vitrea, venus, & amor here, Hera bona, Nemeſis.

Pelagidonæ Nomie, Barybromie, femorigena,
Pater Eiae, Cybela Phrygia domina, date locum,
Rapior. Animula miſeranda properiter abyt.

Chriſtiani Bechmanni
Hyporchema.
Ad Chriſtianum II. Ducem Saxoniæ.

Sacra age religio
Themis age celebris
Medicàque vegeta
Sophiaque nitida;
Noua capite ioca;
Noua canite mele;
Noua facite metra.
Hilaria noua ſint;
Citharàque tubàque.
Lepidàque chelys. &
Alia bene ſonent.
Quia dominus adeſt
Facilis & alacris,
Pia bonaque iuuans,
Patriæ, amor, & honor,
Faculaque Ducum adeſt.

Beneficia ab eo
Studia ſacra ferunt,
Studiaque Themidos;
Studiaque Medicæ
Studiaque Sophiæ
Beneficia ab eo
Paria ſibi ferunt.

Igitur ea litene
Pariter age preces
Duce Triade vale,
Duce Triade vige,
Duce Triade bibe
Diu anime patriæ.
Quaſique Ducum oculo.

MVSA III. DIMETRICA.

XCVI

EST ingenioſa & rara hæc Methodus: & ita verba coordinat componitque, vt vnâ & eâdem vocum ſerie duo metra differentia componat. Fateor eſſe difficilè: ſed difficultas pulchritudinem carminum, ſi benè cõformentur, non tollit. Multa quidẽ in ſchedis meis inuenio: pauca exſcribo.

Pentametro-Iambici: ſic nominare placuit verſus, qui ſimul ſint Pentametri Elegiaci & Senarij Iambici: qualis eſt ſubſequens.

Voluit Amor pharetras (nigra Meliſſa) nouas.

Ecce habes ab oculos Pentametrum Elegiacum, & Senarium Iambicum. Pentametrum,

||*Vŏlŭĭt ă|mōr phără|trās||nīgră Mĕ|līſsā nŏ|vās.*||

Senarium Iambicum.

||*Vŏlŭĭt |ămŏr|phărĕtrās|nĭgrā Mĕ|līſsā nŏ|vās.*||

Prima vox, ſi ſecundum V ſit conſonans, eſt trochæa; ſi vocale, tribrachia. *Meliſſa*, (Græcè *μέλισσα apis*) nomen eſt Reginæ Peguenſis in India: & ſi ſequamur leges Græcas haber vltimam longam; &, ſi Latinas, breuem. Idea huius Dimetri hæc eſt.

—o υ — ☋ — o υ υ — o υ υ.

Huic reſpondent hæ lineæ.

Quando iubet Princeps patris honoro dapes.
Virgo fave miſeris, patria quando ruit.
Edo, ſed in tabulis, metra reformo priùs.
Dono, peto; tacco, replico; ſurgo: cado:
Crebrò Ducis ſurgit fabrica, crebrò cadit, &c.

Artem Dimetricam apud nullum Authorem Græcum Latinum-ve lego. Apud Hebræos vmbras etiam hodie reperio huius artis. Librum Salomon ſcripſit, & inſcripſit שיר השירים *Schir haſcirâim*: hoc eſt *Metrum Dimetricum*. Vertunt nonnulli cum Marco Marino Brixiano in ſuâ Arcâ Nohæ, *Canticum optimum*, *Hymum excellentiſſimum*: ſed non benè; quoniam rigorem non attingunt. Vulgatus optime, *Canticum Canticorum*: ſed, quia Latina lingua non habet numeros duales, exprimere rigorem non potuit. Potuit Græcus interpres, ſed non præſtitit:

Hexametro Spphici.

☞ XCVII.

POterimus conrfomare etiam alios, qui ſimul ſint Hexametri, Heroici, & Saphici. Methodum & artem ſubſcribo.

— o — — — | υ υ — o — υ | * υ |
— — — | o υ — | o — — | — υ | o — — |
† — o — — | — o — — o | υ o — |
o — — | — o | — — — | o υ υ | * — |

* Significat υ — quæ tranſire in — poſsint: vt deinde * υ: eſt enim vel υ — υ triſyllabum. vel — υ diſſyllabum. Ita *Ianus*, *Iulus*, &c. † ſignificat duas breues quæ in longam tranſire poſſunt vt *mihi*, quod poteſt tranſire in *mi*. Habenda eſt conſonantium finalium ratio,

ne per

ne per ſequentes literas ſynalœpha aut poſitio metri quantitatem perturbet. Pono exemplum.

Quando Romanos celebrabo? Carmen Ianus
Inſpiret, calamos profundat: namque Gradiuus
Mi crebrò dixit. Laudo, propugno, celèbro,
Propago, formo, confirmo, reſſero deinde
Laudibus orno. &c.

Hexametra ſunt: & poterunt in Sapphica ſequentia conuerti.

Quando Romanos celebrabo? Carmen
Ianus inſpirèt, calamos profundat.
Namque Gradiuus mihi crèbro, dixit
Laudo, pugno, celebro, propago.
Formo, confirmo, rèfero, deinde.
Laudibus orno. &c.

Laborамus vocum ſummâ penuriâ, & ideo vix poſſumus aliter, quàm calamo libero exempla difficillima condere.

Alius modus.
XCVIII.

MInùs eſt difficilis, tametſi difficultate non careat: illum ad apices iſtos reduco.

| — o — — — | uu — o — u [u — —]
| — o — — — | uu — o — u [u — —]
| — o — — — | uu — o — u [u — —]
| — uu — u [u — | — — — — uu — —]

quos ſequuntur hæc verba.

Quando Pompey pia laudo geſta: potentis
Luſtro cùm lauros: ſacra firmo ſerta Senatûs;
Qui propagando, celebrando, teque fouendo
Auxit amando decus celebrabo carmine nomẽ.

Si literas curſiuas omiſsis cæteris, legeris, intercurrent hi numeri:

— u — — — uu — u — u
— u — — — uu — u — u
— u — — — uu — u — u
— uu — u

& in ipſis hi verſus

Quando Pompey pia laudo geſta.
Luſtro cùm lauros, ſacra firmo ſerta,
Quj propagando, celebrando, teque
Auxit amando.

Si autem rotundos illos characteres, quos Romanos veteres dicimus, inter legas, reperias hanc ideam.

u — — u — — u — — u —
u u — — — uu — —

cui correſpondent iſtæ voces

Potentis Senatus fovendo decus,
Celebrabo carmine nomen.

Alius modus.

DEdimus Pentametro-Senarios ſub initium: eoſdem iterum, ſed alio modo, damus: eſt enim noſtra Muſa vberrima, & multis vijs eiſdem numeris & apicibus ſeruire poteſt. Conſidera lineas ſequentes.

| o u u o u u — | o u o — o u u |*Comm.*
| u u u | u u u | — — | u | — — | u — |*Senar.*
| — uu | — uu | — | — uu | — u | — |*Pent.*

Prima complectitur characteres communes, & indifferentes, qui ſi ſecundæ lineæ reſpondere dicantur (poſſunt enim) dabunt ſenarium Iambicum: &, ſi tertiæ, Pentametrum, Apices reduco ad hæc verba.

Reflua Thetis onat: patria lingua canit.

quæ, ſi velis eſſe Iambica, debebis hoc modo menſurare & ſcribere.

| *Rĕflŭă* | *Thĕtĭs ŏ*|*vāt pā̆trĭâ* | *līnguâ* | *cănīt* |

ſi autem eadem velis ad Pentametri perfectionem reducere, debebis, diſpungere, & diuidere ſic.

| *Rēflŭă* | *Thĕtĭs ŏ*|*vāt* | *pātrĭâ* | *līnguă că*|*nīt.* |

NOTA I.
De Fugâ Metricâ.
IC.

ARmoniam illam, in qua vna vox alteram ſequitur per eaſdem notas, hodie Muſici *Fugam* appellant. & eorumdem exemplo fugas etiam Metricas poterimus transferre ad Parnaſſum. Conſidera ſequentes apices.

(S)
o — —	— —	— — —	— o	o — u
— —	— —	—	—	— —	— o	— —
— —	— —	—	—	— —	— u u	— —

Prima linea ab oculos ponit ideam, quam debent obſeruare voces, vt vel incipiendo ab initio, vel ſigno S (fugæ eſt nota communis) retineat menſuram eamdem; quod ipſum linea ſecunda & tertia manifeſtant: nam linea ſecunda dat menſuram verſuum, qui in Diagrammate ſcripti: tertia autem verſuum, qui ex fuga reſultant. Ad hos numeros aliquas dictiones coordino. Sic inquam

(S)
SAnctorum Empyreas dotes proponere cūrō.
Prōpāgō Petri virtutes: laudŏ dīcōque
Rēcluſam Pauli doctrinam. Quaesŏ, sŭpremus
Athletes cælum det nobis Virgŏ Mărīă. &c.

Quæ lineæ, etiam ſi incipiamus à (S) fugæ notâ, erunt Hexametræ, & numeros Heroicos reddent. Veritatem perielitor.

Empyreas dotes proponere cūrŏ. Prōpāgō
Petri virtutes: laudō dīcōquē rĕclūsām
Pauli doctrinam: Quaesō, sŭprēmŭs Athletes
Cælum det nobis Vīrgō Mārĭă o — — |.

C

CVm arctâ obſidione D. Franciſcus de Mello Baſſæam premeret, ſuperuenit D. Comes Arcurius, & rem deſperatam indicans receſsit. Fugam hanc, ſi fuga dici debet militaris prudentia, multi Poëtæ verſibus celebrarunt. Hi videntur conducere, vt Metricas fugas dilucidemus.

MELLVS *Venit, vidit, vicit,*
ARCVRIVS *Venit, vidit, fugit.*
Venit famoſus Latijs Arcurius armis;
Venit Baſſæam, venit & ad nihilum

 Vidit

Vidit Baſſæam vallis & milite cinctam :
Territus, inuitus vidit ad inuidiam.
Fugit, vt ille fugam caſſaret, quam intulit olim
Caſſaliæ, caſſans geſtáque & acta fugax.
Trans Alpes fortuna manet ſua Martia, Melli
Hîc venit, vidit, vicit; Io! ter Io!

Non ſine fuga Melos.

Abſqne fugis cātus nō eſt, nec melleus hymnus:
Abſque fugis non dat Muſica grata ſonos.
Melle tibi cupiens victori plaudere Muſa
Captâ Baſſæâ, non licet abſque fugis.
Has Franciſce dedit fugiens Arcurius, ergo
Mellifluo plaudit, cantat & ore Melos.
Magne triumphator viciſti, quem pauet hoſtis,
Ille videri à te, teque videre fugit.

Author eſt Anonymus. Carmina ſunt edita Antuerpiæ apud Martinum Binnart anno 1642.

Fugam ego militarem hac Fugâ Metricâ ad maiorem fugantis gloriam ſcriptâ tetigi. Scripſi ſic.

S

Fulmineo Hiſpani Cæli te carmine cantat
Atlantem armipotens Mauors, te fronde coronat
Athletam inuictum; cuius fortiſſima caſtra
Refracti hoſtiles cunei venerantur; & arma
Regreſſi Arcury celebrant. &c.

Secutus fui Ideam facillimam, quam pono & explico. Verſus ſinguli è duobus hemiſtichiis componuntur, quorum priùs ſcinditur penthemimeri. Prima primi carminis dictio eſſe poterit vel — — vel — ᴗ ᴗ. illa enim reſumi non debet. Cæterorum verſuum prima eſt o — ᴗᴗ; hoc eſt, habet tres ſyllabas, primam ancipitem, ſecundam longam, tertiam cuiuſcumque menſuræ. Secunda dictio debet incipere à vocali & elidere vltimam dictionis præcedentis; eius menſura eſt hęc, — ᴗᴗ —: Hemiſtichium poſterius conficitur more ordinario, poſtulat tamen vt prima illius dictio ſit ᴗᴗ —; & ſyllaba vltima vltimi pedis ſit breuis. Si carmen præcedens deſinit in vocalem, ſequens à conſonante incipiet, & contrà. His poſitis, quid det Fuga videamus.

S

Hiſpani Cæli te carmine cantat Atlantem
Armipotens Mavors, te fronde coronat Athletam
Inuictum; cuius fortiſſima caſtra refracti
Hoſtiles cunei venerantur, & arma regreſſi
Arcurij celebrant. &c.

Hæc iterum carmina includunt fugam; nam incipiendo à voce *Atlantem*, in quâ eſt ſignum S. poſſunt legi.

NOTA II.

De Idemtitate Metricâ.

CI.

AD Dimetricam pertinent Carmina in quibus voces aliquæ communes ſunt. De illis agit Io. Alſtedius Encyclopediæ lib. 10. ſect. 4. c. 5. §. 20. & illa concordantia ſiue ſymphona appellat. Ad Dimetricam illa reduco, quoniam illorum multæ voces pertinent ad duos verſus, vt conſtat ex exemplis ſequentibus.

{Qu | H} os {an | ſan} guis {di | mi} rus {t | ch} riſti {m | d} ulcedine {P | l} avit

Quos anguis dirus triſti mulcedine pauit.
Hos ſanguis mirus Chriſti dulcedine lauit.

{Et canis | Et lupus} in ſylvis {vena | nutri} tur, & omnia {ſeruat. | vaſtat.}

Et canis in ſyluis venatur, & omnia ſeruat.
Et lupus in ſyluis nutritur, & omnia vaſtat.

{Le chien | Le loup.} au bois {va chaſſer | ſe nourrit} tout {gardant. | perdant.}

Le chien au bois va chaſſer tout gardant.
Le loup au bois ſe nourrit tout perdant.

{Nunc bonus | Nunc malus} in mundo {triſtatur | lætatur} & Aſtra {capeſſit. | relinquit.}

Nun bonus in mundo triſtatur, & Aſtra capeſſit.
Nun malus in mundo lætatur, & Aſtra relinquit.

Qui {capit | caret} ambro {ſiam | ſiâ} Chriſti {capit | caret} ille {ſalutem | ſalute}

Qui capit ambroſiam Chriſti capit ille ſalutem,
Qui caret ambroſiâ Chriſti caret ille ſalute.

{Quæ | M} ira Dei {P | fr} atris {propter pec | facies pla} cata {per | red} êmit.

Quæ ira Dei Patris propter peccata perêmit.
Mira Dei fratris facies placata redêmit.

MVSA IV. HYPERMETRICA.

☞ CII.

SVPRA communem Muſarum cothurnum ſunt aliqua genera carminum, in quibus præter pedū & ſyllabarum numerum, etiam literæ & literarum genera numerantur, & conſiderantur. Articulos ſequentes perpende.

Carmen Panagrammaton.

DIcitur παναγράμματον omniliterum, meorum, quod omnes literas Abecedarii complectitur. Eſt tam difficile, vt pauci Poëtę ſe voluerint in eius conformatione fatigare. Hoc quidam Germanus dedit.

Duc Zephyre exſurgens curvum cum flatibus æquor.

Scaliger conſtruxit hoc.

Vix Phlegetum Zephyri quæres modò flabra Micyllo.

Stephano Tabourot excidit hoc, vt ipſe cap. 20. fatetur.

Qui flamboyant guidoit Zephyre ſur ces eaux.

Et quidem in ſingulis his Metris omnes literæ Abecedarij continentur.

Carmen Panalexicon.

☞ CIII.

ILlud in quo omnes partes Orationis incluſæ, παναλεξικὸν vocari poterit, qualia ſunt, quæ ſequuntur.

Πρός δ' ἐμετὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρον.

Ad me continuò licèt ab fera verte precantem.

Αυτὸς ἰὼν λισίην δὲ τὸν σὸν γέρας ὄφρα ἴδης.

Vide Plutarchum in quæſtionibus Platonicis, & alios, qui de hoc argumento ſcripſerunt.

In duobus prioribus verſibus nomen, pronomen, verbum, participium, præpoſitio, adverbium, interiectio, & conjunctio: & in poſteriori articulus etiam invenitur.

Carmen Agrammaton.

☞ CIV.

SVnt literæ quæ facili negotio abeſſe poſſunt, quòd raro ad labium veniant, quales ſunt z & y apud Latinos: Ψ apud Græcos, &c. Vocantur in genere Carmina ἀγράμματα, quibus abeſt aliqua litera Abecedarij. & in ſpecie *Analpha*, in quibus nulla eſt Alpha: *Abeta*, in quibus nulla eſt *Beta*. &c.

Analphos eſt verſus ille Dauidis, *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.*

Aſigmon Hermioneus, Poëta clarus, compoſuit, in quo nulla S. reperitur.

Libellus ille Gallicus, qui inſcribitur, *l. R. abandoné*. præter illam, quæ ponitur in titulo, nullam R habet.

Sicut vnica litera excluditur, poſſunt duæ vel tres, poſſunt plures. Rara exempla ſuccurrunt, ſed nihilominus aliquot dabimus.

Sanː Ioannes Valentini ſupremus Muſicæ Cæſareæ Præfectus, Vir pius & eruditus anno 1647. curioſum, & ingenioſum librum edidit, in quo varia & pulchra carmina legere poteris, & inter alia Hexaſtichum, nullam literam ex nomine LEOPOLDVS continens. Verſibus pręſcripſit hanc Epigraphen.

In feſtiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis ex humilitate ſine his literis L,E,O,P,O,L,D,V,S, *ait Leopoldus Cæſaris Filius, Frater, Patruus.) Verſus ipſos ſubſcribo.*

Gratiâ Nati tantâ
Anima Matri canta;
Carmina canta rara,
Cantica Matri chara:
Amica Magni Nati
In citharâ iam canta Trinitati.

Et in ipſis nullā literam ex nomine LEOPOLDVS inuenio. Sicut has literas proſcripſit, retentis cæteris, ſic potuit cæteras proſcribere, his retētis: & hoc præſtitit In nomine IEHOVA; in hac enim ad Reginā Angelorum Oratione, præter ſex has nominis Diuini literas, nullam leges.

Ave Via, ave: Ave Via: iuva.
Eva ea veho: Veho ea vi.
Aio, Heu, heu!
Aia ai, Iuvo.

Et quidem hæ voces *Ave*, *Eva*, & *væ* maximam habent connexionem. Ab *Evâ* prouênit, vt *væ* generi Humano concepto in peccatis dicatur: à Deiparâ, vt natus ſit Redemptor; vnde Eccleſia in Hymno.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore
Funda nos in pace
Mutans Evæ *nomen.*

Carmen Monoſyllabicum.

☞ CV.

ALiqua Gallica ex meris monoſyllabis compoſita, ponit Stephanus Tabourot cap. 20. Latini, quia non habent tot monoſyllaba, vt poſſint ſuos bene explicare conceptus, ſunt contenti ſi à dictione monoſyllaba incipiant, & in monoſyllabam deſinant. Verbi gratia

Res hominum fragiles alit, & regit atque premit fors,
Fors dubia æternùmque labans quam blanda fouet ſpes,

Spes

Spes nullo finita ævo, cui terminus eſt mors,
Mors avida inferna mergit calligine quam nox,
Nox obitura vicem remeauerit aurea cùm lux,
Lux dono conceſſa Deûm, cui prævius eſt Sol,
Sol cui nec furto Veneris latet armipotens Mars,
Mars nullo de parte Satus, quem Treſſa colit gens,
Gens infrena virum, quibus in ſcelus omne ruit fas,
Fas hominum mactare ſacris ferus iſte loci mos.
Mos ferus audacis populi, quem nulla tenet lex.
Lex naturali, quem condidit imperio ius,
Ius genitum pietate hominum, ius certa Dei mens,
Mens, quæ cæleſti ſenſu rigat emeritum cor.
Cor vegetum, mundi inſtar habens, animæ vigor ac vis;
Vis tamen hæc nulla eſt, verum eſt locus, & nihil res.

Recognoſce attentè hæc carmina, quæ non ſolùm terminantur, ſed & concatenantur monoſyllabis.

Carmen Raporticum.

☞ CVI.

Facilius eſt nouos verſuum modos adinuenire, quam eos pulchro & apto vocabulo denominare. Illos, qui arithmetico ordine conſtant dictione monoſyllabâ, diſſyllabâ, triſyllabâ, pentaſyllabâ. &c. Scaliger. *Raporticos* appellat. Sed cur? Nominis ratio non ſuccurrit, ſed quia aliud melius non habemus, illud retinebimus, vt ab alijs commodè diſtinguamus. Exempla nonnulla ſubſcribamus.

Si cupis ornari virentibus Heliodore. &c.
Dux turmas propriùs conmiixerat auxiliares. &c.
Spes Deus æternæ ſtationis conciliator,
Si caſtis precibus veniales inuigilemus,
His Pater oratus placabilis adſtipulare.

Quod arte & ſtudio faciunt hodie iuniores, caſu interdum èxcidit non cogitantibus. Nam & Virgilius, qui eiuſmodi verſus non volebat condere, dixit,

Ex quibus inſignis pulcherrima Deiopeia.

& Homerus ſimiliter.

Ὦς μάκαρ ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον

Addit & verſus Gallicos Tabourotius non paucos, quos ibi poterit Philomuſus ingenioſus legere.

Vt hæc carmina fiant, duas idéas proponam; vt Lector diligere poſſit, quam velit.

|—|∪∪|— — —|∪∪— —|— ∪∪ — —|
|— — ∪∪|
|—|— —| ∪ ∪ —|∪∪ — —|— ∪∪ — —|
|— — ∪∪|

Sicut [illegible] verſus, quorum dictiones cundo creſ[illegible] poſſunt & ſolent, quæ decreſcant, [illegible]git [illegible] illo,

[illegible]bus vrbicolas opplere cupit Rex.

[illegible] ribo.

[illegible] — ∪∪ —|— — ∪|∪ —|—|
|— — — ∪ — ∪|
|[illegible] — — ∪ — — — —|—|
— — — ∪|∪ — ∪|
[illegible] ∪ — ∪ — — —|— — ∪|∪ —|—|

A[illegible]am verſ[illegible]s, qui ab [illegible]o ad medium creſcant, & hinc iterum ad finem decreſcant.

Tunc meus Europæ generoſus amicus erat Sol.
Et cita feſtinæ Lilybæa phalangis erat Dux.

quos ad hanc idéam poteris conformare.

|—|∪∪|— — —|∪∪— ∪|∪ — ∪|∪ —|—|

Nolui aliquas eliſiones admittere, cùm quia ipſę non augent numerum ſyllabarum, tum quia leges poſitæ perturbarentur.

Dedi verſus Hexametros: cur non etiam Pentametros, aut Sapphycos? numerus ſyllabarum in illis, hunc fluxum non videntur permittere. Tu etiam ſtude, aliquidque noſtris inuentis adde.

N O T A.

IN Rhythmicis & Metricis ius nobis dicunt Veteres, nec eſt, qui leges ab illis præſcriptas temerare præſumat. Et tu Iuniorum religioſam obſeruantiam miratus, an poſſis licitè abire, & à ſeruitute hac durâ liberari, perquiris.

Reſpondeo Rhythmicas cõſonantias, & Metricos excurſus, quæ à Veteribus accepimus, ſelectiſſima eſſe: Iuniores inſiſtere antiquorum veſtigijs, non quia ſic debent, ſed quia ſic volunt Ogdoaſticha Rhythmica Poëtæ ad hanc Ideam concinnant.

A B A B A B CC. (1).

Et quid quæro Poëtæ audaci fieret, qui ad hos apices.

vel	A	B	B	A	A	B	CC.	(2)
vel	A	B	C	A	B	C	DD.	(3)
vel	A	B	C	B	A	C	DD.	(4)
vel	A	B	C	B	C	A	DD.	(5)
vel	A	B	C	C	A	B	DD.	(6)
vel	A	B	C	C	B	A	DD.	(7)

ſua formaret Ogdoaſticha? quid ei, ſi diceret?

Soys hermoſa Cynoſura,
Del Mar proceloſo Eſtrella,
De la Tierra ſuaue Roſa:
De las Gracias la mas pura;
De las Nymphas la mas bella,
Las mas rica y poderoſa;
Y aſi de vueſtra gloria,
Honran nueſtras Eſcuelas la memoria.

Non haberet Veterem, quem ſequeretur: at, quia non inconcinnè modularetur, aure gratâ audiretur, & viam ſterneret, cui poſſent inſiſtere homines ingenioſi. Stat igitur non eſſe illicitum nouas Rhythmicorum Ideas formare.

An & Metrorum? ſibi licere nouos numeros & menſuras ſupponere iudicauit Horatius, apud quem multa carmina legeris, quorum Ideæ veteribus fuerunt inuiſæ. Ergo ſicut illi noua verſuum genera condere licuit, ſic & licebit tibi nouis verſuum generibus Artem ditare. P. Eugenio de S. Ioſepho aſſentior, qui in Caſtro doloris & honoris in Ferdinandi III. Imperatoris funere erecto nouas Ideas verſuum concinnat, quas libuit vocare *arbitrarias*. Illis Ego hanc accenſeo.

|— ∪ —|— ∪∪ —|∪∪ — ∪∪|— ∪|— — —|
|— ∪ —|— ∪∪ —|— ∪ ∪|— ∪|— —|

& ad illam ſequentes periodos elimo.

Occi-

Occidunt Pleiades, naſcuntur & aſtra: ſecreti
Concinunt & Genij carmina; metra Phœbus.
Suſpicit Cœlorum ſupremas Continens arces,
Et vetus Neptunus ſydera celſa Cœli.

Sumus aſſueti aliis pedibus Diſticha ſcandere &, ſic fortè non arridebunt nobis iſti: at verò, ſi ſemel mens aſſueſiat menſuris iſtis, alias exorbitantes iudicabit.

Conſultò, *ſi mens aſſueſiat*, dixi: quoniam vt in Grammaticâ audace demonſtraui, aliquæ (paucæ tamen) ſyllabæ habent quantitatem ad placitum; ſed habent quidem: at cæteræ omnes habent quantitatem ſecundum dici, in his vocibus *Legens*, & *Legans* prima ſyllaba nec breuis nec longa eſt: nec auris inter *lĕ* & *lē* differentiam reperiet: & tamen mens fingit differentiam &, in *Legans* eſſe *le* longam, & in *Legens* eſſe breuem affirmat.

NOTA.

Egimus de Rhythmicâ, & Metricâ, & de Metametricâ ſumus acturi; & multa tractaturi, quæ ſine Matheſeos cognitione nequeãt intelligi: hanc ob rem, vt ex dictis ad dicenda pede libero tranſeas, Philomuſe, ſternet viam ſequens Digreſſio, in quâ proponemus aliqua Mathematicarum operationum compendia, quæ te iuvent, in Carminum multiplicatione.

De Matheſi (Arithmeticâ, & Geometriâ) prout Apollini (Rhythmico, Metrico, Metametrico, &c.) ſeruire poteſt,

DVæ ſunt Matheſeos partes, quæ Metametricæ ancillantur; Arithmetica & Geometrica: illa Diſcretam, hæc autem Continuam Quantitatem ſpeculatur. Prior Rhythmicam, & vtraque ſubcollat Metricam. Rhythmus in numero ſyllabarum conſiſtit: non autem ſyllabas breues à longis diſtinguit, & ideò Arithmeticæ innititur, & à Geometriæ meditatione non dependet. At metrum, vt dixi, vtraque cooperante conformatur. Rem dilucido exemplis.

Rhythmus Decaſyllabus, qui vulgò Italus dicitur, non quod ab Italis inuentus, ſed quod excultus, & pretio habitus ſit, iubetur habere vltimum accentum (acutum, nam lingua non cognoſcit alium) in decimâ ſyllabâ: & vt hunc numerum exhibeat ſufficit Arithmetica. Conſidera ſequentes numeros.

2 4 6 8 10
Conſiſtìa mi remédio en el olvído,
2 4 6 8 10
Mas olvidéme entónces del remédio.

Hos verſus aliqui vocant Hendecaſyllabos, ſed immeritò, non enim petunt ſyllabarum numerum determinatum: nam, ſi oxytoni ſint, habent decem: ſi paroxitoni, vndecim; & ſi proparoxytoni, duodecimi; at accentus vltimus in decimâ ſyllabâ conſtantiſſimus eſt. Fuit ſanè denominationis occaſio, quod plerique omnes verſus ſint proxytoni.

Metrum Sapphicum eſt Hendecaſyllabum, & præter ſyllabarum numerum determinatum, vt tales ſyllabæ ſint longæ, & tales ſint breues, requirit. Lineam ſequentem contemplare.

1 3 5 7 9 11
— ᴗ — — — | ᴗ ᴗ — ᴗ — ᴗ
Lúcifer nobis óritur coruſcus.

Hæc eſt Metrica Linea: non ſolum poſtulat vndecim ſyllabas, ſed iubet, vt in ſecundo, ſexto, ſeptimo, & nono loco breues ſint; in vltimo longa, breuis — ve; & in cæteris longæ. Sanè quia, ſi Zenoni aſſentimur, è Lineis oritur ſuperficies, & ex ſuperficiebus Cubus: ſe inſinuabit in Metametricam Geometria, & concinnabit Metra Triangularia, Quadrangularia, &c. Circularia, &c. Cubica, vt inferius videbimus.

Redeo ad Arithmeticam, cuius præcipua & communiora munia ſunt, Congregare, Subtrahere, Diuidere, & Multiplicare. Et, quia numeros appoſitos ſumma facilitate coniungimus, & difficulter per communes regulas multiplicamus, dabo multiplicandi leges aliquas, quæ in Congregatione numerorum conſiſtant. Voces expono.

Character vltimus dat vnitates, penultimus decades, antepenultimus centurias, quartus à fine millenaria (chiliades) quintus à fine deces millenaria (myriades) ſextus à fine centies millenaria: ſeptimus milliones: tertius decimus milliones-millionum (billiones) vnde-vigeſimus milliones millionum millionum (trilliones) vigeſimus-quintus milliones millionum millionum millionum (quadrilliones) &c.

Repetere mnmerum, eſt illum iterum ſubſcribere: *Promovere*, eſt illum ſubſcribere per vnum locum characteres ſingulos promouendo. *Retrahere*, eſt illum ſubſcribere, per vnum locum characteres ſingulos retrahendo.

A.	B.	C.
1654.	1654.	1654.
1654.	1654.	1654.

Repetitionis habes exemplum in A: Promotionis in B: Retractionis in C. His poſitis ad multiplicationis leges veniamus.

Duplicare eſt facillimum, quia incipiendo à dextera ſiniſtram verſus, ſingulos numeros eſſe bis poſitos ſupponimus; vt, ſi numerus 14256. eſſet duplicandus, diceremus bis 6. ſunt 12: ſcribantur 2. & 1. cum bis 5. dabit 11: ſcribitur 1. & 1. cum bis 2. dabit 5. bis 4. erunt 8. & bis 1. erunt 2.

14256
28512

Quadruplicare eſt bis duplicare, & octuplicare eſt ter duplicare: vnde, ſi ſunt numeri A B C D in proportione duplâ poſiti, reſpectu A. erit B. duplus C. quadruplus; & D. octuplus: & reſpectu B. A ſemiſſis, C duplus, & D. quadruplus: & reſpectu C. erit A quadrans; B. ſemiſſis; D. duplus: & tandem reſpectu D. erit A octans, B quadrans, & C ſemiſſis.

A.	4321
B.	8642
C.	19284
D.	38568

Si triplicare numerum A volueris, iungi A & B. ſi quinduplicare, iunge A & C. ſi ſepteplicare, iunge A & C. ſi nouemplicare, iunge A & D.

vt

Vt per 10. multiplices, adde vnam ciphrã; vt per 100. duas, vt per 1000. tres &c. vnde reſpectu A. numerus B erit decuplus, C centuplus, D milleculplus.

A.	16
B.	160
C.	1600
D.	16000

Hæc Regula etiam in diuiſione habet vſum: nam auferre vnam ciphram, eſt diuidere per decem; auferre duas, eſt diuidere per centum. &c. vnde reſpectu E, erit F decima pars; G centeſima; & H milleſima. &c.

Hæc doctrina ſuccurrit ſæpiſſimè in Geometricis; crebrò etiam in Politicis, nam multi nummi habent inter ſe proportionem vt 1. ad 10: Romę enim Scutum decem Iuliis æquiualet.

E.	2643
F.	$264\frac{3}{10}$
G.	$26\frac{43}{100}$
H.	$2\frac{643}{1000}$

Multiplicare per 20. per 30. per 40. &c. eſt multiplicare per 2. per 3. & per 4. & addere poſtea vnam ciphram.

Ducatum Hiſpanicum 11. Regalium eſt. Sed quomodo ducata conuertentur in Regales? ſcribe Ducatorum numerum, & eundem reſcribe retrahendo; & ſumma erit numerus Regalium, qui quiritur.

A. 1	D. 10	G. 5634.
B. 1	E. 10	H. 5634.
C. 11	F. 110	I. 61974

Ecce modum facillimum multiplicandi per 11. Ducata G. in Regales conuerſa tranſire in I. numeri ABC. & DEF euidenter demonſtrant.

Vt multiplices per 12. 13. 14. 15. &c. numerum datum duplica, triplica, quadruplica, quincuplica, &c. & poſteà eumdem reſcribe retrahendo. Sanè reſpectu A. eſt B. duplus; C. quadruplus; & D. octuplus. Ergo, vt multiplices A per 11. iunge A & E, quod paulò antè feciſti: vt per 12. iunge B. & E: vt per 13. iunge A. B & E: vt per 14. iunge C & E: vt per 15. iunge A, C, & E: vt per 16. iunge B, C, & E: vt per 17. iunge A, B, C, & E: vt per 18. iunge D & E: vt per 19. iunge A, D, & E.

A	1325
B	2650
C	5300
D	10600
E	1325

Vt multiplices per 21. 22. &c. 31. 32. &c. 41. 42. &c. numerũ datum multiplica per primum numerũ, & iterum per ſecundum (etiam per tertium quartumque, ſi in multiplicatore ſint plures characteres) & poſteà illos ſcribe promouendo. Pono exemplum. Numerus A 1325. multiplicatus per 12. eſt A & B: multiplicatus per 124. eſt A, B, C: multiplicatus per 1248. eſt A, B, C, D.

A.	1325
B.	2650
C	5300
D.	10600

Vt igitur vſus huius doctrinæ innoteſcat liquidiùs, pono ob oculos Cœlum, quod exhibet. Tabula 16. B. & interrogo, Quot illud verſus concinit? Computum inſtituam, ut poſſim reſpondere exactè. Cœlum illud habet undecim Orbes.

A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L
1.	12.	24.	48.	48.	48.	96.	96.	96.	144.	

Ergo ab vnitate incipiendo, debebimus per hos numeros multiplicationẽ peragere. Conſidera ſequentem Tabulam, in quâ vt 1 ad 2. *b* ad *c*. & *c* ad *d*; & *e* ad *f*: & *f* ad *g*: & *g* ad *h*; ita *e* infim. ad *m*, & *m* ad *n*: & *p* ad *q*: & *q* ad *r*. Numeri, quibus Cruces (✝✝) perpendiculares reſpondent ſunt in vnam ſummam redigendi.

Orbis I. 1

Orbis II. 12

Orbis III. 12
24
c 24 ✝
d 48 ✝
e 288

Orbis IV. *a* 48
b 576
c 1152 ✝
d 2304 ✝
e 13824

Orbis V. *a* 48
b 27648
c 55296 ✝
d 110592 ✝
e 663552

Orbis VI. *a* 48
b 1327104
c 2654208 ✝
d 5308416 ✝
e 31850496 ✝

Orbis VII. 96
f 63700992 ✝
g 127401984 ✝
h 254803968 ✝
e 3057647616 ✝

Orbis VIII. 96
f 6115295232 ✝
g 12230590464 ✝
h 24461180928 ✝
e 293534171130 ✝

Orbis IX. 96
f 587068342272 ✝
g 1174136684544 ✝
h 2348273379088 ✝
e 28179280529056 ✝

Orbis X. 96
f 56358561058112 ✝
g 112717122116224 ✝
h 225434244232448 ✝
2705210930789376 ✝
244

Orbis XI.
m 541042186157875[2]
n 108208437231157504 ✝
o 108208437231157504 ✝

Primus Orbis multiplicatus per ſecundum (hoc eſt, 1 per 12) dat 12. Et 12. multiplicata per 24 quid dant? ſcribo ſimul 24. & promouendo numeros duplum, & adquiro 288.

Orbis IV. V. & VI. habent 48. voces. Et quomodo multiplicabimus per 48? Numerus e dat b: & b dat c: & c dat d: ſemper per duplicationem ſucceſſiuam; & numerorum d & e promotionem. Poſtea c & d ſimul ſemper dant e. Et ſic expedatur Orbium quarti, quinti & ſexti multiplicatio.

Quatuor Orbes ſequentes multiplicant per 96. ſed quomodo? Iterum per ſucceſſiuam duplicationem: nam e, f, g, h. ſunt in proportione dupla continua: & quia f & g promouentur, dant numerum e ſexies, & e cum h. nonagies vnde e, f, g, h. nonagies ſexies.

Orbis vltimus, qui eſt vndecimus, multiplicat infimam e per 144. ita, vt e, m, n, in dupla proportione ſtuant; & n promouetur, & o eſt ipſius n repetitio promota. Ergo e, quia reſpectu aliorum per duo loca retrahitur erit centies; n erit quadragies, o erit quater; ſimul centies quadragies quater. Adeoque continebuntur in hoc Pegmate 389,550:374,033:670,144. Diſticha retrograda; & quia ſingula continent quaternos, erunt verſus huius Labyrinthi omnes ſimul 1:558,201:496,134:680,576.

Hæc de multiplicatione & computo carminum adnotaſſe ſufficiat, tranſeamus per ſyluas, quæ nobis materiem ſuppeditant, & incipiamus Labyrinthos diuerſos fabricari.

Diſticha 389, 550: 374, 033; 670, 144. Retrogr.
Diſticha 779, 100: 748, 067; 340, 288. *ſimpl.*
Verſus 1; 558, 201: 496, 134; 680, 576. *ſimpl.*

APOL-

APOLLO
ANCEPS.

Vocales damus abſtractas; has Zoile lauda,
Aut præſcindi alias fac meliore modo.

☞ CVII.

PHYSICA Scientiarum eſt illuſtriſſima, ſed metâ habet; nõ enim caret termino Mundus, nec termino Mundi conſideratio. A metâ Phyſicæ incipit ius dicere Ingenijs alia ſcientia, quæ non ſolùm poteſt vocari Metaphyſica, ſed meta Phyſicæ: & conſiderat ens in communi à ſuis differentijs præciſum. Qui enim dicit ens, nec dicit ſubſtantiam, nec accidens, ſed conceptum aliquem indifferentem, qui cõtrahi poſſit & eſſe ſubſtantia vel accidens. Hanc ipſam Facultatem Apollo tranſtulit ad Parnaſſum, iubetque Poëtas ſuos Mëtaphyſicos eſſe, & ſyllabas abſtractas meditari. Syllabarum aliæ ſunt longæ, & aliæ breues; & præſcindendo vocales à differentijs iſtis, manebit ſyllaba abſtracta & indifferens vt contrahi poſſit. Sed vbi? In ſolo conceptu? an in rebus? Me vocas, video, & ad illam illicis controuerſiam, quæ inquirit, An vniuerſalia formentur à ſolo Intellectu, an verò in rebus ſint ante omnem Mentis operationem? Reſpondeat, vt velit Metalogicus; ſcio enim extra Parnaſſum illam obtinere ſententiam, quæ ſtatuit Vniuerſalia ad Mentem, ſicut Picturam ad Appelletem comparari, eſt enim Intellectualis Meditatio Vniuerſalitatum omnium conditrix. At in Parnaſſò apud Apollinem Plato eſt, qui Poeta Philoſophicus fuiſſe videtur, & admitrit vniuerſales, & indifferentes entitates, non tantùm à contractiuis differentijs, ſed etiã ab omni ſpeculatione præciſas. Et quia in Parnaſſo omnia aut ferè componuntur literis, ſyllabis, & locis, admittit plures indifferentes. *Primò* literas in vocales & conſonantes diuidit, & abſtractione factâ ponit nobis ob oculis I, & V. Literas indifferentes, quæ poſſint eſſe vocales, & conſonæ, prout Poetæ, & Metametrico præcipuè, placuerit. *Secundò*, licèt Metaphyſici non habeant conceptum aliquem mediũ inter Ens, & Non-Ens, Metametrici habent mediam inter literam, & Non-literam, & hæc eſt H, quam aliquando eſſe conſonantem, & aliquando non, inferiùs demoſtraturus ſum. *Tertiò*, inter correptas, & productas reperit eruditio ſyllabas communes, & indifferentes, quæ contrahi poſſint, ſi vel carmen poſtulet, vel Poeta velit. *Eſt autem ſyllaba breuis, quæ ſimplum: longa, quæ duplum tempus in ſuâ prolatione requirit. Et indifferens eſt ſyllaba à longitudine, & à breuitate præciſa, quæ contrahi poſſit, & ſi Poetæ placeat, corripi vel produci*. In ſenſum etiam carminum datur abſtractio. *Primò* enim, ſi Vniuerſalitas in confuſione conſiſtit, Logogriphi, quos iſta Facultas proponit, confuſiſsimi, & plerumque obſcuriſſimi, luce carent. *Secundò*, ſi Vniuerſale terminos contradictorios ſimul capiat, vt Animal, quod & rationale, & irrationale ſimul eſt: etiam dabit Metametricus carmina, quæ ſimul contradictorios ſenſus habeant, quod vix poterit Rhetor, vix Poeta, qui ſtuduit Facultati vulgatæ. *Tandem* datur etiam locus indifferens, in quo poni iſtos, vel illos pedes perinde ſit: quæ omnia viris eruditis ſunt nota, notioráque à nobis reddentur.

Terna attributa Apollo in vniuerſalibus, & indifferentibus ſpeculatur; Vnitatem, Veritatẽ, Bonitatem. Vnitati correſpondet Pluralitas, & Vnitas reperitur in ſyllaba, quandò ſtante eâdem ſignificatione mutatur quantitas, vt *Căcus*, cuius prima ſyllaba eſt indifferens, vnâ & eadem ſignificatione permanente. Pluralitas ſignificationis varietatem inſinuat, vt videre eſt in hac voce *Lĕpôrēs*; aliud enim intelligimus, cùm *Lĕpŏrēs*, aliud cùm *Lĕpōrēs* audimus. Indifferentiæ Veritas pendet à veterum authoritate & varietate: nam quæ à Virgilio, Ouidio, & alijs clariſsimis illius æui Poetis variè acceptæ, indifferentes verè ſunt. Indifferentiæ Bonitas eſt vtilitas; tolle enim ſyllabas indifferentes, & funditùs euertes Parnaſſum, quem ſubrigimus. Ambages enim labyrinthorum ingenioſæ; fluxuum refluxuumque reciprocationes, quæ reperiuntur in Retrogradis; Fulmina & Pyroboli, Gyri; & alia innumera noua carminum genera, quæ fluunt in noſtri Parnaſſi *polydrŏmo*, deberent neceſſario perire.

Regulæ Indifferentium.

☞ CVIII.

OPeræ pretium erit aliquas ſcribere regulas, quæ nos manu-ducant, cùm indifferentes venamur: in quibus probatiſsimos authores ſequemur, opinantes permiſſum iri Dædalo in labyrinthorum difficillimâ fabricâ, quæ Archi-

tectis cæteris in erectione ſimplicis ædificii : hoc eſt, cenſentes indulgēdum labyrinthæorum carminum conditoribus, quò licuit veteribus Pöetis, nulla neceſsitate aut ratione compulſis.

De Poſitione in eàdem voce.

☞ CIX.

GEneraliſsima eſt poſitionis Regula, quæ docet vocalem naturâ breuem, ſi duæ aut plures ſequantur conſonātes, produci. Interim circa hanc ipſam vniuerſalem legem, aliqua viri illuſtres notarunt.

Primò enim placet ponere verba Heluici & Bachmanni lib. 1. Poetices §. 4. pag. 19. agunt enim de deriuatione, & ſic inquiunt [A *Tĕmpŭs tĕmpŏrĭs* ſecundam in *Tempĕſtiuus* Comici corripere poſſunt; alij non item. Scaliger Poeticæ pag. 826.] Et ſecundò dubitare quis poſſet, an H, ſit conſonans? Occurrunt enim pro vtrâq; parte exempla, nec pauca, nec ignobilium Scriptorū. Non eſſe conſonantem probo ex

Ouid. 6. Met. *Et auiti nominis hæres Tantalus.*
Virg. 10. æn. *Orator iuueni meq; hoc ita ponere ſentis.*
Ibid. *Inſtat cui Turnus, ſtridentemq; eminus haſtam.*
Ibid. *Credidit, atq; animo ſpem turbidus hauſit inanem.*

At eſſe conſonantem probo ex

Virg. 4. æn. *Gentis honor, hærent infixi pectore vultus.*
Propertio. *Et tibi Pæonias inter Heroidas omnes.*
Auſonio, *Mercator hodie cras citharœdus erit.*
Ouidio. *Et quæ præteryt hora redire nequit.*
Vir. *Qui teneāt (nā inculta videt) homines-ne, feræ-ne.*
Eodem. *Ille latus niueum molli fultus Hyacintho.*
Ibid. *Graius homo infectus fugiēs profugus Hymenæios.*

Scio aliquos velle libros corrigere, & aliter legere. Scio hæc cæſuræ adſcribi, & tyronibus temerè imitanda non eſſe, docere Chriſtophorum Heluicum, & Conradum Bachmannum Academiæ Gieſſenæ Profeſſores: noto tamen illos non dicere numquam fore imitanda. Quo ergo imitari illo poteris, quin temerè audere dicaris?

Reſpondeo in Metricis non eſſe locum imitationi horum Authorum, at fore in Metametricis; quis enim æquus cenſor negabit poſſe aliquando fieri in iſtis, quæ in illis legimus; Ergo maneat hæc *Regula, Prima ſyllaba pedis Dactyli, vel Spondæi, ſi ſit vltima dictionis deſinentis impurè, quando dictio ſequens incipit ab H, in Metametricis poterit aliquando produci.* Conſultò poſui illud, *aliquando*, ne ſemper aut frequenter id fiat.

☞ CX.

V*Ltima vocalis dictionis purè deſinentis, ſi breuis ſit; & ſequatur vox incipiens ab SC. SP. SQ. ST. X. aut Z. ſit indifferens.* Ago de dictione purè deſinente; nam ſi hæc in conſonantem deſinat erit longa. Vulgus Poetarum illam breuem iudicat; Chriſtophorus Heluicus, & Conradus Bachmānus in Poeticæ lib. 1. cap. 2. §. 1. pag. 9. eamdem rectiùs produci quàm corripi: iubentque videri Scaligerum *in Catull.* Fridericum Taubmannum *in Culic. Virg. verſ. 193. & Præf.* Melodæſ. Meliſſum *in Salam Fidl. p. 30.* Ianum Gruterum *in Medeam Senecæ*; qui præcipit etiam, vt Iuuenes hoc ſemper meminerint & imitentur. Addo exempla.

Cùm primum locum tenet in pede Dactylo vel Spondæo eiuſmodi vocalis producitur.

Silius. *Immane ſtridens agitur crebroque coacta.*
Catullus. *Nulla fugæ ratio, nulla ſpes, omnia muta.*
Tibullus. *Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.*
Iuuenalis. *Occulta ſpolia & plures de pace triumphi.*
Statius. *Perceleres agile ſtudiū, & tenuiſſima virtus.*
Virgilius. *Veniſti tandem, tuaque ſpectata parenti.*

Cùm ſecundum locum tenet in pede Spondæo, etiam producitur.

Virg. *Ferte citi ferrum, date tela, ſcandite murum.*
Mart. *Quid gladium demens Romana ſtringis in ora.*

Cùm ſecundum locum occupat in pede Dactylo, corripitur,

Horatius. *Sæpe ſtylum veritas.*
Ouidius. *Nemoroſa Zacynthus.*
Catullus. *Conſuluitque ſtryges.*
Virgilius. *Vnda Schamandri,*

Et tandem cùm tertium tenet in pede Dactylo corripitur.

Virgilius. *Ponite ſpes.*
Et iterū. *Horrida ſquamoſi voluentia mēbra draconis.*
Horatius. *Fornice ſtantem.*
Pictorius. *Cuncta vbi ſpes ſtabili ſupplicat ore Deū.*

Ergo eiuſmodi ſyllaba eſt, quantum volumus. Ergo hæc ipſa libertas ſummè erit Metametricis vtilis, vt conſtat ex ſequenti Retrogrado.

Rēclūdēns cūnctā ſpe, hōſtī ſtā ſcăā rĕflēxā.
Rĕflēxā Scăā ſta hōſtī, ſpē cunctā rĕclūdēns.

Scæa eſt porta Trojana.

☞ CXI.

V*Oce in eàdem ſyllaba, ſi breuis eſt naturâ, & muta ſequatur cum liquidâ, (puta ſi vtraque conſona pertineat ad ſequentem ſyllabam) ſemper breuiabit ſermo ſolutus, at carmen poterit producere, ſeu breuiare.* Vt conſtat ex vocibus *Rĕflecto, Rĕclamo, ăpluſtris, Rĕpleo, ătlas, ăgri, Tĕnĕbræ.* Liquidæ apud Latinos ſunt L, & R: apud Græcos etiam M, & N. vt apparet in vocibus *Cygnus, Dăphne, Prŏgne, Tĕchna, Tĕcmeſſa*; &c. Vnde etiam apud ipſos vocalis ante MN, GD, PT, &c. corripi ſolet. Apud Latinos non ſeruatur hæc Regula, voces enim *Agmen, Cognitus, Ignis, Scriptus*, &c. habent primam longam.

An-ne imitari Græcos Latinus poterit? In Latinis dictionibus non poterit, at Græcas ipſe voces efferat, prout maluerit. Exemplo nobis ſit *Smaragdus.*

Ouid 2. Amor. Eleg. 6. *Tu poteras virides pennis hebetare Smaragdos,*
Martialis lib. 3. *Sardonychas Smaragdos adamantes Iaſpidas vno.*
Portas in articulo.

Vbi, vt vides Ouidius *Smārāgdōs* dixit more Latino: & *Smărăgdos* Martialis more Græco.

Quando muta pertinet ad priorem ſyllabā, liquida ad poſteriorem, duarum conſonantium

vim

vim habent, vt *ōb-ruo*, *ōb-luctor*. Hinc patet vocem *Tenebra* ſic proferendam ac diuidendā eſſe; nimirùm, *Tĕnĕ-bra*, *Tĕnē-bra*.

☞ CXII.

S*I vna dictio deſinat in puram vocalem, & ſequens incipiat à mutâ & liquidâ, locum habebit opinionum varietas, adeoque indifferentia*. Pono correptionis exemplum.

Virgilius. *Quo nos fata trahūt, retrahuntq; ſequamur.*
Addo & productionis.
Ouidius. *Nil opus eſt morte pro me.*
Virgilius. *Terraque tractuſque maris.* Eclog. 4.
Idem. *Lappaque tribulique*. Georg. 1.
Idem. *Tribulaque traheaque*. Georg. 2.

Cæſar Scaliger videtur non iam velle eiuſmodi vocalem eſſe indifferentem, ſed longam; libri enim ſexti Poeticæ pag. 810. reprehendit hunc verſum Pontani, *Chriſtus, cui parent ſydera, terra fretum*. Sed defendunt Pontanum Heluicus & Bachmannus, imitatus enim fuit Ouidium, qui hac voce Pentametra clauſit. Sequentia carmina conſiderentur.

Virg. 2. Georg. *Quæ maxima frondet Beſculus.*
Et ibidem. *Sceleratum exquirere frigus,*
Martialis. *Nec matutina ſi mihi fronte venis.*

Ergo, ſi Metametricus aliquando faciat, quod non poſſe non facere contendit Scaliger, nō erit erroris arguendus.

☞ CXIII.

IMitatio Antiquorum decet Poetas, & illi, non Qu, ſed QV ſcribebant, & præcedentem prolongabant, quod duas conſonantes præcederet: quem ſcribendi modum reperio in Mathematicis Romani Doctoris Louaniēſis libris ante viginti annos impreſsis. Dicebant igitur veteres *āquă*, vbi nos *ăquă*. Paulatim cœpit V, poſt Q, liqueſcere. Et tunc, quia liberum erat Poetis vti u, vel V, poſt Q, (hoc eſt, conſonante, vel liquidâ) vocalis quæcumque ante Q, credebatur indifferens, teſte Bedâ *lib. de Metris cap.* 18. Pono exempla:

Lucretius. *Quæ calidum faciunt āquæ tactum atque vaporem.*
Et iterum. *Fit quoque vbi in magnas āquæ vaſtaſque lacunas.*
Prudentius. ——*Vetus illa tamen de crimine auorum.*
Dicitur illata, quoniam concreta veterno eſt.

Vbi conſtat vocalem ante Q, non ſolùm in eâdem, ſed etiam in diuerſis vocibus poſſe produci; quod ſi Prudentio licuit, cur non etiam Metametrico noſtro, ſi neceſſitas vrgeat, licebit. Ille verſus Virgilij 9. Aeneid.

Rumpe moras omnes, turbata-que arripe caſtra.

Duobus poſſet modis defendi; nam, vel *bātă-quĕ ārrĭpĕ*, ſunt duo dactyli; & tunc ſynalœpha intermittitur: aut ſunt, *bātā-que ārrĭpĕ*, Spondæus; & dactylus; & tunc firmatur hæc doctrina.

Hæc antiquitati & Metametricis relicta ſunto; nam hodie pancæ ſunt vocales indifferentes ante Q. aliquæ tamen, dicimus enim, *Lĭquor, Lĭqueſco. Līquor, Līquidus*: dicimus etiam *Quandō*, & tamen inde *Quandōque*, & *Quandōquĭdem*: & ex *Vbĭ* habemus *Vbīque*, quæ QV, duas eſſe conſonantes oſtendunt.

☞ CXIV.

TAmetſi illa Regula, *Omnis diphthongus longa eſt, exceptâ* Præ, *quæ in compoſitione ſequenti vocali corripitur*, videatur temerari non poſſe: aliqua nihilominùs notanda duxi, quibus meus Metametricus adiuuaretur. Reperio in *Praire*, & *Præoptare* diphthongum eſſe indifferentem. Ecce *Præ* breuem.

Ouid. 8. Met. *Et Dij prăeūntĭbūs ambo Membra lauant.*
Idem ad Liuian. *Et venit ſtella non prăeūnte dies.*
Ecce etiam longam.
Statius 6. Theb. *Præmia cùm vacuus domino prāīrēt Arīon.*
Martianus Cappell. *Prāeōptārĕ caret, ſi quod placet atque neceſſe eſt.*

☞ CXV.

DIphthongi Græcæ in linguâ Latinâ producuntur, niſi contrarium poſtulet noſter accentus. Acuit Latinus antepenultimam, cùm penultima eſt breuis, & cum in vocibus Græcis accentum retinet, penultimam corripit, etiam ſi ſit diphthongus. Pono exempla.

Ἡράκλειος, *Herāclĭus*,
Ἑλικώνειος, *Helicōnĭus*,
Κωνώπειος, *Conōpēus*, & *Conopēus*
Ἄλβουλα, *Albula*. Martiali.

Dicimus etiam à Συρακούσιος, *Syracūſius*, & *Syracŏſius*. Item à χορεία, & πλατεία, *Chōrēa*, & *Platēa*. In vocum latinitate donaturum diphthongis, ſtandum vſui eſt; qui audax ſub initium, iam iam præſcripſiſſe videtur.

☞ CXVI.

ALiquando poterit diphthongum Metrametricus noſter reſoluere, (hoc eſt, in duas ſyllabas diuidere) nā hoc licuit ſæpè liberioribus Muſis: dixit enim

Catullus *Găŭdet* pro *Caudet*, aut *Gāvdet*.
Ouidius *Orphĕūs* pro *Orphēus*, aut *Orphēvs*.
Virgilius *Ahēnĕūs* pro *aneus*

☞ CXVII.

LIcuit aliquibus diphthongo claudente priorem vocem, & vocali aperiente poſteriorem, ſynalœpham vitare; & diphthongum corripere aut producere; & Virgilio (obſeruantibus Ni-

éolao Erythræo, Scaligero lib. 4. Poetic. cap. 47. Chriſtophoro Heluico, & Conrado Bachmanno in Poeticæ lib. 2. pag. 155.) vt minimum tribus & quadraginta vicibus; ergo non erimus temerarii aut audaces, ſi noſtro Metametrico eādem licentiam vnâ aut alterâ vice concedamus; maximè, ſi carminis transfiguratio ſynalœpham proſcribat. Sicut diphthongis, ſic etiam interdū aliijs vocalibus dictiones ſubſequentes parcunt, vt conſtat ex ſubiectis exemplis.

Virgilius. *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.*
Idem. *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam.*
Idem. *Amphion Dircæus in Actæo Hiacyntho.*
Idem. *Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.*
Idem. *Rumpe moras omnes, turbataque arripe caſtra.*
Idem. *Implerunt montes, flerunt Rodopeiæ arces.*
Ouidius. *Iactari quos cernis in Ionio immenſo.*

Si quæras, cur hanc ſibi licentiam arrogent Poetæ, reſpondeo eos non tam ſibi indulgere, quam Græcos imitari, apud quos frequenter intermittuntur ſynalœphæ. Conſono Verepæo lib. 4. Gramm. pag. 516. & Scaligero lib. 4. Poet. c. 48.

CVXIII.

DIximus §. 1. literam H. conſonantibus accenſeri aliquando, adeoque quando prior dictio deſinat in H, & poſterior incipiat à conſonante, vltimam prioris ſyllabam, etſi aliàs breuem, poſitione produci: (Vide Micyll. lib. 1. de re Metric. pag. 136. & ſeqq. Agellium lib. 13. cap. 19. & Accium Pontani.) & ideò interrogas, an litera H, ſynalœpham impediat? Et dubitandi ratio eſt, quia ſi H, eſt conſonans, vox quæ ab H, incipit, à conſonante incipit; nec poteſt vocalem præcedentem elidere. Et reſpondeo, eos, qui H, conſonam dicunt, vtrumque neceſſariò admiſſuros. Igitur aut H, non ſemper vocalem præcedentem elidit, aut ſunt condemnanda iſta carmina.

Virgilius. *Poſthabitâ coluiſſe ſamo; hîc illĭŭs arma.*
Virgilius. *Clamaſſent, vt littus Hyla, Hyla omne ſonaret.*
Iuuenalis. *Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni.*
Idem. *Viuendum rectè eſt, cùm propter plurima, tum his.*
Claudianus. *Nec vaga Hunnorum feritas.*

Sed vnde habet H, quod ſit conſona? A pronunciatione, quæ apud varios eſt varia. Apud pleroſque Hiſpanos tam lenis aſpiratio eſt, vt vix ſentiatur: plerique illam conſeruamus in calamo, vt deriuationum habeatur ratio, & etymon patere poſſit: omittunt aliqui, quod nolint ſcribere literam, quam non proferunt. Interim tam durè Corduuenſes eam efferunt, vt frequētiſſimè apud Gongoram non admittatur ſynalœpha. Conſule noſtram Rhythmicam. Germani fortius inſpirant ſyllabas, & tam intensè aliqui, vt Hheth Hebræum, aut fortè X, Græcorum, exprimere labio videantur. Puto igitur aſpirationem, ſi leniter proferatur, non eſſe ex conſonantium cenſu; at ipſam, ſi durè, non minùs claudere vocalem, quam ceteræ ſolent conſonantes. Vide libros Hiſpanos P. Roæ, Viricloquentiſſimi, à quibus exulant H, & Y.

CXIX.

VOcalis ante vocalem plerumque breuis eſt. Iſti Genitiui apud Poetas gaudent indifferentiâ, *Illĭus, iſtĭus, ipsius, vnĭus, vllĭus, totĭus, nullĭus. ſolius*; Omnes dicimus *Altĕrĭŭs*, & *ălĭŭs*. Hiſpani communiter docemus *Neutrĭŭs, ŭtrĭŭs, Altĕrŭ; trĭŭs, ſōlĭŭs*, penultimam habere indifferentem, quam longam tamen tantùm eſſe volunt Bachmannus & Heluicus. Aliqua exempla ſubſcribo.

Vnĭŭs. Vnius ob noxam & furias. *Virgil.*
Vnīŭs. ——Vnius ob iram Prodimur. *Idem.*
Nullīŭs. Núllius addictus iurare in verba Magiſtri. *Hor.*
Nullĭŭs. Muſa loqui præter laudem nullius auari. *Idem.*

Dixi *Alterius* penultimam eſſe breuem, & apud omnes; nempe Metricos: nam Metametrici poſſent eamdem habere indifferentiam propter ſequentia carmina.

Nec alterîus indigens opis veni.
Nec concupiſces alterîus coniugium.

Sunt Iambica; & prius Terentiani Mauri apud Scaligerū in Catalect. pag. 226. & poſterius Meliſſi lib. 1. Melet. Oda 6.

Eodem modo Genitiuos & Datiuos quintæ declinationis producimus, vt *Dĭēī*. exceptis *Rĕī, Fĭdĕī, Spĕī*: & productionis cauſa eſt, quia inter vltimam, & penultimam veteres j, conſonans, quod duorum vim habet ſcribebant: quâ via Lucretius *Rēī* produxit, & Paulinus *Fidēī*, ſcripſerunt enim *Reji*, & *Fideji*. Reperimus etiam in antiquorum libris. Nominat. *is, eja. id*. Genit. *ejus*. Dat. *eji*. Accuſ. *ejum, ejam, id*. Ablatiuo ab *ejo, eâ, ejo*, &c. quam etiam hodie prolationem multi recentiores vſurpant.

Lucretius lib. 6. *Ipſius Reji rationē reddere poſſis.*
Et iterum lib. 2. *Nec facilè in venas cibus omnis deditur eji.*

In verbo *Fio*, aliquando I, eſt breue, aliquando longum: ſed quando illud, vel hoc? Antonius Nebricenſis. *R, niſi ſuccedat, recipit duo tempora Fio.* ait enim

Virgilius. *Fiet enim ſubitò ſus horridus &c.*
Et iterum. *Paſtores mandat fieri ſibi talia Daphnis.*

Interim R, ſuccedente Comici *Fi*, producunt. & Arator non ſuccedente corripit. Habet iſte,

Credite vera fient, nec ſpe fruſtrabor inani.

Et ex illis habet exempla Muretus in Heautont. act. 3. ſcen. 3. Taubmannus Amphitruon. act. 2. ſcen. 2. & Trin. act. 2. ſcen. 4.

CXX.

INteriectio *Heu* eſt monoſyllaba & lōga: at poſſe in duas ſyllabas diuidi obſeruauit Philippus Melanchthon in in Proſod. Reg. II. & adducit Martialem *lib. 8. epigr. vltim.* dicentem

Heu

Heu quàm bene nunc Papyriane
Annei faceres manus ſeueri.

CXXI.

POrrò interiectiones in omnibus linguis ſunt ſingna affectuum, & quia hi iam vehementes & celeres, & iam tardi ſunt, corripi vel produci ſolent. Hanc ob rem *ŏbē*, primam habet indifferentem. [Sanè, ſi faſtidientis ſit, tutiùs producitur: ſi incitantis verò, tutiùs corripitur.]

ŏbe. *ōbe iam ſatis eſt, ŏbē libele.* Martial. libr. 4. epiſt. vlt.

ōbe — *Satur eſt, cum dicit Hŏratius ōbe.* Iuuenal. ſat. 7.

Ingerere appello trecentos inſeris, obe. Horat.

Primum verſum Heluicus & Bachmannus adfingunt Virgilio, cùm tamen Martialis ille ſit, vt notat Philippus Melanchthon. Sed cur *obe* habet primam longam? qua H, vt conſonans poteſt proferri.

CXXII.

NOmina Græca deſinentia in IA, penultimam habent communem, dicimus enim *Philoſóphia*, & *Philoſophia*: illud prius more Latino: hoc poſterius more Græco, nam legimus σοφία, non σόφια.

CXXIII.

Metamorphoſes literæ I.

FInita in IVS, poſſunt ſolui in plures ſyllabas, ita vt illud j conſonans tranſeat in I vocale. ſic dicimus *Pompeius* vel *Pompeius*, *Cajus* vel *Caius*. Et notari oportet vocatiuos *Pompĕī*, & *Căī*, non à *Pompejus* & *Cajus*, ſed à *Pompĕĭŭs* & *Căĭŭs* exoriri.

Mart. *Peruigil in plumis Căjŭs ecce iacet.*

Idem. *Quod peto de Căī, non peto conſilium.*

In nominibus proprijs frequenter, & interdum in appellatiuis, incipientibus à j conſonante, ſolet illud I tranſire in vocale, & corripi, vt probant exempla ſubſequentia.

Virg. *Iulius à magno dimiſſum nomen Iulo.*

Claud. *Ne laceres verſus Dux Iacobe meos.*

Mart. *Et pretium maius fecit ĭaſpidibus.*

In illo verſu Virgilij, *Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo*, ſunt qui putent vocem *Connubio* eſſe — ◡ ◡ — Ita Calepinus, qui ait. [*Connūbĭum* à *Nubo*, cuius prima producitur: cùm in *Connubio* quandoque propter metri neceſſitatem corripiatur.] Fauent huic ſententiæ *Prōnŭbă*, & *Innŭbă*, quæ etiam à *Nūbō*. Stando huic opinioni Connubium poteſt Pentametrum claudere: puta, ſi dicerem, *Iungere promitto connubio ſtabili.* vel *Promitto ſtabili iungere connubio.* At contra multi, à quibus clamat deriuatio, quia venit à *Nūbo* primâ longâ; vnde Heluicus, Bachmannus, & alij Connubio, eſſe — — —, hoc eſt, triſyllabum & habere ſecundam longam, vt in *Arjete* & *Parjete*, quod Erythræus agnoſcit, & cum ſeruio per ſyſtolen excuſat.

CXXIV.

SIcut I conſonans in vocale conuertitur, ſic & vocale in conſonans, Demonſtrat hoc rationis paritas, & plurima adfirmant exempla.

Virgilius

Hærent parjetibus ſcalæ, poſteſque ſub ipſos
Nituntur gradibus. &c.
Aedificant, ſectaque intexunt abiete coſtas.
Cuſtodes ſufferre valent, labat arjete crebro.

Scio aliquos Proceleuſmaticum pedem [◡ ◡ ◡ ◡] malle admittere, quàm I vocalem in conſonantem vertere: ſcio aliquos ſentire contrà. Interim dum illi diſſentiunt, Metametricus ſubſcribat, quibus velit.

CXXV.

Metamorphoſes literæ V.

VT I, ita etiam V. Metametrici variant, & transformant, cùm volunt. V. vocale in conſonans, & conſonans in vocale conuertunt: vbi enim cæteri *Gĕnŭă*, dicunt *Gĕnvă*; & vbi illi *Sylvæ*, ipſi *Sylŭæ*. Virgilius.

Genva lavant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.
Tenvia nec lanæ per cælum vellera ferre.
Nec quidquam in rectis certatim tenvia cera.

CXXVI.

De Præteritis.

HAbent diſſyllaba primam longam: at tamen *Dĕdi*, *Tŭli*, *Stĕti*, *Bĭbi*, *Fĭdi*, *Scĭdi*, & corū compoſita *Addĭdi*, *Attŭli*, *Reſtĭti*, *Ebĭbi*, *Diffĭdi*, *Conſcĭdi*, eandem breuem; & *Iŭvi* indifferentem. cui adiunge *Abſcĭdi*, nam ſi veniat *Cado* habet I longam, & ſi à *Scindo* breuem.

Iŭvi. *Non ita me Diui, vera gemunt, iuuerint.* Catul.

Abſcĭdit. *Abſcidit ô miſero frater ademte mihi.* Idē.

Abſcīdit. *Abſcidit vultus enſis vterq. ſacros.* Mart.

Si Præteriti prima geminetur, erit breuis, vt *Cĕcĭdi*, *Pŭpŭgi*, Præteriti *Tutudi*, videtur ſecunda eſſe breuis in Metricis, in Metametricis indifferentem, illam enim produxit Ennius, Heluico, & Bachmanno obſeruantibus.

CXXVII.

De Nominum incrementis.

EGI de ORIONE voce Indifferentiſsimâ ego alibi: nunc de alijs.

CASPARIS libentiùs corripio: at docent Eluicus & Bachmannus tutiùs produci.

MVLIERES apud Terentium, Plautum, & Martialem habent penultimam breuem: apud Fortunatum, Mantuanum, & Ovvenum longam. Ille verſus Plauti.

Tres vnam pereunt adoleſcentes mulierem.

ſi dicatur Iambicus, probat breue incrementum; ſi Dactylicus, longum. Sed qualis ipſe? Totus Dactylicus præter vltimum Iambum, inquit Ioachimus Camerarius de Carmin. Comic. Et ſi talis, monſtrum eſt, & non verſus.

ADOR nomen eſſe indeclinabile putat Ambroſius Calepinus; alij contrà tenent Veteres dixiſſe *ădŏr, ădŏrĭs* hoc enim hodie nomine non vtimur. Priſcianus citat antiquum Poetam Ganniū.

Illam ſponte ſa'os ădōxis ſtrauiſſe maniplos. &

Emicat in nubes nidoribus ardor ădōris.

Sunt qui inter *Adūs, ădōrĭs*, & *Adŏr, ădōris* diſtinguant, ſicut inter *Dĕcūs, dĕcŏrĭs*, & *Dĕcŏr dĕcōrĭs*. Eſt autem ador frumenti genus, quod & Far appellatur.

Ab *ădōrĕ* dicimus *ădōrĕă*, quod ſignificat gloriam. Plinius libr. 18. cap. 3. *Gloriam denique ipſam à Farris honore Adoream nominabant.* Feſtus: *Adorea laus, quæ glorioſum putabant, qui farris copiâ abundabat.* Hinc *Adoreus, a, um.* Virgilius Aen. 7. *Inſtituuntque dapes & ădorĕă liba per herbas ſubyciunt epulis.* *A Dĕcŏrĕ* habemus *Dĕcŏrūs, ă, um*: & à *Dĕcōrĕ, Dĕcōrūs, ă, um*: cur ergo non habebimus *ădŏrĕum* ab *ădŏrĕ*, & *ădōrĕum* ab *ădōrĕ*?

BOS, habet incrementum breue *bŏuĭs*. In plurali deberet habere *Bŏuĭbūs*. at per ſyncopen amittit *vi* & manet Bobus & per craſin *oui* tres literæ contrahuntur in vnam longam, & fit *Būbūs*.

Auſonius. *Aes veluti ſpirans cum bŏbū: exagitat.*

Ouidius. *Non profecturis littora būbūs aras.*

Et iterum. *Nauita de ventis; de būbūs narrat arator,*
Enumerat miles vulnera, paſtor oues.

SYPHAX, habet *Syphācis*. hoc enim incrementum Claudianus corripuit, & produxit Propertius.

MASTIX habet incrementum indifferens, nam tametſi hodie ſemper dicamus *Maſtīgĭs*, Homerus corripuit Iliad. ψ. verſ. 500.

ELIX, *elicis*. Quantum habet incrementum? Non reperi apud aliquem: ſed neque Heluicus, nec Bachmannus: iſti analogia ducti corripiendum exiſtimant, dicitur enim ab Eliciendo. nam ſicut à *Nūtrīrĕ* dicuntur *Nutrīcēs*, ſic ab *Elĭcĕrĕ* dicentur *elĭcēs*. Sed hæc ratio non conuincit omninò, quia ab *ſtrŭĕrĕ* habemus *ſtrŭĭcēs*. Plautus in Menæchm.

Cerales cænas dat, ita menſas exſtruit,

Tentat ſtrŭĭcēs, concinnat patinarias.

Poterit ergo Poeta dicere *Elices* vel *Elīces*. quando, qui contradicat, rationes grauiores nō habeat.

PHOENIX, incrementum longum habet apud Virgilium, & Latinos. At Homerus Iliad. ψ. *Phœnĭcūs*, & *Phœnīcĭūs* a *Phœnīcĕ*?

BEBRYX habet incrementum indifferens: dicimus enim *Bebrўcĭs*, hoc eſt *Bebrўcĭs* vel *Bebrўcĭs*.

☞ CXXVIII.

De Patronymicis.

CRONIVS Ὑιὸς τῦ κρόνυ, hoc eſt à Saturno Iupiter, & vnus è Centauris dictus. Cronium etiam pelagus ab Apollonio libr. 4. cap. 16. dicitur Mare Adriaticum: ab alijs teſte Plinio libr. 4. cap. 16. Mare concretum. & tamen ab Homero corripitur Iliad ξ. & producitur Iliad. φ. Reperitur etiam *Crōnūs* Vir prima longa.

AENEIS habet *Aenēĭdŏs*: at poſſe aliter hoc incrementum efferri conſtat clariſsimè ex Ouidio cuius ſunt hæc duo carmina.

Et tamen ille tuus felix Aenēĭdŏs auctor.

Aenĕĭdos ſummo grande fuiſſet opus.

Videtur in hoc vltimo carmine, aut *Aeneidos* eſſe — ∪ ∪ — tetraſyllabum: aut fortè — — — triſyllabum, ſi dicantur E & I coire in vnam ſyllabam per craſin.

Nomina finita in EVS, proueniunt à Græcis in ΕΙΟΣ, aut in ΑΙΟΣ ſi ex ΕΙΟΣ corripiuntur more Latino, aut producuntur more Græco. Dicunt Græci Καισαρεῖος & Latini *Cæsărĕūs*: & hinc denominatur Καισαρεία, Paleſtinæ vrbs, Latinè *Cæsărĕă*. ſi ex αιος tranſeunt in *æus*, aut *ēus*, vbi enim dicunt Græci πυθαγορεῖος, nos dicimus *Pythagoræus*, aut *Pythagorēus*.

Iuuenalis. *Viue bibentis amans & culti villicus horti*
Vnde epulas poſſis centum dare Pythăgŏrēīs.

☞ CXXIX.

De Verbo, Sum, es fui.

PRæſentis ſecunda perſonas, ES, eſt indifferens [& tamen cum ſignificat *Edis* eſt longa.]

Virgilius. *Egredere ô quicumque es, ait, toramque parentem.* Aeneid. 8. 122.

Idem. *Ille autem expirans; non me quicumque es multo.* Aeneid. 10. 379.

Mart. *Scriptus es æterno nunc primum.* &c.

Mantuan. *Tu quoque, vt hinc video, non es ignarus amorum.* Ecl. 1.

Fortè inciderat in hunc verſum Mantuani ſciolus neſcio quis, qui reprehendit Euricium Cordum Poetam Haſſum (cuius ingenium non vulgare prædicat Scaliger) quòd libr. 2. Epig. *es* corripuiſſet. In quem Cordus his Diſtichis oſtendit illud *es*, corripi potuiſſe vel debuiſſe.

Si neſcis, erras. Breues eſt ES *ſyllaba, quam tu*
Protrahis, & male me corripuiſſe refers.
Id mihi non credis, ſed plurimus vndique teſtis,
Qui te conuincas, me tueatur, erit.
Perſius hinc, illinc cui patria Bilbilis author,
Alter Fur es *ait*: Mœchus es, *alter ait.*
Et quid ad hoc dicis? Delator es? *& quid ad illud,*
Dignus es aut procos paſcere? *ſunt-ne ſatis?*
Plura voles forſan, poſſum tibi dicere plura.
Magnus es Ardelio. ſi vir es ecce nega.
His, ſi non fueris contentus, habebis & iſtud,
Tu quod es, è populo quilibet eſſe poteſt.
Factus es ipſe caper. Fraudator es, *obycit idem*:
Et Fellator es, *&* Non es & es Chrone.
Quin etiam accedet maior vel vterque Catullus,
Et ſua cui tantum Delia fecit opus.
Hic tibi reclamat. Puerum corrumpere es auſus!
Alter, Deſcendis multus es & patichus.
Conſentire mihi iam te puto, ſupua negabis.
Contra te teſtes noueris eſſe tuos.

De

☞ CXXX.

DE illis duabus perſonis *Fuerimus*, *Fueritis*. magna eſt concertatio inter doctos: quæ quidem ad omnia verba ſe extendit, habemus enim, *Amauerimus*, *amaueritis*: *Docuerimus*, *Docueritis*: *Legerimus*, *Legeritis*: *Audiuerimus*, *Audiueritis*. &c. & inquirimus, an penultima ſit breuis, vel longa? Lego in Heluico & Bachmanno, *Futurum ſubiunctiui modi à quibuſdam tantùm produci cenſetur, à quibuſdam tantùm corripitur: hinc à plerìſque commune eſſe ſtatuitur*. Antonius Nebricenſis, *Orator Patriæ doctum ne ſpreuerit vſum*. Diomedes inter præteritum & futurum diſtinguit, ita vt prætetitum acuatur & corripiatur, & futurum circūflectatur, & producatur. Fauet ei ratio, quia breuiora citiùs prælabuntur, & præteritum citiùs elapſum eſt, quàm futurum. Ergo ad ejus labium & calamum ſic debet ſcribi, & proferri hæc periodus,

Si te vidérimus ſæuiſſima Celtiber annos
Ante duos, vel cras Romæ fuerîmus apud te,
Cælitus exploſo ſuperi nos fulmine perdant.

Mycillus adſtipulatur Diomedi, exemplis, ductus: quæ enim producuntur, futuri ſignificationem habere videntur, non præteriti. Seruius, Probus, & Georg. Valla vtrumque tantùm corripiunt, eoſque barbariſmi agunt reos, qui producunt. Petrus Ramus contrà vtrumque tantùm corripit, & exempla ad diaſtolem & Poeticam licentiam retorquet.

Ego ab hac difficultate ſic me expedio. Vtrumque Orator in Hiſpaniâ producat, in Germaniâ corripiat, & vbicumque fuerit, loquatur cum doctis illius loci: at Poeta vtatur illa ſyllabâ tanquam indifferenti. Illam enim corripuerunt, vt hæc ſuadent exempla.

Virgilius. *Egérimus noſti & nimiùm meminiſſe neceſſe eſt.*
Ouidius. *Videritis ſtellas illic vbi circulus axem.*
Idemque. *Hæc vbi dixéritis ſeruet ſua dona rogatæ.*

produxeruntque & circumflexerunt eamdem,

Ennius. *Nec mî aurum poſco, nec mihi pretium dederîtis.*
Catullus. *Dein cùm millia multa fecerîmus.*
Ouidius. *Vitam dederîtis in vndis.*
Idem. *Et maris Ionij tranſierîtis aquas.*
Et iterum. *Conſulis vt limen contigerîtis, erit.*

SVnt aliqua apud veteres carmina, quæ facilè ad hoc tempus reducas: & non facilè dixeris pertinere ad præteritum.

Virgilius. *Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.*
Idem. *Obſtupui ſteteruntque comæ, vox faucibus hæſit.*
Horatius. *Dii tibi diuitias dederunt.* &c.
Silius. *Ter ruerunt pauidos.* &c.

Deſpauterius lib. 4. Grammaticæ, vt illud incrementum ſaluet, ad licentiam recurrit: Antonius Nebricenſis, quo authore Hiſpani vtuntur, ad ius & legem: inquit enim,

Corripit interdum, Steterunt, Dederunt-*que Poeta*.

Et D. Laurentius Ramirez de Prado ad ſubiunctiuum. in ſuo enim Pentecontarcho, ſiue quinquaginta militum Ductore, cap. 3. ſic inquit. [Virgilius in Buccolicis Eclog. 4. verſ. 61.

Matri longa decem tulerunt. &c.

quo in loco digladiantur Grammatici, *Tulerunt* media breui, an *Tulerint* legendum? Ego *Tulerint* retineo, ſed alio ſenſu, quàm ipſi putant. id eſt, *Ride ò puer matri, nam ſic auferes faſtidium decem menſium matri tuæ*. At ego bene dici *Tŭlĕrunt* inquam mediâ breui: hoc enim ab authoritate pendet: & omnes, quos viderim, præter D. Laurentium id admittunt. Addam, etſi verbum ad ſubiunctiuum ſpectet, expoſitionem D. Laurentij non probari: non enim *Tulerint* eſſet *Abſtulerint*, ſed *Attulerint*: meliùs Virgilium exponeret, ſi diceret, eſſe illud *Tulerint* in tempore dubitatiuo, & æquiualere huic periodo, *Ride matri tuæ, ò puer: multo enim tempore, & fortè decem menſibus, illi fuiſti faſtidio*.

☞ CXXXI.

De vltimis ſyllabis.

REcognoſcamus etiã vltimas ſyllabas, & quænam ſint indifferentes videamus. & hîc notari volo ditiores eſſe Græcos Latinis, habereq: multo plures ſyllabas indifferentes quàm nos, & præcipuè finales: quæ apud Homerum & alios veteres aut fere ſunt indifferentes, aut ægrè poterunt ad certas regulas & leges reduci.

De finitis in A.

VOx *Bŏnă*, ad varios caſus & genera pertinet. In nominatiuo, & vocatiuo ſing. fœmen. & in nominatiuo accuſatiuo, & vocatiuo plur. neutr. habet vltimam breuem. In ablatiuo ſingul. fœm. longam. Interdum Philomuſus ignorare non debet A in ipſius nominatiui fine fuiſſe interdum productam; dixit enim Auſonius.

Odit ŭtrāque, aliud da modò conſilium.
Non feſtinato tempore ŭtrāque daret.

Et Prudentius.

Tua ſunt tua, Rector, ŭtrāquĕ:
Friuola ŭtrāquĕ & ŭtrāquĕ nihil.

An hoc eſt priuilegium ſolius vocis *ŭtrāquĕ*? an ad alias etiam voces extenditur? an ſaltem voci *Neutra* conuenit? Tu conſidera.

SED quantum eſt imperatiuum *Ama*? Catullus corripuit *Cōmmŏdă*: etiam *Pŭtă*: & hoc Cordus Poeta Haſſus, & alij excellentiſsimi Authores etiam hodie imitantur. Ergo *Commoda*, & *Puta* vltimam habent indifferentem: Cur non de alijs pariformiter poterimus philoſophari? [Vide Seruium ad verſ. 651. lib. 2. æneid.]

VOCATIVI Græci in A producuntur; ſed hæc regula violatur à Propertio & Ouidio: ille enim ò *Atridă* corripuit; & iſte ò *Oreſtă*.

Propertius. *Non ita Dardanio gauiſus Atrida triumphos.*
Ouidius. *Fecerunt furiæ triſtis Oreſta tua.*

An-ne & ab alijs poterit? Cur non? Nam Philip-

lippus Melanchthon (quidquid de fide ſit) optimus fuit Grammaticus; & interim lib. 4. *Epigram.* corripit vocatiuum *Andrĕă*.

Hunc Andrĕă diem chara cum coniuge natos,
Spero equidem lætos concelebrare tuos.

PARTICVLA indeclinabilis *Eiå* vltimam habet communem. Virgilius videtur fugiſſe hanc potiùs quæſtionem, quàm dilucidaſſe, vbiuis enim hanc vocem poſuit, vocalem adiecit, quâ poſtrema vocis *eia* degluberetur. æneid. 4. 569. *Eia age rumpe moras*. & æneid. 9. 38. *Hoſtis adeſt, eia ingenti clamore per omnes*.

PRAEPOSITIO *Contra* à Virgilio, & aliis omnibus Poetis producitur: at illam Manilius, & Auſonius corripiunt.

Manilius. *Contră iacet cancer patulam diſtentus in aluum.*

Auſonius. *Sæpe mbra eſt, quoties contra parem dubites.* Pentam.

ETIAM vox *Quia*, quæ vulgò corripitur, habet aliquando vltimam longam: nam apud Auſonium producitur.

NVMERALIA *Triginta*, *Quadraginta*, &c. vltimam habent communem. Virgilius vltimam in *Triginta* produxit: & illo multò ſenior Manilius corripuit.

In *Quadraginta*; Victor vltimam corripuit. In *Quinquaginta*; Manilius produxit, & Martialis corripuit. In *Sexaginta*, vnus & idem Martialis iam producit, iam corripit. corripit etiam eamdem Petrus Arbiter. In *Nonaginta*, Auſonius corripit.

Voces peregrinæ, quarum quantitas ex regulis inferri nequit, ſyllabas habent indifferentes. Vnde *Alleluia* habere dicenır quatuor ſyllabas: primam longam poſitione, ſecundam indifferẽtem; tertiam longam, tum ratione accentus, quam literæ I, conſonantis, quæ ſequitur: & tandem vltimam, vt docent Heluicus & Bachmannus, etiam indifferentem. Hinc ſequitur vocem *Hôſânâ* habere omnes ſyllabas indifferentes. Die Palmarum Cantores apud valuas Eccleſiæ modulantur.

Gloria, laus, & honos, tibi ſit Rex, Chriſte, Redemptor:
Cui puerile decus prompſit ôſānā pium:

De finitis in B.

LAtina corripiunt vltimam: vt *Ab*; peregrina ſibi leges poni non patiuntur. Quæ Græci ſcribunt per ω, vel ȣ, ſolemus producere: ſed illi ſicut per ω, & ȣ, ita per ο, υ; potuerunt, nec poſſunt nos ſuo exemplo vincire. Nominis *Iacob* vltimam (hoc eſt; *Iacobi* penultimam) Victorinus, & Fortunatus corripuerunt; & Iuuencus produxit. Nominis *Iobi* penultimam (hoc eſt, O.) producendam putant Heluicus, & Bachmannus; ſed poſſet alius *Iŏbum* proferre ſicut *Iŏnem, Bŏuem. Bŏbŭs.* &c.

De finitis in C.

PRONOMEN *Hic* vtroque modo reperitur. Aduerbium *Hic* ſemper eſt longum. Datiuus *Huic* ſi ſit vna ſyllaba, eſt longus: at Terentianus Maurus in duas diuidit, & iambicum facit: nempe *Hŭĭc*. Neutrum *Hoc* vulgò producimus, & bene: at Comici breuiarunt teſte Scaligero: quod ipſum confirmat vox *Hŏdie*, vt ille vult; quia *Hodie* eſt idem ac *Hoc-die*: ergo ſi ablatâ C manet *Ho* breue, patet ablatiuum maſculinum *Hoc* apud antiquos breuē fuiſſe. [Vide Scaligerum de Carminibus Comicis, Erythræum in Indice Virgiliano, & Velium longum de Orthographiâ.]

NOMEN *Lac* dicitur eſſe breue. Sic vulgò. Ergo nemo reprehenſione erit dignus qui communem ſequatur ſententiam. At quia excellentiſſimi Poetæ illud producunt, dicamus indifferens eſſe.

Serenus. *Lāc aſinæ, placidaque bouis prodeſſe feruntur.*

Producit etiam Ennius apud Heluicum & Bachmannum. Philippus Melanchthon de Proſodia, ſic ait. [In C. longa ſunt, vt *Dic*, *Duc*. &c. Breuia ſunt *Lac*, *Nec*, *Donec*] & Ioachimus Camerarius in margine [*Lac* omnes Grammatici excipiunt, ſed exemplum nullum adducunt, inquit Deſpauterius.]

EST ETIAM indifferens *Făc*. Eobanus Haſſus, Princeps ſui ſæculi Poeta, ratione ductus corripiebat. ideò enim *Dic* & *Duc* producuntur, quia *Dico* & *Duco*, habent primam longam, & eamdem breuem habet *Facio*: ergo *Fac* corripietur. Sed rationi non eſt ſtandum in rebus quæ ab arbitrio dependent. maximè cum vtrimque reperiantur exempla. Breue eſt *Făc* apud

Lucretium. *Non poſſunt, făc enim minimis è partibus eſſe.*

Martialem. *Signa variùs, aut ſemel făc illud.* Phaleuc.

Ouidium. *Mille făc eſſe iocos.*

Et iterum. *Făc vt ambulet.*

Qui producendum dicunt hāc vltimam lineam corrigunt, leguntque. *Fāc ambulet*: in cæteris *Face* legi contendunt, & authores proferunt, qui producunt. Nimirùm,

Ouidium. *Hos fāc Armenios; hæc eſt Danaia Perſis.*

Mantuanus Eclog. 5. etiam produxit. [Vide Micyllum de verſibus Comicis.]

PARTICVLA *Sic* Iuſto Lypſio communis eſt. In Diuâ Aſpricollenſi, cap. 5. agens de ſanguinis ſudore ſic inquit.

Quid ſigni tandem hoc fuiſſe dicam?
An ſudas, Dea, ſanguinem hoc in auo,
Quo ſanguis male funditur: dolorem
Et sic exprimis? an magis cruenta,
Siſtes bella, tuiſque gutta labris,
Vt deterſa fuit, sĭc & madenti
Huic fiet Patriæ? ò benigna, fiat:
Et iuua precibus, Deumque placa.

Ecce bis aſſumit vocem *Sic*, illamque in quarto carmine producit, in ſexto corripit. An & illum ſequi poterimus? Negant Heluicus & Bachmannus: aiuntque. [*Iuſtus Lipſius corripuit Sic: quod canæ imiteris iuuentus.*] Sed quia ſcimus eum ſemper habuiſſe Authores, prudenter poterimus credere hanc etiam particulā ab aliquo Comico corripi.

ripi. Dicamus ergo in Metricis hanc voculam debere produci, at in Metametricis iniuſtum nō erit illam communem dicere, & ſequi Iuſtum.

PEREGRINA liberiora ſunt. *Sadoc* producunt Heluicus, & Bachmannus: *Abimelec*, & *Melchiſedec* corripit Verepæus. Sed cur? Præter *melch*, quam ſyllabam producit poſitio, putabo cæteras in vtroque nomine (*Abimelec* & *Melchiſedec*) indifferentes eſſe: nam ſi accentus habeatur ratio, Hebræus pronunciat *Abimélec*, *Melchiſédec*; ſi quantitatis apud Hebræos, duæ vltimæ vocales ſunt breues; vnde *Abimĕlĕc*, & *Melchiſĕdĕc* Latinus diceret. Sed hic obiter nota, eoſdem Hebræos, vbi ad Carmina formanda veniunt ſummâ doctrinæ inconſequentiâ omnes breues longarum cenſui adſcribere, & ſchenam ſolam, quæ eſt correpta, hoc eſt, ad eorum mentem, breui breuior, tanquam breuem cognoſcere. Vt vel hinc pateat ſyllabarum breuium longarumque diſtinctionem eſſe *ſecundum dici*: ſed de hoc in Grammaticâ audaci agam vberius.

De finitis in D.

FInita in D, apud Latinos rara ſunt, corripiuntur tamen, vt *Ad*, *Id*, *Sed*: apud Hebræos multa, & multò liberiùs menſurantur. *Dâvid* interdum producitur, interdum corripitur.

Iuvencus. *Erecto indulges Dauidis origine.*
Sedulius. *Dauidicis aſſuetus cantibus*,
Eccleſia. *Iſraël tu Rex, Dauidis & inclyta proles.*

De finitis in E.

IN primâ declinatione longa ſunt: vt *Mūsĭcē*; *Rhētŏrĭcē*; *ēthĭcē*; & ſunt nominatiui Græci pro quibus dicimus *Mūsĭcă*, *Rhētŏrĭcă*, *ēthĭcă*. An-ne poſſet aliquis corripere hanc E? Iuuenalis pro Κάλπη dixit *Calpĕ*. Anne bene? Negat Scaliger. Sed cum ſæpe η & ω tranſeant in breues, non eſt cur erraſſe dicatur Iuuenalis.

Ex adiectiuo *Muſicus, Muſica, Muſicum*; quanta eſt vltima vocis *Muſice*? Reſpondeo illam, vel eſſe nominatiuum fœmininum primæ declinationis more Græco, vel vocatiuum maſc. ſecundæ, vel aduerbium. Si primum aut vltimum, eſt longa; ſi ſecundum, eſt breuis.

In tertiâ declinatione Nominatiui, Accuſatiui, & Vocatiui Neutrorum, & Ablatiui Maſculinorum & Fœmininorum corripiuntur, exceptâ voce *Fămē*.

In quintâ Ablatiui ſunt longi. Vt *Spĕcĭē*, *Dĭē*. Item aduerbia ab illis orta, vt *Quotidie*, *Hodie*, &c.

Aduerbia à nominibus adiectiuis primæ, & ſæcundæ declinationis deducta, habent vltimam longam. Excipe *Bĕnĕ* & *Mălĕ*. Sed hæc omnia aduerbia corripuerunt antiqui. Reperio enim *Longĕ*, apud Lucretium: ait enim, *Longĕ tamen parte à ſummâ cùm tota videtur*. Imò etiam *Clarĕ*, & *Infernĕ*, apud eumdem. *Tutĕ* etiam lib. 1. *Accipe præterea quæ corpora tūtĕ neceſſe eſt confiteare*. [Sed *tute* fortè eſt *tu-te*, tu ipſe] *Supernĕ* apud Lucretium, & Horatium. *Apprimĕ* apud Virgilium: ſed nota in Virgilio varias eſſe lectiones, & multa manuſcripta aliter præ ſe ferre. Exemplaria quibus vtebatur P. Ludouicus de la Cerda, habebant, *Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis*. Georg. 3. 149. illud quo Erythræus *Apprima*: illud quo Heluicus & Bachmannus, *Aſper acerbĕ ſonans*. Ergo aduerbium *acerbè* habet vltimam breuem: quod in idem recidit. Aduerbium *Fere* ab omnibus producitur, & tamen ab Auſonio corripitur nullius exemplo. Quæ a tertiâ declinatione proueniunt, habent vltimam breuem. *Temerè* aliquando producitur.

Tertullianus. *Immemor ille Dei temerè committere tale.*

Sed quia Seneca, & alij corripiunt, non debebit *Tĕmĕrē* temerè prolongari.

Imperatiui ſecūdæ coniugationis habent E, longum, vt *Dŏcē*, *Mŏnē*. Habent tamen ancipitem *Vălĕ*, *Căuĕ*, *Vĭdĕ*, *Reſpondĕ*.

Virgilius. *Iamque vale: feror ingenti circumdata nocte*. Georg. 4. 497.
Idem. *Iamque vale, & nati ſerva communis amorem*. æneid. 2. 789.
Etiterum. *Et longum formoſe vale, vale inquit Iola*. Ecl. 3. 79.
Ouidius. *Idq; quod ignoti faciunt, vale dicere ſaltem*. 1. Triſt. Eleg. 7.
Idem. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*
Horatius: *Vnde vale: caue, ne titubes mandataque frangas*. lib. 1. Epiſt. 13.
Cato. *Hoc vide ne rurſus leuitatis crimine damnes.*
Perſius. *Auriculas vide, ſis, ne maiorum tibi fortè.*
Val. *Incumbens obruſſa mero, vide lala comantem.*
Martialis. *Si quando venies dicet, reſpondĕ Poëtæ*. lib. 3. Ep. 4.

Virgilius ſemper aliàs produxit *Vălē*; at in illo Eclogæ 3. verſu 79. *le-vale*, vel eſt pes *Dactilus*, vel *Spondæus*. Si Dactilus, *vălĕ* habet vltimam breuem, & non deglutitur à vocali ſequente: & fortè ideò breuiatur, quia ſynalœpha prætermittitur. Si Spondæus, tunc ſynalœpha locum habet, & *Vale* habet primam indifferentem. Reponam binas vtriuſque verſus dimenſiones:

ēt lōn—gūm fōr—mōsĕ vă—lĕ vălĕ—īnquĭt Ĭ—ōlā.
ēt lōn—gūm fōr—mōsĕ vă—lĕ văl'—īnquĭt I—ōlă.

Sed libentiùs ſtarem à priori.

De finitis in H.

NVlla apud Latinos voces deſinunt in F, G. Sed in H, vlla præter interjectiones *Proh*, *Vah*, quæ longæ ſunt. At multæ apud Chaldæos, & Hebræos. Sed qualem quantitatem retinent? *Iōsēph* à Iuvenco producitur. *Iōsēph vrgemur monitis Mărĭam, puerumque.*

De finitis in I.

OMnia dicuntur longa, exceptis *Mihi, Tibi, Sibi, Vbi*; quæ vltimam habent indifferentē. *Cui*, cum eſt monoſyllabum, habet priorem breuem, poſteriorem ancipitem. *Sicuti* vulgò dicitur habere vltimam longam, at Verepæus putat eamdem indifferentem eſſe, propter Lucretium, qui ait, *Sīcūtī quadrupedum cum primis eſſe videmus*.

Græca ſiue ſint in Datiuo, ſiue in Vocatiuo, breuia ſunt: vt *Palladi, Minoidi, Titani*: *Pari* &c.

Ouidius. *Bella gerent alii, tu Pari ſemper ama*.

Auſonius *Cypri* Vocatiuum à *Cypris* produxit: forte & aliorum nominum produxiſſet vocatiuos, eâdem libertate, ſi indiguiſſet.

De finitis in L.

COrripiuntur vt *Mel*. Producuntur *Sol*, itemque *Nil* contractum ex *Nihil*: & merito, nam *Sol* vocatur quaſi *Solus*, & ideò habet o, longum: & *Nil* quaſi *Nihil*, & quia duæ ſyllabæ in vnam coëunt, illam producunt. De nomine *Sal* maior eſt difficultas. Antonius Nebricenſis correctus à Patribus Ieſuitis Hiſpanis tantum producit: Aldus conſonat: Philippus Melanchton tantum corripit: Ioachimus Camerarius aſſentitur. Productionis exempla multa ſunt: cùm ergo Terentius Eunuch. act. 1. ſcen. 2. corripuerit, dicendum hanc vocem indifferentem eſſe.

Peregrina in EL, ferè produci docet Melanchton, Camerarius, Heluicus, Bachmannus. Noto illud *ferè*, & eadem indifferentia pronuncio, dic enim Palmarum apud Eccleſiarum fores Cantores modulantur.

Iſrāēl es tu Rex, Dāvīdis & inclyta proles,
Nomine qui Domini Rex benedicte venis.

De finitis in M.

LItera M, ſi non eliditur, eſt breuis, vt *Circŭmăgō*;

Iuuenalis. *Circumagi quemdam volo non tibi notum.*

Vbi obſerua *Quamobrem*, ſi ſit vnica dictio, eſſe [ᴗ-ᴗ] ſi diſſoluatur in duas eſſe [' - ᴗ.] Sic ratio dictat, ſed exempla deſidero.

Hinc patet liberum eſſe Poetæ, eiuſmodi dictiones conſolidare vel diuidere: quod demonſtrare potero hoc Sapphico.

Cīrcŭm it montem pelagus; quāmōbrĕm
Inſŭlam cīrc'um it Galathēa: qu'am obrĕm
Hanc maris Nymphæ liquidæ ſequuntur
Aequore toto.

Dicitur *Cīrcŭmīrĕ, Cīrcŭirĕ*, & *Cīrcum'irĕ*. vel per ternas, vel per binas ſyllabas.

De finitis in N.

PArticula *An*, vulgò corripitur: at illam Auſonius produxit.

Aemula num fidei mĕmŏr ān īnfīda Senatus.

Virgilius in Eclogis, & Georgius ſæpe vtitur iſtâ particulâ, ſemper tamen poſitione producit, ne inde eius naturam cognoſcamus.

Interrogatiuum *ne*, per apocopen manet *n* & variat. Conſiderari poſſunt hæc exempla,

Virgilius. *Educit: vidĕn' vt geminæ ſtant vertice criſtæ?*

Ouidius. *Noſtin' an exciderint mecum loca?*

Horatius. *Illuc, vnde abij redeo, nĭmĭn' vt avarus*

Virgilius. *Tūn' ille aneas?* &c.

In Horatij verſu legunt aliqui *vnde abis*: ſed iuxta iſtam lectionem vitatur ſynalœpha in pede *ūndĕ ăb*, qui ſi ſi ſynalœpham admittat, non erit Dactylus, ſed Spondæus, *ūnd' āb*, & tunc *abĭō* habebit primam longam, quod intolerabile eſſet: ergo legendum *vnde abij*. Si loco *Nemon'* & *Tun'* legas *Nemo-ne, Tu-ne*, non ſolues, ſed tolles quæſtionem; & auferes, ne ab alio poſſit illa ſolui.

De finitis in O.

NOminatiui nominum & verborum perſonæ, quæ deſinunt in O, communes ſunt, vt *Sĕrmō, Lĕō, Vĭrāgō, Vĭrgō; ămō, Dŏcĕō, Lĕgō, Aŭdĭō*. Aduerbia quæ ducuntur à Datiuis aut Ablatiuis, item ipſi Datiui & Ablatiui producũtur. Eius generis ſunt *Dŏmĭnō, Tēmplō, Iccĭrcō, ădĕō, Idĕō, Quantō, Tantō, Mĕrĭtō, Multō, Falsō, Crebrō, Mutuō, Paulō*. Aduerbia quæ ab his caſibus non exoriuntur, communia ſunt, vt *Quandō, Mŏdō, Quōmŏdō*.

Vocula *Sero*, poſſet à nomine *Serum* deduci, & produci; at videtur indifferens quoniam illam corripuit Statius 1. Theb. *Sĕrŏ memor thalami*. &c. Item Iuuenalis: ſed eamdem produxit Tibullus lib. 1. Eleg. 1. *Heu sērō reuocatur amor*. Aduerbium *Verò* ſemper à Virgilio producitur: coniunctio videtur indifferens Heluico, & Bachmanno: ait enim Prudentius in carmine. *At vĕrŏ poſtquam lectuli*. Iamb. Dim. tr.

Ergo pro *igitur* vltimam habet communem; pro *causâ* longam.

Vocem *Omninò*, etiam probatur eſſe indifferens: vtpote, quæ à Virgilio producitur, & a Proſpero corripitur. Do teſtimonia.

Virgilius. *Non equidem ōmnīnō capta aut deſerta viderer.*

Proſper. *Hæretici ſenſus, nullumque ōmnīnŏ relictum.*

Modò apud Victorinum longum legitur: & apud Horatium breue.

Imò à Martiale corripitur.

Citò ab Horatio corripitur.

Quomodò à Martiale, & Horatio corripitur: à Catulo producitur. Poterit igitur eſſe ſimplex dictio, & tunc erit *Quŏmŏdŏ*; poterit eſſe duplex, & tunc erit *Quō mŏdō*.

Dummodò & *Poſtmodò* corripiuntur à Tibullo; poterunt diſſolui in duas dictiones, & tunc iterum ſi *modo* ſit aduerbium, erit vltima indifferens: ſi nomen, longa.

Illicò corripitur ab Auſonio & Sydonio.

Cedò corripitur à Iuuenale.

PERSONAS verborum in O, diximus ancipites eſſe. Nonnulli putant *Do, Sto, No, Flo*, tantum

tùm produci. dixit enim Virgilius *Dō quod vis*: & Horatius: & Horatius, *Iam iam efficaci dō manus ſcientiæ*. Sed non adquieſcit Philippus Melanchthon, non Ioachimus Camerarij, non alij eruditiſſimi. Henricus Stephanus *Dŏ* corripuit: dixit enim,

Sed numerus horum quæ dŏ, quæ breui dabo. iamb.

Scio & *Neſcio* communia ſunt Taubmanno, Meliſſo, Heluico, Bachmano, Melanchthoni, Camerario, & alijs: licèt enim corripi ſoleāt à Virgilio, producuntur ab alijs.

Gerundia in *Do* à Virgilio ferè producũtur: ſed ab alijs breuiantur. Indifferentia illa iudicat Verepæus, Melanchthon, Camerarius, & cæteri.

Tibulus. *Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem.*

DIXIMVS Nominatiuos in O. indifferentes eſſe, excipienda ſunt Græca, quæ in ω deſinunt: nihilominus

Ego, Græcè ἐγὼ corripitur à Virgilio frequentiſſimè.

Eclog. 2. 26. *Cùm placidum ventis ſtaret mare: non ĕgō Daphnin.*

Eclog. 2. 51. *Ipſe ego cana legam tenerâ lanugine mala* &c.

Lego in Diris: *Auſus ĕgō primus*. Sed has non eſſe Virgilij dices, ſed Valerij Catonis. Et quid inde? Etiam Valerius Cato diſertiſſimus fuit, quem ſequi tutiſſimè poſsis. Producitur etiam à Terentio in hoc Octonario Iambico,

Egō Chorine neutiquam officium eſſe liberi puto.

Et ab Auſonio. Et quidem duæ occurrunt rationes ob quas produci queat, nam & deſinit in O, & deriuatur à Græco ἐγώ. Vide Scaligerum de C. LL. cap. 26.

Duo à Virgilio corripitur, & ab Auſonio producitur.

Ambo apud Virgilium non ſolùm breue eſt; quod volunt Heluicus, & Bachmannus; ſed etiã longum.

Eclog. 3. 34. *Biſque die numerant ambo pecus, alter & hædos.*

Eclog. 7. 4. *Ambō florentes ætātibus, Arcades ambo.*

Octo apud Martialem breue eſt.

De finitis in P.

PRo Acroſticis neceſſariæ ſunt dictiones, quæ in ſingulas literas deſinant, & in P. ſola, quã ſciam, deſinit *Volup*. Eſt autem *Volup*, per apocopen idem quod *Volupe*. quod eſt Delectabile, gratum, iucundum. Plautus in Amph. *Nam, quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe eſt mihi*. Et exciſo E, in Caſina idem Plautus: *Facite animo veſtro volup.* & in Aſinariâ, *Hic ſenex ſiquid clàm vxorem animo fecit volup.* Sed quanta eſt P. in fine? Cum rara ſint exempla, dicatur indifferens, quamdiu non probetur contrarium.

De finitis in R.

NOn habet Lingua Latina voces deſinentes in Q: at habet multas in R: pleraſq; breues, paucas longas.

Cŏr indifferens eſt: etiam *Vĭr*. Omnes veteres producũt *Pār*: at illud corripit Prudentius: *Dīſpăr* Horatius: *Păr* & eius cõpoſita Auſonius. Ergo ſaltem in Metametricis *Par* & eius compoſita eſſe indifferentia dicantur. Idem de *Iber* dixero: quod tametſi vulgò produci ſoleat, corripitur à Duſâ, quia Martialis corripuit *Cĕltĭbĕr*, qui eſt quaſi *Cĕltă-Ibĕr*.

Cŏr. Ouidius. *Cõfiteor miſero molle cŏr eſſe mihi.*

Cōr. Ouidius. *Mille meum leuibus cōr eſt penetrabile telis.*

Vir. Virgilius. *Hic vĭr, hĭc eſt.* &c.

Vīr. Virgilius. *De grege nunc tibi vīr; & de grege natus habendus.*

Pater & *Mater*, à Græcis πατὴρ & μητὴρ. Viderentur debere habere vltimam longam, vt æther, crater, aēr: at breuem habent.

Virgilius. *Eſt mihi namque domi pătĕr & iniuſta noverca.*

Idem. *Nec Linus huic mater quamuis, atq; huic pătĕr adſit.*

Idem. *Viribus inſignem, quem matĕr Aricia miſit.*

Heluicus & Bachmannus diſparitatem non inueniunt, & ideò inquiunt [Meritò autem quiſpiam miretur, cur idem non valeat etiam in *Aer*.] At ego puto his non obſtantibus *Pătēr* habere vltimam indifferentem. Sic inquam,

Eſt mihi, crede, pătēr abſens, & iniqua noverca.

Si condemner, reſcribo iterum ſic:

Eſt mihi, crede, πατὴρ abſens, & iniqua noverca.

& nemo accuſabit hoc carmen. Quis ergo vetet ſcribere charactere Latino πατὴρ, ſicut ſcribimus, cùm volumus, Μουσικὴ γραμματικὴ, &c.

Hector à Virgilio corripitur: ab alijs producitur. Videntur iſti reſpexiſſe literam ω, nam Græcè ἕκτωρ dicitur: ille autem habuiſſe rationẽ accentûs, aut etiam aliorum Latinorum nominum ſimilium: nam *Rector*, *Sector*, &c. habent vltimam breuem.

De finitis in AS.

VLtimam indifferentem habet *Anăs*: breuem *Văs*; longam cætera. Græca nomina, quæ in ăs, ădŏs, habent vltimam breuem: quæ in ās, āntŏs longam. Hinc *Pāllās* habet vltimam indifferentem: nam, ſi ſit nomen Deæ Palladis, habet breuem; longam, ſi Herōis Pallantis. Addo exempla:

Anăs Petronius. *Et pictis ănăs enotata pennis.*

Anās Mantuanus. *Culmina cælicolæ: ſed ănas & mergus, & anſer.*

Pallăs Martialis. *Quem Bromius, quem Pallas amat.*

Pallās Virgilius. *Ille quidem hoc ſperans, nam Pallas ante ruentem.*

De finitis in ES.

DOcent nos Grammatici *Pes*, & eius compoſita habere vltimam longam: at corripitur *Pĕs* à Scaligero in Logogriphis: item à Probo Grammatico, aliiſque.

jus carminis author Maximianus & non Cornelius fuit.

☞ CXXXII.

De penultimis ſyllabis.

MVltæ ſunt indifferentes, quarum indeterminata quantitas, non tam à regulis, quàm ab authoritate dependet; & ideò nonnullas voces ordine abecedario ponam, quæ ſyllabas habent ancipites. Poſtquam igitur agimus de vltimis ſyllabis, de penultimis nonnihil dicamus.

VLEVS.

EX fininis in *vleus*, habemus *Rōmŭlŭs Carŭlŭs*. &c. Sed quales ſyllabas habet *Aculeus*. Analogia dat ſecundam breuem. Martialis lib. 8. Epigr. 71. habet hoc carmen.

Nonus ăcūlĕŏlōs in cochleare tulit.

illo vtitur Henricus Smetius in Proſodiâ; iſtis in Manriſâ.

Iam dudum ille metū pectus pungĭt ăcŭleus. Iamb.
Eadem in vſu, atque vbi periculum facias aculeata ſunt.

Ergo *Aculeus* habet ſecundam indifferentem. Contradicit Gruterus, qui Martialis carmen laborare contendit, illudque ita reſtituit,

Nonus acu levius vix cochleare tulit.

Grutero applaudunt Heluicus, & Bachmannus in Poëticâ, ſed communis lectio & opinio priorem lectionem retinet, & ſyllabam illam producit.

ICIVS.

FInita in *icius*, varia ſunt. dixerat Martialis.

Dum tibi felices indulgent Caſtrice Baiæ.

& tamen Petrarcha dixit *Caſtrīcĭŭs* ſecundâ producta: teſtis eſt Deſpauterius, & ex eo Heluicus & Bachmannus. Ergo illud *tri* eſt indifferens.

Nomen etiam *Numicium* habere ſecundam communem, manifeſtant hæc carmina.

Ouidius. *In freta flumineis vicina Nŭmīcĭŭs vndis.*
Horatius. *Brundiſium Nŭmĭcī meliùs via ducat, an Appi.*

ARIVS.

ILlud *ω*, vt plurimum eſt *o*, & longum. At in voce *Apollōnius*, à Martiale corripitur, & ab aliis producitur: in *Petrōnius* à Oratio corripitur, & à Sidonio producitur: in *Sidōnius* Virgilius corripuit & produxit: in *Iōnius* Virgilius corripuit, produxeruntque Ouidius & Horatius.

ARIVS.

VOx *Denarius*, cùm ſignificat nummum primam habet longam.

Martialis. *Vnus ſæpe tibi totā dēnārĭŭs arcā*
Idem. *Dēnāris tribus inuitas & mane togatum.*

Clajus quantitatem ex ſignificatione diſtinguit: ergo, cum numerum *dĕnărĭŭm* ſignificat iuxta hunc authorem, habet A breue.

In voce *Duodenarius* eamdem A, corripuit Arator, cùm dixit,

Quam dŭŏdēnărĭus circumtulit ordo figuram.

Veteres produxerunt. An eius tanta ſit authoritas, vt debeat cum antiquis componi: tu videris. Interim, ſi illum ex neceſsitate ſequaris, nihil temerè egeris.

Apud eumdem Clajum *Nĕfārĭŭs* habet cõmunem A. Gieſſeni Profeſſores in ſuâ Poeticâ contradicunt, eumque fuiſſe deceptum putant falsâ lectione apud Propertium *lib. 4. Eleg. 4.* iubentque videri Scaligerum *in eund.* & *in Diſticha Catonis*. Vtor ego Propertio impreſſo Hanoviæ anno 1608. & in ipſo reperio iſtud Diſtichum;

Dixit & incerto permiſit brachia ſomno
Neſcia nĕfarĭis accubuiſſe novis.

Lego in Horatio,

Aut humana palam coquit exta nĕfārĭŭs Atreus.

& quia cum Scaligero diuinare non volo, communem textum, ab omnibus receptum retineo, & aio vocem *Nĕfārĭŭs* quatuor habere ſyllabas, priores duas ancipites, poſteriores breues.

VSIVS.

PRimum V, ſeu Græcum, ſeu Latinum, eſt longum. *Syracuſius*, habet idem V, diphthongum *ου*: dicunt enim Græci Συρακούσιος. Vigilius abſtulit *ο*, & dixit *Syracoſios* Συρακόσιος.

Thema, Anathema.

POetica Gieſſana pag. 52. hæc habet. [Compoſitum *Anathema* pro diuersâ ſignificatione vel corripitur, vel producitur; quia ſcribitur ἀνάθεμα, & ἀνάθημα. Pro excommunicatione corripitur, & pro denario ſacro bis producitur apud Prudentium, & in ſacro carmine legitur,

Hinc damnatores anathemata triſtia cudunt.

Quin & Arator *Thema* ſimplex produxit, ſicut & Author argumentorum in Statium, reſpexerunt enim ad Græcam originem τίθεμαι.]

ICVLVS.

A*Miculus*, vel ab *amicus* venit, vel ab *amictus*. ſi primum, habet *mi* longum: ſi ſecundum, breue. Conſidera verſus ſequentes.

Horat. *Diſce docendus adhuc quæ cenſet amiculus, & ſi*
Virgil. *Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.*
Perſius. *Et piper & quidquid chartis amicitur ineptis*

In-

In primo *ămīcŭlŭs* ab *amicus* deducitur, & habet *mi* longum: in ſecundo, quia *rīdĭcŭlŭs* habet duas priores breues, etiam *ridiculum* illarum quantitatē retinet: ergo ſi in tertio *ămīcŭlŭs* habet duas priores breues, illas retinebit *ămĭcŭlŭs*.

ABRVM, VCRVM.

QVæ breuia ſunt, etiam cōmunia ſunt, poſſunt enim poſitione produci. Regula generalis eiuſmodi penultimas producit: at illam *lābrum, bārāthrum, lūcrum*, non ſequuntur.

Clauius & alij *Candelabrum* à labro deducunt, iubentque penultimam habere communem. Martialis eam produxit:

De candelabro magna lucerna tibi.

non ſuccurrit Poëta antiquus, qui illā corripuerit: & tamen non ideò cedit Clauius, qui ethymo inſiſtit, & à veteribus, ſi occurriſſet occaſio, potuiſſe dici;

Denique tibi rutilas candēlābră magna lucernas,

VTRVM.

VTer, vtra, vtrum, primam habet breuem: & ſequentibus *tr* indifferentem.

Rutrum in aliquo Poëta non reperio; ſed quia dixit Lucilius,

Frumentarius eſt, modium hic ſecum atq; rūtellum.

ſequitur *rŭtrum* (eius diminutiuum eſt *rutellum*) habere primam indifferentem.

EBRVM. ETRVM. ICRVM.

QVæ ita deſinunt, penultimam habent communem, vt *cĕrebrum, fĕretrum, lūdĭcrum*, Pono exempla.

Virgil. *Neque enim leuia aut lūdĭcră petuntur Premia.* &c.

Horat. *Nunc itaque verſus & cætera lūdĭcră pone.*

ALIVM.

ANtepenultimam A, habent communem *Cōrālium* & *Sandālium*: imò & *Cōrālium* etiā primam.

Claudianus. *Mergit ſe ſubito, vellitque cŏrāllĭă Clotho.*

Ouidius. *Sic & cōrālĭūm, quàm primùm contigit auras.*

Virgilius. *Argentata tuos etiam ſandālĭă talos.*

Terent. *Vtinam tibi commitigari videam ſandālĭō caput.* Eſt Iamb. octon.

Ouid. 4. Met. *Nunc quoque cōralĭīs eadem natura remanſit,*

INIVM.

ANtepenultimam communem habent *Triclinium* & *Lavinium* & analogia poſtularet ad alia etiam nomina iſtam libertatem extendi; vſus non fauet,

Virgil. *Italiam fato profugus Lāvīnăque venit Littora: multum illi* &c.

Virg. *Nec prolem Auſoniam & Lāvīnĭă reſpuit arva.*

Ouid. *Et populus Laurens. Lāvīnĭūmquĕ meum:*

Mart. *Triclīnĭa vmbroſis frigida arundinibus.*

Virg. *Nunc tam luxuriæ pars eſt triclīnĭă templis.*

A R.

NOmina minus communia, habent ſyllabas magis communes; dum enim de earum quantitate diſſeritur, vnuſquiſque illas ponit vt libet. Et quia *Torcular* raro in carmen venerit, quo debeat modo menſurari neſcimus. Fortunatus ſic ait,

Calcaturus erat, qui torcŭlārĭă ſolus.

at huic lectioni antiqua MSS. non fauent: multi enim Viri docti contendunt Fortunati verſum eſſe hunc,

Calcaturus erat, qui ſolus tōrcŭlăr altum.

Vide Taubmannum in diſſert. de LL. & Bacmannum in Manuductione ad LL,

E R.

FEre omnia breuia ſunt, & in obliquis indifferentia ob poſitionem ſuperuenientē. Exempla ſunt *Colūbĕr, cŏlūbrī: Vŏlūcĕr, vŏlūcrīs; ālăcĕr, ālăcrīs.*

Producimus ſecundum in *ſalūber* (videtur enim eſſe *ſalutifer*) & hoc iam omnes: at Cinna, qui vixit ante Chriſtum & contemni non debet, dixit *sălūbĕr*.

Hoſtica quod sălūbrem cuſpis haberet opem.

Ergo ſtando authoritati, etiam *sălūbĕr*, in recto habet ſecundam breuem, & in obliquis indifferentem: at ſtando rationi & etymo longam tantùm, quoniam à *ſalus ſalutis* deducitur.

V L V S.

A Cuculo differt cucullus. Hic eſt genus veſtis, ille auis. Hos verſus produco,

Iuuenal. *Contentuſque illic veneto duroque cŭcullo.*

Philo. *Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.*

Horat. *Ceſſiſſet magnā compellans voce cŭculum.*

Plaut. *Quid fles cŭcūlĕ: vires. Quid ego ni fleam?*

Taubm. *Nunc cereris coctam bibo, quod Vite berga cŭcūlum.*

Nominat. &c.

Alciat. *Ruricolas agreſte genus plerumque cŭcūlos.*

Martial. *Quamuis per multos cŭcūlus cantauerit annos.*

Puto *cŭcūlum* per ſimplex L, interdum ſumi etiā pro veſte; vnde dicimus *Monachorum cŭcŭlas*: & tunc ſecunda eſt longa: at in auis nomine vſus obtinuit, vt ſit breuis; non memini me audiuiſſe aliquem, qui illam produceret: illam corripuit Philo, illam Martialis, illam *in Philomelā* Ouidius, aut quiſquis alius carminis author eſt. Scio eſſe, qui mordicùs longam eſſe contendant: nam, vt cōſtat ex citatis carminibus illam produxit Plautus *Pſeudol. A.* & *ſcen.* 1. *verſ.* 94. quem ſequutus fuit Horatius, Alciatus, & nuper Fridericus Taubman-

mannus *Melodeſia lib. 1.* addunt verſum illũ Martiali adiectum, nuſquam eſſe. Si tamen eius ſit, legendum eſſe cum ſyncopâ; nam ſicut *periclum*, *poclum*, &c. dicimus pro *periculum*, & *poculum*, ſic etiam *cuclum* poſſemus pro *cuculum*: & ideò verſum illum, cuiuſcumque ſit, ſic reſtituunt,

Quamuis per multos cŭclus cantaueris annos.

& Philomelam eſſe Ouidij non putant; & ideò illius carminis authoritatem non admittunt.

Ergo dum nihil certò definitur à Magiſtris Poëtices, Metametricus omnia cõponat, & hanc eamdem ſyllabam eſſe ancipitem aſſerat,

NIMIS multa de Cuculo: tranſeamus ad voces *Apulus* & *Apulia*. Habent duas priores communes: quod demonſtrant hi verſus.

Lucan. *Apulus Hadriaticas exit Garganus in vndas.*
Horat. *Altricis extra limen Apuliæ.*
Idem. *Incipit ex illo montes Apulia notos.*

Primam dant longam verſus primus & tertius; breuem ſecundus. Secundam breuem primus, longam tertius. Secundus ſecundæ quantitatem non exprimit: quoniam, ſi penultimus pes eſt anapeſtus, illa eſt longa: &, ſi tribrachys, breuis.

I M V S.

APud Catullum habemus hunc Phaleucum,

Qualecumque ſit ò pātrīmă virgo.

inde Grammatici iuniores voces *Patrīmŭs* & *Mātrīmŭs* producunt. Angelus Politianus politæ eruditionis vir, eaſdem corripuit, quod *Patrimonium*, & *Matrimonia*, inde deriuata, habent illud I, breue. Bucelinus in ſuâ officinâ paginâ 171. has duas voces, ſicut *Plenilunium*, *Parricidium* &c. ad hanc quantitatem —υ—υ— reducit. authoritates raræ & dubiæ ſunt, nam ex illo Plauti

I t eam | perpeti | ar i | re in ma | trimo | nium.

quod in Mantiſsâ adducit Smetius, non colligitur illius ſyllabæ quantitas, cùm quintus Iambici pes ſoleat eſſe ſpondeus.

A N V S.

APud Latinos longa ſunt, vt *Chriſtiānus*, *Valeriānus*. *Iuſtinianus*, &c. Eadem hæc Græci nomina ſua fecerunt, & corripuerunt, vt Χριστιανος, —υυυ. Σεβαστιανος, υ—υυυ. Ο'ππιανος, —υυυ. Τειβουλιανος, υ–υυυ. &c. quos Latini veteres ſunt imitati. Gieſſenæ Academiæ Profeſſores hæc exempla proponunt,

Vnanimi Calphurniănĕ ſociata marito.
Nomina Iuliănō menſes excedere ſeptem.
Adriănō potuit, qui iudice, vaſta profundi.

Et cur quæſo iuniori non licebit quod veteri: maximè cum Metametrica neceſsitatem inuoluat, quâ caruit Metrica?

A V V S.

SEmper aut fere corripimus *Batauum* dum loquimur: at poterimus in metro producere.

Silus. *Iam puer auricomo performidate Bătāvō.*
Lucan. *Vāngiŏnēs, Bătāvīquĕ trŭcēs.* &c.

I N V S.

MVlta ſunt longa, multa breuia: at de *Diutinus* & *Serotinus* diſputatur. PRIMVM Prudentius corripitur in hoc Iambico.

Poſtquam vapor diutinus.

alii non putat obtinere Prudentium & ideò *dĭūtĭnŭs* dicunt: vide Scaligerum *cap. 98. de cauſis linguæ latinæ*. SECVNDVM corripuit Hilarius.

E T V S.

VIetus anceps eſt, illudque poſſumus ad hanc ideam υυυ, aut ad hanc υ—υ reducere.

Horat. *Quis ſudor vĭĕtĭs, & quàm malus vndique membris.*
Lucr. *Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vĭētam.*

I T V S.

VOces *Fortuitus*, *Pituita*. Penultimam habent communem. Hoc probant veterũ carmina, niſi ad duriora & minùs vſitata accurratur. Profeſſores Gieſſani (Heluicus, & Bachmannus) volunt penultimam produci: & cùm vrgentur veterum teſtimoniis, aiunt illud V, quod præcedit I, eſſe conſonans in illis verſibus, & debere legi *Fōrtvītŭs*, & *Pītvītă*. Credite poſteri: ego eorumdem verba ſubiicio.

[*Fortuitus* vulgò cenſetur anceps, tutior autem productio. Vide & Taubmannum in Plaut. Sic & *Pituita* tertia ſemper longa. Nã quod apud Perſium videtur corripi in hoc verſu.

Somnia pitŭitæ qui purgatiſſima mittunt.

Secus eſt: eſt enim ibi triſyllabum *Pitvita*; ſicut & apud Horatium,

———niſi cum pītvītă moleſta eſt.

Catullus autem in Phaleuco legitimè vſurpauit,

Mucuſque & mala pītŭită naſi.

Fortuitus Horatius produxit, & Buchananus: Manilius corripuiſſe videtur hoc verſu

Nam neque fortuitos ortus ſurgentibus aſtris.

Verùm & hic triſyllabum legi poteſt, *Fortuītŏs*. Et *Gratuitus*, quod Statius corripit, Ianus Douſa produci poſſe exiſtimat *in Præcidan. Horat.*] Hæc Gieſſani. Ergo, ſi in vocibus *Fortuitus*, *Gratuitus*, *Pituita*, & ſimilibus *ui* diſyll. poteſt tranſire in *vi* monoſyll. multum poteſt iuuare horum nominũ copia. Interim nota illa verba. *Tutior productio*: infero: *Ergo tuta eſt correptio*: nam quando de altero extremo dicitur comparatiuum, de vtroque poſitiuum debet verificari.

O T V S.

SIcut dicimus *tantum quantum*, ſic etiam *totum quotum*. Ergo *Totus* duplicem ſignificationem habet: vel enim ſignificat vniuerſum, omnem &c. & tunc habet longam penultimam, vel deſcribatur à *tot*, & correſpondet *quoto*, & tunc habet breuem.

Per-

Perſius. *Supplicē ut accedam, ſi tōtŭs & integer illic.*
Manil. *Detrabitur ſummæ tōtă pars quōtă demit ŭtrimque.*

L E N T V S.

FEre antepenultimam corripiunt. *Sōmnŏlēntum* corripit Ambroſius in hymno dicens, *Et ſomnolentos increpat*, & Mantuanus Eclog. 3. producit.

☞ CXX XIII.

QVæ ex duabus integris vocibus componuntur, ſimplicium quantitatem conſeruant: vt *veriſimile*, habet enim eaſdem ſyllabas ac *veri ſimile* diuiſum.

Auſonius. *Conectat veriſimilis ſuſpectio culpas.*
Et iterum. *Concinnat veriſimilis ſuſpectio culpas.*

Interim illud I. quod claudit priorem partem, frequentius breue eſt, Vnde *Veriſimillimus* dat duos dactylos. Sic *Veridicus, Vaniloquus, Fatidicus, Aſtrifer, Cæliger.* & ſimilia habent I, breue.

Hinc patet *crucifixum* eiuſdem eſſe quantitatis ac *cruci fixum*. Interim Fortunatus (vixit anno Chriſti 570.) illud *ci* corripuit:

Qui crŭcĭfixŭs eras, Deus ecce per omnia regnat.

Secundam habet indifferentem *quotidie*.

Ouidius, & Tibullus ſecundam corripiunt in *Săcrĭlĕgŭs*: ergo idem facerent in *Săcrĭfĭcŭs*.

Primam in *nequando* Verepæus longam eſſe vult: alij breuem. Hanc ego vocem in Poetis non reperi, at *Nequaquam, Nequis, Nequidquam*, primam producunt.

Horat. *Nequaquam ſatis in re vnâ conſumere vitam.*
Propert. *Vtere; nequis eat liber amore dies.*
Virgil. *Nequid inexpertum fruſtra moritura relinquat.*
Idem. *——heu tantis nequidquam erepte periclis.*

primam igitur in voce *Nequando* ſecuriſſime producemus.

In compoſitione *retro* & *intro* plerumq; producunt illud *trō*: rariùs corripiunt. *ŭbĭvīs* & *ŭbĭcŭmquĕ* habent *bĭ* anceps. De *Neutiquam* diſputant Grammatici, Gieſſani putant tutiùs corripi: ergo tutè produci.

Sacroſanctus à Drepano corripitur, ab alijs producitur: & Clajus vult illud *crŏ* eſſe commune. Idem dici de *Controverſus* poſſet, qui breue legitur apud Martialem. *Geometra, Geometricus*, illud *o*, licèt ſit *ω*, apud Auſonium & alios corripitur.

☞ CXXXIV.

De primis, & medijs.

SEquar Abecedarium ordinem; vbi non ſit neceſſarium, probationes nō addam; quæram, quod feci hucuſq; ſyllabas indifferentes, ſuppono enim cæteras a Lectore cognoſci: breuitati ſtudebo, tam enim eſt incuſandus ſcriptor, qui ab alijs negata non probat; quam qui ab vniuerſis conceſſa adſumit perſuadenda, & probanda.

A

HAbent primam cōmunem *Abel, Acis Adam, Adria, Agreſtis, Agrippa, Apluda, Apluſtria, Apricus, Apŭlia, Apŭlus, Aſia, Aſiacus, Atlas, Atrox*. Secundam *Amiculus, Ardens*, & tertiam *Anathema*.

Vocem *ænigmă*, vel quod Græcè ſit *αἴνιγμα* quia habet accentum in primâ, vel quia G, & N, eſt muta & liquida, nōnulli authores corripuerunt. An primam habeat indifferentem, videbis in E.

Aratus ἄρατος ille eſt qui Phœnomena ſcripſit: eius nomen produxerunt veteres ſtando quantitati mediæ: Sidonius ſtat accentui & eam corripit,

Diverſas ărătō vias cucurrit.

Priſcianus corripi iubet *affatim*, quod ſit à Græco *ἀφάτως*, vt Accius ait in hoc Senario;

Tum iecore opinio farta & ſatiata ăffătim.

ſed Arator eamdem mediam produxit.

Suppetit ăffātim exemplorum copia, noſque.

Eſt ergo in carmine media indifferens: in proſâ breuis, vt Quintilianus, Gellius, Valla, Taubmannus, & alij tradiderunt.

Adŏleſcens ſecundam habet communē. Antonius Muretus *in Heaut. a. 3. ſc. 1. v. 65.* ſuſpicatur veteres, cùm vellet ſecundam producere, ſcripſiſſe *Adūleſcens* à ſupino *adultum*: & *adoleſcens* à præſenti *adoleſco* ſecundam habere correptam.

In cōpoſitione A, vel eſt Græcum, vel Latinum. Si Græcum, eſt particula priuatiua, & ſignificat *non*. vt *σοφὸς doctus*; *ἄσοφος, non doctus*. & eſt breue: ſi Latinum ſignificat *à*, vel *ex*, & eſt longum. Interim Græci, ſicut primam nominis *Italia* Virgilius, ante duas breues poſitum illud producunt, quia carmen Heroicū tres breues immediatas non tolerat. Archiæ eſt hoc Pentametrum: Οἱ δύο μὲν θνητοῖς οἱ δύο δ' ἀθάνατοι in quo quinque eſſent ſimul breues, niſi vocis *ἀθάνατος*, quæ à particulà priuatiua, & *θάνατος* componitur, prima produceretur.

B

INdifferentium cēſui adnumerari poſſunt, *Bătăvŭs Bēbrycĭs, Bēbryclŭs, Belĭal, Bithynus, Būtyrum*. In his omnibus *y*, eſt indifferens.

C

C*ădens, Cădŭsŭs, Cēbrēnĭdă, Cēbrēnŭs, Cĕcrōps, Cĕdrŭs, Cērĭmōnĭă, Cichōrēă, Cĭtrēŭs, Cŏchlĕăr, Cocles, Cyclops*, (y, indiff.) *Cŏrycŭs*, (y. breu.) *Cydon* propr. y, long. & *Cydon* appell. y. indiff. *Cygnus*. (y. indiff.) *Chalcēdon*.

D

D*ăphnē, Dāvid, Dĭānă, Dŏryclŭs*, (y, long.) *Drăchmă, Dŭplex. Dŭplĭcātŭs.* &c. Item *Dīcō, as*, & *Dīcō, is*.

Edo

E

EDo, vnde comĕdō: ēdō à do. ēdōnĭūs. ēlectrum, ēōŭs, ōthrūrĭă, ēthrūſcŭs, Item *Eurĭpides, Ecclēſiă, ēthĭcă*.

Dicunt Græci αἴνιγμα Latini *ænigma*; & tamen Prudentius auſus fuit primam corripere, dicens.

Legis in effigie ſcriptum per ĕnĭgmătă Chriſtum.

F

Fābrī, *Fābrĭlis, Fābrĭcō, Fābrĭcŏr, Fābrĭcă*, &c. *Fēbris. Fēbrĭcŭlōsŭs, Fĭbr.x, Flābellum, Flāgrō, Flāgrum, Fŏcālĕ, Fŏrtŭĭtŭs*. In hac vltima voce aliqui penultimum corripiunt.

G

Gābrĭēl, *Gălĭlæus, Gĕhēnnă, Gĕrāsēnŭs, Glăbris, Golgŏthā, Grādīvŭs*. Item *Grātŭītŭs, Gĕnitrix, Condĭtrix*, &c. *Gĕryon. habet y indiff.*

H

PRimam habet communem *Hebræus*. ὕδωρ apud Homerum primam habet cõmunem: hinc & *Hydrops*, quin recurratur ad mutam & liquidam, primam habet indifferentem. *Hĭnnŭlŭs*, quia Propertius habet *Hĭnŭlŭs*, & Horatius *Hinnĭlītō. Hymēn. Hymĕnæus. habent y indiff.* Veteres dicebant in genitiuo *Hectōrĭs* & *Neſtōrĭs*, hodie imitamur Græcos, & ſecundam corripimus.

I

Iācob. *Ichneumō Iŏnĭă, Iŏnĭcŭs, Iŏnĭăcŭs, Iŏnĭdes, Iordānis*, Item *īdōlum, Imbēcĭllĭs*.

L

Lābrum, *lăchryma*, Solemus dicere *Lădănum*, & *lādănum* porrimus, quia Ionicè dicitur λήδανον *Lātrō* nomen & verb. *Lāvīnĭum. Lĭbănŭs, Lĭqueſco, lĭquĭdŭs, lĭquĕfăcĭō, lĭquŏr, lĭquō*, &c. *Lūcrētĭŭs, lŭcrum, lŭcrŏr*. Item. *Lēgō, as. Lĕgō, is. Lex, lēgĭs*.

M

Mălŏbăthrum. *Macilentus. Mĕrĕtrix, Mātrīmūs, Mētrum, mētrĭcŭs. Mĭgrō, Mĭtră*.

N

PRimam in *Negligo*, & eius deriuatis Alcimus, & Victor corripiunt, Martialis & Catullus producunt. *Nĭnĭvē. Nĭtrum* corripitur à ſereno. *Nŏlānŭs* à Prudentio: ergo & *Nŏlă* vrbs. *Nĭſārĭŭs. Nēquāndō, neutĭquam, Neſtōrĭs*, [*Neutrăque* in Nominat. Vide finita in A.]

O

NOs ſcribimus *ōbex*: & Virgilius creditur expreſſiſſe *ōbjex*, quem aliqui Iuniores imitantur. Illud igitur *o*, Virgilius producit, Sil. lib. 4. corripit. Vide Angel. lib-4. cap. 17.

Adde *ōcrĕă. obſtētrix*. &c. In voce *ōmittō* primum O, Horatius corripit, & omnes Iuniores cum ipſo: illud tamen bis produxit Mantuanus.

De voce *Orion, Orionis* multa poſſem ſcribere, fuit enim ſumma Authorum libertas & audacia in eius vſu. Conſidera verſus ſequentes.

Virg. *Cùm ſubitò aſſurgens fluctu nimboſus ŏrīon*

Claud. *Debilis ōrīōnis dextra minitatur inermem*.

Virg. *Armatumque auro circumſpicit Oriona*.

Ouid. ——*nitidumque Orionis enſem*. Finis Hex.

Primam breuem dat primus: eamdemque longam cæteri. Secundam breuem dat ſecundus, longam cæteri. Incrementum eſſe breue ſuadent ſecundus, quartuſque: longum tertius. In obliquis omnes tres ſyllabas priores eſſe longas, etiam tertius. Ergo huius nominis menſura eſt hæc, *ōrīōn, ōrīōnĭ*. Puto vltimam recti eſſe longam, quia Græcè eſt ὠρίων, at tunc incrementum longum eſſe deberet, ergo incrementi correptio innuit recti vltimam corripi poſſe. Nil definio: tu conſidera. Catullus per epenthesin dixit *ŏărīōn*:

P

Pālātĭum, *Pālātīnŭs*. [Profeſſores Gieſſani in ſuâ Poëticâ ponunt etiam *Pălātĭum*, & *Pătrĭcīdĭŭm*, an bene?] *Parrĭcīdă, Pātrĭcīdă, Pātrō, Pătĕr, pātrĭs. Pātrōcĭnĭum, pātrōnŭs. Pēlĭon, Pēnŭs, pēnūrĭă*; *Pēplum*: *Pētră, Pētrŭs, pētrĭcōsŭs. Phărĭſæŭs. Phāsĭ. Phĭlŏsŏphŭs. Phrĕnēsĭs. Phrĕnētĭcŭs. Physĭcŭs. Pīlātŭs. Pōples, Prŏprĭŭs. Prōſērpĭnă. Pŭtrĭs*.

παράκλητος cùm tranſit in linguam Latinam, vel ſeruat accentum, & tunc habet breuem penultimam. [Prudentius, *Spirat de patrio corde paracletum*.] vel habetur ratio literæ *a*, & tunc negligitur accentus: vnde in Hymno concinimus, *Qui Pārăclītus diceris*. Ergo hæc vox ſic debet menſurari *Pārăclētŭs*. Eamdem ob cauſam ex voce Græcâ φαίδρωμος, quia Latinus accentum & quantitatem non poteſt componere, dixit *phædrōmus*: hoc eſt *phædrōmŭs*, vel *phædrōmus*. Et ob cãdem cauſam (addo quod mireris) *Phĭlippŭs*. Græcus habet φίλιππος, & Plautus conſeruauit accentum, & non obſtante poſitione, ſemper dixit *Phĭlippŭs*. Vide Poëticam Gieſſanam pag. 90.

Petronius Dratius voluit habere O, breue, ſidonius longum: ergo eſt *Pĕtrōnĭŭs*.

Præſtōlor. Huic voci concedo mediam indifferentem, aut ſi velis ambiguam, quia non cõueniunt Authores. Vide Taubmannum, Becmanum, Heluicum, & Bachmannum.

Paſtĭnum breue eſſe dicunt: at qui produceret, cuius Poëtæ veteris teſtimonio vrgeretur? vt putant eruditi, nullo.

P R O.

MVltos in errorem inducit præpoſitio *Pro*. eſt enim variæ quãtitatis, & apud Authores ſæpe inconſtans. Gieſſani Profeſſores in ſuâ Poëticâ lib. 1. c. 3. pag. 30. ſic (& quidem erudite) diſcurrunt.

Omnium incertiſſima eſt *Pro*: licèt in plurimis ſit longa, non pauca tamen reperiuntur in quibus tamen *breuis* eſt: qualia ſunt *Profugus, Procella, Profano, Profanus, Proficiſcor Profecto, Profundus, Proteruus, Pronepos, Proneptis, Profeſſus, profari, Procello, is*, & *Procio*, id eſt *peto*, vnde *Procus* & *Procax*.

Quamuis verò nihil niſi ex authoritate poëtarũ & virorum fide dignorum poſitum à nobis ſit, omne tamen dubium exemplis tollere manifeſtis, & ſententiam noſtrã confirmare volumus. Exempla igitur Breuium ſunt iſta:

Profuga.	Ouid.	*Et Scyticum* profugâ *ſcindere puppe fretum.*
Procella.	Stat.	——*ſubita ſaliunt in vela* procellæ.
Profano, as.	Ouid.	*Scilicet omne ſacrum mors importuna* profanat.
Profanus.	Idem.	*Miſtaq; erat flammæ flamma* profana *piæ.*
Proficiſcor.	Horat.	*Vt* proficiſcentem *docui te ſæpè diuque.*
Profundus.	Virgil.	*Contremuit nemus & ſylua intonuêre* profundæ.
Profectò.	Horat.	*Partes in bellum miſſi ducis ille* profectò.
Proterua.	Ouid.	*Damnaret nati facta* proterua *pater.*
Ponepos.	Idem.	*Eſt Neptunus auus*, pronepos *ego regis aquarum.*
Proneptis.	Perſ.	*Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla* proneptis.
Profectus.	Horat,	*Campanâ ſolitus trullâ vappamque* profectis.
Profatur.	Virg.	*Tum breuiter Dido, vultum demiſſâ* profatur.
Procello.	Lucret.	*Turbinis immanem vim pro mouet atque* procellit.

In ſequentibus autem PRO eſt indifferens: Procreo, Procuro, Propino, Propago, as, Propello, Propulſo, Procumbo, Profeſſus, Profugio, Profundus.

Procreo.	Lucret.	*Continet amplexu terram, quod* procreat *ex ſe.*
	Tertulll.	*Et ſibi cum genere* procreauit *funera colo.*
Procuro.	Sil.	———*ſtabulis* procurans *otia paſtor.*
	Tibull.	*Ipſe* procuraui, *ne poſſent ſæua nocere.*
Propino.	Mart.	*Hac* propinauit *Bitiæ pulcherrima Dido.*
	Idem.	*Nemo* propinabit *Callidiore tibi.*
Propago.	Lucret.	*Vt* propagando *poſſit producere ſæcla.*
	Idem.	*Nec potuiſſe* propagãdo *producere prolem.*
Propello.	Prop.	*Nunc agite ò Socij* propellite *in æquora nauem.*
	Lucr.	*Eſt procul à tergo quæ prouehat atque* propellat.
Propulſus.	Lucan.	————*cernit* propulſa *cruore.*
Propulsãs.	Lucret.	*Verba* propulſantes *iterabãt dicta referri.*
Procumbo.	Virg.	*Sternitur exanimiſque tremens* procumbit *humi bos.*
	Luc.	*Brachia palpebræque cadunt, popliteſque* procumbunt.
Profeſſus.	Iuuen.	Profeſſi *rapiunt alieno nomine prædam.*
	Horat.	*Scrutantis ſpeciẽ præbere* profeſſus *amicum.*
Profuſus.	Idem.	*At Græcus poſtquam eſt Itala profuſus aceto.*
	Ouid.	———*Fletus ſuper ora* profuſus.
Profugio.	Iuuen.	Profugite *è tectis quæ vos ſectabitur vrbis.*
	Val.	*Contingat mihi deinde mori ſic fata* profugit.
Profundus.	Damaſ.	Profundum *penetrare maris noctemque diemque.*
	Virg.	*Contremuit nemus & ſylua intonuere profunda.*

Huius generis vulgus etiam eſſe putat primam in Propola, *cuius opinionem eleganter, & neruosè refutat* Scal. in Culit. Virgil. *his verbis:* [*Multi putant* Elogium *Græcum eſſe. Ego verò contra putem: quemadmodum pleriſque nominibus Græcis Latini propoſitiones ſuas anteponebant; ita etiam Elogium ex Græcâ voce, & Latinâ præpoſitione conflatum: vt in* Prologo *&* Prologio *&* Antilogio *videmus Sartum: Sic etiam PROPOLA ex Græco* πωλεῖν. *Sed præpoſitio Latina eſt, vt* Prologus: *producunt enim.* (Andriâ. Terent.) *quod non eſſet, ſi Græca. Si enim eſſet* προπώλης hoc eſt προξενητὴς & Paracius Senecæ, *vt nonnulli annotant ex Polluce: neque primam produceret, neque eam ſignificationem haberet, neque nunc. Dictus enim quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat:* & vt Pers. ait, *primus tollit piper à ſitiente camelo, vt prior vendat:* quod manifeſto innuit Lucil.

Sicuti cum ficus primus propola *recentes*
Attulit, & pretio ingent: dat primitus paucos

Nam quò minùs credam doctiſſimo viro, qui cenſet *prŏpōlă* dicendum, facit, quod ea non eſt ſcriptura etymologia, ſed prauæ librariorum cõſuetudinis. Si enim, quod vnus aut alter *Propala* ſcripſerit, verum eſſet, eam rectam eſſe ſcripturam: quidni & ego quoque contenderem *Propula* dicendum eſſe, qui in optimo Gloſſario inuenerim *Propula*? Deinde quare multis partibus plures libri habeant *propola*, quam *propala*? Quid cauſæ eſt, cur quę vſitatior ſcriptura, ea vt verior non ſit? Quare ego puto *Propolam* eſſe Græcum cum latina propoſitione? quæ tamen idem valet, quod Græca πρὸ. *Nam eadem eſt in* πρόλογος, *quæ in* Prologus. *Sic Græci latina vocabula cum Græcâ præpoſitione ratio abſtulerunt, & ſua fecerunt, vt* ἐπιτόγιον. *Sic Arabes addito articulo ſuo* al *pleraque Græca ad morem ſuum enterpolarunt: vt liber Ptolomæi eſt* Almageſte. *Eſt enim* ἡ μεγίςη πραγματεία. *Sic* Almanac, *Kalendarium* μανακὸς *à Luna & menſibus vnde circulus lunaris apud Vitruu.* μανακὸν, *Sic* Alambic. *à Græco* ἄμβιξ *apud Dioſcoridem. Itaque vt dixi. eo modo* propola. *Ita & de* elogio *&c.*] *Hactenus Scaliger: Probatur & Taubman. in Aulular. Plauti, Act. 3. ſu. 5. v. 38, Quod verò à nonnullis dicitur, nomen* Propago *cum ſignificatione mutare etiam quantitatem, & pro* vite *produci, vt*

Georg.

Georg. 2. — Flexos propaginis arcus;
Pro Poſteritate *autem ſive* Progenie *corripi, vt:*

Aeneid. 1. Sic Romana potens Italâ virtute propago:

Id eſt vir è republicâ veritatis. Nam in vtroque exemplo Virgilij vna eſt ſignificatio, prior quidem propria, poſterior verò metaphorica. Habeat igitur Propago *ſiue nomen ſit ſiue verbum, primam communem & indefferentem. Contra Probus ſtatuit Nominatiuum* Propago *eſſe breuem, at ablatiuum longum, vt:* Melius prop gine vites Reſpondent, *vide & Erythr. in Indic. Virgil. verùm & ablatiuus* propage *à Victore & Auſ. corripitur.*

Porrò prima in Proficio, Proluo, Profluus, Proſequor, *&c. à probatæ fidei & antiqui ſeculi Poetis ſemper producitur; Symphonius autem: Tertulianus, Drepanius, Helpidius & alij recentioris ætatis Poetæ Sacri, corripuerunt: vt*

Symph. Excedi Muſas nec adhuc tamen inde profeci.

Tertull. Et concreta diu proluatur pectore culpa

Drep. Soluo pater profluas hilari de pectore grates

Helph. Lumine monſtratumque polis proſecuta nitorem

Verùm ab antiquis authoritas petita longe tutior & probabilior eſt] In Græcis autem *pro* tantummodò breuis eſt, vt *Prŏpheta, Prŏmetheus. Prŏlogus, Prŏcyon; Prŏinſtes, Prŏchyla. Prŏculeius, Prŏpotis &c.*

[Ita pro mero Græco, non miſto, *Propolam* Euricius Cordus Poëta Haſſus dū lib. 3. Epigrammum, corripuit:

Si te dira parens factam iuuat eſſe Propolam.

Nec ideò erroris damnandus, quamuis à Lucilio Prudentio & aliis producatur.]

Hæc omnia Gieſſanæ Metricæ Author: ex quo duo retine: alterum pro vocibus Arabicis, alterum pro Græcis. Articulus *al* apud Arabes nominibus præponi debet, & poſteà apud homines alios compoſitionis neſcios in thema tranſit: vnde Hiſpani præter *Almageſto, Almanaque, Alambique,* quorum mentio fuit facta, habent *Albeytar, Alcalde, Alcayde, Alcorza, Aldea, Afange, Alferes, Alguacil,* & ſexcenta alia. in quibus *al* ad nominis ſubſtantiam pertinet, addimus enim noſtrum articulum, & dicimus *El Almageſto de Ptolomeo, El Alferes,* &c. Sed hæc noſtra non referunt. Venio ad *Pro* particulam propoſitiuam, & pro vocibus, de quibus nihil hucuſque definitum, ſtatuo hanc legem. *Vbi certum ſit hanc particulam eſſe Græcam, exit breuis: vbi certum ſit eſſe Latinam, erit longa: vbi autem dubium ſit, an ſit Græca an Latina, erit dubium, an ſit breuis, an longa. Ergo in tali illa caſu erit indifferens:*

Vnum & idem nomen *Propago* in nominatiuo habere primam breuem, in ablatiuo longam, quod Probus aſſerit: videtur nimium, & reiici omninò debere. An ex ſupino cognoſcetur præſentis aut præteriti quantitas? Cur non, ſi alia teſtimonia non adſint. Putamus enim in *Profundo* primam eſſe indifferentem, quia licèt non ſuccurrat teſtimonium, quod eam in præſenti perſuadeat eſſe breuem. habemus in præterito *Prŏfūdī*, & *Prōfūdī* & in ſupino *Prŏfūſum*, & *Prōfūſum*. Conſidera verſus ſequentes.

Alcim. *Nam lenem ſuaui flatum* profundit *ab ore.*

Virgil. *Vix ea: cum lacbrymas oculis Iuturna* profudit.

Manil. *Aequora* profundit *toto naſcentia ponto.*

Ouidius. —— *Fletus ſuper ora* profuſus.

Horat. *At Græcus poſtquam eſt Italo* profuſus *aceto.*

Q

QVădrans, quădrātŭs, quădrŭs, quădră, quădrum, quădrāgĭnŭs, quădrāgēnārĭŭs, quădrāgēsĭmŭs, quădrāgintā, quădrantāl, quădrāntārĭŭs, quădrō, as, & omnia quæ ex his componuntur aut deriuantur, vt *quădrīgā, quădrŭpēs* &c. Adde *Quŏtīdĭē*, quod ſecundum multos habet indifferentes duas priores.

Terent. *Nam mihi quidem quotīdĭē augeſcit magis.* Iamb.

Catull. *Coniugis in culpâ flagrari quōtīdĭānā.*

Mart. *Levis dropace tū quŏtīdĭānō.* Phaleuc.

Ex primo verſu non conſtat primæ ſyllabę quantitas: illo enim loco & Spondeus & Iambus capi poteſt. conſtat ex cæteris, illam enim Martialis corripit, & Catullus producit. Secunda in ſecundo verſu brevis eſt: longa in primo & in tertio.

R

REtrō, rĕtrōrſum, & quæ à *rĕtrō* componuntur, vt *Rĕtrōgrădŭs, rĕtrōvĕrsŭs,* &c. *Rŭdō, Rŭtrum.*

Re in compoſitione, ſive iterationem, ſive negationem ſignificet, breve eſt: at ſæpe, & præcipuè in vocibus quæ habent poſt illud *re* duas ſyllabas breves, producitur per epentheſin: dicitur enim *Rellıgio, Repperio, Reffero,* &c. Quando verbum incipit à duplici conſonante vt *Spondeo, ſcribo, ſcio,* &c. præpoſitum *Re* longum eſt: dicimus enim *Rēſpondĕō, rēſcrībō, rēſcĭō*: interim in Bonauentura Caualerij Trigonometriâ lego hos verſus.

Telluris quicumque cupis, cœlive rēſcīrē
Queque Căvālĕrĭŭs, te docet arte novâ.

In quibus vox *Reſcire* primam, & *Cavalerius* tertiam brevem habet. Author fuit clariſſimus dominus C. B. I. P. Vtrum ſit tantus, vt illum poſſis imitari, tu videris.

S

SAcrō verbum habet vtramque communem, inde *Săcĕr, săcră, săcrum. săcrāmĕntum, săcrĭfĭcĭum, săcrĭfĭcŭs, săcrĭfĭcō, săcrōsănctum ſuccedunt sălūbĕr, sămārĭă, sămărītă, sămărītānŭs, ŝătrāps. sătrăpă. ſcătŭrĭă. sĭdōnĭŭs, sĭnŭs sŏcrŭs, sĭmŏlēntŭs, spădō, ſtătim, ſtrĭgĭlis, ſtrĭgōsŭs. ſtŭprum. ſtymphălĭdēs. sŭprā, sŭsānă.*

Poſui inter indifferentes *ſinus*, & quia vox

 hæc

hæc vas, veſtem, caſſes & litus ſignificat, hos verſus legendos propono.

Silius *Cætera ſinuatis glomerat ſub pectore gyris.*
Virg. *Sinum lactis & hæc te liba Priape quotannis.*
Virg. *Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra.*
Virg. *Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes*
Liu. And. *Balteus & revocet volucres in pectore ſinus.*
Mart. *Pulcher adeſt onager mitti venatio debet*
lib. 13. *Dentis Erithræi iam removere ſinus.*

Hic me ſequere. Prima ſignificatio videtur veſtes ſolas reſpicere: & tunc habet primam communem, vt patet ex verſu quarto & quinto. Per metaphoram, vt bene notant cum Calepino multi alij, vas, littus, & caſſes ſignificat: ergo etiam tunc erit indifferens; quia metaphora vocum quantitates non mutat. Sic ratio me cogit diſcurrere. At contrà ſtat vſus & veterum Poëtarum authoritas: *sĭnŭs* enim ſignificat veſtes liberiores: *sīnŭs* vas quoddam ſinuoſum; & *sĭnŭs* aut litus, aut caſſes. [In primo verſu vox illa *ſinuatis* fortè non eſt tetraſyllaba, ſed V fit conſona, vt inde moloſſus *sīnvātīs* reſultet.]

T

Tĕtrāchŏrdŏn, Tĕtrămĕtrum, Tĕtrārchă, Tĕtrĭcŭs, Tĕtrĭnnĭō verb. *Thāles, Tĭgrĭs*, fera. *Tŏbĭās, Trĭplex, trĭplĭcō*. Item *Tōrcŭlār*. *Tārquĭnĭŭs, Tĭbĕrĭŭs*. Item ratione diſſidij & inter accentum & quantitatem apud Græcos *Trĭgŏnŭs*, & *Tĕtrăgŏnŭs*. *Tethys* habet primam longam & ſecundam ancipitem: *Thetis* verò primam indiferentem; & ſecundam breuem. *Totus* pro vniuerſo, primam habet longam: ſi contraponatur *quoto*, breuem.

V

Vālĕdīcō coniunctim ſumptum: ſi dividatur, *Vălĕ dīcō*. *Vĕprēs, Vĭbrō*. *Vĭtĭcŭlă*. *Vĭtrum Vĭsĭcŭs*. *Vŏlŭcrēs, Vtĕr, ŭtră, ŭtrum*, & comp. & deriuata vt *ŭtĕrquĕ, ŭtrăquĕ* &c. *ŭtrumquĕ* &c. *ŭbīvīs, ŭbĭcūmquĕ*. [De voce *ŭtrăquĕ* in nomin. vide finita in A.].

Notavi, etiam habere literas indifferentes *Vaticanus* in quo Gieſſani cognoſcunt ſecundam indifferentem: licèt enim hanc vocem inter longas poſuerint, pupugerunt hoc modò *Vātĭcānŭs*. *Vălētūdō*, dicitur & *Vălĭtūdō*, per I à ſupino *Vălitum*, vnde & *Validus*. per E ab imper. *Vălētĕ*, vel infinitiuo *Vălērĕ*. *Vitupero*, exponi ſolet *Vitium paro*: volunt multi produci illud *tu*, ſed exemplum deſideraremus, vt cogeremur obedire. Citant Terentium, at verſus quem adducunt contrarium ſuadet;

Iſti | vĭtupĕ | rant fa | ctum atque in c | o di | ſputant.

Gieſſana Poetica adducit hunc Lipſij ſenarium.

Quos placi | tum eſt lau | dant: quos | placitum eſt | vitŭ | pĕrāns.

Sanè in Lipſij verſu eſt *vĭtŭpĕrō*: at in verſu Terentij non facili negotio examinabitur qualis pes ſit ille *vitupe*: ne ſit dactylus facit prima brevis: ne ſit anapæſtus, vltima brevis: ne ſit amphibrachus, genus carminis, quia Iambica talem pedem (& in ſecundo loco præcipuè) no admittunt. Ergo ſupereſt vt ſit tribrachus.

Y

Homerus primam in voce ὕδωρ indifferentem eſſe voluit, quod notavi ſuperiùs, cùm agerem de incipientibus ab H. Hęc ergo indifferentia in omnia derivata & compoſita tranſit, quæ iuvat etiam hic dixiſſe, vt cognoſcatur meliùs.

Z

Zăbŭlōn, Zăchæŭs, Zăchărĭăs, Zĕbĕdæus, &c. in ſyllabis, quas nec diphthongus, nec poſitio, nec accentus metitur, non habent determinatam quantitatem.

☞ CXXXV.

De his quæ mutant cum ſignificatione quantitatem.

NOnnullæ voces dividitur, & alterantur, vt *Eraſmus* eras mus. *Dominus*, do minus. *Volueramus*, volve ramus. *Amavère*, ama verè. *ămārī*, à mari, *ămāsē*, ama te. *Aſtricòmàs*, aſtri comas &c. & hæ voces interdum mutant quantitatem.

Variatio etiam declinationis, coniugationis, caſus, temporis, &c. variat nonnunquam ſyllabæ magnitudinem; vt *Mūsă* nom. *Mūsā* abl. *sānctē* voc: *sānctē* adverb. *Dĕcŏr, dĕcōrĭs*: *Dĕcŭs, dĕcŏrĭs*. *sēnsŭs* nom. *sēnsūs* genit. &c. *Mărĭa* Deipara, *mărĭă* &c. *Amārĕ* verb: *ămārē* adverb. *Lēgō, lēgĭs, lex, lēgis*. *Lĕgō, as*. *Lĕgĭt* præſ. *Lēgĭt* præt. ſic etiam *Pērlĕgĭt, ādvĕnĭt, īnvĕnĭt, cōnvĕnĭt, sŭbvĕnĭt*, &c. in præſ. & in præt. *Pērlēgĭt, ādvēnĭt, cōnvēnĭt, sŭbvēnĭt*, &c. *Vĕnĭmŭs* præſ. *vēnĭmŭs* præt. ſic etiā *īncĭdō, ōccĭdō, rĕcĭdō, dēcĭdō*, &c. à *cădō*: *incīdō, ōccīdō, rĕcīdō, dēcīdō*, &c. à *cædō*. ſic tandem *pērmănēt* à *pērmănĕō*: *Permănĕt* à *permănō*. *Mīsī, mĭsĕrĕ*, verb. *mĭsĕrē* aduerb. *Tĕnērĕ* verb, *tĕnĕrē* adverb. *Honores* verb. & nom *hŏnōrĕ* nomen ſubſt. *hŏnōrĕ* voc. *hŏnōrē* adverb. *lăvĭs* præſens à *lăvō, vis*. & *lāvĭs* præt. à *lăvō, as*.

Placet addere hæc carmina, quæ nonnulla nomina complectuntur, quæ diverſas habent ſignificationes, & quantitates.

Eſt Acer *in Sylvis equus* Acer *Olympia vincit.*
Improba cantat anus, *in ſcamno ſeſſitat* anus.
Devorat os oris, *quidquid luccatur* os oſſis.
Dum ſinit hora canes, *effæto tempore* canes.
Grandævique canis *candeſcunt tergora* canis.
Vin tibi dicamus, *cui carmina noſtra* dicamus
Leuis *adhuc puer eſt*, leuis *autem ſermo puellæ*.
Deceptura viros pingit mala *fæmina* malas.
Malo *tamen pulchrum* malo *decernere* malum.
Populus *in Sylvis* populus *reperitur in vrbe.*
Pluribus ille refert *quæ non cognoſcere* ſefert.
Sylva vetus cecidit *ferro quam nemo* cecidit
In ſylvis lepores *in verbis quære* lepores
Et parere *vxorem decet &* parere *marito*
Oblitus *eſt vino, ſed non* oblitus *amoris* &c.

APPEN-

APPENDIX I.

☞ CXXXVI.

QVAE nos obſervavimus circa ſyllabarum quantitates iam videris; quod alij obſervaverint audire vis, & meritò plura enim multi invenire poſſunt & ſolent, quàm vnicus. Qui alios libros examinet, vix plura inveniet, puto enim Nos, aut etiam clariſſimos Authores collegiſſe omnia, quæ poterant ſciri, vel colligi. Ergo ſequentes paginas accuratè reſpice, & præſcriptis coopta.

☞ CXXXVII.

ECcleſiaſticos ſuo iure vti aut abuti notarunt plurimi, & inter ipſos Smetius, quem paulo antè produxi & laudavi. Proſodiæ ſuæ addidit Appendicem vocum aliquot, quas Eccleſiaſtici & alij quidam poſteriores Poetæ contra vel regulas vel orthographiam vel originis naturã, vel morem veterum vſurparunt: quas tamen monet temerè imitandas (ſuſcipiendas) non eſſe. Et Ego, ne quidpiam meo Lectori deſit, quod eius poſſit eruditionem promovere, ſyluam ipſam ſubijcio.

A

Abdera	Marcell.	*Quod Cous docuit ſenior, quodque abdera ſuaſit.*
		Media huius per ſcriptum etiam Mart. producit.
Abidus	Auien.	*Seſtos vbi atque Abydos parvo Salo diſcernuntur.*
		Media Ouidio longa eſt.
Adon	Capel.	*Ammon & Arentis Libyes ac Biblius Adon.*
		Priorem Virgilius brevem ponit:
Affatim	Arator.	*Suppetit affatim exemplorum copia, noſque.*
		Media Accio eſt brevis.
Agathe	Fortun.	*Hinc mater, hinc ſponſa Agnes, Thecla dulcis Agathe.*
		Secundam alij & Martiali ipſe brevem habent.
Ammon	Capell.	*Ammon & Arentis, Libyes ac Biblius Adon.*
		Vltima per ω ſcribitur, quæ longa ſemper.
Aquitania	Auſon.	*Temperat ingenuos, qua læta Aquitania mores.*
Aquitanicus	Sidon.	*Fulmentis Aquitanicis ſuperba.* Phal.
		Secundam producit Tibullus.
Aratus vir.	Mamer.	*Aut Arati numeros, aut picta Manethonis aſtra.*
		Secundam Hel. Cinna producit.
Archyta	Fortun.	*Archyta Pythagoras, Aratus Cato, Plato Chryſippus*
		Mediam Propertius extendit.
Archimedeus	Capell.	*Archimedea, aſtrificante manu pentam.*
Architectus	Arator.	*Qui fundamentis manet Architectus in illis.*
		Secundam Mart. contrahit.

B

Beryllus	Prud.	*Hinc ſibi ſapphirum ſociauerat atque beryllum,*
		Primam Propert. producit.
Berytus	Auien.	*Hic Tyras eſt opulens & Berytus optima, Biblos.*
		Secundam Propert extendit.
Beticus	Seren.	*Sal nuceum ſumet Beticũm, quod nomine dicunt.*
		Prima Martiali eſt longa.
Bipes	Auſon	*Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia ſolus.*
		Poſterior producitur in tripes, quadrupes, & pes veteribus.
Bis	Arator	*Bis habitum quem culpa creat, iam bella tribuimus.*
		Breuis eſt Ouidio & alijs.
Blaterat	Au. Phil.	*Blaterat hinc aries, & pia balat ouis.*
		Horatio prima huius contracta eſt.
Bobus	Auſon.	*Aes veluti ſpirans cũm bobus exagitas.* (*bubus*]
		At priorem Ouidius producit [ſed forte dixit

C

Calceamenta	Prud.	*Plantis calceamenta diſſolutis,* Phal.
		Tertia natura longa eſt in calceatus.
Chalcedon	Prud.	*Hinc Chalcedon hebes perfunditur ex hyacintho,*
		Vltima per ω ſcribitur, ideoque producenda.

FVit Henricus Smetius Medicinæ Doctor, & ſi ita Aeſculapio, quàm Apollini deditus, Medicæ Rei doctiſſimus. Edidit Proſodiam promptiſſimam, quæ ſyllabarum poſitione & diphthongis carentium quantitates ſolâ veterum authoritate adductis exemplis demonſtraret. Hanc iuvenis & in ætatis flore iuris publici fecit; & quia ingenia erudita non torpent, anno ætatis ſuæ LXXV. Mantiſſam addidit, & in fine ſecundæ editionis adiecit [& quidem præſtaſſet voces interferere, & ex Proſodiâ & Mantiſſâ vnicum opus cõformare.] In epiſtola ipſe ad Ioannem Korenpuntiũ Tribunum & Architectum militarem, cui opus dedicat, fatetur voces & ſyllabas diuerſo accentu & quãtitate à viris etiam doctis proferri, nec bene ab omnibus: & quia doctè perorat, eius verba ſubiungo.

QVum ante annos pauculos, vir fortiſſime, poëmata quædam prima ætate noſtra luſa, recognoſcere in mentem veniſſet, tandemque quorundam, qui in ſcribendis verſibus peritiores, editiſque in lucẽ poematis clari; hoc loco viuebant, indicio ſubiciſſem: accidit, vt diuerſis diuerſa (prout, ne quid amicitiæ darent, cos ante obteſtatus fueram) obelisco liberrimo confingentibus

Pachynus *Virg.* Præſtat Trinacriis metas luſtrare Pachyni.
Ovid. Eſt quibus imbriferos verſa eſt Pachynus ad Auſtros
Palam *Virg.* Ipſa palam fari omnipotens Saturnia iuſſit
Proſp. An dextram pacis palam dare te pudet hoſti.
Palatium *Ovid.* Illic quas tolerant nemoroſa palatia frondes
Mart. Inde ſacro veneranda petes palatia clivo.
Palatinus *Horat.* Scripta Palatinus quæcumque recepit Apollo.
Mart. Ad Palatinas accipenſera mittite menſas.
Palus vdis *Virg.* ——— Cocyti tardaque palus innabilis vnda
Horat. Regis opus ſteriliſque diu palus aptaque remis
Pandion *Lucret.* Incubuit tandem populo Pandionis omnes
Pādionius *Lucan.* Et Pandionias quæ cuſpide protegit arces
Pādionis. *Avien.* Hæc cum Pandionis lectum componeret aula
Panditur, *Virg.* Panditur interea domus omnipotentis Olympi.
Paricida *Prud.* Innocuas inter ſoboles genuit paricidam
Arator Paricida trahis, quid Chriſti ſanguine fuſo
Patefio *Lucr.* Cauſa patefiet quæ ferri pelliciet vim
Prop. Nec flenti Dominæ patefiant nocte feneſtræ.
Pater *Virg.* Eſt mihi namque domi pater, eſt injuſta noverca
Idem. ———— fer ſacra pater & concipe fœdus
Peragro *Lucret.* Avia Pieridum peragro loca nullius arte
Virg. ———————— Lybiæ deſerta peragro.
Perit *Iuven.* Eloquio ſed vterque perit orator, vtrumque
Idem. Invenit obtritum, vulgi perit omne cadaver.
Petrus *Prud.* Somniat illapſum Petrus alto ex æthere diſcum.
Arat. Petrus vtramq; regens tibi corpus & hic parat vmbram
Phæacius *Prop.* Nec mea Phæacias æquant pomaria ſylvas
Tibull. Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris:
Pharetra. *Prop.* Sive aliquid Pharetris Auguſtus parcet Eois.
Horat. Voce dum terret viduus Pharetra
Phariſæus *Ledul.* Poſt Dominus Phariſæa petens convivia cœnæ
Iuven. Ecce Phariſæi tentantes quærere pergunt?
Phaſe *Tertul.* Hunc Paulus Phaſe conſcribens decreta Corintho.
Alcim. Finierat Rector, legeſque & fœdera Phaſe.
Phaſelus *Virg.* Et circumſpectis vehitur ſua rura Phaſelis
Prop. Sedarit placidâ vela Phaleſus aquâ.
Philoſop. *Sidon.* Pingere Philoſophici victricem Laida cepit
Turpil. Vt Philoſophi aiunt iſti quidvis ſatis eſt.
Photinus *Prud.* Hàc ſeſe occultant Photinus & Arius arte.
Lucan. Auſus Pompeium letho damnaſſe Photinus.
Phreneſis *Iuven.* Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis.
Seren. Exitio cerebri phreneſis furioſa movetur.
Phrenet. *Mart.* Invaſit medicus ſica phreneticus Eucli
Proſp. Quid mirum rabido ſi corde phreneticus æger.
Phyſicus *Auſon.* In phyſicis tria prima Deus mundus data forma.
Sidon. Phyſica vel logico logicum vel jungit ad ethos.
Pilatus *Prud.* Pilatus jubet ignorans, tu ſcriba tripictis
Lactan. Finge animo & cæci infanda Pilati.
Pinarus *Fan.* Per longum Pyramus ſpacium Pinaruſque voluti
Avien. Pyramus hic vndas, hic volvit Pinarus æquor.
Pituita *Horat.* Præcipuè ſanus niſi cum pituita moleſta eſt.
Perſ. Somnia pituitæ qui purgatiſſima mittunt.
Platea *Stat.* Nuntiet excubiis vigiles arſiſſe plateas
Horat. Plures ſunt plateæ nihil vt meditantibus obſtet.
Pleiades *Ovid.* Pleiades incipient humeros relevare paternos
Prop. Non hæc Pleiades faciunt nec aquoſus Orion.
Porrò *Iuven.* Multos porrò vides quos ſæpe eluſus adipſum
Lucret. Et ſibi pro porrò quæ ſint primordia quæruit.

ginas [vocales (finales ſcilicet) natura breves pro longis habebant, ſi ab SC, SP, & ST, ſemivocali & mutâ ſequentibus exciperentur.

Catullus. *Nulla fuga ratio, nulla ſpes, omnia muta.*

Tibullus. *Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.*

Virgilius. *Ferte citi ferrum; date tela ſcandite murum.*

Statius 6. Theb. *Præceleres agile ſtudium & tenuiſſima virtus.*

Iuvenalis. *Occulta ſpolia & plures de pace triumphos.*

Prud. in Hym. *Mitte aliâ ſtolidi bacchantia gaudia mundi.*

Idem. *Vibrato capite ſpicula dentium*, &c.

(Qui aliam lectionem hic in Virgilio, aut aliis) ſupponunt; ruinam ſcilicet ſyllabę tibicine non neceſſario fulciunt.) Atque hæc [N.B.] quorum magnam vim accumulare poſſem, imitari hodie inſolentiæ cuiuſdam videtur: illa autem quorum magna apud antiquos raritas, iam non modio, vt ait Comicus, neque trimodio, ſed ipſo horreo nobis admetiuntur. Et poſtquam Meliſſum & Siberum, amicos ſuos, laudavit, ſic pergit. [Eadem moneri poſſent de modis gerundivis in *do*, quos æquè nimis licenter & frequēter hodie corripiunt, &c. Hęc Fridericus Taubmanus in ſua Melodæſiâ.

Hinc patet, ſicut in philoſophiâ, ſic etiam in ſyllabometriâ eſſe interdum pugnantes Doctorum ſententias, & poſſe meum Lectorem dum *Grammatici certant, & adhuc ſub Iudice lis eſt*, alterutri parti adhærere: & propter hanc libertatem omnes ſyllabas in quarū quantitate non conveniunt poëtæ, indifferentibus adiudicare.

M Non Florebat

Poſſis	*Horat.*	Non poſsis oculis quantum contendere lyncæis.
	Iuven.	Tam jejuna fames cum poſsis honeſtiùs illic.
Potitur	*Virg.*	Vt potitur, quid non mortalia pectora cogis.
	Lucill.	Deficit alma Ceres nec plebes pane potitur.
Præputiũ	*Iuven.*	Qua pater abſtinuit mox & præputia ponunt.
	Victor.	Præputio exutos octaua luce ſacrare.
Præſes	*Arator.*	Optime præſes ait, dudum te novimus omnes
	Idem	Aequius hic præſes oris diffundit habenas
Præſtò	*Mart.*	Pauper erit præſto tibi', præſto pauper abibit.
	Tibull.	Sed tibi non multum eſt vnum ſi præſto rogatum
Profeſſus	*Ovid.*	Non eſt de tetricis, non eſt de magna Profeſſis.
	Iuven.	Profeſſi rapiunt alieno nomine prædam,
Profluus	*Drepan.*	Solve pater proflnas hilari de pectore grates
	Illamert	Proflua lacte ſacro, largus dabit vbera Chriſtus.
Profund.	*Virg.*	Contremuit nemus, & ſylvæ intonuêre profundæ
	Damaſc	Profundum penetrare maris noctemque diemque
Proles	*Fortun.*	Et nova de terris proles in aſtra volat
	Iuven.	Dic mihi Teucrorum proles animalia muta.
prop.ver.	*Lucret.*	Vt propagando poſſit producere ſecla.
	Idem	Efficis vt cupidè generatim ſæcla propagent.
Propino	*Mart.*	Nemo propinabit callidiore tibi
	Idem	Hoc quoque non nihil eſt, quod propinabis in iſtis.
Proſerp.	*Virg.*	Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem
	Horat.	Quàm penè furvæ regna Proſerpinæ.
Pſalteriũ	*Virg.*	Non arguta ſonant tenui pſalteria corda
	Arat.	Pſalterium Lyrici compoſuêre pedes.
pugillares	*Prud.*	Inde pugillares ſoliti percurrere ceras
	Iuven.	Nec pugillares defert in balnea raucus.
Pulex	*Calum.*	Paruulus aut pulex irrepens dente laceſsit
	Aut.Pu.	Parve pulex & amara lues inimica puellis.
Pulvis	*Prop.*	Sit mihi præcipuè pulvis Hetruſca dolor
	Virg.	Per terram & verſa pulvis inſcribitur haſta.
Putreſco	*Lucret.*	Poſt mortem fore vt aut putreſcat' tempore poſto.
	Idem	Sed penitùs pereunt convolſi conque putreſcunt.
Pyrã. vir.	*Ouid.*	Pyramus & Tysbe juvenum pulcherrimus alter.
	Fann.	Per longam Pyramus ſpatium Pinaruſque voluti
Pyrethrũ	*Seren.*	Eſt pyrethrum calidum ſiccum quoq; quartus in iſtis;
	Macer.	Purgatur cerebrum menſa radice pyrethri:

Q

Quadrag.	*Catul.*	Quadraginta arui cætera ſunt maria *pentam.*
	Victorin	Exceſſit montes cum quadraginta diebus.
Quadrat.	*Manil.*	Sed quis cenſenus erit numeraſſe quadrata
	Lucr.	Efficitur quoddam quadratum vnæque figuræ.
Quadrup	*Prud.*	Non recipit natu. æ hominis modo quadrupes ille.
	Virg.	Tollit ſe arrectum quadrupes & ſaucius auras.
Quando	*Horat.*	Quando pauperiem miſſis ambagibus horres
	Mart.	Quandò morę dulces longuſque à Cæſare pulnis.
Quaſi	*Lucr.*	Et deuicta quaſi cogetur ferre patique
	Idem.	Sed quaſi naufragijs magnis multiſque cohortis.
Quatuor	*Virg.*	Sis bonus ô felixque tuis, en quatuor aras.
	Ennius	Cedunt ter quatuor de cælo corpora Sancta
Quinimo	*Prud.*	Haud quaquam tamen eſſe Deum, quin imo gehennę
	Victor.	Quin imò nil non cauſa Deus alme tuorum.

R

☞ CXLIII.

Raab	*Prud.*	Procumbit Iericho ſola ſtant atria Raab
	Paul.	Sola Raab meretrix caſtam quæ geſsit iniquæ.
Redit	*Virg.*	Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.
	Iuven.	Majeſtas tandemque redit ad pulpita notum.
Refriger.	*Alcim.*	Quod ſi nec refrigerio hoc extinxerit omnes
	Pau.Ep.	Stillauit digito, gutta refrigerij. *pentam.*
Refreno.	*Lucr.*	Relligione refrenatus———
	Idem.	His natura ſuum refrenat viribus auctum.

Reicio

FLorebat ante centũ annos: ſcripſit de re Poëticâ libros vij. quos Lipſiæ edidit. Typographus non expreſsit annum: at in exemplari, quo vtor, hanc notam manuſcriptam lego: *Auctoris donum : M D L X V.* Et quidem libro primo, in quo de ratione cognoſcendarum ſyllabarum, deque virtutibus & vitijs carminis Elegiaci diſputat, non pauca de ſyllabis] indifferentibus producit, quæ digna ſunt, vt etiam à Philomuſo meo legantur, Pręcipua exſcribo: ait enim:

Si poſt mutam ſequitur liquida, triplex obſeruatio ſtudiosè adnotanda eſt:

Prima. Syllabæ poſitione longę breues fiunt. Ouidius in Heroid.

Hercule ſuppoſito ſydera fulcit Atlas.

Item ſexto Metamorph.

Ad mandata Prŏgnes, & agit ſua vota ſub illis.

Secunda. Contrà breues ſyllabæ propter eamdem propoſitionẽ fiunt longæ. Idem Metamorph. XIII.

Et primò ſimilis vŏlŭcrī; mox vera vŏlŭcrīs.

Eodem referuntur, *Tenebræ, lugubris, Cyclophs, Patroclus, Trinacria, Ludicrus, Cupreſſus,* (*vel Cypreſſus*) *ſupremus, quadrupes, Cedrus, Adria, Pater, patris. Hetruſcus, Atrioles, meretrix,* & his ſimilia.

Apoſtrophus ſyllabã facit in aliquibus vocabulis breuem, in aliquibus longam. Breuem: Virgilius Æneid. 6.

— viden. vt geminæ ſtent vertice criſtæ?

Ouidius in Heroid.

Noſtin'an exciderint mecum loca?

Longam: Horatius in Sermon.

Illuc vnde abij redeo: nemo vt auarus ſe probet.

Virgilius Æneid 1.

Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ?

Nomi-

Reícío	*Virg.*	——— paſcentes à flamine reice capellas
	Stat.	Tela manu reicitque canes ———
Reliquus	*Mart.*	Texantur reliqua tecta palude tibi
	Tertull:	Reliqua ſed recubat nunc turba cubilibus imis.
Reprendo	*Horat.*	Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprendes
	Lucr.	Nec memori tamen id quimus reprendere mente.
Rei	*Lucr.*	Ipſius rei rationem reddere poſſis *hexam.*
	Iuven.	Incertæque rei Phalaris licèt imperet vt ſis
Retrò	(*Virgil.*	Amnis & Adriacas retrò-fugit Aufidus vndas
	(*Prud.*	Et comperpetuum patri retrò ſed patre natum.
	(*Proſp.*	Retro ſenum & juvenum qui cœcà turpiter vſi.
	(*Virg.*	Abduxere retrò longè capita ardua ab ictu
Rhea	*Virg.*	Collis aventini ſilva quem Rhea Sacerdos
	Stat.	Sic ſub matre Rhea iuvenis regnator olympi.
Rubigo.	*Mart.*	Vteris ore aliter, nimiàque rubigine captus
	Virg.	Exoſa inveniet ſcabra rubigine tela.

S

Sabellius	*Prud.*	Cede profanator Chriſti, iam cede Sabelli.
	Arator.	Perſonas tres eſſe negans Sabellius vnum.
Saginatus	*Proper.*	Parua ſaginati luſtrabont compita porci.
	Galph	Vt quoque turba bono plaudat ſaginata magiſtra
Salebra	*Prop.*	Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras
	Mart.	Sed quæ per Salebras altaque ſaxa cadunt.
Salubris	*Prop.*	Potaque Pollucis nympha ſalubris equo
	Cinna	Hoſtica quod ſalubrem cuſpis haberet opem.
Samarita	*Iuven.*	Ecce Samaritum populi venere rogantes
	Idem	Diſpernens veterum Samaritum iuſſa miniſtrent.
Sanguis	*Tibul.*	Quidquid agis, ſanguis eſt tamen ille tuus.
	Virg.	——Sanguis habet frigentque in corpore vires.
Sardinia	*Prud.*	Venerit in medio Tybure Sardinia eſt *pentam.*
	Idem	Iamque Remi populo quernas Sardinia glandes,
Scarus	*Horat.*	Nec ſcarus aut poterit peregrina iuvare lagois
	Ennius	Scarum præterii cerebrum Iovi pene ſupremi.
Segor.	*Cyprian.*	Tunc Loth ingreditur Segor, ſimul exoritur ſol.
	Victor.	Ipſe Segor lachrymis petiit ſecura receſsûs
Seplaſia	*Auſon.*	Aëre Seplaſiæ decipiare cauæ. *pentam.*
	Marcell.	Quodque ab Idumæis vectum Seplaſia vendunt.
Seraphis	*Mart.*	Vincebant, nec quæ turba Seraphin amat.
	Idem	Iſæum Serapin Nilus veneratur Oſirin.
Serò	*Titul.*	Heu ſerò reuocatur amor Seroq; iuuentus.
	Stat.	Serò memor thalami, moeſtæ ſolatia matri.
Seruil. vir	*Horat.*	Si memini varius cum ſeruilis Balatrone
	Sidon.	Hos quoque ſub noſtris domuit Seruilius vtque.
Serus	*Tibul.*	Serus in offenſum retuleritque pedem
	Auien.	Proſerit & Ponto ſeptem ſerus explicat ora
Sexaginta	*Mart.*	Cum ſexaginta numeret Caſſelius annos
	Idem.	Sexaginta teras cum limina mane Senator
Sibi	*Virg.*	Teque ſibi generum Thetis emat omnibus vndis
	Idem.	Ponite ſpes ſibi quiſque ſed hæc quā anguſta videtis.
Sichæus	*Idem.*	Huic coniux Sichæus erat ditiſſimus agri
	Idem.	Concipit aut grauiora timet quàm morte Sichæi.
Sidonius	*Idem.*	Sidoniaſque oſtentat opes ———
	Idem.	Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido.
Siloa fons	*Amoen.*	Siloan vocitant, ſputis vbi collita coeti
	Depran.	Et Siloa nobis vena ſalubris adeſt.
Similis	*Virg.*	Os humeroſque Deo ſimilis, namque ipſa decoram.
	Tibull.	Quum ſimilis vtrinque tenens vicinia cœli.
Simon	*Arat.*	Hic fuerat Simon ille magus quem prodidit orbi
	Sedull.	Simon paret orans & aquoſis gentibus inſtat.
Sinapis	*C. Iuu.*	Seque lauſſenti fletum factura Sinapis.
	Marcell.	Et mentem & Sinapi cociandrum protomumque
Siquando	*Virg.*	Frigidus agricolam ſi quando continet imber
	Iuven.	Integer ambiguæ ſi quando citabere teſtis,

Nomina propria eamdē perpetuo quantitatē non retinent, vt *Sichæus* apud Virgilium: *Pelion, Pyrene*, pro monte, *Fidene*, *Curetes. Orion*: apud alios Poëtas, corripiunt. *Sicanus* & *Italus* apud Virgilium *Arabs* apud Proper: primam natura poſſident breuem: ſed in deriuatiuis *Sicania*, *Italia*, *Arabia*, decedentes de iure ſuo, eandem producunt, alioquin in Carmen non venirent. *Cybele* communem habet penultimam, antepenultimam. Huc pertinent nominū propriorū genitiui, vt *Orion. Orionis, & Oriônis, Syphax, Syphacis & Syphâcis, David, Dauidis, & Dauîdis*. In his autem non omniū eſt authoritas ſequenda, ſed probatiſſimorum.

Variatio ſignificationis variat interdum numerum, vt Virgilius, *Tribulaque trabeæque*, pro inſtrumento ruſtico. Idē *Lappaque tribulique abſint*. pro herba & ſpinæ genere.

Conſuetudine Latinorum: vt in quibuſdam, tantùm genitiuis & datiuis quintæ, *diei ſpeciei*, in omnibus apud Lucretiū. Et in verbo *Fio*, quando littera R. vocalem non ſequitur vt *Fiam*, *fiebat*: nam *fierem*, & *fieri* excipiuntur.

Ouidius 1. Triſtium.

Omnia nam fient, fieri quæ poſſe negabam.

Et in quibuſdā genitiuis, *nullius*, *unius*, *illius*, *ipſius*, *vtrius*, qui dubij ſunt: natura breues, longi conſuetudine. *Altîus* & *ſolius* (N B) nunquam ſunt breues. *Alterius* nunqūā eſt longum, niſi apud Ennium, vt adnotat Priſcianus. Idem fit in interfectionibus, vt *Ohe* & *Eheu*.

A longis dictionibus exiſtunt deriuationes breues, vt à *ſopio*, *ſopor*, à *dico dicax*: item *maledicus*, *fatidicus*, & ſimilia à *vitando vitium*, ab *odi odium*, à *ſtando*,

Siſara

do,

Siſara dux	*Tertull.*	Siſara dux fugis cùi non vir nec manus vlla
	Paul. Ep.	Terribilem Siſaram transfixum tempora palo.
Smaragd.	*Mart.*	Sardonychas, Smaragdos adamantes, iaſpidas vno
	Ovid.	Tu poteras virides pennis hebetare ſmaragdos.
Solecism.	*Auſon.*	Da rectum caſum iam Solecismus erit
	Mart.	Surge ſolecismos Callidiore facis.
Sophia	*Mart.*	Cum tibi ſit ſophiæ per fama & cura Deorum.
	Prud.	Sortiri ætheriæ coluerunt dogma Sophiæ.
Sphera	*Dracon.*	Conceptum virtute Dei quem ſphera polorum
	Prud.	Cuius ad arbitrium ſphera mobilis atque rotunda.
Stipendia	*Catull.*	Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro.
	Sulp.	Vt poſt iuriſonæ famoſa ſtipendia linguæ.
Striges	*Prop.*	Conſuluit ſtriges noſtro de ſanguine, & in me
	Stat.	Nocturnæque gemunt ſtriges & feralia bubo.
Succus	*Virg.*	Spiramenta nouas veniat quæ ſuccus in herbas
	Idem.	Et pecori ſuccus & lac ſubducitur agnis.
Supra	*Virg.*	Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber
	Lucr.	Terra ſupra quæ ſe ſunt concutit omnia motu
Suſanna	*Claud.*	Sic tibi det vires ſancta Suſanna ſuas.
	Alcim.	Captatura leues auras Suſanna ſolebat.

T

Tabe	*Virg.*	Hic quos durus âmor crudeli tabe peredit.
	Lucr.	Imbribus aut tabe nimborum arbuſta vacillant.
Tela	*Virg.*	Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates
	Idem.	Fette citi ferrum, date tela ſcandite muros
Tentyra	*Iuven.*	Qui vicina colunt vmbroſa Tentyra palmæ
	Ouid.	Satus ab hac contra breuis eſt Tentyra petenti
Tethys	*Ouid.*	Tethys & extremo ſæpe relicta vado.
	Virg.	Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis
Tibi	*Idem.*	Sparge marite nuces tibi deſerit Heſperus Oetam
	Idem.	Cuncta tibi Cererem pubem agreſtis odoret.
Tigris fl.	*Prop.*	Tigris & Euphrates ſub tua iura fluent.
	Manil.	Et Tigris & rubri radiantia littora Ponti
Tilia	*Ovid.*	Nec tiliæ molles nec fagas & innuba Laurus
	Seren.	Fraxinea in flammis quæ fundit tilia ſuccum
Tinca	*Horat.*	Corporis aut tineas paſces taciturnus inertes
	Sedul.	Non mordax ærugo vorat non tinea ſulcat
Tobias	*Prud.*	Sancti pater ille Tobiæ *parthen.*
	Paul Ep.	Tobiæ Medis ita proſequendo *Sapphic.*
Totius	*Virg.*	Magnanimoſque duces totiuſque ordine gentis
	Lucr.	Mutat enim mundi naturam totius ætas.
Triginta	*Manil.*	Ter triginta quadrum partes per ſydera reddant.
	Virg.	Triginta capitum fœtus enixa iacebit.
Trinacria	*Idem.*	Ante & Trinacria lentandus remus in vnda
	Idem.	Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna.
Trigonus	*Auſon.*	Vota leuat Trigono vires ſociante ſequenti
	Manil.	Lanigerique notat fines clarumque Trigonum.
Tripes	*Horat.*	Omnia magna loquens modo ſit mihi menſa tripes &c.
	Auſon.	Qui bipes & quadrupes foret & tripes omnia ſolus.
Triquetr.	*Sil.*	Huc Æthæa cohors triquetris quam miſerat oris
	Lucret.	Eſſe triquetra aliis aliis quadrata neceſſe eſt.
Tulerunt	*Virg.*	——— poſtquam te fata tulerunt
	Idem.	Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes
Turones	*Lucan.*	Inſtabiles turones circumſita caſtra coërcent
	Sidon.	Defendit Turonem aberas poſt tempore paruo.

V

Vacillo as	*Lucr.*	Tum quaſi vacillans primam conſurgit & omnis
	Lucr.	Denique ſub pedibus tellus cum tota vacillat
Valedico	*Ovid.*	Idque quod ignoti faciunt valedicere ſaltem
	Idem.	Sæpe valedicto rurſus ſum multa locutus.
Valetudo	*Horat.*	Gratia, fama, valetudo contingat abundè.
	Alcim.	Qualia diuitiæ valetudo corporis ipſum.

Vati-

-*do*, *flebilis*, à *mamma mamilla*. à *qualo quaſillus*, à *fido fides*, à *fando fatuus* & *affatim*, à *fagio ſagax*, à *luceo lucerna*, à *litera litura*, à *nubo pro nubus*, à *Cadibus*, *Gaditanus*.

A breuibus ſeu longis inueniuntur deriuationes multiplices, vt *quotidie*, à quoto die, primam apud Catullum producit, apud Martialem corripit: alteram ſyllabam producit apud Terentium, corripit apud Catullum. A *flabrum flabellum*, cuius primam longam fecit Propertius, breuem Ouidius. A *pugnus pugillus*, quòd primā modò producit, modò corripit. *Victum* à *vieni*, regulariter penultimam producit, vt apud Lucretiū: Contra eandem corripit, vt apud Comicos & Horatium. A *sto ſtâtus*, prima breui apud Horatiū: eadem longa apud Terentium.

Quando, in *quandoque*, longa eſt, in *quandoquidem* breuis. A *nubo connubium*. ante penultimam longā habet origine, breuem authoritate Plura, ſi voluntij colligent Studioſi: hæc admonendi tantum cauſſa appoſuimus.

A diuerſis dictionibus ſed inter ſe ſimilibus deriuationes indifferentes, vt *liquidus*, à deponente *liquor*, primam producit: à neutro *liqueo*, eandem corripit, manifeſto Lucretij teſtimonio libr. 4.

Craſſaque conueniant liquidis, & liquida craſſis.

Etymologia ſeu origo dictionis, quæ eſt omnium rerum hominum quam verborum, eaque ſolet inueſtigari:

1 Vel ex parte orationis, vt *Exilis* nomen producitur. Lucan. lib. 4.

Glebis exilis Ariſbe:

Exilis verbum corripitur. Horatius libro Epodon:

Vt te nuſque fortis exilis puer ſpera.

Verſus eſt iambicus trimeter,

Vatican.	*Iuven.*	Et Vaticano fragiles de monte paſellas .
	Horat.	Redderet laudes tibi Vaticani, montis imago . *Saph.*
Vbi	*Virg.*	Hæc vbi dicta dedit ———
	Tibul.	I aurus vbi bona ſigna dedit ———
Vbi	*Virg.*	Clamat Io matres audite vbicunque Latinæ
	Ovid.	Seruor vbicunque eſt, vni mea gaudia ſeruo .
Venuſin.	*Horat.*	Nam venuſinus erat finem ſub vtrumque colonus .
	Iuven.	Malo Venuſinam, quàm te Cornelia mater.
Veto	*Virg.*	Vlteriùs tentare veto ſic Iupiter orſus
	Horat.	Cum veto te fieri vappam iubeo ac nebulonem .
Victus	*Horat.*	Quis ſudor victis & quam malus vndique membris
	Lucr.	Nec ſuprà caput eiuſdem cecidiſſe victam .
Vir	*Virg.*	Hic vir hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis
	Ovid.	De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.
Viticula	*Tertull.*	Viticulæ in gracili latet ingens corpore botrus
	Virg.	Dulci namque tumet nondum viticula Baccho .
Vllius	*Idem.*	Adiicias nec te vllius violentia vincat
	Hora.	Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam
Vltrà	*Virg.*	Inualidus vires vltra ſortemque ſenectæ
	Seren.	Curaque nil prodeſt, nec ducitur vltra cicatrix .
Vlubre	*Horat.*	Eſt vlubris animus, ſi te non deficit æquus
	Iuven.	Frangere pannoſus vacuis ædilis vlubris .
Vnius	*Virg.*	Vnius ob noxam & furias aiacis Oilei
	Idem.	Nauibus infandum amiſſis vnius ob iram ,
Vniverſus	*Mart.*	Hermes gloria Martis vniuerſi .
	Lucr.	Sed magis vniuerſum fierique perinde videmus .
Volucres	*Catull.*	Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces
	Iuven.	Quis generoſa patet ſi fortia nempe volucrem .
Vomica	*Iuven.*	Et phthiſis & vomicæ putres & dimidium crus
	Seren.	Vomica qualis erit vel eidem proxima quædam .
Vulpes	*Avien.*	Hunc arguta nouo gaudentem vulpus amictu
	Horat.	Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem .

meter, ſeu Senarius.

2 Vel ex partium varijs accidentibus, vt *decoris* â *decus* . Virg. 5 Æn:

oblitus decôriſque ſui .

Decoris â *decor*, Idem 1.

Diuina ſigna Decoris .

Item *parêre* pro obtemperare . Tibul. lib. 1.

Longa dies homini docuit
parêre leones .

Parere pro eniti . Terent. in And

Hanc ſimulant parĕre, quo
Chremetem abſterreant

Verſus hic quoque eſt iambicus ſenarius. Hanc differentiã pulchrè vno verſu oſtendit Alcimus libr. 1. [*Pendere* , & *Pendêre* .]

Qui cum paſſurus ligno
ſublimis in alto
Pendêret , nexuſque , &
culpas penderet orbis .

Item *cecidi*, â *cado* . Virg.

Ceciditque ſuperbũ Ilium .

Cecidi â *cedo* . Ouid.

Silua frequens trabibus ,
quam nulla ceciderat
ætas .

Significatio . vt *oblitus* ab *obliuiſcor* , media longa. Virg. in Buc.

Nunc oblita mihi tot carmina .

Oblitus ab *oblinor*, eadem breui . Titul. 40.

Oblitus & muſto feriet pede ruſticus vuas .

Alia ſignificat o nominis eſt cùm canit Virgilius .

Gaudent propagine vites .

Alia cum idem ,

——Nimium vobis Romana propago ,
Viſa potens ſuperis .

Primum enim dicitur de plantis, alterum de hominibus . Valet hæc eadem in primis ſyllabis, vt cùm Ouidius canit de tabellis :

At quondam vile fuiſtis acer .

Loquitur de arbore . Cum verò idem de equo,

Acer, & ad palma per ſe curſurus honores :

Aperta ſyllabæ eſt differentia . Apud eundem ;

Verba puellarum folijs leuiora caducis .

Quid leue ſit, eſt notiſſimum . Apud Tibullum autem aliud ſignificat, canentem ;

Carior eſt auro iuuenis, cui lenia fulgent ora .

Vſus auctorum . Nonnina quædam habent indifferentem penultimam . Catul.

Muciſque & mala pi-tuita naſi . Perſius :

Somnia pituitæ qui purgatiſsima mittunt .

Meliorum autem ſemper emineant atque valeat auctoritas .

O communia ferè ſunt . Græca maſculina plerumque corripiuntur , vt *Apollo* , *Plato* , *Zeno* : fœminina ſẽper producuntur, vt *Dido*, *Hero*, *Sappho* . Datiuus & ablatiuus ſecundæ declinationis producuntur . Aduerbia in O producuntur excepis

De Nominibus proprijs :

APVD Veteres ſumma libertate aut etiam varietate menſurantur , & præcipuè ſi peregrina ſint: at Iuniores volunt religioſi videri, & ideò has regulas ſibi præſcribunt .

Syllaba , quæ in Græco ſcribitur per η aut ω quæ eſt diphthongus , quam extendit duarum conſonantium adiectio , longa eſt .

Penultima apud Græcos longa , in dictione, quæ habet accentum acutum in antepenultima, non poteſt non indifferens dici: quoniam ſi habeatur ratio accentus, debet corripi: &, ſi producatur debet accentus ad ſequentem tranſire . Pono exemplum vocem παράκλητος nemo latinus proferet, vt ſcribitur; nam ſi retineat accentum in antepenultimâ vt in Hymno

Cùm Spiritũ paráclĕto

illa *cle* erit breuis : ſi autem dicatur *cle* eſſe longa debebit accentu fulciri vt in Hymno

Qui părăclêtus dicĕris .

Præterea nomina quorum quantitas quæritur, aut reperiuntur in veterum Poëtarum carminibus, aut non. Si primum, illorum veſtigiis inſiſte. Syllabam, quam omnes producunt, longam : quam omnes corripiunt , breuem iudica : ſi varient illi, tu illam indifferentium albo adſcribe . Si ſecundum , ad deriuationem recurre. & inde quantitatem addiſce . At ſi hæc nihil definiat, ſyllabam, quam nec η, nec ω, nec diphthõgus, nec poſitio producat, tuo iure & authoritate vtens , eſſe iube ancipitem ſeu indifferentem.

ceptis *modò* & *citò*, quæ habentur communia: item in illius compoſitis, *poſtmodo* & *quomodo*. In *Do* gerundia natura longa, vſu breuia. Tibul.

Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem.

E. producuntur. Excipe *nec*, *donec*. *Fac* verbum, & *Hic* pronomen, ſunt communia.

N. corripiuntur. Græca producuntur, vt *Pan*, *Titan*, *Paan*. Item, *Hymen*, *ſiren*, *attagen*. Item, *Ixion*, *Actæon*. Item, *Delphin*, *Salamin*, *Trachyn*, *Phorcyn*. Accuſatiuus primæ & ſecundæ inflexionis producitur. Horat.

Pythagoran. Ægytique reum, doctumque Platona.

Ouid. *Andromeden alius ſpectet, claramque coronam.* Secundæ tamen in *an*, interdum producitur. Idem:

Qui legis Electran, & egentem mentis Oreſtem.

Interdum corripitur, vt apud eundem.

Maian, & Electram, Taygetamque Ioui -

Es à verbo *ſum* cum compoſitis corripitur: ab *Edo* producitur. *Penes* præpoſitio breuis eſt.

Longa etiam ſunt, *is ſis*, *vis*, *fis*, cum compoſitis. Item, *quamuis*, *velis*, *poſsis*. Vltima futuri, ſubiunctiui interdum producitur. Ouid. de Art.

Credula ſi fueris, aliæ tua gaudia carpent.

Idem in Faſtis:

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

Quis ablatiui caſus producitur. Virg.

Quīs ante ora patrum.

Os producitur. Excipe *os oſsis*, *compos*, *impos*, quorum genitiuus apud græcos in dipthongū exit, eorum nominatiui breues ſunt, vt *Ios*, *Argos*, *Delos*. *Chaos*. Genetiui etiam Græci breues ſunt, vt *Arcados*, *Thetyos*. Attica producuntur. Ouid.

Viueret Androgeos vtinam, nec facta luiſſet.

T. corripiuntur. In verbis Interdum hac littera producitur. Ouidius.

Non adijt aped. nec legit idonea credo
Tempora

Martianus, in T. ait eſſe communia. (N. B.) A. communibus regulis, ſi quid diuerſi apud antiquos inuenitur Poëtas, quamuis auctoritatem habeat, non omni in loco imitandum, ſed obſeruationibus eruditorum reſeruandum eſt. In nomine *Euripus*. cùm ponitur pro freto, vt apud Lucanum, Senecam, Silium, Valer. Flaccum Anſonium: item, cùm pro aquæ ductu, vt Cicero expouit, vt apud Ouidium 1. de Ponto:

Stagnaque & Euripi, Virgineuſque liquor.

Producit vt apparet, penultimam, quam Boëthius breuem ponendo, primus luxauit. Similiter in nomine *Edonius*, antepenultimam producunt Virgilius. Horatius, Ouidius: quos ego imitari malim, quam vt Lucanum aut Silium, qui eandem corripiunt, cùm ille Thraciæ populus ſint. ἠδωνοὶ. Eccleſiaſtici Scriptores *idolū* & *paraclitum*, εἴδωλον καὶ παράκλητος in penultimis contra naturam corripiunt: ſed id dederunt cōſuetudini vulgi canentis, ne quid diſſonum in templis audiretur. Hec duo nomina, *voluptas* & *venuſtas*, ante *pt*, & *ſt*. literas, corripi apud comicos certum eſt, exemplo Græcorum: quemadmodum & alia quædam, cùm ante eaſdem literas, tùm ante illas *ſc*, *mn*, *gn*, *cm*, atque ſimiles, vt in explicationibus Terentianis probauimus Comicorum & Epicorum exemplis, in priore autem nomine *voluptas* metri gratia nonnulli elidunt vocales: Camerarius O, vt ſit *voluptas*: Eraſmus V, vt ſit *vluptas*, nonnulli elidunt conſonantes: Glareanus p, vt ſit *voluțas*: Alciatus T, vt ſit *volupas*. quibus equidem eliſionibus nihil eſſe opus exiſtime. Talia ſunt, *Fieri*, prima longa: *ſuſpicio*, longa aute penultima: *abi*, *redi*, vltimis breuibus apud eoſdem Comicos præter vſitatam aliorum Poëtarum conſuetudinem. Verùm nos Puerorum ratione habita & demōſtratâ viâ eiuſmodi exempla cognoſcendi, prolixiores in hoc loco non erimus.

ALijs vtor nunc in Germaniâ libris, alijs dum eram in Hiſpaniâ adoleſcens: hic & ibi ſemper claſſicorum & illuſtrium Authorum: & quia modò ſuccurrunt notæ aliquæ, quas ſub illud tempus confeceram, vt carmina retrocurrentia, quibus præcipuè delectabar, componerem illas ſubſcribo. Diuidebam obſeruationes illas in capita, quam diuiſionem retinebo; & agam priùs de indifferentibus quæ ſunt.

In Monoſyllabis.

In Grecâ linguâ monoſyllaba ſunt indifferentia: eadem enim apud diuerſos Poëtas, imo & apud eumdem iam corripi, iam & produci ſolent. Hac libertate vſi aut abuſi ſunt noſtri Poëtæ, & interdum Virgilius, qui eminent ſupra omnes. Libro enim Operis Diuini ſecundo monoſilabum *que* vno & eodem carmine corripit, & producit: ait enim.

Liminaquē laurusquĕ Dei, totuſquĕ moueri.

Is, ſi ſit nomen, breue eſt: ſi verbum, longum. Interiectio O, eſt longa: at poteſt corripi, & præcipuè quando non eliditur per ſynalæpham. Ouid. *O vtinam tunc, cùm Lacedæmona claſſe petebat.* Virg. *Te Corydon, o Alexi, trahit ſua quemque voluptas.*

Eſt etiam indifferens *Do*. & alia pauca.

In Diſſyllabis.

Habent primam indifferentem plures voces. Nam *Liber*, cum volumen ſignificat, habet breuem: cum Bacchum longam: *Liber. a. um.* longam. *Dico. as.* longam: *Dico. is.* breuem: *Dica imp.* breuem: *Dica. æ.* nom. longam. Addo *Cydon.* nom. propr. *Guidō*. nomen propr. *Hydor*, aqua. *Pigĕr*, *pigrā*, *pigrum*, *Nigĭr*, *nigrā*, *nigrum*. *Migrō as.* *Gyges*, Gigantis nomen, breuem: in alia ſignificatione longum. *Scīnĭs* nom. propr. viri. *Liquŏr*, *ōrĭs*. *Liquidŭs*, *a.um.* *Liquēſcō is.* &c. *Tyrō* libertus Ciceronis breuem: *Tyrō* nympha long. *Tyrō*, qui aliquam artem incipit addiſcere, longam. *Citrum*, *Nitrum*, *Cōcles*. Habet primam indifferentem *Obex*: cū volunt producere plurimi ſcribunt *obiex*. *ſōlum. i.* breue; *sōlŭs*, *ă*. *um.* long. *Sophon. onis*, Vir, longum: *Sŏphŭs*, *i.* breuē. Adde *Rīdō*, *ĭs.* interiectionem *ōhe*. ſupinum *ſtātum*. *Refert* habet breuem: *Reffert* longam. *Idem* maſc. long. neutrum brev. ſunt indifferentes

primæ

primæ in *Labo, Cacus, Adon.* & in *Hamus* apud Iuvenalem. *Planus. i.* deceptor habet primam breuem: *Planus, a. um.* longam. Eamdem habent indifferentem *Phanes*, & eius compoſita, vt *Ariſtophănes*, *Mētrŏphănes*: illud *pha* multi iudicant tutius produci. *Cĕdrŭs. i.* & *Cēdō*, hoc eſt, dic, da. habet breuem: *Cedo, is.* longam. *Edo, is.* hoc eſt. comedo, breuem: Edo, is, compoſitum à *Do*, longam. ſubiungo *Mēnăs*, *ădŏs*. *Vĕprēs*. *Pĕplum*. *Repens, tis,* part. habet primam long. *Rĕpēns*, ad verb. hoc eſt, repente breuem. *ſerum. i.* breuem: *ſerus, a. um.* longum. *Tēthys*. *Pătres*. *Rĕtro.* Item *Mĕtrum*, & compoſitas; vt *Dimĕtrum*, *Diamĕtrum*, *Trimĕtrum*, *Tetramĕtrum*, *Pentamĕtrum*, *Hexamĕtrum*, &c.

Habent ſecundam, adeoque vltimam breuem nomina in A primæ declinationis. ſi excipias ablatiuos Latinos, & vocatiuos Græcos. Ergo *Muſa* in nominat. habet vltimam breuem: in vocatiuo Latino breuem: in vocatiuo Latino longam: in ablatiuo longam. Eamdem habent indifferentem omnes recti in O. vt *Sermo, Draco*, Item omnes verborum perſonæ in O. vt *Amō*, *Lĕgō*. *Ibo*. &c. Et hæ regulæ etiam habent, locum in polyſyllabis. [Hæ voces *Duo, Scio, Neſcio*, dicuntur habere vltimam breuem.] *Quando*, *Modo Sero*, aduerb. & coniunctio *vero* habent vltimam incifferentem.

In Triſyllabis.

Primam habent indifferentem *Propago, as*. *Procurro. is. Propino*, *Profundo, as.* & *Profundo, is*. *Profundus. Propello, Propulſo*. *Labaſco, Vacillo, Lagæus, a, um*. *Carolus. i. Darius, Thraſius, Catillus*. *Gebena* apud Auſon. *Nerium* frutex. *Neria, a. Nerio, nerienis*. *Retrorſum*. *Fidena*. *arum*. vrbs. *Lydius, Strigilis*. *Simothus* fluv. *Hymettus. Liqueſco. Liquidus.* &c. *Cyrene, es*. vel *Cyrena, arum*, vrbs Lybiæ. *Pyrene* mons & puella. *Phyſicus*; eſt enim longa apud Sidonium. *Piſidæ, arum*. popul. *Coclear*, *Locuſta*. *Vomica*. *Pomilus*, *Pomilo*. *Gomorra*. *Lotium*. *Luſeres*, *Suſana*. *Nutrio*.

Mutata ſignificatione mutant quantitatem *Populus*; ſi enim ſignificat plebem, habet primam brevem: ſi arborem (Hiſp. *el alamo blanco*) longam. *Viroſus*, hoc eſt viridis, brevem; *Viroſus*, hoc eſt, vires habens, longam. *Propago*, hoc eſt, genus, proſapia, &c. brevem. *Propago*, hoc eſt, vitis, longam. [At iam nonnulli Iuniores in vtrâque ſignificatione illud *pro* indicant eſſe indifferens.] *Aſia*, cum vnius mundi partis nomē eſt, brevem cùm Nymphæ, vel lacus longam.

Habent ſecundam brevem *Altèrius*, longam *Alîus*; in proſâ longam, & in carmine indifferentem *Vnius*, *Solius*, *Totius*, *Vllius*, & ſimiles alij genitivi. Incrementum habent indifferentem *Britan*, *Biſton*, *Sidon*. hinc *Britonius*, *Biſtonius*, *Sidonius*, quorum O eſt indifferens. *Steterunt*, *Dederunt*, *Tulerunt* habent *er* indifferens in verſu, in proſsa longum. Ita omnes, negat id tamen ſolus D. Ludovicus Ramires de Prado & in Virgilio & aliis antiquis legendum eſſe: *Steterint*. *Dederint*, & *Tulerint* ingenioſè contendit. Secunda eſt etiam cōmunis in his vocibus: *Locuples*, *Pharſalus*. *Stymphalus*, *Stimphalis*. *Sicanus*, *Socrates*, *Balatro*. *Baratrum*. *Genitrix*. *Tenebra*. *Pharetra*. *Batavus*. *Terebrum*, *Terebro*. *Meretrix*, *Obſtetrix*. *Penetro*. *Pyretron* herb: *Temetum*. *Vieum*. *Coricus*. *Strigilis*. *Abyla* mons. *Tentyra* vrbs. *Eliſa* Didus nomen. *Edonis*, *idis*. *Edonus*. *Colubri*. *Lugubre*. *Vlubræ arum*. vrbs. *Volucres*. *Torcular*. & *Cuculus*.

Duas priores habent indifferentes, *Vtrius*, *Vtriuſque*. *Reſina*. *Tiſinus*. *Buſyris*. quibus nunnulli addunt *Atropos*. [*Orionis* habet omnes tres indifferentes.]

In Tetraſyllabis.

PRimam habent communem *Cyrenia Lybia*, *Pyrinæi* montes. *Italia*. *Pomilio*. *Coralium*. *Origanum*. *Quotidie*. *Ludovicus*. *Pugillares*. *Pumilio*. *Proſerpina*. *Aloide* gigas. *Palatium*. *Samaria*. *Varicoſus*. *Metrodorus* *Metropolis*. *Palatinus*. Mutata orthographia mutat quantitatem. *Religio*, & *Relligio* *Referimus*, & *Refferimus* *Rĕtŭlērūnt*, & *Rēttŭlērūnt*. Mutatâ ſignificatione diximus mutari quātitatem primæ ſyllabæ in *Aſia*: ergo in *Aſiacus*, & *Aſiaticus*,

Habent ſecundam ancipitem *Connubium*. *Syracuſæ*. *Hyacinthus*. *Pharſalia*. *Atalanta* puella. *Stimphalius*. *Stimphalides*, *Aenaria*. *Batavia*. *Verecundus*. *Ficedula*. *Numicius*. *Vaticanus*. *Piſidia*. *arum*. pop. *Præſtigiæ*. *Rutilius* vir. *Archimedes* vir. *Eurīpĭdes* vir *Sempiternus*. *Aquitanus*. *Reviviſco*. *Macrobius* vir. *Cenomani* pop. Galliæ. *Edonius*. *Sidonius*. *Ionia*. *Mamurius*. *Ieruſalem*. *Veſuvius* &c. [*Egnatius*, & *Aegnatius* habent ſecundam longam, & *Ignatius* etiā vſque ad annum 1640. clamabant aliqui.

Corripis Ignatium? *cur non producitur à te?*
Non quia ſic licuit, ſed quia ſic placuit.

At illuſtrium virorum exemplum ſequuti ſunt Patres Ieſuitæ, & nos docuerunt obiter in nominibus proprijs, quorum quantitas à veteribus non eſt determinata, nos eſſe liberos]

Tertiam indifferentem habent *Euripides*, *Fortuitus*. *Geryones*. *Cleopatra*. *Empedocles*. *Anathema*. & *Moriene*. [Huc addunt nonnulli *Pituita*: & alij volunt, in locis quibus dicitur habuiſſe tertiā ſyllabam longam, non eſſe legendum *Pĭtŭītă*, ſed *Pītvĭtă* per V. conſonans.]

Duas priores indifferentes habent *Vtriuſque*, *Liqueſio*. *Liquefacio*. Secundam, & tertiam *Euripides*. Tres priores *Orionis*. & *Capaneus*.

In Polyſyllabis.

A Nominibus aut verbis duarum, trium, aut quatuor ſyllabarum polyſyllabæ oriuntur, quæ primitivorum rationem ſervant, & non debent impræſentiarùm explicari.

Prima communis, in primitivo aliquo polyſyllabo non occurrit. Ergo recurrendum eſt ad compoſita, qualia ſunt *Metrocomia*. *Metronomia*. & cætera.

Secuudam reperio in *Aſcedemus*. *Præſtigiator*. *Rarefacio*. *Archimedæus*. *Aquitania*. *Mamurianus*. *Verecundia*. *Connubialis*.

Tertiam in *Maleager*. *Paraliticus*. *Apollonius*. *Hierony-*

Hieronymus. [In nomine *Theodoſius* nimis liberè Iuniores nonnulli proceſſerunt: iuſſerunt enim tertiam ſyllabam (nempe *do*) eſſe ancipitem: & hoc licuit. at voluerunt *Theo* eſſe monoſyll. & hoc non licuit.]

Idolotytum, quo nomine ſignificantur ea, quæ ſacrificata Idolo ſunt, habet quartam indifferentem. Genitivi *Alterutrius*, & *Alterinſutrius* penultimam & antepenult. *Liqueſacio* primam & ſecundam.

In Fine.

DIctionis vltima in verſu Hexametro & Pentametro, ſi ſit pedis initium, apud Græcos eſt longa: vt ex Homero & aliis Authoribus conſtat. His interdum ſubſcripſit Virgilius, dixit enim.

Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta. Æn 9.
Emicat Eurialus, & munere victor amici. Æn. 5.
Oſtentans artem pariter arcumque ſonantem. Ibid.
Ille latus niveo molli fultus hyacintho. Ecl. 6.

ubi vides ſyllabas breves, in fine dictionis derelictas, hoc vno nomine, quod dent initium pedi, produci. Virgilium in hoc raro aut nunquam audemus imitari: at in labyrintho aut laborioſo aliquo carmine cur non licebit Metametrico, quod licuit Virgilio & antiquis nulla laborantibus neceſsitate.

De declinationibus aliquid dixi, vbi de diſſyllabis. In prima declinatione A nominativi, & vocativi Latini eſt brevis: vocativi Græci & ablativi Latini longa. O fere indifferens eſt: excipiuntur enim monoſyllaba longa vt *ſto*. [*Do* eſt adhuc indifferens] etiam dativi, ablativi, & adverbia a nominibus orta. vt *Dominō*, *eō ideō*, &c. Habent vltimam brevem *Cito, immo, modo. poſtmodo. dummodo. quomodo. ſcio neſcio. duo.* Habent indifferentem *Iber. Celtiber. Cave. mihi. tibi. ſibi. ibi. vbi.* [*Cui* monoſyll. eſt longum: & diſſyllabum habet primam brevem & alteram indifferentem.]

HÆc volui ponere, vt Metrophilus curioſus Authorum Hiſpanorum, quibus olim vtebar, & Germanorum, quibus nunc vtor, concordiam aut etiam differentiam percipiat: & vt copioſiores ancipitum ſyllabarum faviſſas poſsit congerere, vt facilius labyrinthos conformet.

MONITVM
Ex Tychone.
☞ CXLIV.

TYcho Brahæus eximius Aſtronomus, & Poëta laudatus & laureatus, voluit oſtendere Vraniam, & Cœlo præſidere, & Parnaſſo. Interim nonnulla aliter poſuit, quàm ſolemus. Nomen *Axis* ſic variat.

Axis: Axis, Axi, Axĭn, Axis, ab Axi. Oryx: ŏryĉis, ŏrĭci. &c. pro *ŏrĭgis Thy̆lĕ* pro *Thūlē* græcè *θῦλη ădămāntīnă*, pro *ădămāntĭnă Mētĭŏr, mētīrĭs,* pro *mĕtĭŏr.*

Hæc fortè aliquis in gratiam Tychonis admittet imò jam de facto admiſit Dom. Ioann. Hodierna, celeber Aſtronomus & Mathematicus; qui à Tychone abiret, eius etiam dialectum imitatus *axim* dixit, non *axem*, &c. at Nicolaus Raimarus Vrſus Dithmarſus *lib. de Aſtronomicis Hypotheſibus*, durè carpit; nam in carmine, quod in novam ſuorum Zoilorum Grammaticam cecinit, inter alia, quæ Politicam & modeſtiam offendunt, hæc habet.

Intereà eſto aliâ atque aliud certamen in arte:
Arteque Grammaticâ, ſcilicet arte rudi.
Heus puer ex imâ, declina hæc nomina, claſſe.:
Axis, is, i, em, e; *non* in? *nec et* i? *minimè.* &c.
Nonne axin propriam *dicis velut ille Heliſæus?* (A)
Non: axem proprium, *Regula vt iſta iubet*:
Conveniat Genere, & Caſu cum Nomine Nomen:
Doctor vt ignoret tàm puerile, ſcelus?
Non vnum vnicū *ais, nec* Aquinates *loco* Aquinas?
Quis tam Barbarus eſt qui hæc ait? ipſe Tycho. (B)
Ipſe Tycho Aſtronomus, vel Princeps Aſtronomorum:
Summus is Aſtronomus, Grammaticuſque malus.
Nonne Studiorū *ais*, poſtſcriptum: *ego neſcio quid ſit*:
Muſæum, appendix, dicere fortè velis. (C)
Non licet eſt *dicis? minimè: ſed dico* licet ſit: (D)
Quomodo oryx? orygis *non* oricis? *minimè.*
Eſt igitur craſſo ſic declinare beani, (E)
Axis, is, in: Orix, *inde* oricis, *pro* orygis.
Littera longa brevis ſit ne ἀμέγα ſit nec & ἦτα
Pelion oſſa, ſimul Tyle nivoſa gelu. (F)
Quot vitia in Tyle *voce vnicâ: at* vltima Thule
Summus ait vates nomine Virgilius.
E brevia: at primæ produc & nomina quintæ.
At quota Tycho tibi flexio Tyle *facit?* &c.
Pro Thule *tibi* Tyle *Tycho: notabile nomen,*
Quàm malè tu dicis, tàm malè ſcribis idem.:
Cornhis flagrātes adamātina ſub iuga tauros (G)
Egit & armigera præiia ſevit humo.
Quis Martē tunicâ tectumve adamantina ad vnguē
Scripſerit? *alter ait: hos imitare Tycho.* (H)
At tu lege tuâ quâ neſcio liberâ abuti
Mavis, & riſu carmina digna facis.
Daniaq; æquoreas quamvis ſemota per vndas,
Tecum adamantinam fixit amicitiam. (I)
Obque bonum Rithmum debes confundere Verſum:
Ergo Adamantinam *dicis amicitiam*
Huius in immenſo ſpatium metiaris Olympo.
At contra vates metior *omnis ait.* (K)
Si modò ritè memor ſervata remetior aſtra: (L)
Metite *Aſtra Tycho, ne* metiaris *es.*
Metiri ſe quēq; ſuo modulo ac pede verū eſt. (M)
Tycho etiam modulo tu metiare *tuo.*
Cur metiaris *ais? cur ſyllaba longa brevis ſit?*
Admirandus ineſt huic modulo modulus.
Qualis Grammaticus, talis quoque es arte poeta:
Arte poeta miſer, Grammaticuſque malus.
Declinas miſerè, miſerè modularis, & artem
Negligis, & riſus poſteritatis eris.
Ecce Mathematicum, vel principem & Aſtronomorum;
Diſcat Grammaticam deinde Mathematicam.
Quis numerare poteſt alto excipienda cachinno?
Dignaque [illegible] *l ferulis quis numerare poteſt?*
Innumeros alios errores ergo relinquo:
Quos inculta ſatis ſcripta Tychonis habent.
Hac vice ſufficiat tantùm leviora notaſſe
Errata: addidero ſed graviora brevi. &c.
Vt videant faciam nec eum didiciſſe Matheſin:

Mecanice

Mechanicè ſummus ſit licèt Aſtronomus.
Qualis at Aſtronomus: geminis caret artibus, alas
Quas vocat aſtronomi maximus ipſe Plato. (N)
Ipſe Geometricen, nec artem callet Arithmi,
Euclidem ignorat, nec Diophantus adeſt. &c.


(A) Heliſæus Reslin in Theoria nova. F. 4. & G. 3. (B) Tycho Brahæus Epiſtol. Aſtronom. pagin. 117. 203. & paſsim alibi (C) ex epiſt. obſcur. vi. & quidem neſcio quo iure carpatur vox [Poſtſcriptum.] quæ hodie Latinæ ſcribentibus communis eſt, & ponitur vbi ab Hiſpanis dicitur [Deſpues de haver eſcrito eſta carta, ſe me ofrece aviſaros, que Fulano.] &c. (E) epiſtol. pag. 212. vide Columellam libr. 10. (F) Tyle [ ] epiſt. pag. 306. & 309. dixit Tycho. nec mirum Y. poſuerit. & non V. vt proprius vocem Græcam exprimeret: mirum autem E. corripuerit, cum ſit [ηta.] (G) Propertius. (H) Horatius. (I) Tycho. (K) De nova Stella anni 1572. (L) Virgilius. (M) Horatius. (N) Ala Aſtronomiæ.

Hæc eſt dura & hoſtilis de ſtudiis Tychonis ab Vrſo Dithmarſo publicata cenſura; mitiùs Petrus Gaſſendus in eius vitâ lib. 6. pag. 181: *Poëſin, ait, totâ vitâ coluit. Id ſcilicet probant, quæ varia eius carmina interiecimus; in quibus cùm bona, cùm mala, cùm mediocria ſint (& præter alia quidem, nonnulla, in quibus videtur non ſatis accuratè ſyllabarum quantitas obſervari) intelligi licet ſudiſſe cum illa naturæ potiùs genio, & oblectandi animi causâ, quàm contentione animi, famæ-ve aucupandæ gratiâ.* &c. Ego Tychonem amo; nihil iudico; ſed omnia iudicio mei Lectoris committo.

Vt dicta omnia (Lector candide) profundiùs, & meliùs intelligas, *Epiſtolam ſequentem, quæ vtilis eſſe poteſt, ſi attentè legatur ad iungo.*

B Revi epiſtolio, Illuſtriſsime Iuvenis, multa perquiris, quæ paucis reſolvi nõ poſſunt; & quia multa non vacat ſcribere, tangam aliqua tantùm, quæ alibi yberiùs & exactiùs pertracto. Et quia iterum & iterum *an omnes longæ vocales inter ſe, & omnes breves inter ſe ſint æquales;* interrogas, hanc quæſtionem breviter dilucidabo.

Nonnulli ſyllabas in Breues, Longas, & Medias dividunt; & exiſtimant hàs quas nominamus *ancipites*, medias eſſe. Illas his notis exprimunt.



Brevis. Media. Longa.

Prima vnum tempus occupat, duo tertia; ſecũda verò ſeſquitempus. Syllabas medias aut ancipites, dicunt, non ingredi in carmen quà tales; ſed attemperari loco & tempori, ita vt vbi id ratio carminis poſtulet, ſint breves; & aliàs producantur.

Alij aliter philoſophantur, ſyllabas enim in longas breveſque primaria diviſione intercidũt; & poſteà illas in longas & longiores, iſtas in breves & breviores ſubdividunt.

Hebræi vocales ſuas in tres claſſes diſtribuũt; aliæ enim longæ ſunt, aliæ breves, aliæ correptæ ſeu breviſsimæ. Ad claſſem priorem pertinent.

A. longum.	*Kametz.*
E. longum.	*Tzere.*
I. longum.	*ChireK.*
O. longum.	*Cholem.*
V. longum.	*SchureK.*

Ad ſecundam verò.

A. breve.	*Pathach.*
E. breve.	*Segol.*
I. breve.	*Chirek brev.*
O. breve.	*Kametz Chatuph.*
V. breve.	*Kibbutz.*

Ad tertiam tandem.

A. corr.	*Chateph pathac.*
E. corr.	*Chateph ſegol.*
O. corr.	*Chateph Kametz*

In pronuntiatione horum punctorum non conveniunt. Primum Itali vocant *Kametz*, Germani *Kometz*, & alij *Kaometz*; illud enim in Italiâ eſt A, in Germaniâ O. in Hiſpaniâ & alibi vocalis inter A. & O. ſonans *Pathach* apud omnes eſt A.

Buxtorfius *Tzere* iubet eſſe E. claram, *Segol* E. obſcuram, quaſi ex A, miſtam. Hallucinatur. A, eſt clarior, quàm E, & vocalis miſta ex A, & E, erit clarior, quam pura E. Ideo meliùs & alij *Tzere* eſſe obſcuram, & *Segol* eſſe claram contendunt. Et primæ Græcorum literam η. & ſecundæ literam ε. correſpondere ſtatuunt.

*Chire*K vbique profertur eodem modo.

Cholem eſt O. obſcura, vt ω; *Kametz chatuph* clara, vt ο.

*Schure*K eſt vt Græcorum ȣ; hoc eſt, V. clara, miſta ex O; *Kibbutz* eſt V. obſcura, & profunda. Hanc eſſe Græcorum Y. putat Buxtorfius; at non adquieſco; quia Y. ſonat inter I. & V. & *Kibbutz* eſt V. profunda, qualem Luſitani aut etiam Germani pronuntiant.

Vocales correptæ proferuntur vt breves, ſed correptiùs & citiùs. Sanè *Kametz chatuph*, & *Chateph Kametz*, non differunt figurâ, ſed vſu, adeoque valore, vt viri eruditi notarunt.

Ecce apud Hebræos, quidquid de longis ſit, breves ſyllabæ non ſunt æquales. Longas non eſſe æquales inter ſe, in linguâ etiam Græcâ, & Latinâ relucet: nam Græcis η & ω ſemper longæ ſunt, & ε & ο breves. Inter alia diphthongos ſunt ῃ, ῳ, ᾳ, quas improprias vocant; & quis dubitet illas eſſe longiores, monophthongis η, ω? Poſitio etiam brevem ſyllabam in longam vertit: ergo longam convertet in longiorem. Vocem ἐξαρκοῦντος (hoc eſt, *ſatis*) conſidera. Prima ſyllaba ε ſecundum ſe conſiderata eſt brevis; ſed poſitione (ſequitur enim ξ litera duplex) fit longa: ergo ȣ longa, poſitione (ſequuntur enim duæ conſonæ) erit longior. id ipſum Idioma Latinum confirmat: nam in vocibus *Præ, Præcurro, Præſcindo,* ſemper æ longa eſt: at in ſecundâ longior, quàm in primâ: & in tertiâ longior

quàm in primâ; & in tertia longior, quàm in ſecunda. Hoc etiam longarum diſcrimen in vocibus *E, Ex, Edico, Effero, Exagito, Expono, Extraho, Exſcribo.* &c. euidenter percipitur;eſt enim longior *Ex*, quàm *E.* Et prima ſyllaba eſt in *Edico* longa; in *effero* & *exagito*, longior ob duas conſonantes ſequentes. Ergo adhuc longior erit in *expono*, adhuc longior in *extraho*, adhuc longior in *exſcribo*; tres enim, quatuor, & quinque conſonantes ſequuntur. Sicut aliæ ſyllabæ aliis longiores ſunt, ſic aliæ aliis breuiores. Vocalis longa, ſi altera vocalis immediatè ſequatur, aliquando corripitur: ergo breuis fiet breuior. Has duas voces *Præfero*, *Præago*. cum his duabus *Refero, Reago* compone: nam, ſi *Præ*, quæ longa erat in *Præfero*, eſt breuis in *Præago*; dicendũ conſequenter eſt, *Re*, quæ erat breuis in *Refero*, in *Reago* breuiorem reddi. Præterea; in his tribus vocibus, *Repono, Reclamo, Reſpondeo*, varia eſt quãtitas ſyllabę *Re*: nam in prima eſt breuis, longa in vltimâ, & in mediâ, dum longior breui, & breuior longâ creditur, cenſetur ambigua & indifferens.

Hæc omnia vera ſunt, Illuſtriſſime Ildori; at ipſa in ſpeculatione ſe continent, & praxim non videntur concernere: fuerunt enim ab antiquis ignorata aut neglecta: & ſiquidem illi nec longas à longioribus, nec breues à breuioribus, in carminum ſuorum concionatione diſtinxerunt: nec nos, qui illos imitando, carmina modulamur, poterimus illas diſtinguere. Interim hæc tibi notitia, ſi non in Metricis aut Metametricis, in Grammatica Audaci, & Philoſophia Grammaticè tradita, prodeſſe poterit.

Vale.

De controuerſis ſyllabis.

☞ CXLV.

P. IOANNES Baptiſta Ricciolius, vir in omnibus materiis magnus, quia Vrania Muſa Parnaſſi eſt, ita voluit Cœlos metiri, vt et artem Poëticam promoveret. Proſodiam Reformatam publicavit, in cuius ſecundo Tomo Indicem copioſiſſimum ſyllabarum controverſarum invenio.

An idem eſt ſyllabam eſſe controverſam, & indifferentem? Si vocum rigori conſtemus, diverſum eſt: aliud enim eſt rem eſſe ambiguam & incertam, aliud liberam, & indifferentem. Rem liberam dicimus, quando omnes Authores in ipſâ rei libertate conveniunt, & nemo aliter aut aliter operantem condemnat: rem verò ambiguam, & incertam, quæ oppoſitis judiciis obnoxia, quam ſi hoc vel illo modo facias, reprehenſores & approbatores inuenias. Talia in Ethicis frequenter occurrunt. Audis feriali die vnum ſacrum ab elevatione ad finem, alterum ab initio ad elevationem; nemo reprehendet. Et, ſi dicas, te integrum ſacrum audiviſſe, nemo contradicet, quia in materiâ liberâ, quæ meram devotionem concernit, major vnitas & integritas non videtur requiri: quod ſi id die feſto feceris; & vtrùm præcepto ſatisfeceris, roges; reſpondebo, *Theologi certant, & adhuc ſub judice lis eſt.* Sunt enim plurimi, qui te præcepto ſatisfeciſſe dicent: plurimi, qui negabunt: & dum ipſi inter ſe diſputant, neutrum eſt certum. Sic ſimiliter in Metricis, ſunt ſyllabæ indifferentes aliquæ, quæ in omnium ſunt ſententiâ ancipites, ſicut vocalis ante mutam & liquidam, in vocibus *Atlas, Patres, Tenebræ, Athleta Aprilis*, &c. illam corripias, aut producas à nemine reprehendi poteris; at ſunt aliæ, in quibus non conveniunt Authores, ſicut in vocali natura brevi quæ priorem dictionem claudit, ſi poſterior à duplici conſona incipiat, vt patet in hoc verſu de Lunæ deliquio.

Turba ſtridebat, ſed Luna ſtabat in vmbrâ.

nam voces *Turba*, & *Luna* habebunt vltimam brevem Academici vulgi ſententiâ: longam verò Chriſtophori Helvici, Conradi Bachmanni, Scaligeri, Friderici Taubmanni, & Iani Gruteri judicio: quorum vltimus tam certò poſſe produci putat, vt jubeat hoc ipſum à Magiſtris doceri.

Hæc eſt rigori ſtando Indifferentium, & Controverſarum differentia; ſed quia multi has duas claſſes ſyllabarum confundunt, ſufficiat tibi rem ſcire, at poteris cum cæteris loqui. Interim in hac Appendice premittam Epiſtolam de ſanctiſſimi nominis IESV ſyllabis, & earum quantitate differentem: & poſteà addam ſyllabarum cõtroverſarum Indicem ex P. Ioanne Baptiſtâ Ricciolio, in quo multas purè indifferentes reperies.

☞ CXLV.

EPISTOLA

De dulciſsimo nomine IESVS

Quot ſyllabas, & quantas habeat?

GRæcè ſcribitur Ι'ΗΣΟΥΣ: & poteſt eſſe triſyllabum, diſsyllabumque. Quando eſt triſyllabum, prima litera vocalis eſt, & ſicut dixit Virgilius,

Iulius à magno dimiſſum nomen Iulo.

poſſemus & nos etiam dicere.

Terricolis charites dulcis concedit IESVS.

Si illud I ſit conſonans, nomen erit diſſyllabum; vt ſi humillimo corde dicamus.

Gloria laus & honos Tibi ſit dulciſſime IESV.

Diſsyllabum aut triſyllabum ſit, ſupponis Florimunde doctiſsime ſyllabam penultimam eſſe longam, & inquiris; Quanta ſit vltima? An debeat produci vel corripi? Laudo curioſitatem piam: & vt piè reſpondere etiam poſsim vltra cancellos Metricæ brevi quâdam digreſsione percurram, & ita tuam mentem ſtudioſam inſtituam, vt & devotam voluntatem in huius dulciſsimi nominis amore, & veneratione ſuccendam. Reſpondeo igitur, Eum, qui ſyllabam poſteriorem producat, à nemine poſſe reprehẽdi. Sed, quid fiet corripienti? Illum audaciæ damnari video à multis; ſed hanc eſſe juſtam ſententiam à nemine video probari. Ab etymo argumenta reſumunt: eſt enim Græca vox, Latio donata; & eam ideò debemus more Græco

metiri

metiri quî enim nobis dicitur *IESVS*, Græcis eſt [illegible]. Ergo hæc vox Trochæa non eſt, ſed Spõdea. Sic illi. At doctiùs alij contrà, argumentum retorquent. Eſto, inquiunt, Græca vox, Latio donata. Ergo frui debebit privilegijs, quibus voces Latinæ. At quæ in *ſenſum* cadunt (aut clariùs: quæ ad quartam declinationem pertinent) corripiunt *us* in recto: ergo quidquid de voce Græcâ ſit, vox *IESVS* apud Latinos Trochæa eſt.

Hæc doctrina rata videtur apud doctos; nam Calviniſtæ Galli calumnias non paucas in Societatis viros invectiuis elegis complexi ſunt; & licèt eas ſupponerent à millenis viris eruditis legendas, voce *IESVS* ſunt vſi, iuxta ſecundam opinionem. Boarunt ſic.

Presbyteri à ſocio, geritis qui nomen IESV,
Diſpercam ſi vos IESVS amare poteſt.

Hanc inſulſam calumniam, hoc temerarium votum, exclamationem hanc inſanam tetundit Clarus Bonarcſius (*anagrammaticõs* Carolus Scribanus) Amphitheatri honoris lib. 3. pag. 286 iſtis eruditis carminibus, in quibus etiam *IESVS* vltimam brevem habet. Spongia, quâ vtitur Bonarcſius numeris Phaleucis procurrit in quibus etiam vox ipſiſsima ſecundam corripit. Verſus ſunt lectione digniſsimi; illos ſubiungo.

— — —υυ —υ —υ —υ. Phaleucii.

Tu qui nos ſale putido iocorum
Perfricare ſtudes, ſalax poeta,
Quid iuuat tumidis latrare buccis,
SI VOS IESVS amet, volo perire?
An illud Nemeſin putas latere?
Inferni Nemeſin DEI ἀντανιστὴν
Quid ni IESVS amet ſibi tenaci
Votorum laqueo pallam illigatos?
Quid ni IESVS amet, quibus voluptas
Illum Anthropophage intuliſse genti?
Quid ni IESVS amet tibi peroſos;
Cui odiſſe bonos venus nefanda eſt?
Quid iuuat tumidis latrare buccis,
SI VOS IESVS amet, volo perire?
In promptu ratio eſt procacitatis;
Iam gratis tibi peierare fas eſt:
Nam olim ſtirpitus, o miſer, periſti.
Abiurata tibi eſt fides auorum;
Mens turpi ſcelerum ſitu fatiſcit;
Ex quo non puduit ſtuprare matrem.
Errorum illuuie improba & nefanda
Quare, ni celer orbitam relinquas,
Has ego melius preces paciſcar;
(Audite o ſuperi, inferique manes!)
SI TE IESVS amet volo perire.

Porrò etiam alij vltimam huius ſanctiſsimi nominis ſyllabam brevem eſſe voluerunt; ſed quia loci non occurrunt, non eſt ut expreſsè allegentur.

Hos nuper ſequutus eſt R. P. Nicolaus Lucenſis Capucinus, in ſuâ Marianâ Cynoſurâ, quam dabit Apollo circularis inferiùs. Eſt Poeta celeber, & multorum Labyrinthorum Author, qui cum admiratione leguntur. Conſidera ſequentes numeros.

Numen		*ovans.*	
Nomen		*habens.*	12
Lumen		*avens.*	12
Nectar		*agens.*	
Gramen		*olens.*	24
Sydus	IESVS	*hic eſt.*	12
Chriſtus		*adeſt.*	144
Ieſus		*ibi eſt.*	
Matris		*amor.*	
Sponſus		*amans.*	
Gnatus		*honor.*	
Sol vbi		*ineſt.*	

Dant Hemiſtichium Dactylicum, quod legitur modis 144. Pater igitur Nicolaus 144ties in hoc Pegmate brevi, vltimam dulciſsimi nominis ſyllabam abbreviavit. Scio etiam apud alios eamdem ſyllabam corripi, ſed hos adduxiſſe ſufficiat.

Nec caret myſterio huius ſyllabæ brevitas, nam Verbum abbreuiatum Chriſtus eſt; & cum Notarijs iterum abbreviatur, priores literas ex Alphabeto Græco ſumit, & vltimam ex Abecedario Latino; nam vt doctè notat D. Petrus Frãciſcus Paſſerinus in aureo illo libello, cui à ſchediaſmatis nomen, pag. 291. in quâ Myſticã Prudentij figuram devotè & prudenter exponit; nomina IESVS & CHRISTVS per compendiũ, & abbreviationem tranſeunt in IHS & XPS; in quibus duæ literæ priores Græcæ ſunt, & Latina poſterior; quod licet mirum videatur Adolpho McKercho de Linguæ Græcæ veteri pronunciatione capite xxxiv. verum eſt; ſigma enim apud Græcos non ita (S) ſed ita (Σ) conformatur.

Et cur, quæſo, Notarij illas ipſas dictiones, quas characteribus Græcis aperiũt, Latinis claudunt? Vt Intellectum Voluntatemque inſtituãt. Nempe illum, inſinuando, priorem horum nominum ſyllabam more Græco, ſecundamque more Latino menſurari debere. Nempe hanc, ſignificando debere nomen Domini noſtri *Ieſu-Chriſti* ab orbe Græco vſque ad Latinum, hoc eſt, à Mundo Orientali ad Occidentalẽ propagari. quo forte reſpexit Prudentius, cum dixit.

A Solis ortûs cardine
Ad vſque terræ limitem
Chriſtum canamus Principem
Natum Mariâ Virgine.

Eſt Societas quàm impugnandam Calviniſta, quam Bonarcſius propugnandam ſuſcepit, Religio ſanctiſsima & doctiſsima; magno Romanæ Eccleſiæ bono à SpirituSancto inſtituta; tempore difficillimo nata; per magnas tribulationes & miſerias promota; multo Martyrum ſanguine rigata, & numeroſo miraculorum firmamento munita; quæ omnia nullo modo concurrerent, ſi illam IESVS, cui conſecratur, non amaret. Lege attente iſtos Elegos.

Vidit vt IgnatI ſobolem devota Thalia,
Movit in hos numeros pectine fila lyræ.
IESVS adeſt. Pietas, ſanguis, doctrina refulgent?
Signa DEVM noſco per ſua; IESVS adeſt.

N 2 *Hæretico*

Hæreticò pietas armato opponit inermem,
Et tamen hæc debet vincere? IESVS adeſt.
Laurea martyrij procerum tot ſanguine tincta,
Ante diem redimit tempora? IESVS adeſt.
Doctrina illuſtrat duplicis diſcrimina Solis
Lumine, vel potiùs fulmine? IESVS adeſt.
Ergo hæc Relligio, quidquid Calvine reponis,
A dulci IESV nomine, Numen habet.

Auſus in illis etiam fui vocis *IESVS* vltimam abbreviare, vt noſtri numeri prior bus correſponderent. Alij etiam eamdem ſyllabam corripuere. Rabanus Maurus, Benedictinus, Archiepiſcopus Moguntinus, in Figurâ XXVII. cecinit.

Si do te tibi metra ſono, bis te Ieſus in odis.
℞ *Si do niſus ei, & ſi bonos artem ibit & odis.*

At in recurſu *bonos* habet primam longam, quod cæteris Poëtis (antiquis & junioribus) diſplicet.

Ioannes Alſtedius in Encyclopædiâ (quæ eſt abſolutiſsimum, & eruditiſsimum opus) vbi de retrogrado carmine, producit Diſtichum ad Chriſtum, quod inſigne eſſe dicit. Eius mihi prodeſt Pentametrum.

IESVS ei tu ſis, ſis vt IESVS ei.

In quo iterum, iterumque vltima vocis IESVS corripitur.

Et hîc, mi Florimunde, non ſoli curioſitati omnia, ſed aliquid demus etiam pietati. Primâ ergo quæſtione reſoluta, alteram proponamus. Interrogo, *Cur producitur à Græcis ſyllaba, quam Latini corripimus? Cur idem ſanctiſsimum nomen diverſo ab illis, & ab iſtis accentu, ac diversâ menſurâ profertur?* Reſpondeo, totum Oceanum capi non poſſe vrceolo, ſed poſſe nihilominus Oceani partem. Et quia Chriſti virtutes immenſum Oceanum perfectionum conſtituunt, quia omnes ſimul non poſſumus, nominibus velut vrceolis earum partem haurimus, concipimus, & repræſentamus. Et quia inter præcipuas Chriſti prærogativas, Maieſtas, & humilitas eſt, illam videtur nomen Ἰησοῦς ab oculos ponere apud Græcos; nomen *IESVS* iſtam apud Romanos. Eſt ergo IESVS ſimul magnus & parvus, longus & breuis, auguſtus & anguſtus, latus & ſtrictus, altus & humilis, productus & correptus, circumflexus, & gravis.

De Chriſti Magnitudine ſeu Maieſtate multa Diuinæ Litteræ: multa Scholaſticæ: me juvat Angelica vox, quam proderit ſtudioſè auſcultare. Gabriel Paranymphus Empyreus, Angelorum Reginam ſic affatur. *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius* Ἰησοῦν, &c. *Hic erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur.* Et Bernardus (ſuper Miſſus eſt Homilia III. num. 12.) *Verè magnus, qui Filius Altiſsimi merebitur appellari. An non magnus cuius magnitudinis non eſt finis? Et quis magnus, ait,* (Pſalm. 112. 2) *ſicut Deus noſter? Planè magnus: qui tam magnus, quam altiſsimus: quia & ipſe Altiſsimus.*

De Chriſti Humilitate ſeu Paruitate, multa etiam in Libris antiquis & nouis. Verbum æternum apud Paulum *ſemetipſum exinanivit formam ſerui accipiens*; & quod ab æterno fuerat immenſum, eſſe voluit in tempore abbreuiatum. Ad rem & mentem meam Guerricus Abbas (Sermone v. de Natiuitate num. 4.) [O fratres, ſi piè ac diligenter intendamus huic verbo quod Dominus fecit hodiè, & oſtendit nobis; quanta quamque facile poſſemus ab ipſo perdoceri? Verbum ſiquidem breuiatum eſt; ita tamen, vt in eo conſummatum ſit omne verbum, quod ad ſalutem eſt, quod nimirũ verbum conſummans & abbreuians in æquitate ipſum eſt. *Et hæc conſummatio abbreuiata inundauit iuſtitiam.* ſicut promiſſum meminiſtis per Iſaiam: quia de ſua plenitudine in participes ſuos redundauit juſtitiam, vt abundet juſtitiam ipſorum, pluſquam & Phariſæorum, & Scribarum: licèt illi per tam multiplices ſe exercitent iuſtificationes legis, iſti autem breui, ac ſimplici contenti ſint verbo fidei. Sed quid mirum, ſi omnia verba ſua nobis Verbum Dei breuiauit? quando & ſe ipſum breuiari & quodammodo minui voluit, adeo vt de incomprehenſibili immenſitate ſui ad anguſtias vteri quodammodo ſe contraxerit; *&c.*]

Hæc & plura reccurrunt de Chriſti Domini magnitudine & paruitate: & dum alijs illam venerantibus dicitur *Iēsûs*, alijs iſtam adorantibus *Iēsŭs*; nobis, qui has duas ſummas virtutes ſeparare non volumus, *Iēsûs* dicatur, & quia teſte Platone nomina ſunt quædam breues definitiones rerum, Chriſtus Dominus vocatur *Ieſus*, ob eam nimirum cauſam quam dilucidat Angelus: Ioſepho enim timenti & titubanti (Matth. 1. c. 18.) ait: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in eâ natum eſt, de Spiritu Sancto eſt. Pariet autem filium & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

In Sanctiſſimo hoc nomine duas ſyllabas reperio: nimirum η & ου: illam ſimplicem; iſtam compoſitam: illam obſcuram, iſtam claram: nam η, *Eta* eſt vocalis obſcura: ο *Omicron*, & υ *Ypſilon*, & diphthongus ex illis coaleſcens, ſunt vocales tenues, exiles, claræ. Illam longam tantummodò, iſtam ſimul longam & breuem. nam η *Eta* vbicumque producitur, & *Vs* finale, quod apud Grecos longum eſt, apud Latinos ſolet corripi.

Porrò, Lector Pientiſsime, hæ duæ ſyllabæ duas nobis Chriſti generationes repræſentant: æternam videlicet & temporaneam. Longa eſt illa; nam æternitas eſt eſt quoddam infinitũ inſtans, initio & fine carens. Eſt obſcura, nam ſoli Deo perfectè nota, vnde Iſaîas, *Generationem eius, quis enarrabit?* eſt ſimplex, quia Diuina: Deus enim caret compoſitione. Hæc eſt tam clara, vt manibus palpari poſſit: quippe quæ eſt, Dei viſibilis & audibilis, aut etiam palpabilis. Antiſtes Guerricus (vbi ſupra) *In Cœlo verbum illud horribili altitudine ſuâ Angelicas virtutes ſtupefacit, in præſepi ſimplices & hebetes paſcit. Ibi ſubtiliſſimis Angelorum intellectibus imperſcrutabile, hîc etiam obtuſis hominum ſenſibus palpabile. Quia enim Deus non poterat loqui nobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus; Verbum eius factum eſt caro, vt non ſolum audire, ſed & videre poſſet omnis caro, quod os Domini locutum eſt.* Eſt ſyllaba ſecunda compoſita; nam ad humanitatem terminatur, quæ ex materiâ & formâ, ſeu corpore & animâ coaleſcit. Eſt ſimul longa

ga & breuis: breuis, quia concernit corpus, quod ſupra trigeſimum vixit tertium annum: longa, quia iſti mortali corpori vniuit animam immortalem, propter quam illud eſſet excitandum à mortuis, & poſtea æternum regnaturum. Vnde Paulus, *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur*.

Non progredior vlterius, Florimunde doctiſſime; nam Sacroſanctum nomen Ieſu ſuggerit infinitam materiam, quam nobis ſufficiat delibaſſe. Dedi etymon: ſyllabarum differentiam & numerum: nec non accentuum & quantitatum cauſas: modò his literis finem impono, eumdem ipſum implorans, vt te ſaluum, & incolumem conſeruet multis annis.

☞ CXLVI.

INter alios Authores, qui de Proſodiâ ſcripſerunt, P. Ioannes Baptiſta Ricciolius magnã laudem meretur. Edidit *Reformatam* (ſic illam vocat) in quâ Index ſecundus ſyllabarum controuerſarum eſt. Eſt Liber impreſſus Bononiæ, & vbique inuenitur, & ideo nomen propoſuiſſe ſufficiat: illum adeat Lector, & ſummoperè eiuſdem lectione iuuabitur.

De æquiuocis, & quaſi æquiuocis, quæ cum ſignificatione variant quantitatem.

☞ CXLVII.

HOmonymia vel calamũ vel linguam reſpicit: primo modo erunt æquiuocæ omnes voces, quæ eodem modo ſcribuntur, ſi diuerſo proferantur, vt *Occidens*, & *Occîdens*: nam ſi deriuetur à *cado*, habet ſecundam breuem & accentum acutum in primâ: ſi à *cædo*, habet ſecundam longam accentũ præditam. Secundò modo ratiõ habetur accentûs, quo ad aliam ſyllabam tranſlato pronuntiatio alteratur. [*Accentûs* nomine acutum intelligo, qui apud Latinos ſcribatur aut non; afficit penultimam longam; &, ſi hæc breuis ſit, recurrit ad antepenultimam] Huc pertinent *Acer* ſubſt. nomen arboris: et *Acer, cris, & cre*, adject. & alia. Quaſi æquiuocæ dictiones illæ ſunt, in quibus vel adſpiratio additur, vel duplicatur litera, vel diphthongus accedit, vel I in Y. mutatur, vt *Amo* & *Hamo*: *Ortus* & *Hortus*. &c. *Angelus*. & *Angellus* dimin. ab Angulo. *Calidus* & *Callidus*, &c. *Cedo*. & *Cædo*, *Celum* & *Cælum*. &c. *Muſca* à muſco, & *Myſia* &c. [Inter quaſi æquiuoca ponuntur à Ricciolio *Anas* fluuius & *Anas* auis; *Apis* Ægyptiorum idolum, & *Apis* animal inſectum, quæ ego eſſe purè æquiuoca iudico.]

Hæc varietas quantitatis ſimul & ſignificationis addit carmini gratiam, vt in ſequentibus numeris videre eſt,

Venimus alme Pater Romam, Pater alme venimus.
Eos aniſque lineis tuo tuebas cos. [illegible]

Primus verſus eſt retrogradus, & in ipſo vox *Venimus*, ſi verſum aperiat, dactylo; ſi claudat, amphibrachio reſpondet. Secundus habet vocem *Eos*; qui in initio eſt ἕως, & Ionicè ἤως, *Aurora*: [vnde ἑῷος, & ἠῷος. *Eôus*.] in fine *eos*, hoc eſt, *illos*.

His ergo præmiſſis. Indicem tertium Ricciolij interlege, aut ſaltem ſequentia Carmina memoria manda: dabunt enim & varias æquiuocorum ſignificationes; & ſub ſingulis quantitatum diuerſitates.

A

ABbatia *mihi locus eſt*; Abbatia *munus*.
Abſcidit *à ſcindo*; *aſt à cado* abſcidit *obortũ eſt*.
Docta Academia *locus eſt*; Academia *ſecta*.
Torpor acedia *eſt*, *ſed* acedia *negligit actus*.
Sternitur arbor acer. *fueris ſi viribus* acer.
Eſt adama *verbum*; *ſed terræ nomen* Adama.
Eua non adamo *pomum*, *quod porxit* Adamo.
Rege adito, *vt faueant*, *proceres quoque Regis* adito.
Ver dudum aduenit. *poſt quod mox* aduenit *æſtas*.
Exul agar *procul in deſertum ancillula vt* Agar.
Campus ager. *terra cumulus ſed dicitur* agger.
Vt bene corpus alas. *gallinæ veſceris* alis.
Eſca alitis *volucres. vt alemini ab* alitis *eſca*:
Alea *ſors & ludus*; Alea *vrbs Arcade terrâ*.
Lucrum amo, *proin captis non veſcor piſcibus* hamo.
Vrbs Amathus *in qua Veneris regnauit* amatus.
Ambitus *haud opus eſt merito, ſi* ambitus *honore es*.
Ames *eris tibi, ſi quid* ames. *huic retia tende*.
Limpidus amnis Anas, anas *hoc natat amne libenter*,
Ante *fœmineum nomen fuit* ante *celebre*.
Antea *vrbs fuit* antea. *& extat vix modò nomen*.
Vino parcat anus; *niſi forte eſt ſtipticus* anus.
Mellis apis *fabrifex Idolum Mempheos* Apis.
Bobus aras *terram, quos poſt mactabis ad* aras.
Litiora ne quis aret, *terra inſtar pulueris* arct.
Inconſulto Arato; *nec* arato, *nec ſerito agros*.
Perſidis Arbela *vrbs*; *Siculum fuit* Arbela *quondam*
Vtque Aſia *eſt regio*; *ſic* Aſia *nympha paluſque*.
Inde eſt flumen Atys; *puer hinc Cybeleius* Atys.
Ergo aue *dulcis* aue: *tuque ò matertera ſalue*:
Tuque auia *indulge ſi forte per* auia *ducor*.

B

Dant bombycini *ſomni* bombycina *fila*.

C

Caligas *oculis*. caligas *dum queris in vmbris*.
Grandi voce calo *te* caló, *& vix tamen audis*.
Vix canis *eſt, qui non ſit* canis *dentibus, vſquam*.
Dulce canet *cygnus moriens, quia corpore* cãret.
Quo tumulo Manſole cares. *hunc* Cares *habebant*.
Caro *emitur* caro *claudatur ſi forte macellum*.
Ite caui *lintres mihi dudum à flumine* caui.
Tu cedo *mi claues*: *ego cætera quærere* cedo.
Digna arbor ceraſus, Ceraſus *huic nomina fecit*.
Cerites *gemmas imitantur* cerite *cera*.
Herba cera *eſt. ſed* cera *fauis fundamina præbet*.
Antiquus Chaus; Chaos *eſt confuſio priſca*.
Aſtra inter chelys *eſt*: *cælo hæret Scorpio* chelis.
Cis *ad bella, tulit quos Gallia noſtra* cis *Alpes*.
Claros *exhibuit* Claros *inſula Appollini honores*.

Inde

Inde fuit Clarius, nec clarius vllibi fulſit.
Qui ſaecls vimen colat, colat ordine vitem.
Nendo colum vacuas, colum vacuando repurgas.
In menſa haud comedit, ientacula qui vnte comedit.
Tu comes eſto mihi, crinemque hoc pectine comes.
Concitus à cieo; concitus at à cio manat;
Conſidet à ſedeo: ſido conſidere fecit.
Conditio à condo eſt, & conditor omneque tale:
Conditor verò, & condito condio gignit.
Vrbem intrabo Coram; loquar vt cum principe coram.
Corus vt eſt ventus: corus eſt menſura vel amnis.
Rex Coriti eſt Coritus; coritus at ipſa pharetra.
Ipſe Crates ſapiens, in paupere crate iacebat.
Vir Creatus. Græca quondam de ſtirpe creatus.
Ponti amnis Creta; creta argilla; vrbs inſula Creta.
Novia ſi cupitis; ſatius caruiſſe cupitis.
Bacche tibi Cytheron ſacer eſt; tibi Phœbe Cythæron

D

Iſtricolæ Daci; Scythiæ ſunt Bactra Datæque.
Hoc damus antiquis; quos inter nomine Damus.
Danus gentile eſt nomen: proprium Danus eſto.
Hunc decorant homines quem veſtimenta decorant.
Fons decus eſt decoris; decor eſt inſigne decoris.
Aurum cui dedimus, ſtatuam nunc dedimus auream.
Dedere cor Diuis par eſt, qui tanta dedere.
Aret deciduis folijs decidua quercus.
Soluere diffidit nodum, quem diffidit enſe.
Qui dicat hunc librum; dicat quid muneris optet.
Vt Donace nubas, opus eſt donace marito.
Ecce donax animal, qui donax miſit amicus.
Si dormituris dicas dormituris erras.
Si ducis inſtar es heus cur nos per inhoſpita ducis?
Durius eſt marmor, Durius ſed mollior amnis.

E

Languida vix edere heu poſſum, vix edere vocem.
Educat hic catulos, vt eoſdem educat in apres
Ludus luxuſque egere, vt nunc cogar egere.
Egere cum vomitu, ni vis medicamine egere.
Egeſias merces, dein naufraga deflet egeſtas.
Vos elegi elegi, quia flebile carmen amaui.
Elidis heu currus elidis Olympionice.
Elatè palmarum elate frondeſcit in auras.
Ex elephantino dente eſt elephantina pyxis.
Spe Ænea eliſà, heu gladio ſe infixit Eliſa.
Heus prius emenda ſcripta hæc qua exponis emenda.
Rurſus emit charo, quæ quondam vilius emit.
Enato ſole incolumis vix enato ab vndis.
Nauis epiſcopium eſt, Epi ſed locus ipſe ſcopium.
Pinguis es, & tamen es, ac ſi valde macer eſſes.
Euadat ex fluuio, vt minitanti euadat ab hydro.
Hoſpitus Euxinus, ſed inhoſpitus Axenus olim.
Vt caput excidit. dextra ſimul excidit enſis.
Arboris excidium poſt multa excidia vidi.
Excitus à ſomno vix, mox excitus ad arma.
Rex precor excuſa, malè ſit ſi excuſa moneta.
Corpore es exilis quid mirum ſi exſilis alte?
Fur hinc expilat; tonſor nos expilat inde.
Exputat heu pulmo. quod pus exputat ab ore.

F

Vt mihi fabaris, Fabaris placidiſſima lympha eſt.
Eſt lupus in fabula, narratur fabula de te.
Melle faui abundant, apibus quia ſedulò faui.

Ne venam ferias, niſi ſcis diſtinguere ferias.
Dum ferimur naui, fluctu inſurgente ferimur.
Ferueo feruere inducit; ſed feruere feruo.
Noſtra fide fide; fide canta, & præmia habebis.
Aut ſimus, aut terra eſt de quorum plaſmate ſimus.
Subijcitur fauci focale, focale ſed igni.
Folia ſaga fuit; folia inſcripſere Sibylla.
Decepit me ſæpe fretum, nimis æquore fretum;
Ne ante eſum frigere ſinas, quæ frigere ſueſti.
Fugere hi; fugere eſt melius, ne fuſte fugere.
Serpentes nidore fuga, fuga corripit illos.
Tam bene fulgetra in proſa, quam fulgetra dicant.
Fulgeo fulgere incendit, ſed fulgere fulgo.
Si quid furere hoſpitibus, furere incipit hoſpes.
Nunc furis; inſidias poteras præuertere furis.

G

Sunt Aſtrum Gemini; fuit Aſtronomuſque Geminus.
Serue gnatho inſligas noſtro ne verbera gnato.

H

Tandem hebes á ſenio euadet vigor ipſius Hebes.
Non herus, at ſeruus Leander amoribus Herús.
Sit licet hybernus; nimis haud tamen alget Hybernus
Hic ego conſiſtam, ſed hic aulicus ibit in aulam.
Hoc ego fonte bibam; quid hoc eſt quia turbida lympha eſt?
Nemo cadauer humet terræ, quæ à fontibus humet.
Nomen Hyle eſt vrbis, verùm hyle materiai.

I

Saxa iacere ſinas, iacere illa ignobile vulgò eſt.
Idæa eſt Cybele. ſed rerum eſt idea forma.
Idem opifex, opus exit idem de marmore eodem.
Voces, immò faces imo de pectore promis.
Incidit in ferrum, nemoriſq; incidit honorem.
Inciduam paſſa eſt incidua ſylua ſecurim.
Indicis ad ſignum, quæcumque indicis obibo.
Indice ad os poſito, tu indice ſilentia cunctis.
Incitus incitus, cieoque cioque adhibentur.
Indicat obſcurè; quod vult indicat apertè.
Inſidet, inſidit, ſedeo, ſidone requirunt.
Vocem intercidit, quæ mica intercidit ori.
Inueni nummos, tu panes inueni, & affer.
Certum eſt pictum iri tribus Iri coloribus arcum.
Si irritat Regem prætor, Rex irritat acta.
Is ad gymnaſium, ſed is es, qui haud proficis bilum.
Dum ploratur Itys; vos ſicci à fletibus itis.
Scandendis obliquà iugis nimis eſt via iugis.

L

Labere per ſalebras lympha, & labere ſalubris.
Magna labij ſitis eſt: properate huc flumina labi.
Si greſſu labor, labor eſt. qui laſſat euntem.
Ignoro an Lamiæ viuant ſub monte Lamiæ.
Rex nouus eſt populo largitus largitus aurum.
Grex poſt ſepta late: vaſtat lupus omnia latè.
Vix poſt murorum lateres tormenta lateres.
Nauro latus erat, qui ſic latus iuit apertum.
Sermo ſonat Latius toto quaſi latius orbe.
Qui ſe lauere in cœno lauere vnda nequiuit.
Rex vnum legat ex multis, cum legat ad Vrbem.
Sæpe iterumque leges, ſtatuis quas condere leges.
Mœſta caro eſt leporis, nec edentis amica leporis.
Leſoram

Leſoram montem; Leſoram ſed dicimus amnem.
Leuius es ſpeculum, leuiuſque inficitur auro.
Leuitas leuitas morum haud docet ordine dignos.
Eſto liber liber ſit, quando Typographus edit:
Num liber eſt liber, quem Bibliopola ligauit?
Liber ineſt vino, liber eſt ſub cortice vitis.
Si libet infanti nutrix mille oſcula libet.
Libo libonem ſignat, putealque Libonem.
Ad Ligeris ripam interea mea cymba ligeris.
Tu Liguris ritu cochleas fungoſque liguris.
Vnguine membro lino foues, ſed vulnera lino.
Serta Lino vati debentur, carbaſa lino.
Iam montem liquere niues gaudentq. liquere.
Plectra lyram norunt, liramque requiri aratrum.
Ante lites cœlo ſi non vis perdere lites.
Saltantes captas multe: Locuſta locuſtas.
Iam loquere, nunquam deinceps fortaſſe loquere.
Si Sol luceres Ramnes Luceresque viderem.
Qui in lucis habitant non gaudent lucis honore.
Naſcitur in luteo nunquam flos luteus agro.

M

Quam mala ſunt mala hæc, quæ mandere mala nequiuit?
Malo malo malo, quam carbaſa fidere palo.
Integer eſt malus nauis; Malus inſula iuxta eſt.
Nectu in valle mane; ſed montem mane ſubito.
Ros licet abundè manet, paucis manet horis.
Manibus, & cineri manibus date lilia plenis.
Gallia Maſſyliam; Maſſylos Africa mittit.
Matrona auguſta eſt mulier; ſed Matrona flumen.
Citro vltroque mea, mea nanque eſt cymba paluſq.
Media num media eſt inter Perſas Arabaſque;
Naſcuntur medica aſtmaticis ibi medica mala.
Medimnus iaculator erat; menſura medimnus.
Medium natum medium Medea ſecabat.
Mera canis celebris; mera ſit niſi fabula vatum.
Quamuis multa metam palearum colligo metam.
Dum metimur opes metimur: mors falce triumphat.
Iudex ſperne minas, ſed & auri reſpue minas.
Cambia quam miſerè multos miſere ſub orcum.
Cælum certus emes miſeris ſi miſeris aurum.
Dum molitur virtus. molitur in æthera ſaltum.
Nunquam grana moles, niſi ſit tibi ſaxea moles;
Si monopolium locus eſt: monopolion ars eſt.
Longa mora, eſt ſructus inter ſunt vltima mora.
Malo mori in lecto, quam penſilis arbore mori.
Iam morere ægre ſenex, non eſt cur ſana morere.
Moroſum faciunt mores; mora longa moroſum.
Quæ mouere alios nequeunt me verba mouere.

N

Ad conchas piſcando natas Indo æquore natis.
Natricem. piſcem natricem Lucilius inquit;
Hoc nemus eſt Serum, atque hinc ſerica vellera nemus.
Aurea chorda nete mihi deeſt; fila aurea nete.
Si nitor eſt nomen, verbum producito nitor.
Fari arcana nequis? nequis te interroget vltro.
Lina (colus ni deeſt neque ſuſus) ſumito, neque.
Non niſi te Euriyalum delectat gloria Niſi.
Paruum animal nitela eſt, munditieſque nitela.
Nonne videndo niues perſtricto lumine niues?
Quam natis notus eſt notis, nota tã mihi nota hæc.
Verſus ſite noui veterum iam carmina noui.

O

Frenum obedit ſonipes, equiti tamen interim obedit,
Oblita vt vnguentis plaga eſt oblita doloris.
Arcem obſide, fidem donec grandi obſide firmes.
Cor Sophia ſit Pythagoras; Ocellus ocellus.
Occidit Paris Æaciden, tamen occidit Ilium.
Corda tenacis odij, & ſitientes ſanguinis odi.
Odus erat cui nullus odos ex flore placebat;
Olus erat ſeruus cui vix olus herba placebat.
Olea menſura eſt, oleæ pax frondis amica.
Opis nympha fuit, ſed ab Ope eſt Iuno, Cereſque.
Vltima longa in Opus: opus eſt ſed noſcere Gracè.
Dic in qua fuerit Roma ora Ora uncta Quirino?
Deuorat os oris carnes, & rodit os oſsis.
Gutture oua, ſimul ac gallina excluſeris oua.
Laua ouis iſtius præſtat candentibus ouis.

P

Vt Pagus vrbs magna olim ſic pagus minor vrbe.
Ex cute grana palam flante aura, & vertito palam.
Si tranandа palus pro remo ſat mihi palus.
Ne pales armenta Pales placanda placentis.
Pallas ad arma vocat, Pallas inglorius armis.
Pamphylus patria eſt, & nomine Pamphilus hoſpes.
Tu Paraclite veni. fuge tuque paraclyte Dæmon.
Panes in Arcadia: panes ſeruantur in arca.
Parce precor nobis ſi parcè menſa parata eſt.
Paretur Chriſto, ſi menſa paretur egenis.
Nec parere infantes volo, nec parere marito.
Fronte hilari patere hoſpitibus tua tecta patere.
Qui pauere inopes, nequeunt in morte pauere.
Teter odore pedis, crepitu inſuper improbe pedis?
Litem pendere expediet, quam pendere nummos.
Perfidus abſque fide eſt; contra eſt perfidus amicus.
In Latium pergamus, obijt iam Pergamon igni.
Scribere pergamus chartas ait Pergamus aptas.
Perge viator iter; nam Perge diſtat adhuc vrbs.
Hos perſona tegit, dextera illis perſona ſiſtro.
Fruſtra iterum petitis, contenti eſtote petitis.
Ne petitor nummos: alios tu accede petitor.
Vltra vrbes Pharias alit Africa terra Pharias.
Optat equus Phaleras, tulit vrbſque Phalera Phalereñ.
Ille pila ludit; piger hic ſcit tundere pila.
Ille pilat mentum: Criſpini hic ſcrinia pilat.
Ille pilum comit; pilum hic iacit, atque ſagittam.
Cuius erit plagæ authoris nam præda plagæ net
Infanti vagire placet. niſi nænia placet.
Planus corda aperit; Planus eſt qui decipit arte.
Aſtra Polus verſat, celebris fuit hiſtrio Polus.
Quo capitis porrigo ruat tibi porrigo pecten.
Porus Alexandro carus: porus eſto meatus.
Poſtillà ſcripſi hæc, poſtillaque marginis acta eſt.
Prædicat ventura mihi, qui prædicat aſtra.
Primipilus barbaque noua tu, ego primipilus,
Procerum Regem Perſis procerum eligit ordo.
Supplico procidimus, ne ſim procidiuus enſe.
Vitea propago eſt; ſobole ſcit ſtirpe propago.
Ne bene olere putes te: totus & vndique putes,
Serio quæſo puta, num vaſa hæc aurea puta.
Morbida membra putor, manatq; ex vulnere putor.
Pyramus eſt ſponſus Thisbes; Piramuſque fluentum.

Q

Quêis ego iam credam? quis erit cui fidere poſsim?

R

Radius à rado: radius lux linea, pecten.
Tu carnes rapis & piſces: ego victito rapis.
Ne in crimen recidas, ſi occaſio eſt ulla recidas.
Si recolas artem vini vix muſta recolas.
Ex bello reduces iterumne ad bella reduces?
Pauca refert ſapiens; neque enim ſcire omnia refert.
Si tua verba reges, ipſos moderabere Reges.
Decretum relegat, qui fontem ex vrbe relegat.
Commenta en relegit, qui carmina priſca relegit.
Nil reliqui heredi. niſi ſcripta & ſcruta reliqui;
Nil remanet laticis; niſi lympha ex fonte remanet.
Hanc remoram metuens, hinc nauim ſponte remorâ.
Fratre Remus, olimq. minor nunc eſt quoque remus.
Sol renitens motu it duodena in ſigna renitens,
Capra repente fugit; viſo repente colubro.
Quidquid aquæ reſidis remãſit, in valle reſidis.
Reſpondè longum, aut breuiter reſponde roganti:
Reſpondo permittis eum, & reſpondeo utrumuis.
Ricinum veſtem unc. ricinuſque vorabunt.
Mox roſa flaueſcit; roſa ætas tempore marcet.
Auroram roſeam, Roſeam legimus vrbem.
Funda rota ſaxum. currus rota frangere ſaxis.
Ruta oculos acuit; torrens ruta ſaxa reuoluit.

S

Nulla tegunt ſaga nos, quos ſaga venefica pungit.
Tactus ab igne ſalis inſtar ſalis; amne liqueſcis.
Si ſapis amnis erat coniunctus Sapis Iſauro.
Securis caput abſcidis quandoque ſecuris.
Hanc ſedet ad menſam quo ventris murmura ſedet.
Parce ſeni agricolæ. vix dentes ſunt mihi ſeni.
Senio non ſenio, non ludus conuenit vllus.
Virtutem mutus ſequeris dein. ſponte ſequeris.
Nulla fruge ſeres, quæ pectunt vellera Seres.
Amiſsis bonibus, ſera eſt ſera; peſſulus obiex.
Serò ſeris, ſeriſque metes frumenta maniplis.
Serua te a vitijs ne mens tua ſerua laboret.
Vas ſinus. gremium ſinus eſt pelagiue receſsus.
Ætna ſub Siculâ fabricata eſt ſicula parua hæc.
Siſer erat catulus; ſiſer eſt cereale legumen.
Ne intolerãda ſitis fit, ſalſi haud ſitis edaces.
Ipſa ſoli natura refert ſua germina Soli.
Ipſa ſoles tellus ad Soles florida pingi.
Soluere hinc naues ſeptem, tres ſoluere tentant.
De ſpeculâ ſpecula, ſi qua eſt modò ſpecula nauis.

Stipes eris ſtipes vacuumque volumina multa.
Par zona eſt ſtrophio: ſcenæ verſura ſtrophium,
I ſubitò atque hoſtem fugiens celer antra ſubito.
Strideo vel ſtrido; ſtridere, aut ſtridere nouit.
Ipſe inopi tibi ſubueni, & tu ſubueni egenis.
Myſtes ſuccidit poplites? bos ſuccidit aræ.
Tot terræ infigendo ſudes, quid ni vndique ſudes?
Tam citò ſuffocat laqueus, quam ſuffocat ignis.

T

Noſne teges vnà hic? teges eſt anguſtus vtriſque.
Quodcunque eſt tegetis, vos metum vtcunq; tegetis.
Multa teloninum non iuſta telonia vidit.
Tentyra in Ægypto: Thracum Tentyra celebris.
Vt teretis baculi ſeruorum terga teretis.
Oceani Tethys, Thetis eſt ſed Peleos vxor,
Aurum equiti huic torque; donari hac torque meretur.
Quid me traducis, quod traduce lampade ludo?
Purgaui tribulis agrum meus ante tribulis.
Vt numerando quota eſt tota pars, ſunt integra tota.
Tumet es in cauſa. tumet hæc ſi intercus ab vnda,
Tute bibendo necas, qui tutè viuere poſſes.

V

Tot defuncte vadis, aliàs per flumina vadis.
Plena vagis eſt cuna roſis, cur pupule vagis?
Dum nutrix vagor, infraſis reuocat citò vagor.
Audi vagitum infantium, leporumque vagitum.
Ni remos inhibere velis. tamen vtere velis.
Velitis inſtar ero, ſi mox certare velitis.
Si veneris apros, Veneris vitaueris æſtus.
Dum precor aura veni, reſponſum eſt illico. veni.
Verè crediderim primo orbem hunc Vere creatum.
Eſto tenax veteris ritus, niſi rite veteris.
Multa videre datur, quæ non videre priores.
Docta videris anus, quod centum videris annos.
Vincite, dein victos hoſtes vincite catenis.
Vincetis alibi metu, eſto iam vinceris ab hoſte.
Pulcra ætate vires, florentque in corpore vires.
Imbre vireſcit ager; fama at vireſcit eundo.
Viroſa eſt vitanda anguis, mulierque viroſa,
Tu vita quidquid tibi non eſt vita ſaluſue.
Otia dant vitium, ceu fructus vitium vua eſt.
Vndenam vndenam calorum eſt fingere molem?
Corporibus volucrum cognatum eſt pluma volucrum.
Non opus eſt vomere his qui findunt vomere glebas.
Non ſit vti cenſes, opus eſt melioribus vti.

APOLLO
SYLVANVS.

Pauperibus mea ſylua patet: verumtamen ille,
Qui incipiat flores carpere, diues erit.

☞ CXLIX.

SI delecteris fabulis legere poteris quæ à Poëtis de Syluano ſcribuntur. Syluarum enim Numen eſt, & à Panibus, Faunis, Satyris, & alijs diſtinguitur. Cypariſſum amauit, quem mortuũ transformauit in arborem, quam cupreſsũ dicimus: vnde Virgilius libr. 1. Georg. *Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum*. At nos, qui Metrametricam ediſſerimus, vltra Poëtarum opiniones erecti Apollinem Syluarum Antiſtitem (hoc eſt Syluanum) Philoſophicis oculis conſideramus: & cum prudentioribus & doctioribus dicimus eum eſſe ὑλικὸν Θεὸν, ſeu Θεὸν τῆς ὕλης. Eſt autem ὕλη, *quam dixere Chaos, ſparſa indigeſtaque moles*: Latini illam *Materiam* nominat, cùm enim formas omnes in potentiâ contineat, illarum cenſetur eſſe *Mater*.

Suam materiam carmina, ſuam etiam formã habent: ad illam ipſæ voces ſpectant, ad hanc ordo. Et quia materia eſt formâ prior, ratio ipſa poſtulare videtur, vt antequam de Metametricis carminum formis & modis diſſeramus, materiam ædificio formando neceſſariam paremus. Iuuabimur à R. P. Ioanne Bucellino S. I. qui Epitetorum, Appellatiuorum, & Nominum propriorum Viennæ apud Matthæum Formicam anno 1637. edidit Officinam, pulchram & eruditam; ex quâ omnia illa ſumemus, quæ nobis fuerint neceſſaria, volentes vt Bucellinum in ijs, quæ ipſe collegit, ſuus maneat honos, quia neminem gloriâ debitâ fraudare volumus, ſed Metametricæ candidatis prodeſſe.

Ergo Sylueſtri Apollini quinque Muſas conuenientes aptabimus. PRIMA erit Antiſtes Syluæ primæ, in quâ omnes caſus obliqui Nominum, & Verborum in claſſes diſtincti locabuntur. Quam ob rem poterit *Obliqua* dici. ponetque ob oculos regulas generales, à quibus, ſiquæ voces deuiant, iam in Grammaticis fuerunt notatæ. SECVNDA *Subſtantiua* dicetur; nam Syluam Appellatiuorum exhibebit. TERTIA poterit *Adiectiua* vocari, quod in ſpeciali Syluâ proferat Epithetorum copiam, qua ingeniũ poſſit Philomuſi ditari. QVARTA dicetur *Characterica* quòd Deorum, Regum, Fluuiorum, Montium, &c. propria proponat. QVINTA dicetur *Patronimica*, & deriuata à nominibus proprijs metietur. Et VLTIMA tandem *Proſodiaca* vocabitur, & Syluis præcedentibus vtetur, vt vocum, & ſyllabarum quantitates definiat.

Iuuat non ſolùm habere vocum copiam, ſed vſum illarum cognoſcere: hunc accuratè exponam; &, vt exactius poſſim, conſulam ipſummet Bucellinum, & ſua Inuenta noſtris, & noſtra ſuis attemperabo.

☞ CL.

LIbrum aperis (Philomuſe ingenioſe) hæreſque: nam, vt Hiſpanus loquitur, *razones de carta rota*; vel, vt latinus, *ſcopas diſſolutas* reperis, & vſum illarum ignoras. At Ego, vt te iuuem, ad illuſtrium Artificum officinas conducam. Ecce Apelles, tabellam (Belgicè, *penneel*) habet in ſiniſtrâ, penicillum (Belgicè, *pinſeel*) in dexterâ: in illâ diuerſi ſunt colores ſeparati, & non mixti; nullam ipſi figuram, nullam effigiẽ repræſentant: & ad quid ſeruiat tantus colorum apparatus, interrogas. Adeſt *Zeuxis*; & fila verſicoloria, gemmas & vniones in claſſes redigit: & cauſam reſcire deſideras. Iubet, ecce, Vitruuius arbores cædi, dedolari, formari; lapides ſcindi, figurari, cælari. &c. Sed cur? Sanè colores in ſiniſtrâ habet Apelles, vt dexterè illos miſceat, & variè attemperatis Alexandrum imaginet: Zeuxis, vt acu-pingat Dianam, gemmas ſtrioneſque verſicolores colligit: & vt arcem Vitruuius erigat, ligna & lapides præparat. Ergo in paginis ſequentibus vocum ſyluas exhibeo; quæ, ſi imaginare aliquid vis, ſunt colores; ſi ornare & acu-pingere, ſunt vniones & gemmæ, ſi ædificare & condere, ſunt cedri, ſunt mar-

mora & jaſpides. Ergò voces ſequentes colligendæ ſunt potiùs, quàm legendæ; vt illis carmen pulchrum componas, Siquæ videantur, aut innouatæ, aut nouæ; paucis mē ab hac incriminatione expedio; nam nouitas, & fingendi animoſitas, ſuam gloriam habent. Variatractantur argumenta; & vario metro debent; & voces, quas Heroicum vt inconcinnas reſpuit; Anacreonticū poſtulat: &, quæ aliquibus Poëtis diſplicent, aliis placent. Et quidam, vt fructus cognoſcas, & colligas ex ſequentibus ſyluis, capita ſequentia perpende.

PRIMVM. Qui has ſyluas habes, non indigebis Proſodiâ, nam ipſæ te docebunt ſingularū vocalium quantitates. Verbi gratiâ: ſcire vis, quanta ſit ſyllaba *le* in *lego, as*; & in *lego, is.* & ad Syluam Epithetorum, quam tertia exhibet Muſa, recurrens, participia legis, & §. 111. ſub titulo (*υ*—) inter tertiæ coniugationis participia *legens*, invenies; & non *legans*. & poſteà §. v. ſub titulo (——) inter primæ conjugationis participia *legans*, & non *legens*: Ergo primam in *lego, gas.* eſſe longam, & primam in *lego, gis.* eſſe breuem pronunciabis.

Iterum. Occurrit vox *Palus, udis*, & ſcire vis, quanta ſit *pa*, quanta *lus*, & quantum etiam incrementum *lu* in obliquis. Et ſic diſcurris. *Palus* eſt nomen appellativum: & quidem §. iv. ſub titulo (*υυ*) non reperitur; ſed neque §. v. ſub titulo (—*υ*) ſed neque §. vi. ſub titulo(——) at illa §. v. ſub titulo (*υ*—) in claſſe nominum habentium incrementum longum inuenitur: ergo *Palus* eſt *υ*—, Iambus, & *Paludis* *υ*—*υ*, Amphibrachus,

Sic etiam, ſi dubitetur de quantitate ſyllabarum alicuius nominis proprij conſule Muſam iv: ſi de quantitate Patrononimici, Muſam v: & tandem, ſi de quantitate alicuius particulæ (Præpoſitionis, Aduerbij, Interjectionis, & Conjunctionis) Muſam vii.

Sed hîc obiter nota, te non debere argumento negatiuo confidere, nec dicere: Talis ſyllaba non ponitur inter breues: Ergo eſt longa. nec contrà. nàm facilitati ſtudemus, & multas voces omiſimus, quæ rarius carminum compoſitioni ſeruiunt.

SECVNDVM. Quando aliquis verſus eſt inceptus, & debet perfici. Syluæ ſequentes materiam legitimam ſuppeditabunt. Ponamus idem exemplum, quod legimus in Bucellino.

—*υυ Chriſtiadum canimus certamina Muſæ.*

Deeſt in ipſo principio dactylus; qui poteſt afficere *certamina*, & peti à Muſa 111, §. x. —*υυ*. Ibi inter alia hæc reperimus.

—*υυ Chriſtiadum canimus certamina Muſæ.*
Abdita — *colimus*
Aurea — *legimus*
Ardua — *loquimur*

Vt variaremus vocem *canimus*, juvit nos Muſa 111. §. 11. ſub titul. *υ*— tertiæ coniug. Si mutetur ſenſus; vt ſi diceremus.

Naufraga Chriſtiadum querimur certamina Muſæ
Grandia — *ſequimur*
Dulcia — *petimus*
Suavia — *tremimus*

tunc Epitheti variationem dabit Muſa 111. §. iv. titul. Tertia declin. ſine increm: & variationem verbi eadem Muſa 111. §. 11. citato.

Sic poterimus, aut vocem vbicumque deficientem adiicere, aut datam multiplicare, vt poſteà detur inter varias delectus.

Sicut Hexametrum hoc compleuimus, ſic poterimus Pentametrum, aut cuiuſcumque generis carmen perficere; nec erit opus nouis te exemplis onerare, cùm datum abundè ſufficiat.

TERTIVM. In labyrinthis jubeberis ponere interdum varias dictiones homoſyllabas; & illas in determinatâ ſyluæ areolâ omnes ſimul reperies. Pono exemplum. In Cœli Liliueldenſis conformatione, Centrum hoc hemiſtichium exhibet, *Lilia Phœbus amat.* quod multiplicari non debet. Primus circa Solem circulus eſt (———) & eorum nomina præfefert, qui redimiuntur lauro. Secundus poſtulat voces (,—*υ*,) quæ ad tertiam perſonam pertineant. Vt hæc inueniam; ad appellatiua confugio, Muſam 111. conſulo, & §. v. (——) omnia participia verborum, quæ poſſunt prodeſſe, reperio: & ex his ſeligo 24. & debitis locis ſcribo. Vt circulum tertium exornem; indigeo 36. vocibus huius menſuræ (*υ*—*υ*) & illa reperiā inter obliqua Nominum num. 10. inter obliqua verborum num. 20. & 22. in ſubſtantiuorum ſyluâ num. 14. & 9. in Epithetorum Syluâ num. 8. & 9. in Propriorum Sylua num. 11. & 20. & 13. & 19. & inter Patronymica num. 11. & 20. & 13. & 19. &c, Sic ſimiliter quæram 48. dictiones in (,—*υ*,) vel (,—*υυ*) vt circulum quartum exornē. Et poſteà voces 60. in (,———;) vel (,——*υ*,) pro penultimo cælo. Et tandem voces 72. in (,—*υυ*—*υυ*—,) pro vltimo. quales nō ſunt *Innumerabilibus, Inſuperabilibus; Immedicabilibus*, &c. non enim à conſona incipiunt. Ergo valde paucas reperies. Neceſſitas ergo Metametrica permittet, vt voce compoſitâ vtaris, vt hunc numerum compleas diſcendo, *Lucis honore ſue. Cantat Apollo ſacer: Plaudite Caſtalides*, &c,

MVSA I. OBLIQVA.

Caſuum; & incrementorum Syluam exhibens:

CLI.

IN duas partes diuidam Syluam hanc: in alterâ de Nominum, in alterâ de Verborum obliquis diſputabo. M in fine caſus aut eliditur, ſi ſequatur vocalis; aut eſt longum, ſi conſonans: hanc ob rem cum nunquam ſit breue, longorum claſſi accenſebitur. Stellula ſignificat recti penultimam: Apex ſi vnicus poſt ſtellulam ſit, vltimam ſyllabam, aut aliàs incrementa & finalem. Apices ſunt [v—o] primus ſyllabam breuem, ſecundus longam, tertius ſignificat indifferentem. His poſitis ad Syluam ipſam progrediamur.

§. I	Hoſpite	§. VI
* v	Ceſpitis	* —
Muſa	Ceſpite	Muſarum
Dominus	Nauibus	Dominorum
Sermo	Claſſibus	Templorum
Senſus	Temporis	Sermoni
Tempus	Tempore	Sermonem
Claſis	Tempora	Sermones.
Claſſe	Senſibus	Sermonum
§. II	Genua	Dici
* —	Genibus	Dierum
Muſâ	§. IV	§. VII
Muſæ	* v—	* vvv
Muſis	Pueri	Hoſpitibus
Muſas	Puero	Militibus
Domini	Puerum	Ceſpitibus
Domino	Pueris	Temporibus
Dominis	Pueros	Itineris
Dominos	Hoſpiti	Itinere
Templum	Hoſpites.	Itinera
Templi.	Hoſpitum	§. VIII
Templo	Militi	v vv—
Templis	Milites.	Itineri
Sermo	Militum	Itinerum
Naui	Nauium	§. IX
Nauim	Claſſium	* —vv
à Naui.	Tempori	Sermonibus.
Naues	Temporum	Clamoribus
Senſûs	Senſui	§. X
Senſu	Senſuum	* v—
Senſus. plur.	Genuum	Puerorum
Dies.	§. V	
Die.	* — v	§. XI
§. III	Sermonis	* vvvv
* v v	Sermone	Itineribus
Hoſpitis	Diebus	Iacinoribus

— Syllabæ indifferentes multæ ſunt in Nominum declinationibus. Illas breuiter adnoto.

Prima declinatio, habet vltimam breuem in Nominatiuo, & Vocatiuo: in ablatiuo (*Muſâ*) longam. vt ſi dixeris, *Candida Flora fauet cum doctâ ſæpe Mineruâ.* in duobus prioribus Nominibus erit A breue; & in poſterioribus longum. Nomina Græca in vocatiuo habent A longum: at Poëtæ interdum ea Latio donant, & poſteà vt Latina metiuntur.

Græca in AS. quia poſſunt more Latinorum eſſe aut in nominatiuo ſingulari, aut in accuſatiuo plurali, gaudent indifferentia: ibi enim aliquando breuia ſunt, hîc ſemper longa.

Secunda declinatio recipit nomina, quæ apud Græcos habent nominatiuum in OS. in quibus poterunt ſing. nominatiuus, & plur. accuſatiuus coincedere: & illud OS. ibi erit breue, hìc autem longum. Habet etiam vocatiuum in E ex nominatiuo VS deductum: tunc in adiectiuis conſiderandum eſt, an ſit aduerbium aut vocatiuus: nam E vltimum in eiuſmodi aduerbijs eſt longum, in nominibus breue. Pono exemplum. *Iuſte Cato, iuſtè loqueris: ſic feceris ergo.* Neutra habent nominatiuum accuſatiuum & vocatiuum pluralis numeri in A breue. Ergo *Pulchra* verbi gratia in neutro genere habebit illud A breue. in ablatiuo ſing. generis fœm. longum. Vt *ex pulchrâ regione Paris fert pulchra trophæa.*

Tertia declinatio habet ſæpe rectum in O. & tunc illud O. eſt indifferens. Conſidera hunc Iacobi Falconij verſus. *Herodem mouit crudelem ſermo Magorum.* In illo nomen *Sermo* vltimam habet breuem: at in recurſu (eſt enim retrogradus) habebit longam, vt ſi dicas, *Magorum ſermo crudelem mouit Herodem.*

Quarta Declinatio vt *Senſus*, habet Vs indifferens: in ſingularis nominatiuo & vocatiuo breue; in ſingularis genitiuo & pluralis nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo longum.

Quinta Declinatio in ablatiuo ſingulari habet E, longum vt *Die.* vnde in voce *Fide* eſt indifferens: nam ſi ſit tertia declinationis, & ſignificet chordam, erit breue; ſi quintæ, longum Et, ſi ſit imperatiuum à *Fide* iterum breue.

CLII.

MAior varietas reperitur in verborum obliquis; ſunt enim plures, & ſortiuntur incrementa maiora. Congruo illos ordine diſponamus: & vt procedamus clarius, & melius ſtellulam loco penultimæ ſyllabæ ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui depingamus.

XII.	amat	monet
* v	amet	lego
Amo	amor	legis

legit
leget
lege imp.
lectus
legor
legar
audit

§. XIII.
* —

Amas
amant
ama
amem
ames
ament
amans
mones
monent
monens
mone
Lego
legunt
legi
leges
legent
legam
legas
legant
lectum
lectu
legi
legens
Audis
audi

§. XIV.
* v v

Moneo
monuit
moneat
monitus
moneor
monear
Legimus
legitis
legerat
legito
legite
legeris act.
legitur
legimur
legere inf.
legere imp.
legitor imp.
legeret
legero
legeris pat.
legerit
legeret.
Audio
audiet
audiat
audior

audiar.

§. XV.
* v —

Moneo
moneam
monitum
monitu
monui
moneas
moneant.
Legeras
legerant
legero
legerem
legeres
legerent
legerint.
Audiunt
audiam
audies
audient
audias
audiant
audiens.

§. XVI.
* — v

Amamus
amatis
amabat
amavit
amaſtis
amare præt.
amare inf.
amabo
amabis
amabit
amato
amate
amanto
amemus
ametis
amaret
amaris
amare paſſ.
amatur
amantur
amabar
amabor
amator
amantor
amatus
amandus
ameris
ametur
amemur
amentur
amarer.
Monemus
monetis
monebis
monebit

monebat
moneret
monere inf.
monere paſſ.
moneris
monetur
monemur
monentur
monebar
monebor
monentor
monerer
monendus
Legebat
legemus
legetis
legamus
legatis
legêre, præt.
legêre fut.
legunto
legiſſet
leguntur
legêris
legêtur
legêmur
legentur
legaris
legatur
legamur
legantur
lecturus
legendus.
Audimus
auditis
audivit
audito
audite
audiret
audire
auditus
audiris
auditur
audimur
audirer.

§. XVII.

* — —

Amabam
amabas
amabant
amavi
amaſti
amarunt
amabunt
amarem
amares
amarent
amatum
Monebo
moneto
monebam

monebas
monebant
monerem
moneres
monerent
moneri.
Legebam
legebas
legebant
legiſti
legerunt
legiſſem
legiſſes
legiſſent
Audivi
audito
audirem
audires
audirent
audiri.

§. XVIII.
* v v v

Monuero
monuerat
monueris
monuerit
legerimus
legeritis
legiminor
audiero
audieris
audierit

§. XIX.
* v v —

Monuero
monueram
monueras
monuerant
monuerim
monuerint.
Legimini
Audiero
audierim
audierint.

§. XX.
* v — v

Monuere
moneamus
moneatis
monuiſſet
monuiſſe
monearis
moneatur
moneamur
moneantur
moniturus.
Legeramus
legeratis
legitote
legeremus
legeretis
legerêris

legeretur
legeremur
legerentur
legerímus
legeritis.
Audiebat
audiamus
audiatis
audiunto
audiuntur
audiebar
audiêris
audietur
audiemur
audientur
audiaris
audiatur
audiamur
audiantur

§. XXI.
* — v v

Amavero
amaverat
amaveris
amaverit
amaminor
amaberis
amabitur
amabimur
Monebimus
monebitis
moneminor
moneberis
monebitur
monebimur
Audivimus
audiverat
audivero
audiueris
audiverit.

§. XXII.
* v — —

Monuiſti
monuerunt
monuiſſem
monniſſes
monuiſſent
Audiebam
audiebas
audiebant.

§. XXIII.
* — v —

Amaveram
amaveras
amaverant
amaverim
amaverint
amamini
amemini
Monemini
legemini

legamini
Audiveram
audiveras
audiverant
audivero
audiverim
audiverint
audimini

§. XXIV.
v — — v

Amabamus
amabatis
amatote
amaremus
amaretis
amaviſſet
amabaris
amabatur
amabamur
amabantur
amabuntur
amareris
amaretur
amaremur
amarentur
amaturus
Monebamus
monebatis
monetote
moneremus
moneretis
monebaris
monebatur
monebamur
monebantur
monebuntur
monereris
moneretur
moneremur
monerentur
Legebamus
legebatis
legiſſemus
legiſſetis
legebaris
legebatur
legebamur
legebantur
Audivere
auditote
audiremus
audiretis
audiviſſet
audiviſſe
auditurus
audireris
audiretur
audiremur
audirentur
auditurus

§. XXV.
* — — —

Amaviſſem
amaviſſet

amaviſſes
amaviſſent
audiviſti
audiverunt
audiviſſem
audiviſſes
audiviſſent

§. XXVI.
* — — — v
Amaviſſemus
amaviſſetis
audiviſſemus
audiviſſetis

§. XXVII.
* — — v —
Amabamini
amaremini
moneremini
monebamini
legebamini
audiremini

§. XXVIII.
* — vvv
Amavèrimus

amaveritis
audiverimus
audiveritis

§. XXIX.
* — v v —
Amabimini
monebimini.

§. XXX.
* vv — v
Monueramus
monueratis
monuerimus
monneritis.

§. XXXI.
* v — v —
Moneamini
legeremini

§. XXXII.
* v — — v
Monuiſſemus
monuiſſetis

audiebamus
andiebatis
audiebaris
audiebatur
audiebamur
audiebantur.

§. XXXIII.
* — v — v
Audiveramus
audiveratis
audiverimus
audiveritis.

§. XXXIV.
* vvv
Monuerimus
monueritis
audierimus
audieritis

§. XXXV.
* v — — — v
Andiebamini.

Sunt in Coniugationibus multæ ſyllabæ indifferentes: nam *Amo, Amauero, amato: Doceo, docuero, doceto: lego legero, legito: audio, audiero, audito* &c. habent vltimam indifferentem. *Gerundia* etiam in *do*, vt *amando, docendo, legendo, audiendo*. In ſubiunctivo *rimus*, & *ritis* ſunt indifferentia, vt vt *amavêrimus*, vel *amaverîmus*: *amavêritis*, vel *amaverîtis*. & ſic etiam in cæteris coniugationibus. Aliquæ perſonæ in præſenti, & præterito ſæpe coincidunt, & ſola quantitate diſtinguũtur vt *legit, legimus, venit, venimus*, &c. Harum & ſimilium vocum prima eſt indifferens: ſi ſint preſentis brevis. ſi præteriti longæ. *venimus* in præſenti eſt *v—v*: & in præterito *—vv*. Quæ varietas mihi aliquando ſervivit. In hoc verſu, *Venimus alme Pater Romam: Pater alme venîmus*. qui eſt retrogradus, huius vocis *venimus* quantitas immutatur. *Legere* ad tempora diverſa pertinet: eſt *legere, vvv.* in infinitivo; & in præſenti indicatiui paſſ. *legeris*, vel *legere*, & in imper. *legere*, uel *legitor*: at in futuro paſſ. *legêris* vel *legêre* eſt *v—v*. Et in præterito act. *legêre*, eſt — — v. :

MVSA II. SVBSTANTIVA

Exhibens ſylvam Nominum Appellatiuorum.

☞ CLIII.

RATIO ipſa poſtulare videtur, vt ſubſtantiva præponatur; horum enim accidentia, adiectiva ſignificant, & accidentia non debent carere ſubiecto. Dabimus igitur Sylvam Nominum ſubſtantiuorum: et ne novam implantare cogamur, ponemus illam, quam P. Ioannes Bucellinus in ſuâ curioſâ, & eruditâ Officinâ evulgavit.

§. I.
v
Os. oſsis
cor
fel
fur
mel
grus
ius
vir

§. II.
—
incr. br.
bos
celox.

daps
dux
fax
grex
mas
nex
nix
nux
pes
pix
res
ſal
ſcrobs
trabs
vas. dis.

§. III.
—
incr. long.
as
aris
arx
as
ips
os. oris
vrbs
bes
calx
cors
cos
crus
dens

dis
dos
falx
far
fas
faux
fex
flos
fons
fors
fraus
frons, dis
frons, tis
gens
glans
glis

glos
gryphs
lac
lanx
laus
lens. dis
lens. sis
lis
lux
lynx
mens
merx
mons
mors
mos
mus
nox
pars
pax
plebs
pons
pras
puls
pus
rex
rus
ſcobs
ſeps
ſol
ſors
ſpes

ſphinx
ſplen
ſtirps
ſtrix
thus
vas. ſis
ver
vis
vox

§. IV.
v v
1æ decl.
aqua
equa
hama
hara
hera
hydra
boa
capra
caſa
coma
dea
dica
faba
fera
fibra
gena
gluma
gula

fuba
lea
lepra
lupa
lyra
mina
mola
mora
nepa
nota
para
plaga
popa
proſa
pyra
roſa
rota
ſaga
ſapa
ſcapha
ſcheda
ſchola
ſera
ſtola
ſtriga
ſtropha
toga
traha
trua
tuba
veha

via
vola

2æ. decli.
acus
ager
aper
avus
equus
herus
humus
hydrus
batus
botrus
cabus
cadus
caper
capus
cedrus
chaos
chorus
cibus
citrus
colus
coquus
corus
crocus
cubus
cygnus

υ υ
ſauus
fiber
focus
garus
gener
globus
glomus
focus
larus
liber
lobus
locus
lapus
magus
melos
modus
nothus
notus vent.
2æ. decl.

Adrianus
Ælianus
Æmianus
Affricanus
Andrianus
Anglicanus
Appianus
Aſianus
Ergatinus
Exquilinus
Herculanus
Iſtrianus
Oppianus
Bactrianus
Boſphoranus
Carminæus
Caſsianus
Claudianus
Compſacenus
Coſmianus
Cruſtuminus
Cyzicenus
Formianus
Gallicanus
Iulianus
Lampſacenus
Lanuvinus
Manlianus
Mantuanus
Martianus
Nazarenus
Nucerinus
Pergamenus
Phaſianus
Sirmianus
Seſtianus
Tranſpadanus

— v — v

Trallianus
Tuſculanus

3æ. decl.

Ænienſis
Allienſis
Hiſpalienſis
Oſtienſis
Vticenſis

Cordubenſis
Dorienſis
Græcienſis
Martialis
Narnienſis
Papienſis
Phylienſis
Regienſis

§. XXIII.

v v — v v

2æ. decl.

Aaronius
Academicus
Acamantius
Acheloius
Acheruſius
Adriaticus
Agathonius
Alabandicus
Amaranthius
Amaruſius
Amathuntius
Amathuſius
Aphrodiſius
Aquilonius
Aracynthius
Arethuſius
Athamantius
Ephyreius
Erymanthius
Halyatticus
Hecateius
Heliconius
Hymeneius
Ophiuſius

Babylonius
Babylonicus
Balearicus
Berecynthius
Briareius
Calathuſius
Calydonius
Cataluſius
Charitonius
Cleopatricus
Clymeneius
Colophonius
Corybanticus
Cithereius
Danaeius
Doloneius
Caramanticus

v v — v v

Lilybeius
Lipareius
Lucumonius
Marathonius
Melithuſius
Mithridaticus
Naſamonius
Nepheleius
Niobeius
Pelopeius
Plaethontius
Philyreius
Phlegethōtius
Priameius
Rhodopeius
Salaminius
Salomonius
Samothracius
Semeleius
Sicyonius
Simoeſius
Sipyleius
Steropeius
Stheneleius
Stiliconius
Sybariticus
Taphiuſius
Tegeaticus
Telamonius
Temeſeius
Thraſymenius
Xenophōticus
Xephyreius

Patron.

Acamantias
Acheruſias
Athamantias
Ariſtomachis
Ephyreias
Calydonias
Cephalanias
Philadelphias
Phaenthontias
Polyhymnias
&c.

§. XXIV.

2æ. decl.

v v — — v

Abacæniuus
Acamanteus
Adramytenus
Aganippæus
Agrigentinus
Amathunteus
Ariadnæus
Atalantæus
Eglaſtenus
Eleuntinus
Eleuſinus
Elephantinus
Epicureus
Erymantheus
Opiterginus

v v — — v

Beneventanus
Berenycæus
Calaritanus
Cypariſſeus
Diomedeus
Ganymedeus
Labyrintheus
Lyparitanus
Maleventanus
Maryandinus
Meleagreus
Melituſæus
Menecinæus
Metapontinus
Mitylenæus
Paretæcenus
Periphanteus
Phaethonceus
Polycleteus
Rhadaman-
theus
Samaritanus
Sinveſſanus
Sybaritanus
Volaterranus

3æ. decl.

Aquilonaris
Arelatenſis
Eboracenſis
Amiternenſis
Epidaphnenſis
Baſileenſis
Catilinaris
Lateranenſis
Libitinaris
Meditrinalis
Thyatirenſis

§. XXV.

v — v v v

Achemenius
Acidalius
Agenorius
Alaſtorius
Amazonius
Amyntorius
Apollineus
Arionius
Ariſtorius
Echionius
Erychtonius
Hylactorius
Hyperboreus
Iapygius
Iaſonius
Ioniacus
Iberiacus
Olympiacus
Olynthiacus
Orionius

Boryſthenius
Caledonius
Citoriacus

Corin-

⏑ — ⏑ ⏑ ⏑

Corinthiacus
Cupidineus
Cyrenaicus
Cytheriacus
Galactopha-
gus
Lycaonius
Machaonius
Meſembriacus
Mimallonius
Palæmonius
Palæpaphlus
Paretonius
Pariſiacus
Philamonius
Semiramius
Syracoſius

Patron.

Achemenias
Amazonias
Dionyſias, etc.

§. *XXVI.*

⏑ — ⏑ ⏑ —

Patron.

Abantiades
Achæmenides
Achilleides
Agenorides
Ariſtorides
Echionides.

§. *XXVII.*

— ⏑ ⏑ — ⏑

2æ. decl.

Æacideus
Æmilianus
Antiochenus
Empedocleus
Euripideus
Orbilianus
Cæſarianus
Carſeolaneus
Laodicenus
Mamurianus
Maſsilianus
Mercurianus
Parthenopæus
Paſiphæus
Penelopeus
Pythagoreus
Virgilianus.

3æ. decl.

Acmonienſis
Ambracienſis
Antiochenſis
Italicenſis.
Bebriacenſis
Cæſarienſis

— ⏑ ⏑ — ⏑

Concubienſis
Maſsilienſis
Mercurialis
Sardinienſis
Sicilienſis
Tarquinienſis.

Patron.

Alpheſibeis
Ampeloeſis
Amphiſibanis
Oceanitis
cymmodocæis
Gymnoſophi-
ſtis, etc.

§. *XXVIII*

— — ⏑ ⏑ ⏑

Ægyptiacus
Allobrogicus
Amphion:us
Amphriſiacus
Anrenor.us
Ixionius
Orionius

Carchedonius
Chalcedonius
Cyrenaicus
Floralitius
M..urufiacus
Pandionius
Peluſiacus
Sarpedonius
Tarteſsiacus

§. *XXIX.*

— — ⏑ ⏑ —

Patron.

Aſopiades
Atlantiades
Ixionides
Anchiſiades
Laertiades
Pæantiades
Sperchionides

§. *XXX.*

— — — ⏑ ⏑

Abderiticus
Ægineticus
Æneaticus
Attellanius
Epiroticus
Helleſpōticus
Hipponacticus
Cælennarius
Cyclopejus
Læaniticus
Peſsinuntius

— — — ⏑ ⏑

§. *XXXI.*

— — — — ⏑

Abderitanus
Argiletanus
Hipponacteus
Compoſtella-
nus
Tranſapenni-
nus
Agrippinenſis
Argentinenſis
Lindisfarnēſis.

§. *XXXII.*

⏑ — ⏑ — ⏑

2æ. decl.

Acontianus
Aleſianus
Apicianus
Arauſicanus
Horatianus
Catonianus
Maronianus
Neronianus
Paternianus
Platonianus
Sebaſtianus
Terentianus
Themiſto-
cleus
Veſuvianus
Vitellianus

3æ. decl.

Anagnienſis
Apollinaris
Arauſienſis
Athenienſis
Bononienſis
Corinthienſis
Latinienſis
Lovanienſis

§. *XXXIII.*

— — ⏑ — ⏑

2æ. decl.

Acronianus
Antonianus
Aſcendianus
Octavianus
Peluſianus
Querquetula-
nus
Saluſtianus
Saturnianus

3æ. decl.

Aurelienſis
Hiſpanienſis
Carthaginēſis
Concordienſis

— — ⏑ — ⏑

Conſtantiēſis
Salmanticenſis
Tuſcanienſis
Vulſinienſis

§. *XXXIV.*

— ⏑ — ⏑ ⏑

Aſiaticus
Celtiberius
Pharm:cuſius
Pſammathun-
tius.

§. *XXXV.*

— ⏑ — — ⏑

2æ. decl.

Ardeatinus
Bilbilitanus
Chæreponteus
Confluentinus
Sepiuntinus
Trāſtigritanus

3æ. decl.

Ambianenſis
Barcinonenſis
Pompelonēſis
Tarraconenſis

§. *XXXVI.*

⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑

Aceſamenius
Agamemno-
nius
Agapenorius
Alabandiacus
Amathuſiacus
Amithaonius
Anienicola
Eriſichthonius
Haliacmonius
Hyperionius

Dionyſiacus
Lacedæmo-
nius
naſamoniacus
Paradiſiacus
Salaminiacus
Salomoniacus

Patron.

Athamantia-
des
Heliconiades
Phaethontiades
etc.

§. *XXXVII.*

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑

Æacidejus
Amphitryo-
nius

⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑

Anacreōticus
Antonoc us
Erigoncius
Geryonaceus
laomedontius
Maſsilioticus
Necrocorin-
thius
Parthenopejus
Paſiphaë,us
Penelopejas
porphyreonius

§. *XXXVIII.*

— ⏑ ⏑ — — ⏑

Abrocoman-
teus
Ariſioneus
Aglaophōteus
Alcidamāteus
Alcimedōteus
Amphytrio-
neus
Anacreonteus
androgeoneus
anthemioneus
Aſtyanacteus
Aſtidamāreus
automedōteus
Ectioneus
Endymioneus
Euphorioneus
Eurydamante-
us
Eurymedon-
teus
Euryanaſſæus
Hi.richūtinus
Iphianaſſæus
Vcalegonteus

Bellerophon-
teus
Callianaſſæus
Caſtianiræus
Chytropolita-
nus
Democoōteus
Demophoon-
teus
Deucalioneus
Laocoonteus
Laodamāteus
Laomedōteus
Mimalloneus
Nicroconteus
Pentheſilaeus
Pliſtoanacteus
Proteſilaeus
Pſeudocoraſi-
nus

— ⏑ ⏑ — — ⏑

Pygmalioneus
Taurominita-
nus
Thermedoon-
teus
thiodamāteus
Timocreōteus
tryphiodoreus

3æ. decl.

Aſtypalæenſis
Mediolanenſis
theſſalonicēſis

§. XXXIX.

— — — ⏑ ⏑ ⏑

Arganthonia-
cus
Helleſpōtiacus
Saturnalitius
Thermodotia-
cus

§. XL.

— ⏑ — ⏑ — ⏑

Antucrpi.ntis
Aſteruſianus
Luſitanienſis
Nicomediēſis.

§. XLI.

⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑

Ciceronianus
Vetulonienſis

§. XLII.

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑

oedipodionius
Thermodoo-
tiacus

§. XLIII.

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Patron.

Acriſioniades
Amphitryo-
niades
Oedipodioni-
des
laomedotiales.

§ XLIV.

— — ⏑ ⏑ — — ⏑

Antæopolita-
nus
Hellenopolita-
nus

§. XLV.

— — — ⏑ ⏑ — — ⏑

Conſtantino-
politanus

MVSA VI. PROSODIACA.

☞ CLIV.

A Particula πρὸς *ad*, & ᾠδὴ *cantus*, dicitur Προσῳδία *Accentus*, vt vel hinc demonſtretur, quod alibi vberius perſuadeo, accentum non acuere aut deprimere ſyllabam, ſed producere aut corripere, quidquid dicāt & à veteribus exſcribant Critici, & Grammatici. Latinè ſcribitur *Proſodia*: & cur non *Proſœdia*? Hæc vltima ſcriptio Viris non paucis doctis placet: nam ſi dicimus *Tragœdia*, *Comœdia*, eiuſdem enim originis ſunt voces, cur non etiam *Proſœdia*? Sed quis mutabit labium annoſi ſenis? Ergo ſcribamus, & loquamur cum multis, & in re tenui ne viam communem & tritam deſeramus.

Proſodiam Henricus Smetius Aloſtanus compoſuit: porrò librum valde vtilem, quem ſummo applauſu Orbis literarius ſuſcepit. Eumdem Patres Societatis correctum auctumque repoſuerunt, & edi curarunt Antuerpiæ apud Martinum Nutium anno 1631. & ſingularum ſyllabarum quantitatem in rudiorum gratiam, notulis productionem brevitatemq; earum indicantibus, ad marginem notarunt. At iſta diligentia quæ ſummè erat vtilis; infelix fuit, nam dum libet in Germaniâ, & Italiâ negligentiùs recuditur, notulæ confunduntur, & Philomuſi decipiuntur veriùs quàm iuvantur. Adhibuit igitur vltimam manum huic operi P. Ioannes Baptiſta Ricciolius S.I. & Bononiæ edidit Proſodiā, quam *Reformatam* dixit: opus verè locupletiſſimum, & abſolutiſsimum: & vt illam à Typographorum ignaviâ & ignorantiâ eximeret, noluit notulis Metricis vti, ſed ſcripſit vtrum vox haberet primam ſyllabam longam, brevemve, vtrùm ſecundam: tertiam, &c. Quo, me indice, libro nemo carere debet, niſi velit Proſodiæ notitia penitiore carere.

Stando igitur Smetij & Ricciolii Lexico, ſic debet definiri Proſodia. *Illa eſt Index generalis omnium vocabulorum, ordine abecedario digeſtus: in quo ſingularum ſyllabarum quantitates notantur, & probantur*. notantur quidem aut apicibus, vt fecit Smetius: aut verbis ſecuriùs, vt Ricciolius: & probantur veterum Poetarum teſtimoniis: aut Iuniorum etiam, ſi veterum non occurrat authoritas.

Et cur, vt noſtra Metametrica omnibus numeris perfecta ſit, non etiam Indicem addidimus Abecedarium in quo, ſicut fecerant Ricciolius & Smetius, ſingularum vocum quantitas exprimeretur? Quia Sylvæ præcedentes ſufficiunt vt vocum quantitas cognoſcatur. quando enim de aliqua voce dubitatur, ad Tabulam præſentem recurritur, quam adjungere neceſſariò debuimus; non enim omnes ſciunt, quem Apollo Sylvanus ordinem ſequutus ſit: illum enim, quem natura poſtulat, & Tabula ſubiecta præſefert, non obſervat.

Sequentes Numeri reſpondent illis Arabicis, in quos Sylvæ ſingula ſubdividuntur.

VOCES Monoſyllabæ.	*Nomina obliqua*	*verba obliqua.*	*ſubſtantiva*	*Adiectiva*	*Propria.*	*Patronymica.*
v	1	12	1	0	0	0
—	2	13	2:3	1	1	1
Diſſyllabæ						
v v	3	14	4	2	2:6	2:6
v —	4	15	5:	3	3:7	3:7
— v	5	16	:b	4	4:8	4:8
— —	6	17	6	5	5:9	5:9
Triſyllabæ						
v v v	7	18	7	6	10:17	10:17
v v —	8	19	8	7	12:18	12:18
v — v	9	20	14	8	11:20	11:20
— v v	[illegible]	21	11	10	14:21	14:21
v — —	10	22	9	9	13:19	13:19
— v —	0	23	10	13	24	24
— — v	0	24	12	11	15:22	15:22
— — —	0	25	13	12	16:23	16:23
Tetraſyllabæ.						
v v v v	11	34	25		0	0
v v v —	0	0	0	0	0	0
v v — v	0	30	15	14	25:39	25:39
v — v v	0	0	16	15	26:40	26:40
— v v v	0	28	20	19	30:44	30:44
v v — —	0	0	17	16	27:42	27:42
v — v —	0	31	28	24	36:52	36:52
— v v —	0	29	21	20	31:45	31:45
v — — v	0	32	18	18	28:41	28:41
— v — v	0	33	29	27	35:51	35:51
— — v v	0	0	22	21	32:46	32:46
v — — —	0	0	19	17	29:43	29:43
— v — —	0	0	26	26	37:49	37:49
— — v —	0	27	27	25	38:50	38:50
— — — v	0	26	23	22	33:47	33:47
— — — —	0	0	24	23	34:48	34:48
Pentaſyllaba						
v v v v v	0	0	0	0	0	0
v v v v —	0	0	0	0	0	0
v v v — v	0	0	0	0	0	0
v v — v v	0	0	30	23	53:66	53:66
v — v v v	0	0	12	29	55:69	53:69
— v v v v	0	0	0	0	0	

◡◡◡——	0	0	0	0	0	0
◡◡—◡—	0	0	41	0	64	64
◡—◡◡—	0	0	33	30	0	0
—◡◡◡—	0	0	0	0	0	0
◡◡——◡	0	0	31	31	54:67	54:67
◡—◡—◡	0	0	42	36	61:76	61:76
—◡◡—◡	0	0	34	32	56:70	56:70
◡——◡◡	0	0	0	0	0	0
—◡—◡◡	0	0	45	37	59:73	59:73
——◡◡◡	0	0	36	33	57:71	57:71
◡◡———	0	0	0	0	68	58
◡—◡——	0	0	43	0	62	52
—◡◡——	0	0	35	0	0	0
◡——◡—	0	35	0	0	0	0
—◡—◡—	0	0	44	0	0	0
——◡◡—	0	0	37	0	0	0
◡———◡	0	0	0	0	0	0
—◡——◡	0	0	49	38	60:75	60:74
——◡—◡	0	0	46	39	63	63:75
———◡◡	0	0	38	34	72	72
◡————	0	0	0	0	0	0
—◡———	0	0	50	0	0	0
——◡——	0	0	47	0	0	0
———◡—	0	0	48	0	0	0
————◡	0	0	39	35	0	0
—————	0	0	40	0	58	58
Hexaſyllaba						
◡◡—◡◡◡	0	0	51	4	5	05
◡◡—◡◡—	0	0	52	0	0	0
◡—◡—◡◡	0	0	0	45	0	0
—◡◡—◡◡	0	0	53	41	06	06
—◡◡——◡	0	0	0	42	77	77
—◡—◡—◡	0	0	0	44	0	0
————◡◡	0	0	0	43	0	0
———◡◡◡	0	0	0	0	78	78

Præcedunt ſyllabæ breves, & ideò in Polyſyllabis voces illæ, quæ pluribus brevibus conſtant. Hanc ob rem *Monoſyllaba* voces in duas claſſes diſtinguuntur, aliæ enim ſunt breves, aliæ longæ. *Diſſyllaba* in tres claſſes: vel enim vtraque eſt brevis, vel vtraque longa, vel altera brevis, & altera longa. *Triſyllaba* in quatuor: vel enim omnes ſunt breves, vel omnes longæ; vel duæ breves & vna longa, vel duæ longæ & vna brevis. *Tetraſyllaba* in quinque: vel enim omnes ſunt breves, vel omnes longæ: vel tres breves & vna longa, vel três longæ & vna brevis: vel tandem duæ longæ, & duæ breves. *Pentaſyllaba* in ſex: vel enim omnes ſunt breves, vel omnes lõgæ: vel quatuor breves & vna longa, vel quatuor longæ, & vna brevis: vel tres breves & duæ longæ, vel tres longæ, & duæ breves. *Hexaſyllaba* habere multas combinationes poſſent, at quia Nomenclator Latinus non delectabatur tot ſyllabis, ponuntur tantùm illæ claſſes, ad quas pertinent voces, quæ in ſylvis præcedentibus extitẽ: vt verſus, qui vocantur μακρόκωλοι (nempe, qui dictionibus nimis longis coaleſcunt, quales ſunt,

*Cont*V*rbabant*V*r* *Conſtant*I*nopo*LI*tan*I
*I*mmV*Merab*ILIbV*s* *ſo*LLICI*t*VDI*n*IbV*s*:

à Grammaticis, & Criticis communiter reprobantur.

[*Hîc obiter adnota Ioannem Henricum Alſtedium in Encyclopædia libr* 10. *ſect.*4. *cap.*5. §. 33. *ponere hos numeros, & ſubiungere*, eſt Chronodiſtichum Vrbis (*nempe, Conſtantinopolitanæ* à Mahomete (*Turcarum Imperatore*) captæ. *Hoc tamen verum eſſe non video: nam numerales hujus Diſtichi literæ dant annum* 2065. *& tamen anno* 1453. *Conſtantinopolis à Turcis expugnata eſt. Nec juvat literam* D *non numerare, quod multi fecerunt, & faciunt, tunc enim dabitur annus, non* 1453. *ſed* 1565. *Ergo præcedens Diſtichum non eſt Chronicum Conſtantinopoleos à Saracenis expugnatæ.*] Ad lineam redeo: & vſum Tabulæ præcedentis illuſtro exemplis.

Primum, ſcire vis quanta ſit prima in voce *Pater*, nam ſecundam ex terminatione brevẽ eſſe cognoſcis. Examina igitur: vtrum ſit ſubſtantiva, aut adjectiva, &c. vt ſcias ad quã debeas Sylvam recurrere. Eſt ſubſtantiva: ergo in Sylua II. quærenda. Tabula præcedens monet dictiones ◡ ◡, eſſe *num.*4.& — ◡ *n.* 5.b. Ibi erit, igitur, ſi primam habeat brevem: hic vero ſi longam. Venio igitur ad *num.* 4. reperio claſſem nominum primæ declinationis, illam pertranſeo: etiam claſſem ſequentem, quæ nomina ad ſecundam ſpectantia complectitur Ad tertiam declinationem venio. Occurrunt nomina, quæ habent incrementum breve: deinde, quæ longum: hic non moror, quia *Pater* incrementum non habet: ergo in articulo qui continet nomina, quæ incrementum non habent, ſtatim vocem *Pater* reperio, & dico ſyllabam primam eſſe brevem. (Nota hic numerum manualem qui Romanus eſt (videlicet, I. II. III. &c.) in Arabicum (nempe 1. 2. 3. etc.) ſubdividi, et hunc à Tabulâ præcedente peti.]

Sed quanta eſt prima ſyllaba in *Mater*? In illo articulo non reperitur, et ſuſpicor ideò non corripi. Suſpicor, inquam, non ſcio: quia fortè in illo articulo non ſunt omnes vocès quæ poſſent eſſe, tametſi hæc communiſsima ſit. Sed quo ſciam modo, vtrum hæc longa ſit. Tranſibo ad claſſem — ◡, quæ ponitur num. 5.b. et videbo, an illam vocem ibi inveniam? Omitto igitur nomina primæ declinationis: etiam ſecundæ: venio ad tertiam: quæ habent incrementum breve aut longum non moror; illa, quæ carent incremento lego, et quia ibi in M. reperio nomen *Mater*, illud habere primam longam et ſecundam brevem pronuncio.

Eodem modo nomina adiectiva in ſuâ Sylva requiro: eodem Propria, et Patronymica, quæ ab eis oriuntur.

Vbi, et quomodo verba? Verborum participia inter adiectiva reperies. Vnde ſi volueris alicujus verbi ſyllabas cognoſcere, ad eius participium recurre: verbi gratia: vis ſcire, quantæ ſit ſyllabæ verbi; *Delibero*: et ſumo participium *Deliberans*, et ad Sylvam adiectivorum recurrens: in præcedente Tabula quęro ideam tetraſyllabam correſpondentem. Vltimam eſſe longam conſtat expoſitione:

primam

primam eſſe longam ex compoſitione: ergo dubium exit inter iſtas ideas | — υ υ — | 20 || — υ — || — 26 || — — υ — | 25 || Venio igitur ad numerum 20. & quia inter participia primæ coniugationis non reperio *Deliberans*, progredior ad num. 25. & ibi occurunt participia, quę à vocali incipiunt, illa pertranſeo, & venio ad illa; quæ ſumunt exordium à conſonâ. & in primâ coniugatione reperio hoc ipſum participium, quod quæro. Ergo in verbo *Delibero* duæ priores ſyllabæ ſunt longæ, & tertia breuis.

MVSA VII. PARTICVLARIS.

☞ CLXV.

PARTICVLAS dicimus voculas indeclinabiles qua les ſunt *hodie*, *ita*, *eras*, &c. & in claſſes diuiduntur, alię enim ſunt Præpoſitiones, aliæ Adverbia, aliæ Interiectiones, & aliæ tandem Coniunctiones. [Nec eſt, cur de Pronominibus aliquid ſubiungamus, nam illorum ſyllabæ, omnes, omnes, sũt notatę & determinatæ in Grammaticâ, quam ſuperius dedimus.]

PRAEPOSITIONES.

PArs orationis indeclinabilis, quæ aliis partibus præponitur, vocatur *Præpoſitio*. Earum cenſui adiunge *Poſtpoſitiones*, quæ aliis partibus poſtponuntur, vt *Tenus*, *Verſus*; dicimus enim *Capite tenus*, & *Romam verſus*. Aliæ genitivum, aliæ accuſatiuum, & aliæ ablativum requirunt. Singulas propono, & dimetior.

Gaudent genitiuo,

Pridie. Sola ſecunda eſt breuis. Hinc *Pridianus*, in quo ſola ſecunda & quarta eſt breuis.
Poſtridie. Sola tertia eſt breuis.
Tenus. Duæ breues.

Acuſatiuo verò,

Ad. Vna ſyllaba breuis.
Apud. Vtraque breuis.
Ante. Prima longa, & ſecunda breuis.
Aduerſus. Duæ primæ longæ, vltima breuis.
Aduerſum. Duæ primæ longæ.
Ciſ. Breuis.
Citra. Prima com. vlt longa.
Circa, & *Circum*. Longæ.
Contra, *erga*, *extra*, *intra*, *infra*, *iuxta*, omnes ſpondei.
Inter. Secunda eſt breuis.
Ob. Vna ſyllaba breuis.
Ponè. Prima longa, vlt. breuis.
Per. Breuis.
Prope. Duæ breues.
Propius. Tres breues.
Proxime. Sola ſecunda breuis.
Pridie Sola ſecuuda breuis.
Poſtridie. Sola tertia breuis.
Procul. Duæ breues.
Poſt. Syllaba longa.
Penes. Duæ breues.
Præter. *Propter*. prima longa, ſecunda breuis.
Supra Prima indifferens, & ſecunda longa:
Secundum. Prima eſt breuis.
Secus. Duæ breues. Eſt etiam aduerbium Virgilius. *Haud ſecus ac iuſſi faciant*, &c.
Tranſ. Longa.
Vſque. Vltima eſt breuis.
Vltra. Duæ longæ.
Verſus. Prima longa, ſecunda breuis.
Verſum. Prima longa.

Et Ablatiuo.

A. & *Abſ*. Longæ.
Ab. Eſt breuis.
Abſque. Prima longa, & ſecunda breuis.
Cum. De, *E*. *Ex*, *Præ*, *Pro*. Omnes ſunt longæ.
Coram. Prima longa.
Clam. Niſi elidatur per ecthlipſim, longa erit.
Palam. Prima breuis.
Sine. Duæ breues.
Tenus. Duæ etiam breues. *Capulo tenus abdidit enſem* Propertius.

Gaudent Accuſatiuo & Ablatiuo.

In, *ſub*, & *ſuper*. Omnes ſyllabæ breues.
Subter. Prima longa, ſecunda breuis.

Aliquando Præpoſitiones ſunt partes Nominis aut Verbi, & ſunt ſeparabiles, vt *In*, *ſub*, &c. aut inſeparabiles, vt *An*, *Con*, *dis*, Di, *Re*, *ſe*. Circa illarum quantitatem hæc nota. Præpoſitiones *E*, *De*, *Præ*, *ſe*, *Di*, niſi vocalis ſequatur, producuntur, vt *Emitto*, *Depono*, *Præſideo*, *ſeduco*, *dilando*, In voce *diſertus*, licèt à *Diſſero* provenire videatur, prima ſemper corripitur. *Fœcundi calices, quem non fecère diſertum?* Horatius. Si vocalis ſequatur, *De* & *Præ* (nam cæteras ſequitur conſonans.) aut ſynæreſin duæ ſyllabæ in vnam, quæ longa ſit, coëunt; aut corripiuntur; numeros ſequentes conſidera.

Siqua tamen tibi lecturo pars oblita dèèrit. Propert.
Difficiles aditus primos habet, haud mihi dèèro. Horatius
Si deerunt rarum pecorique, & vitibus almis. Virgilius.
Vir gregis ipſe caper dèèrraverat; atq; ego Daphnin. Idē.
Dèèſt iam terra fugæ, pelago Troiam-ne petemus? Idem.
Dona dehinc auro gravia, ſectoque elephanto. Idem.
Dehinc ſociare choris, ſacriſque accedere ſacris. Idem.
Annibal audaci dum pectore dehortatur. Ennius.
Nam mihi vel tellus optem, priùs imadehiſcam. Statius.
Hos amplectitur, hos deoſculatur. Martial. Phaleuc.
Quos ubi viderunt præacuta cuſpidis haſtas. Ovidius.
Et venit Stellâ non præeunte dies. Pedo.
Equos accelerans præoccupabo. Anon. Phaleuc.
Præoptare cares, ſiquod places atque neceſſe eſt. Capella.
Stipitibus duris agitur, ſudibuſque præuſtis. Virg.

Synceræ-

Synæreſis committitur in vocibus *dêerit, dêêro dê errauerat, dêêſt, débine*, vt ex verſu primo, ſecundo, quarto, quinto, & ſeptimo euidenter colligitur. *Deerunt* in tertio verſu poteſt diſſyllabum, aut treſyllabum eſſe. Breue eſt *De* ſequente vocali, vt in vocibus *dehinc, dehiſcam, deoſculatur*, &c. & verſibus ſexto, nono, decimo, &c. Ennius, vt verſu octauo videris, longam retinuit.

Præ ſequente vocali corripitur, vt in vocibus *præacutæ, præeunte, præoccupabo, præuſtis*, & verſibus vndecimo, duodecimo, tertio-decimo, & vltimo videre eſt. Capella in voce *præoptare* produxit. Vide verſum penultimum.

Particula præpoſitiua A. apud Græcos corripitur, & apud Latinos prolongatur.

Re eſt breuis: & ſi neceſſe ſit eam produci, litera ſequens duplicatur, vt conſtat ex ſequentibus verſibus.

Hos corydon, illos referebat ordine Thyrſis. Virgilius.

Antiquæ populum ſub relligione tueri. Idem.

Pro eſt varia, & in Apolline ancipite à nobis explicata dilucidè, manu 134. §. *Pro*.

ADVERBIA.

SIgnificationem ſequamur, Aduerbiorum claſſes ſunt innumeræ: quod bene Antonius Nebriſſenſis Grammaticæ ſuæ libr. 3. cap. 11. adnotauit. ſunt enim.

Numeralia; vt

Semel. Duæ breues.

Bis. Longa ſyllaba &c.

Ter. Breuis.

Quater. Duæ breues. [*Quatuor* hodie habet primam longam, vt conſtat ex Virgilio, *quatuor hic primùm nigrantes terga iuuencos*, & iterum, *ſis bonus, ô fœlixque tuis en quatuor aras*. At olim habuit omnes ſyllabas breues; Ennius. *Cedunt ter quatuor de cœlo corpora ſancta*: Et hinc *quater* retinet primam breuem.

Quinquies. Sexies, Septies, Octies. Habent primam & tertiam longam, & ſecundam breuem.

Nonies. Sola vltima longa.

Decies. Vltima tantummodo eſt longa.

Hæc & omnia alia ſequuntur radices vnde oriuntur.

Temporalia, vt

Quando. Secunda eſt indifferens.

Hodie. Sola vltima longa.

Cras. Syllaba longa.

Heri. Prima breuis.

Nuper. Prima longa, vltima breuis.

Aliquando. Duæ breues, vna longa, & vna indifferens.

Nunquam. Prima eſt longa.

Semper. Secunda eſt breues.

Negatiua, vt

Non, vel *Haud*. Syllabæ longæ.

Minimè. Duæ breues & vna longa.

Nullatenus. Secunda longa, tertia breuis.

Optatiua, vt

O, ſi. Duæ ſyllabæ longæ.

Vtinam. Tres breues.

Demon ſtratiua, vt

En. Vna ſyllaba breuis.

Ecce. Vna longa, & altera breuis.

Ordinatiua, vt

Continuò. Prima & vltima ſunt longæ: aliæ breues.

Deinde. Si ſit diſyllabum, primam habet longam & ſecundam breuem: ſi triſyllabum primam & tertiam breuem, & ſecundam longam.

Deinceps. Quantum ſit conſtat ex aduerbio præcedenti.

Interrogatiua, vt

Cur? Longa.

Quare? Spondeus.

Quam ob rem?

Numquid? Prima longa, & ſecunda breuis.

Dubitatiua, vt

Fors. Syllaba longa.

Fortè. Vna longa, & vna breuis.

Fortaſſe. Vltima eſt breuis.

Fortaſſis. Vltima breuis.

Forſan. Vltima eſt breuis.

Forſitan. Vna longa & duæ breues. Dactylus.

Vocatiua, vt

O. Eſt longa: nec eliditur per ſynalœpham. Virgilius. *O pater, o hominum, diuumque æterna Poteſtas.* Ouidius. *O vtinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat.* Aliquando ſequenti vocali corripitur, quaſi non totaliter, ſed partialiter elideretur. Virgilius. *Te Corydon, o Alexi, trahit ſua quemque voluptas.*

Heus. Syllaba longa.

Ohe. Duæ longæ: & per ſynæreſin vna longa. Prima corripi ſolet: & Martialis in vno & eodem verſu vtramq; quantitatem expreſſit, dixit enim; *Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle.* Eſt Phaleucius, & ſcanditur ſic. *Ohe.* ſpond: *iam ſatis*, dactyl. *eſt o.* troch: *he li*, troch: *belle*, troch.

Diſcretiua, vt

Seorſim, Seorſum. Prima breuis, ſecunda longa.

Diuiſim. Duæ priores longæ.

Bifariam, Trifariam. Tres priores breues.

Congregatiua, vt

Vnà. Vtraque eſt longa.

Simul. Vtraque eſt breuis.

Pariter. Omnes tres ſunt breues.

Iuratiua, vt

Aedepol (hoc eſt, ita ſincere loquor, ac ſi eſſem in æde Pollucis.)

Mecaſtor (ita me Caſtor amet, aut adiuuet.)

Mehercule (loquor me audiente & iudicante Hercule) dicitur etiam *Mehercle*, itemque *Hercule*, ac *Hercle*.

Hortatiua, vt

Eia. Prima longa, vltima communis.

Age. Agite. Omnes hæ ſyllabæ ſunt breues.

Agedum. Tres breues.

Intenſiua, vt

Valde. Prima eſt longa, ſecunda breuis.

Nimis. Duæ breues.

Nimium. Duæ priores ſunt breues.

Penitus. Omnes tres ſunt breues.

Vehementer. Præter tertiam omnes ſunt breues.

Remiſſa, vt

Senſim. Prima eſt longa.

Paulatim. Duæ priores ſunt longæ.

Pedetentim. Sola tertia longa.

Diminu-

Diminutiua, vt

Bellè. Vtraque eſt longa.

Argutulè. Tertia eſt breuis, longæ cæteræ.

Clanculum. Secunda eſt breuis.

Comparatiua, vt

Magis, Minùs, Meliùs, Grauiùs, &c. Omnes hæ ſyllabæ ſunt breues.

Fortiùs. Vna longa & duæ breues.

Extrahuntur aliqua ex nominibus comparatiuis, & illorum quantitatem conſeruant; & idem dicitur de ſuperlatiuis qualia ſunt.

Maximè. Sola ſecunda eſt breuis.

Minimè. Sola tertia eſt longa.

Optimè. Secunda eſt breuis, tertia longa.

Fortiſſimè. Tertia tantum eſt breuis.

Similitudinis, vt

Vt. Syllaba breuis.

Sicut. Prima longa, ſecunda verò breuis.

Ceu. Syllaba longa.

Tanquam. Prima eſt longa.

Quantitatis, vt

Multum. Prima eſt longa.

Parum. Prima breuis. *Naſo parum prudens artem dum tractat amandi.* Ordinis.

Qualitatis, vt

Bene. & *Male.* Omnes ſyllabæ ſunt breues.

Doctè. Vtraque eſt longa.

Sapienter. Tertia eſt longa, cæteræ breues.

Localia,

Sunt multa, & debent ſubdiuidi in diuerſas claſſes, iuxta diuerſas interrogationes, quę poſſunt fieri per ſequentes particulas.

Vbi? Prima breuis, ſecunda indifferens.

Vndè? Prima longa, & ſecunda indifferens.

Quò? Eſt longa.

Quà? Eſt etiam longa.

Quorſum? Prima eſt longa.

Vbi eſt Antonius?

Hic. Iſtic. Illic. Omnes hæ ſyllabæ ſunt longæ.

Sicubi. Dactylus. | *Necubi.* Dactylus. } Analogiæ ratio poſtulat vt vltima ſit indifferens, vt in *Vbi*, at authoritas productioni non fauet.

Alicubi. Omnes ſunt breues. Cur non vltima indifferens.

Vbiuis. Secunda communis.

Vbilibet. Sola ſecunda communis.

Vbique. Secunda eſt longa, prima & tertia breues.

Vbicunque. Prima eſt breuis, ſecunda indifferens, tertia longa, quarta breuis.

Vbi vbi, Si ſint duæ dictiones, habent tres ſyllabas, nempè *vbi vbi.* Primam & ſecundam breuem, & vltimam indifferentem. Si ſit vna dictio, habebit quatuor ſyllabas breues.

Alibi. Sola vltima longa

Vtrobique. Primæ tres cõmunes, & quarta brevis.

Ibi. Prima breuis, ſecunda communis.

Ibidem. Prima breuis, ſecunda communis.

Inibi. Priores breues. Sed vltima? Ex Plauto *in Menæchmis & captiuis*, illud primum colligitur. Inquit enim. *Et inibi olim emit amiſſum filium.* At hinc non conſtat vltimæ quantitas, nam per ſynalœpham abſorbetur. Ratio poſtulat vt ſit indifferens, ſicut in *Ibi.* Accedit, quod in *Ibidem*, illa *bi* ſit indifferens: ergo & in *Inibi.*

Nuſquam. Vſquam. Prima eſt longa.

Intus. Secunda eſt breuis.

Foris. Duæ breves.

Supra. Prima eſt indifferens, ſecunda longa.

Infra. Duæ longæ. Spondeus.

Vnde venerat?

Hinc, Iſthinc, Illinc. Omnes ſyllabæ ſunt longę.

Sicunde. Sola vltima brevis.

Necunde. Vltima breuis, ſed prima? In *Necubi* eſt longa ergo etiam in *Necunde.*

Aliunde. Sola tertia eſt longa.

Alicunde. Sola tertia eſt longa.

Vtrinque. Prima eſt indifferens, & tertia brevis.

Vndique. Dactylus, vna longa & duæ breves.

Vndeuis. Sola ſecunda brevis.

Vndeunde. Si eſſe duæ dictiones dicantur, erunt *Vnde vnde*, duæ longæ & vna brevis: ſi ſit vnica dictio, erunt duo Trochęi.

Vndecumque. Secunda & vltima breuis.

Inde. Secunda eſt breuis.

Indidem. Secunda etiam eſt brevis.

Intus. Vltima eſt brevis.

Foris Prima eſt brevis, ſecunda longa. Et hinc *Forinſecus*, ſolam ſecundam producens.

Supernè. Prima tantum eſt breuis.

Infernè. Omnes tres ſunt longæ.

Cœlitùs. (ex cœlo) Dactylus. Prima longa & cęteræ breues.

Quo progreditur.

Huc, Iſthuc, Illuc. Sunt omnes longæ.

Aliò. Tantùm vltima eſt longa.

Vtrobique. Primæ tres communes, vltima brevis.

Quoquo, Quouis. Omnes ſunt longæ.

Eo. Eodem. Prima brevis, ſecunda longa.

Siquò, Nequò. Omnes longę.

Aliquò. Tantum vltima eſt longa.

Intrò. Duæ longę. Spondeus.

Foràs. Prima brevis, ſecunda longa.

Quà iter ſuum diriget.

Hac, Iſthac, Illac. Omnes ſyllabæ ſunt longę.

Siquà, Nequà. Omnes longę.

Alià. Tantùm vltima eſt longa.

Et quorſum tandem tendit?

Surſum. Prima eſt longa.

Deorſum. Prima eſt brevis: ſecunda longa.

Dextrorſum. Prima & ſecunda ſunt longæ.

Siniſtrorſum. Prima eſt brevis: cæterę ſunt notę,

INTERIECTIONES.

SVnt particulæ animi intimos affectus exprimentes, & diuiduntur in claſſes. Aliæ enim ſunt.

Dolentis, vt

Heu, Hoi, Hei, Ah. Proh. Vah. Sunt longæ.

Exultantis, vt

Euax.

Vach, oh. Sunt ſyllabæ longæ.

Timentis, vt

Hei, ah. Monoſyllabæ, & longæ.

Admirantis, vt

Pape. Duę longæ.

Ridentis, vt

Ha, Ha. He. Sunt longę.

Deriden-

Derridentis ſunt variæ, & fictæ veriùs, quàm è fontibus Latijs deductæ.

Increpantis.

DVæ ſunt, quę vt notat Alvarez *lib.2.c.18.* revera verba ſunt, ſed interjectionum munus jam vbique ſortita.

Cedo. Prima longa, & ſecunda indifferens: Cicero act. 5. in Verrem, *Cedo tabulas.* & Perſius,

Hac cedo, vt admoveam templis, & farre litabo.

Videtur eſſe prima perſona Indicativi: at ſæpe ſenſus poſtulat, vt ſit ſecunda Imperatiui; hoc eſt, *Dic*, uel *Da*.

Apage, *Apagete*, *Apageſis*. Voces frequentiſſimæ ſunt apud Comicos, à verbo ἀπάγω, quod *abducere* aut *abduci* ſonat, deductæ. Si verbum antiquum eſſet *Apago*, *gis*. in voce *Apage* omnes ſyllabæ corriperentur: at videtur illud verbum fuiſſe *Apageo*, *ges*, per ſecundam conjugationem, nam in Plauto non *Apagite*, ſed *Apagete* legimus, ergo in *Apage* vltima erit longa, & in *Apagete* penultima. In *Apageſis*, illud *ſis* eſt per contractionē *ſi vis.*

Communis.

INterjectio O omnem affectum exprimit. Si conſona ſequatur eſt longa: ſi vocalis ſynalœpham ignorat, & eſt indifferens.

Adſis ô, placiduſque veni. Virgil. 4. *Æneid.*
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atque humiles habitare caſas. Virg. 2. *Eclog.*
O utinā tunc, cùm Lacedæmona claſſe petebas,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Ovid. *epiſt. Penel.*

Hanc vltimam authoritatem Henricus Smetius Virgilio adfingit, memoriæ vbertate deceptus: in illâ O producitur, at corripitur in ſequenti, quam idem Smetius eſſe Ovidij teſtatur.

Te Corydon, o Alexi trahit ſua quemq; voluptas.

Secundus pes *don o a* eſt dactylus, nam in *Alexi* ſola media producitur.

Conivnctiones.

PARTES Orationis vinciunt, exornantque. Apud aliquos Authores multas, paucas apud alios reperias: vnuſquiſque ſuum genium ſequitur, & tu imiteris, quos velis: interim aliquas, quæ ſunt communiores, metiamur.

Et, *At*, *An*, *Sed*, *Nec*, breves.

Ne interrogativum breve, negativū long.

In *Quam*, *Præterquam*, *Quamquam*, *Quamvis*, *Quantumvis*, *Ac*, *Necnon*, omnes longę.

Tamen, duæ breves.

Attamen, dactylus.

Verumtamen, duæ priores longæ, poſteriores breves.

Quod brevis. *Quoniam* duæ priores breves.

Quia, duæ breves.

Et hæc de his particulis adnotaſſe ſufficiat.

QVAESTIO CRITICA.

De ſignificatione Coniunctionum, & Illationum.

DVÆ ſunt quæſtiones, quæ Tyronibus videbūtur tenues, & à doctis judicantur difficiles; & ſunt Metagrāmatica, nam ad Contemplatricem pertinent. Altera interrogat, *Quid ſit coniunctio*? altera, *Quid ſit Illatio*? Qui nōdum ſit Grammaticâ ſpeculativâ tinctus, & Practicâ, quæ in labio conſiſtit, velit eſſe contentus, nullam omninò reperiet in re ſubtiliſſimâ difficultatem: at Criticis, qui ingenium colimus, & ſecundas intentiones, quod in ſubjecto & Prædicato facit Logicus, in Nomine, Verbo, & reliquis Orationis partibus contemplamur, multa ſuccurrunt dubia, quæ facili negotio proponas, difficulter expedias.

Agam igitur primo de copulatiuâ conjunctione, quam vocant (nempe, *& atque*, *ac*, *nec-non*, &c.) & inquiram, *Quid illa ſignificet*? Ponam ob oculos hanc Aſſertionem, *Braſili, & Sinæ dormiunt*. Singula verba recognoſco: & ajo, qui ſint Braſili, & qui Sinæ, me ſcire. Illi ſunt populi in Americâ Auſtrali, qui Chilenſibus adjacent, & Luſitaniæ ſubſunt: iſti in Aſiâ Boreali, qui ab ortu habent Iaponum inſulas, ab occaſu Mágoris opulentum imperium, & à Septentrione invaduntur à Tartaris. Vtrique dormire dicuntur: & ſanè quid dormire ſit, etiam ſcio. Ergo-ne in illâ aſſertione nîl latet? Sic ante annos quadraginta putaſſem: at hodie recognoſco illud *&*, & quid importet aut ſignificet, neſcio. Porrò Braſili (& idem de Sinis ſentio, & dico) ſunt homines, qui extra meū intellectum, extra meum caput, à parte rei exiſtunt; ſomnus etiam illorum extra me eſt.

Sed

Sed illud *Et* ? Eſt-ne aliquod vinculum reale? eſt-ne vnio aliqua, quæ populos toto orbe ſemotos vinciat, vniat, aut copulet? Et, ſi hoc non: quid objectivè dicit? quid materialiter attingit, aut exprimit?

Propoſitâ primâ quæſtione ad ſecundam ſubvenio, & meditari incipio has voces, *Ergo igitur, ideo, vnde*, &c. & interrogo, *Quid illæ ſignificent*? Audio Philoſophum quemdam dicentem, *Petrus non eſt equus, Ergo nec Paulus.* & quia aliarum omnium ſignificatio eſt mihi nota; ad vocem *Ergo*, converto oculos, & quid notet interrogo. Eſtne aliquid in Petro? eſt-ne in Paulo? eſt-in vtroque? eſt in neutro? Infertur-ne res à re, an verò à Propoſitione Propoſitio? Si prius illud dicatur, objectum vocis *Ergo* erit aliquid à parte rei. Sed quid illud? ſubſtantia, an accidens? & quia cauſalitatem importare videtur, cuinam generi debebit adſcribi, Efficienti, an Formali? Si non res à re, ſed à Propoſitione Propoſitio inferatur, cùm Propoſitio ſine verbis & ſcripturâ eſſe poſſit, inquiram, An illud *Ergo* in ſolo labio, in ſolo calamo, an etiam in mente inveniatur? Si in ſolâ voce, aut ſcriptura ſit, quid ſignificat? ſi in mente, quod objectum habet? nam dari voces ſignificatûs exſortes aliquando didicimus, at cogitationes nunquam objecto carent. Præterea, ſi illud *Ergo* nil omninò ſignificat, illæſa oratione omitti poſſet: at hæc illo ablato turbatur: illud igitur ſignificationis nō eſt expers.

Cognoſce ex vngue Leonem (Lector candide) & vel hinc diſce, quàm ſit ſubtilis & quanto ingenio tractari debeat Metagrammatica, ſeu Grammatica ſpeculativa.

Ergo reſpondeo ad primam, vnionem, & conjunctionem eſſe duplicem; intrinſecam, extrinſecamque. Addo Sinas & Braſilos nulla intrinſeca vnione copulari; ſubjungo illos in ſomno convenire (nam vtrique dormire dicuntur) in mente conjungi (ſimul enim concipiuntur, vt conſpicis) & concludo, illam convenientiam, quam habent à parte rei, & hanc ſimultatem, & copulationem, quam habent in intellectu, illa vocula *&* ſignificari.

Reſpondeo ad alteram, res aliquando inferri à rebus, & ideò à Propoſitionibus propoſitiones neceſſariò deduci; niſi enim in rebus ipſis præceſſiſſet illationis neceſſitas, in Propoſitionibus non inveniretur. Quando dico, *Petrus eſt homo, ergò & rationalis, ergo & riſibilis*, non ſolùm ajo Petrum eſſe hominem, eſſe rationalem, & eſſe riſibilem, ſed ajo ideò per locum intrinſecum eſſe rationalem, quia eſt homo, quia in humanitate clauditur rationalitas: & ideò per locum extrinſecum eſſe riſibilem, quia ex humanitate riſibilitas oritur. Vnde (& hic attendas obſecro) cognoſco quidem Petrum eſſe rationalem & eſſe riſibilem, quia cognovi illum eſſe hominem: &, ſi nihil aliud cognoſcerem, illud *ergo* eſſet in voce & in charta, at non haberet in mente conceptum formalem ſibi correſpōdentem. At ego præter dicta cognoſco me bene diſcurrere, cognoſco ex humanitate rationalitatem, & riſibilitatem inferri, & hanc ipſam illationem exprimo vocaliter particulâ illâ *Ergo*: & mentaliter conceptu, qui eidem particulæ *Ergo* æquivalet & analogus eſt.

Hinc illam conſequentiam, *Petrus non eſt equus, ergo nec Paulus*, eſſe bonam pronuntio; quia illos ſpecie (hoc eſt, eſſentiâ) convenire ſupponimus. Vnde ſicut humanitate Petri oritur quòd Petrus non ſit equus, ſic etiam ex humanitate Pauli, quod Paulus non ſit equus deducitur. Et illam deductionem, & illationem ſignificat vox *Ergo*, quam examinamus.

APOLLO ACROSTICHVS.

Lector in his numeris aliud collecta ſeorſim
Significant, aliud prima elementa ſimul.

☞ CLXVI.

ACROSTICHIS eſt carmen ænigmaticum, cuius literæ initiales aliquid exhibent: [Cælius Rodoginus lib. 13. cap. 39.] & multis modis fabricatur. Primò ſi ſingulorum librorum initiales literæ ſint colligendæ: ſecundò ſi ſingulorum capitum: tertiò, ſi ſingulorum parragraphorum,: quartò, ſi ſingulorum carminum: quintò ſi ſingularum dictionum. Primo vſus eſt Cæſarius in mirabili illo exemplorum volumine, quod in octo libros partitur, quorum primus incipit à C, ſecundus ab E, non ab Æ, tertius ab S, &c. ita vt omnium librorum initiales collectæ ſint CESARIVS. quá ille induſtria libros illos muniuit contra Librariorum, & Exſcriptorum inuidiam, qui multos illuſtres Authores libris proprijs priuarunt, vt grauarent alienis alios, quorum nomina in magni erant pretio apud vulgus, vt vel ſic domeſtico lucro proſpicerent, etiam cum Reipublicæ damno. Secundus à Tertio vix differt: & iſto vſus eſt Agapetus, cuius Liber conſtat ſeptuaginta duobus parragraphis, quorum ſi initiales literas intercipias, erues hanc inſcriptionem, Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ιουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος Διάκονος Quintus modus inuenitur in Plauto in argumentis Comœdiarum, Prima Amphitruo dicitur, & eſt ad ſynopſim reducta,

A more captus Alcmenæ Iuppiter
M utauit ſe ſe in formam eius coniugis
P ro patria Amphitruo dum ſeruit cum hoſtibus,
H abitis Mercurius ei ſubſeruit Soſiæ:
I s aduenienteis ſeruum, & dominũ fruſtra habet
T urbas vxori cies Amphitruo, atque inuicem,
R apiant pro mœchis, Blepharo capto arbiter,
V ter ſit, non quis Amphitruo decernere,
O mnem rem noſcũt, geminos Alcmena enititur.

Plautum imitatur in Græcis Ariſtophanes, & in Latinis Friſchlinus. Eodem modo vſæ Sybillæ ſunt, vt inferiùs videbimus; & ita hodie communis ille eſt, vt hac arte cauere noſtri Poëtæ ſoleant, ne eorumdem verſus de Martyrum communi dicantur. Sunt enim ad manum Polyantheæ, & Loci Poëtici, qui communes dicuntur, vnde ſtatim excerpere Poëta poſſit aliena carmina, & vt ingeuij proprij partum offerre. Ergo cautiores hoc æuo Philomuſi, ne alienis plumis exornari dicantur, vtuntur Acroſticho, & verſibus, aut dictionibus ſui nomen Mecænatis præferunt. Ennius etiam olim hac arte delectatus eſt, vt refert Cicero de Diuin. lib. 2. Et apud Iuniores frequentiſſime in Palingenij lib. 1. dant Carminum initiales literæ, *Marcellus Palingenius Poëta Stellatus*. Vltimo exiſtimant Hebræi ſcriptam eſſe Sacram Paginam, eius enim verba dictionum ſingulis literis correſpondentium apparatu dilucidant: itemq; initialibus dictionum exceptis nouas ſententias eruunt, vt ſuo loco explicabimus.

Deducitur nomen *Acroſtichis* ab ἄκρος, quod eſt *extimus*, & στίχος *verſus*, quòd extremitates debeant capi, & *Extremitatis* vocabulo, non iam tantùm initiales literæ, ſed & finales veniunt intelligendæ; nam & multi

carmina côndiderunt, quorum literæ vltimæ aliquam dictionum proponunt. Solent interdum medias intercipere literas (rectè, obliquè; prout picturæ ratio poſtulare videtur) & varias figuras carmine delineare: & tunc vt obſeruat Heluicus, & Bachmannus; Poëticæ ſuæ lib. 2. cap. 22. hoc genus intercipiendi literas, non Ἀκροστιχὶν ſed Μεσοστιχὶν eſt nominandus.

MVSA I. ABECEDARIA.

Per capita verſuum procedens.

☞ CLXVII.

HIc Carmina condendi modus antiquiſſimus eſt, & reperitur in Prophetis Ogdoaſticha ſunt, quæ Pſalmum CXVIII. conſtituunt: & in ſingulis ſinguli verſus incipiunt ab vnâ, & eâdem literâ Alephbeti: nimirùm, omnes octo priores ab Aleph; octo ſequentes à Beth. &c. Hac etiam arte compoſitus eſt Pſalmus CXI. & CXII. reſte Hilario, quibus Hieronymus in literis ad Paulam Vrbicam duos adiungit; nimirum, XXXIV. & XXXV. & alios duos (videlicet XXXVII. qui interrupto ordine literarum procurrit: & CXLV. qui magis continuò procedit) Thomas Caietanus in Commentariis in Pſalterium. Hac etiam Acroſtichâ methodo Ieremias ſcripſit trinas lamentationes. Non fuit apud Priſcos in vſu initialibus literis aliquâ dictionem exprimere, tamen [illegible] Alephbechi ſui literas repræſentabant: vt patet in exemplis poſitis. Il[illegible] Larini ſunt, & præcipuè Sed[illegible] in Tetraſtichis Iambicis, quibus totam Chriſti vitam, breuiter, & copio[illegible] complectitur. [illegible] ſubſcribo.

A Solis ortus cardine
Ad vſque terræ limitem
Chr[illegible] canamus principem,
N[illegible] Maria Virgine.
B[illegible]tus author ſæculi
ſeruile corpus induit,
Vt carne carnem liberans
Ne perderet, quos condidit.
CAſta pare[illegible] viſcera
Cæleſtis intra gratia
V[illegible]nter puellæ baiulat
Se[illegible]a quæ non nouerat.
DOmus pudici pectoris
Templum repente fit Dei
Intacta neſciens virum
Verbo concepit filium.
ENixa è puerpera
Quem Gabriel prædixerat
Quem Matris aluo geſtiens
Clauſus Ioannes ſenſerat.
FOEno iacere pertulit,
Præſepe non abhorruit,
Paruoq; lacte paſſus eſt,
Per quem nec ales eſurit.
GAudet Chorus Cæleſtium,
Et Angeli canunt Deo,
Palamq; fit Paſtoribus
Paſtor creator omnium.
HOſtis Herodes impiè
Chriſtum venire, quid timet
Non arripit Mortalia,
Qui Regna dat Cæleſtia.
IBant Magi, quam viderant
Stellam ſequentes perueiam,
Lumen requirunt lumine
Deum fatentur munere.
KAterua matrum perſonat
Colliſa deflens Pignora
Quorum Tyrannus millia
Chriſto ſacrauit victimam
LAuacra puri gurgitis
Cæleſtis Agnus attigit,
Peccata, quæ non detulit
Nos abluendo ſuſtulit.
MIrabilis dedit fidem
habere ſe Deum Patrem,
Infirma ſanans corpora,
Reſuſcitans cadauera.
NOuum genus potentiæ
Aquæ rubeſcunt hydriæ
Vinumque iuſſa fundere
mutauit vnda originem.
ORat ſalutem ſeruulo,
Flexus genu Centurio
credentis ardor plurimus
Extinxit ignes febriam.
PEtrus per vndas ambulat
Chriſti leuatas dextera,
Natura, quam negauerat

Fdes

Fides parauit ſemitam:
QVarta die iam fætidus
Vitam recepit Lazarus
Cunctiſq; liber vinculis
Factus ſuperſtes è ſibi.
RIuos cruoris horridi
Contacta veſtis horruit
Fleta rigante ſupplicis
Arent fluentia ſanguinis.
SOlutus omni corpore
Iuſſus repente ſurgere
Suis viciſſim greſſibus
Aeger vehebat lectulum.
TVnc ille Iudas Carnifex
Auſus Magiſtrum tradere
Pacem ferebat oſculo
Quam non habebat pectore.
VEr ax datur fallacibus
Pinus flagellas impius
Cruciq; affixus innocens
Coniungitur latronibus.
XEro myrrham poſt ſabatum
quædam vehebant corpori,
Quas allocutus Angelus
Viuum ſepulchro non tegi.
Y'mnis venite dulcibus
Omnes canamus ſubditum
Chriſti triumpho Tartarum,
Qui nos redemit venditus.
ZElum Draconis inuidi
Et os Leonis peſſimi
Calcauit vnicus Dei,
Seſeq; cælis reddidit.

☞ CLXVII.

MVltũ Haſſorũ Principibus debent Muſæ; & Vrania præcipuè. Muſa Metrica eſt, & Cęlos & Verſus metitur. Quà Aſtronomica adſtitit VVillelmo, quà Poëtica eius filio Mauritio. Illius obſeruationes cœlitùs habitæ cum applauſu leguntur: huius carmina à Viris eruditis laudantur. Et ego ex illis hoc Abecedarium exſcribo, quod etiam exhibet Ioannes Alſtedius Encyclopædiæ lib. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 7. Eſt votiuum pro anno ingrediente compoſitum.

Annus abit tranſactus, adeſtque recentior annus,
Bis ſit proſperior, qui venit, atque abiens.
Chriſte rogo primum votum largire petenti,
Da Pacem nobis, Optime Chriſte, tuam.
E verbo ſincera tuo Doctrina reſultans
Floreat in templis, floreat inq; ſcholis.
Gratia ſit populo Diuina parata miſello;
Haſſia quos Ritus iam tenet, obtineat.
Iuſtitia ad normam ſacrati codicis, aptæ &
Leges iudicium conſtituantq; Forum.
Martis opus, Miles patrius, ſint ritè parati
Nec quicquam timeant prælia, ſi ſit opus.
Ordo domum talis regat vt benè proſit vtrinq;
Pauperibus quo det diuitibuſque ſuum.
Quæſtus proueniant liciti, benedictus Agellus
Ruricolis largo fœnore reddat opes.
Sanus ſit Princeps, Coniux, Soboleſq; beata,
Tuta ſit à bello Patria tota truci.
Votis annue Chriſte meis, ſic aulica multùm
Xenia conducent proſperitate tuâ.
Υἱὲ Θεοῦ fac ſic concordia firma piorum
Zona velut regis cingit vtrumque latus.

Prima verſum ſingulorum litera ſequitur ordinem Abecedarij.

☞ CLXVIII.

HVc ſpectare poſſunt literarum imagines, à figurâ ſono, & valore deſumptæ quales ſunt, quæ ſequuntur.

ALEPHBETHVM.

Aleph curua refert præfortis cornua tauri
Beth domus eſt veterē ſeruans Hebræa figurā.
Gimel gibboſi mentitur terga cameli.
Daleth porta patens venientes excipit omnes
He loquitur digitis, & nutu ſingula prodit
Vau retinet claui, perijt, quo Siſera, formam.
Sayn Herculeum vibrat cum turbine fuſtem.
Chet terret reprobos, vitam credētibus affert.
Thet cochleæ formam repræſentare videtur.
Iod, ſi vis, manus eſt, ſi vis, confeſſio fiet.
Caph benè depingit creſcēntis cornua Lunę
Lamed ad prunas vitulorum corpora torret.
Mem maculat veſtes maculatas abluit vndâ.
Nun tibi piſcis erit primò, poſt filius infans.
Samech vipereo reflexum ſibilat ore.
Ayn fontanam præbet ſitientibus vndam.
Pe Domini celebrans in laudes ora reſoluit.
Zade Setigeris acuit venabula porcis.
Koph celeri ſaltu ſcandit quaſi ſimia malum.
Reſch quandoque caput, nonnunquam denotat Irum
Schin ſua Neptuno præfert regalia ſceptra.
Thau Sacra forma Crucis, ſignans in fronte fideles.

ABECEDARIVS.

A. *Voce vocat pluuiam princeps de robore cornix*
B. *Pone bidens viridi poſt matrem balat in herbâ.*
C. *Inde ſuis fulget formoſa coloribus Iris.*

D. *Iuxta dimidiæ clareſcunt cornua Lunæ.*
E. *Sterno maritalem Rhenana per oppida lectum.*
F. *Kolibus Solis ex Græcis cognita vino.*
G. *Ritè repræſento cochlearum concaua tecta.*
H. *Quem mihi Ceres aufert, reddit Romanus honorem.*
I. *Noſtra cauernicolis vox eſt gratiſſima gryllis.*
K. *Me Latij ciues e patres, odere nepotes.*
L. *Gramma falce meto vitulis ientacla futura.*
M. *Plus reliquis valeo connymphys omnibus vna.*
N. *Zura forem, niſi me iuſſiſſent ſtare Quirites.*
O. *Sphæra Syracuſij ſum cognita clara Magiſtri;*
P. *Inter Cadmæas ſoleo latrare ſorores.*
Q. *Auſonias ſolùm virtus mea nota per oras.*
R. *Parua fuit noſtri Latijs reuerentia priſcis.*
S. *Contempſere meū ſemper malè numen Athenæ.*
T. *Belgica præcipuè ſummo me tollit honore.*
V. *Ingeminant vlulæ noſtram ſub nocte Poëſim.*
X. *Germanis triſtem vates denuntio cladem.*
VV. *Ferre Crucem doceo, vinces me quiſque magiſtra.*
Y. *Pythagoras noſtrum primus detexit honorem.*
Z. *Hoſpes ſum Romæ, genuit me Græcia ciuem.*

Enodatio.

A. vox eſt cornicis. Verg. *Tum Cornix pluuiAm plena vocat improbA voce, & solA in siccA ſecum ſpAtiAtur ArenA.* B. vox ouis balantis. C. iridem repræſentans. D. dimidiam lunam referens; E Germanis coniugium ſignificans. F. digamma Æolicum. Plauto litera literam ſcandens. G. cochleam, ſiue teſtudinem figurans. H Grȩcis non eſt litera. I. gryllorum. L. falcem repræſentans fœniſecam. M. Latinis mille ſignificat. N. ſtans ζῶα. O ſphæra Archimedis Syracuſani Siculi. P. hâc figurâ apud Græcos τὸ ῥω ſcribitur, quæ vox eſt canum latrantium. Q. Latinis ſolis in vſu. R. Priſci Latini loco R. plerumque S. vſurparunt, dicentes, *Valeſius* pro *Valerius*. S. Attici loco eius T. vſurpant. T. hodie Belgis, vt olim Atticis, familiariſſima. V. vlularum nȩnia, vnde & nomen habet. VV. Germanis *VVeh*, & Latinis *Væ*! X. Crucis forma. Y. à Pytagorâ inuenta putatur. Verg. *Litera Pytagoræ*, &c. Z. Græcis vſitatiſſima, Latini in peregrinis dictionibus ſcribendis eâ tantum vtuntur.

ALPHABETVM ARITHMETICVM, quod ita vocant,

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0.

Artibus exculti varijs bis quinque venuſti
Ex alijs iuuenes huc ſubiere locis
Quorum qui princeps, vnum docet eſſe colendum,
Qui Cæli fecit ſydera clara, Deum.
In Chriſto geminam naturam prædicat alter,
Vnde Theanthropi nomine lætus ouet.
Perſonam triplicem Deitate fatetur in vnâ,
Altiloquo frater tertius ore tonans.
Res quaſuis ait ex elementis ſtare creatas,
Qui ſequitur, quorum quatuor eſſe probat.
Mortales quinis cognoſcere ſenſibus inquit
Omnia, qui fœlix ordine quintus adeſt.
Eſſe laborandum ſex Solibus inde quiete
Vtendum, ſexus voce propheta monet.
Septimus errantes ſapienti pectore ſtellas
Obſeruans regnis multa futura canit.
Octauus partes ſermonem ſcindit in octo,
Donatus veluti fecerat ante ſenex.
Inter Caſtalias docto canit ore ſorores,
Aurea, qui nonus venit ad aſtra puer.
Poſtremus pauper nil poſſidet ipſe, decuplo
Et tamen hic fratres ditat honore ſuos.

Hic obiter aliquid de nominibus *Abecedarius, Alphabetum, Alephbethum*, &c. notandum eſt. Sanè me iudice, æquè impropriè, aut etiam barbarè dicitur Alphabetum Latinum, aut Hebræum, ac Abecedarius Græcus, aut Arabicus. *Alphabetum* nomen ducit à literis *Alpha* & *Beta*, quæ Græcæ, & non Latinæ, aut Hebrææ ſunt. Ergo *Alphabeti* nomine Græcarum omnium literarum Syſtema intellecturi ſumus. Ergo non datur in mundo Alphabetum Latinum: ergo nec Hebræum, aut Arabicum. An *Alphabetum Græcum* debebimus dicere? Redundat vox illa *Græcum*, nam in ipſamet voce *Alphabetum* includitur. Sic ſimiliter *Abecedarius* à literis *A. Be, Ce, D.* dicitur: & quia hæ ſunt Latinæ, non debebimus dicere Abecedarium Græcum, non Hebræum, non Arabicum: quia hæ gentes ſuas literas aliter nominant: non Latinum: nam hoc adiectiuum redundaret, ſiquidem in ipsâ voce *Abecedarius* clauditur. Idem de Hebraicarum literarum Syſtemate dicendum eſt. *Alephbethum* vocatur, à literis *Aleph*, & *Beth*. Ergo ne Alephbethum Latinum, aut Grȩcum dixeris, nam harum gentium literæ aliter denominantur. Sed neque Hebraicum dixeris, nam hoc nomen in nomine *Alephbethum* clauditur.

Per metaphoram vox *Alphabetum* apud Græcos (ſic etiam vox *Abecedarius* apud Latinos, &c.) tranſit, vt prima elementa cuiuſcumque facultatis ſignificet: ſic dicimus, eum, qui paſſiones ſuas non ſupprimit, *Politicæ Abecedarium* ignorare, &c. ſic etiam numerorum figuras *Arithmeticum Abecedarium* nominamus, &c.

Sanè antiquiſſima ſunt hæc Carmina Abecedaria

cedaria, & ab Hebræis olim inuenta, & exculta. Porrò maiori curâ, & induſtria compoſuit Dauid Pſalmum CXVIII. quàm ſuum Hymnum ſedulius: nam in Pſalmo ſinguli verſus eiuſdem Ogdoaſtichi ab eâdem literâ incipiunt, quod non obſeruauit Sedulius, minore perfectione contentus.

Vt Ars ipſa clariùs cognoſci queat, Aulam adiungam duplici Abecedario deſcriptam, quorum primo eius virtutes recenſentur: & ſecundo eiuſdem vitia, & peccata notantur.

ADVLATIO ELOQVITVR:

vtinam verè.

Aula eadem eſt omninò fides, quæ Nobilis auri.
Blanditur, ſed poſt permulcet ceu Deus Aula,
Conſilijs ſemper melioribus vtitur Aula
Diſſimulet probiliter conregnaturus in Aula
Erulat Improbitas, fulget ſed Candor in Aula.
Ferre moram, atq; irā frenare iubemur in Aula.
Grandè ſophos laudare bonos cenſetur in Aula.
Horrent falſa loqui cupiunt qui creſcere in Aula
Inuidiam franges, modò ſis virtutis amator.
Kyrie, qui ſeruêre negent Eleyſon in Aula.
Langnent ſat ſcelerati, virtus creſcit in Aula.
Muneribus hominum mētes redimuntur in Aula
Nugas Aula leues, nec fumos vendit inanes
Otia quiſquis honeſtâ cupit magè feruidus adſit
Porta Aulæ ſuperum Aula eſt, Diuum gloria magna eſt
Quæſtus ſana loqui dicas ſic primus in Aula.
Rara auis eſt haud (crede mihi) pius Aulicus orbe
Synceris, & ſimplicibus bene ſemper in Aula.
Turpe ſenex, & inops, veniat ni diues in Aula
Vita perfacilis methodus benè dicitur Aula
Xantus conſtantes ſocios numerabit in Aula:
Ydra Aula eſt capitum multum reſoluta venenis
Zenones fatui volitant non ſemper in Aula.

SINCERITAS RESVMIT.

Vtinam falsò.

Aula eadem eſt omninò fides, quæ mobilis auræ
Blanditur, ſed poſt mordet ceu ſcorpius Aula
Conſilijs rarè melioribus vtitur Aula.
Diſſimulet regnare diu, qui poſſit in Aula.
Emulat integritas, probitas, & candor in Aula.
Ferre morā, atq; irā frenare vetamus in Aula.
Grande ſophos ridere bonos cenſetur in Aula.
Horrent vera loqui cupiunt, qui creſcere in Aula.
Inuidiam, qui ferre nequit diſcedat ab Aula.
Kyrie, qui ſenuêre, canant Eleyſon in Aula.
Languent virtutes, ſcelus omne, at regnat in Aula.
Muneribus hominum mentes capiuntur in Aula.
Nugas Aula Leues, & fumos vendit inanes.
Otia quiſquis honeſta cupit procul exeat Aula.
Porta Erebi Aula eſt, & ſemper tua, Tantale, pœna eſt.
Quæſtus adulari, & mentiri eſt primus in Aula.
Rara auis in toto eſt verè pius Aulicus Orbe.
Sinceris, & ſimplicibus va ſemper in Aula.
Turpe ſenex, & inops quando incolit Aulicus Aulam.
Vita diſſicilis methoſus benè dicitur Aula.
Xante retro ibis erit quando Cōſtantia in Aula.
Ydra Aula eſt capitū multorū horrenda venenis.
Zenones, fatui ſunt atque Thraſoneis in Aula.

MVSA II. ARTICVLANS.

☞ CLXIX.

PRomotâ arte propter Abecedarij ordinem literæ initiales colligi, & diſponi cæperunt, vt ſeorſim poſitæ ſententiam aliquam complecterentur. Hanc ob rem poſt Alphabetam ponimus Muſam Articulantem: hoc eſt dantem Acroſtiches articulatas, & quidem reperiuntur huius generis antiquiſſima Acroſticha, nullum tamen antiquius, aut venerabilius Erythræo, à Sybilla compoſitum. Fuit Sybilla Erythræa Phœnicio Mocho antiquior, Erythræ (vrbs Ioniæ eſt) nata, & eiuſdem Ciuitatis, vt Apollodorus Erythræus affirmat etiam ciuis. Tria eius vaticinia celebrantur; alterum de Troiâ, alterum de Homero, Alterum de Chriſto. Prædixit illam deletum iri à Græcis: Homerum multa de Deo mendacia modulaturum eſſe: Chriſtum verum Deum naſciturum. Congruum fuit, vt prophetiam primam nobiliſſimæ illius vrbis excidio confirmante, eius ſpiritus orbi toti innoteſceret: notuſq; & ſummâ animi demiſſione receptus cateruas Deorum, quas Homerus delirat, condemnaret: Dei vnitatem, & Chriſti Diuinitatem animis gentilium adſereret. Feneſtella rerum antiquarum ſolers Inquiſitor ſcribit, Conſulem C. Curionem Capitolio reſtituto propoſuiſſe Senatui, vt Legati mitterentur Erythras, qui huius Sybillæ Carmina diligentiſſimè colligerent,

gerent, & Romam referrent. Miſſi ſunt Publius Gabinius, M. Octacilius, & L. Valerius, qui omni induſtriâ carmina collegerunt, & quaſi mille reportarunt. Alia celebrent alij, mea intereſt illa tantùm proponere, quæ ſunt de Chriſto, & Acroſticham artem dilucidant. Græca dedimus alibi, Carmina Latina ſubijciamus.

Conſtantinus Magnus in Oratione, quã Euſebius libris de vitâ eius adiunxit, ponit hoc Varicinium: & Auguſtinus *lib.* 18. *de Ciu. Dei cap.* 23. aſſeuerat ſe illud legiſſe in Codice Græco eiuſdem Sybillæ; quem ſibi Flaccianus Proconſul Aſiæ communicauit. Illud citat ante Chriſti Natiuitatem Cicero *lib.* 2. *de Diuinit.* vt mirum ſit hoc idem Vaticinium ab Euſebio inter axiopiſta recenſeri. Vt ergo Prophetia omnibus innoteſcat, eamdem latinè ſubſcribamus.

I *VDICII in ſignum tellus ſudore madeſcet,*
E *t rex æternus ſummo deſcendet Olympo;*
S *cilicet vt carnem mundumq; vt vindicet omnẽ,*
V *nde Deum fidi, diſſidenteſq; videbunt*
S *ummum cum Sanctis in ſæcli fine ſedentem*
C *ORPOREVM animas hominum quò iudicet, olim.*
H *orrebit totis cum denſis vepribus orbis,*
R *ejicient ſimulacra viri, gazaſq; repoſtas;*
E *xuretq; ignis terras, cælumq; ſalumq;*
I *ncendetq; fores anguſti Carceris Orci;*
S *anctorumq; omnis cato libera reddita, lucem*
T *unc repetet; ſemper cruciabit flamma ſceleſtos,*
V *tque quis occulte peccauerit, omnia dicet:*
S *ub lucemq; Deus reſerabit pectora clauſa:*
D *ENTES ſtridebunt, crebreſcent, vndiq; luctus,*
E *t lux deficiet, ſolemq; ilentiaq; aſtra,*
I *nuolent tenebræ, tum Lunæ ſplendor obibit:*
F *OSSAS attollet, iuga deprimet ardua, mõtes;*
I *mpediet q; nihil mortales amplius altum.*
L *onga carina fretum non ſcindet, montibus arua*
I *pſa æquabuntur, nam fulmine torrida tellus*
V *inaq; & ſicci fonteis, & flumina hiabunt*
S *ydereiſq; ſono triſti tuba clanget ab oris.*
S *TVLTORVM facinus mærens, vndiq; labores*
E *s chaos oſtendet, & tartara terra dehiſcent,*
R *egeſq; ad ſolium ſiſtentur Numinis omnes*
V *ndaq; de cælo fluet ignea ſulfure miſto*
A *tq; omnes homines ſignum præſigne notabit*
T *empore eo ſignum, cornu peramabile fidis*
O *ppoſitus Mundo caſus, ſed vita priorum*
R *eſpergendo lauans duodeno fonte necatos*

Hæc ſybillæ carmina celeberrima ſunt, & à varijs Authoribus in alias ſæpè linguas trãſlata reperiuntur *in Sybillinorum Oraculorum lib.*8. & *lib.*4. *de Triumphante Cruce cap. vltimo* Iacobus Boſius eadem reponit per hæc verba.

I *udicis aduentu magni, ſudore videbis*
E *manare ſolum, tunc Rex æternus ab arce*
S *yderea præſens, carni ius dicet, & orbi,*
V *t ſpectare Deum pia gens, atq; impia poſſit,*
S *ublimem carne humana, Sanctaq; cateruæ*
C *inctum, ſupremoq; [a] viros, qui iudicet æuo.*
H *æc erit omnis humus vepres, & triſtis arena:*
R *eſcindent ſimulacra * viri, aurumq; repellent:*
I *ncendensq; auidè terras, Mare, Sydera, flamma.*
S *tabunt functorum ſub apertum corpora lumen:*
T *etraq; mens, & ſancta illo ſplendore patebit.*
V *oce latens facinus, quod geſſit quiſque loquetur.*
S *ubdolaque humani pandentur pectoris antra*
D *ira mali facies pauor, & vndique luctus:*
E *t iubar inuoluens Solis, Stellaſq; tenebræ.*
I *am vaga labetur Phœbe, ruet arduus æther:*
F *erre caput valles, disiectis Alpibus imas*
I *uſſerit: humanum culmen, faſtuſq; iacebit;*
L *ataq; planities montes æquabit, & altum*
I *ntactum ratè ſtabit, & vrent fulmina terras.*
V *na deficiet flagrans cum fontibus amnis:*
S *tridula de Cælo tuba fundet lugubre murmur,*
S *upremumq; Orbi canet exitiabile carmen;*
E *t ſubito ſtygium chaos adparebitur hiatu,*
R *egnantiſq; [b] Dei celebrabit turba tribunal.*
V *ndaq; ſulfureæ fluet alta ex æthere flammæ.*
A *dflabit [c] mortale genus [d] inſigne corruſcans,*
T *rabs ſancta in rectis animis optabile robur,*
O *mnibus vna pijs vitæ melioris origo;*
R *urſus veſani dolor, atq; obfenſio Mundi;*
C *olluſtrans vndis duodeno in fronte fideles.*
R *egnabit latè paſcentis ferrea virga,*
V *nus & æternus Deus hic ſeruator, & idem*
X *briſtus pro nobis paſſus, quem carmina ſignant.*

a aliàs homines.
b al. *Regnantemq;*
c al. *Abflabit.*
d *melius vt error metricus tollatur*, ſignumq; *quia vox illa genus in carmine ponitur pyrrhichiè, cùm cùm deberet iambicè.*

Hic eſt communiſſimus Achroſticha formandi modus, vt exempla frequentiſſima oſtendunt. Vnum adducere ſufficiat, non enim iuuat Muſam in re manifeſtâ diffundi.

Obijt Lupus de Vega, Poëta celeber, & D. Ioſepha Ludouica de Chaues Tabellam hanc Tumulo appendit.

Feliz en culto, en nombre eſclarecido
Raro aſſumpto alas lenguas de la Fama,
Es quien depueſta ya la docta rama,
Iluſtra eſta inſcription de luz ceñido.

La em-

La embidia yace a qui yace el oluido,
O pueſtos al aplauſo que le aclama.
Pues ellos faltan quando en el nos llama
El heroyco exemplar de lo que ha ſido.

Digno Varon, capaz del alta gloria,
En que el a ſi miſmo ſe conſulta
Vitorioſo del Tiempo, y de la Muerte.
En quien mayor ſe empeña la Memoria.
Grande en la imitacion que del reſulta,
A un al que atento mas ſu exemplo aduierte.

Omnia, quæ hucuſque dedimus, per initiales Characteres procedunt; demus aliquod, quod etiam colligat finales, & ne aliò cogaris, idem Vaticinium calamo liberiore exponamus.

CLXX.

EMpyrei aduentu Regis natura videtuR
Eructare faces. Iudex deſcendit OlympO
Exsūmo. Hunc ſanctí, hūc reprobi vidiſſe valebūT
Sydereis radijs redimitum, & luce coruſcuM
Terra timet. Monumenta virûm ſimulachra figuraE
Inuertuntur: iners tenet angor pectora: & illuD
Eximium ſcelerum ſolium cor (quando repentE
Sol ruit in tenebras, moritur Soror ardet, & ætheR
Vruntur montes, nec proſunt nauibus vndaE
Soluitur, hæret, hiat; caret omni lumine: ſenſV
Gymnicus hoc horror, ſpoliatque, & donat, vt æQ
Nocte, æquèq; die tremat, vt Lynx cæcus, & almI
Ante pedes anceps ſubſiſtat Iudicis. IlluD
Tunc lignum, vitæ pretium venerabile, CoſmoN
Viuificans, dulci pandetur in aëra motV
Sparget aquam dulcem, diuinis fontibus hauſtaM
Quà Sanctos recreet, reprobos ſubmergat, OlympI
Vernantis Princeps. Nomen ne dulce requirE
Einſdem, quoniam clauſum eſt his verſibus illuD

Prodijt hoc anno 1662. S. Ioſephi Hymnographi MARIALE. Illud olim græcè cōpoſuerat Vir pius, & omni metrorum genere exornauerat; & Acroſticho artificio fluens recreat, & inſtituit Lectores. At ſum aridus, inquis, indeuotus, & ſpirituali dilectione non pungor, nō moueor, non delector. Audi Ioannem Magnę Dei Eccleſię Diaconū, qui in eiuſdē S. Ioſephi vita ſic inquit. *Eſt quiſpiam rigidus, ac durus, atque ad lachrymas effundendas ineptus? Suauiſſimas melodias à Ioſepho ſcriptas in Virginem, ac Dei Matrem, quæ ineffabiliter Verbum concepit, aſſiduè legens, & decantans, lacrymarum maria lenis oculis effundet, & mente colliq; factus immateriali ſenſu ſpiritualibus compunctionis delicijs perfruetur. Hæ autem melodiæ ſexcentæ ſunt, quæ ab eo varijs commutationibus, & ſonorum conciſionibus, varijsq; Rythmorū differentijs compoſitæ, dulcedinem quodam modo: atq; odorem ſuauitatis aromatizant.*

Scripſit ſub Leone Iſaurico Iconomacho, & ab illo vſq; tempore à Græcis legebatur cū fructu: vt autem Latini etiam eſſent participes, illius Hymnos Marianos R. P. Ludouicus Marracius in Latinum ſermonem conuertit. eiuſq; Germanus Frater, nempe R. P. Hippolytus, Vir hodie celeber, & ob Marianos libros omnibus notus charuſque, vt ſingulorum aduerſus Deiparam deuotionem intenderet, publicauit.

Simili arte ſunt multa Michaelis Raidi poemata. Floruit ſub annum MDLXX. & Saxonica, Haſſiatica, & Herſfeldenſia Inſignia ingenioſo carmine incluſit; quod alibi poterit legi, Condidit etiam Epigramma de nomine IESV, quod in gratiam mei Lectoris ſubſcribo.

I nter cuncta micans | *I gniti ſydera cæl* | *I*
E xpelli tenebras | *E toto Phœbus vt Orb* | *E*
S ic cæcas renouas | IE | *S* | VS | *caliginis vmbra* | *S*
V iuificans ſimul | *V ero præcordia mot* | *V*
S olem Iuſtitiæ | *S eſe probat eſſe beati* | *S*

A Gnato ad Matrem neceſſarius eſt tranſitus; non enim ſine Matre, nec Mater ſine Gnato eſſe poteſt. Expreſſerat hanc fortè Apelles aliquis, & expoliarat Ieſu; at illa in ipſum cæleſtes has iras effudit:

Ne ſine Prole velis Pictor me effingere: pingi
Me ſine Me potius, quam ſine Prole velim.

Ergo; ne Gnatus à Matre, ne Mater à Gnato ſeparari ęgrè ferat, ſubijciamus hæc carmina, quæ dulciſſimo Gnati nomini, dulciſſimum parentis adſcribant.

M axima Lux Celi: M agnes diuine: profunda M
A d re Tellurem, S A ncti ſſima ſubrige Lun A
R egia ſis miſeris, M A R I A hæc per vaſta per æquo R
I mmenſum nobis v I a. Sis & ſorte labant I
A nchora cordi, animo h A erenti ſis aura ſecund A

☞ CLXXI.

IVſtus, & Paſtor, Abecedarij pueri, dum mori malunt, quam fidem Chriſtianam deſerere, Theologiæ altiſſimæ periti ſunt. Martyrio coronantur Compluti, & hodie celeberrimo Templo honorantur. Ibi etiamnum videtur lapis, in quem proiecti ſunt: ſudat liquore ſuauiſſimo, quo fideles in plurimis morbis iuuantur. Illos anno 1648. Cæſareus Fuſchus Romanus celebrauit his numeris.

SANCTI IVSTVS, ET PASTOR
Anagramma purum.
TOT CASVS SVPERANT ISTI.

S tringunt imbelles artus fera brachia, garri T
A rs inimica Deo perdere corda dol O
N on facies eſt vna necis renouata reſurgi T
C rux, tormenta ſuper mi[illegible]a, mil e dat hi C
T entat blanditijs, ferro, face, verbere Auern A
I mpietas mentes ſ[illegible] citare pia S
I nſurgit diro lictor certamine vult V
V ibicique addit vulnera mille modi S
S artago feruet plumbo, pice, ſulphure, oliui S
T etra venena vomunt lubrica monſtra lac V
V rſus, Aper, Tygris taurus leo, & innumera P
S epta furunt ſtimulis amphiteatra fera E
E recta crates, mucrones, tela acuuntu R
T otaque vis Ditis monſtra vocat ſtygi A
P aſtor nil trepidat, Iuſtus nil extimet agme N
A rmatum Infernum, funera nulla timen T
S ed virtute pari, morte omnia vict I
T et caſus ſuperant iſti ineundo Polo S
O rci perdomito, inuictum Par, Hoſte triũpha T
R egis, & hoc Superi ſuſcipit Aula Pol I

☞ CLXXII.

ἈΚροστιχὶν ſimul, & Μεσοστιχὶν interdum, vt ſuperius vidimus Poëtæ laureati componunt. Reuerendiſſimus P. Eugenius à S. Ioſeph, ex Carmelo Excalceato: Viennæ Concionator Cæſareus: Vir doctiſſimus; ante annos multos ingenioſas Theſes defendit Neapoli, in quibus ſex flores expendens, & dilucidans totam Logicam complexus eſt. Flores Dialectici, quibus vſus fuit erant iſti.

T ulipa verſicolor, & pulcher.
H yacinthus expallens, & querulus.
O thona, flos purpureus, & odorus.
M oſchatus micans, & ſenſum irritans.
A marantus immortalis, & nũquam marceſcens.
S abeus ſauus, & mollis.

Si illos tempeſtiuè vidiſſem, poſuiſſem in ſeuerâ argumentandi Methodo, vt doceretur Philomuſus etiam hortus, & tempe ſcholaſtica ſcribere, & defendere. Habent etiam ſcholaſticæ ſci[illegible]ntiæ ſuas Charites, & Dialecticæ ſpinæ ornatæ floribus, & roſis à viris eruditis trad[illegible]: non enim Eloquentia inimicatur Philoſophiæ, nec Gratiæ exulant à Theologia. Plurimæ in Scholaſticis mei Eugenij Meditationibus paſſim leguntur: at modò è multis, quæ vnica pagina præſefert, hoc placuit ſcribere.

HEXASTICHON.

T otus florigeris ſer T is bi S Thomas abunda T
H ortos Carmeli luſtrans H i c A liter, vt Henoc H
O mnia Ibera iſti c O m M iſit florida tut O
M ox habitura dape M , d O ctorum Pallas amãtu M
A mbroſij flores pr A ti t H emiſtica ſenſ A
S unt; diadema dicat S tella T um floribus iſti S

Ioannes

☞ CLXXIII.

IOannes Alſtedius *in Encyclopediæ ſuæ lib.* 10. *ſect.*4. *cap.*5.§. 2. agit de Acroſtichis, illamque exemplis curioſis illuſtrat; è quibus vnũ, aut alterum deligo, vt Metametricam hanc ditiorem, & pulchriorem reddam. Et quia à Ioue principium ſumendum eſt, nos à dulciſſimo nomine IESV incipiamus.

I eſu parentis optim I
E s Virginis caſtisſima E
S ubolesſe, & tuere no S
V s cernis à quouis ſit V
S epimus hinc, & hinc mali S

Hæc Achroſtichis eſt Chriſtiani Bichmanni: & Michaelis Râidi ſubſequens.

I Inter cuncta micans I gniti ſydera Cel I
E xpellit tenebras E toto Phœbus, vt orb E
S ic cæcas renouas Ie S us caliginis vmbra S
V iuificanſque ſimul V ero præcordia mot V
S olem Iuſtitiæ S eſe probas eſſe beati S

☞ CLXXIV.

SEdulius laudum Chriſti, & Deiparæ pientiſſimus, & erudit iſſimus preco, dignus eſt qui à nobis celebretur, & honoretur. Multi illum antiqui dilaudarunt, at me impræſentiarùm iuuant, qui Achroſticham methodum ſectati ſunt.

S Eedulins Domini per culta noualia pergen S
E n loca conſpexit multò radiantia flor E
D iſcurrit per prata libens, quo gramine Daui D
V idit diuino modulantem carmina cant V
L audato pſallente viro refluit cithara me L
I lle vbi grandiſoni captus dulcedine plectr I
V ttur & celeri graditur per lillia paſſ V
S acratoſque iterum latè conſpexit amœno S
A eternâ Chriſti fluuiôs, quos abluit vnd A
N ec paſſus torpere diu doctoris acume N
T unc ſua Dauidico delectu plectra popoſci T
I rrita polluti contempſit nomina mund I
S igna Crucis fronti ponit, breuiterq; triũpho S
T angit, Chriſte, tuos, numeroſaq; prælia liba T
E rgobis dum vario decorat ſua rura color E
S iabunt hi gracili docti teſtudine verſu S

Hæc Acroſticha ſunt à Liberio, Poëta claro compoſita; addamus alia ſcripta polito ſtylo Beliſarij.

S edulius Chriſti miracula verſibus eden S
E micat, inuitans paruæ ad ſolemnia menſa E
D ignum conuiuam, non hunc qui carperet illu D
V ix quod nobiliũ profert triplici aula parat V
L atum quod ponitq; ſub aurea tecta tribuna L
I n quo gemmiferi, totq; aurea vaſa, caniſtr I
V inida pro modico portant ſibi gaudia vict V
S ed quod olus vile producit pauperis hortu S
A c poſt delicias properant, qui ſumere magn A
N ituntur paruum miſerorum ſpernere germe N
T utũ quod nihil eſt. dũ nil cũ ventre tumeſci T
I nſidias, membriſq; mouens, anima tuent I
S i tamen his dapibus veſci dignatur egeni S
T emnat diuitias animus, pauciſq; quieſca T
E xẽplo aſſũptus Domini, quia millia quinqu E
S emotis cunctis, modicis ſatiauit ab eſci S

Prodùcuntur à Georgio Fabritio, & poſt eum à Gaſpare Barthio *libr.* 53. *cap.*5. & tandem à Ioanne Alſtedio citato: qui & duas Virgines Acroſtichis verſibus celebrat, videlicet eruditiſſimam Annam Palantiam, & Ludouicam Saracenam Hebraicè, Græcè, & Latinè peritam.

Huc conducere poteſt Epiſtola, quam olim ad amicum, qui totus Aſtronomiæ deditus Vraniam quà Parnaſſi Deam videbatur negligere, eo fine ſcripſimus, vt fine nobiliorum ſcientiarum detrimento illum ad ſuauiores literas inuitaremus.

☞ CLXXV.

OMnes Muſas reſidere in Parnaſſo, & eſſe Rhythmorum, & Metrorum Deas, tota tenet Antiquitas, à quâ nemo doctus recedit. Inter alias recenſenda eſt Vrania, Cæli Antiſtes, & Aſtrorum Interpres, quam colis: illa igitur & ſyllabas, & ſtellas metitur. Patere igitur, vt Aſtronomica tua ſtudia tantiſper interpellem. Et ex regione æthereâ, iu quâ Solis, & Lunæ motos ad nouas reducis hypotheſes; & Satellitium Iouis nouis lineis circumagis, te in Parnaſſum penitiorem conducam; dicamque,



S alue. Sis fo E lix: ſis terque, qua T erque beatu S
A urora ſ O boles; S plendidiore ſtil O
E rronum F lammas pingis, m E tiris Olympo N
N ecnon e X celſum pa N dis ab orbe polo N
A lter Ar I ſtoteles viua S per ſæcula long A
M ultiolici L auro t E mpora cincta gera S
R egales fu E rint iam de Iouis ar C e triumph I
E t tibi ſerta p O tens cand I da texat hono R
P erpetuo F ælix faueat tibi L umine Apoll O

Vt doctis oculis carmina noſtra legas.

Et quidem non tam in illis pompam, quam artificium, & innumeras transfigurationes reperies: quas imitabuntur eruditiores calami, & nobilioribus exornabunt exemplis. Tu interim viue, vale, &c.

☞ CLXXVI.

IN P. Eugenij de Sancto Ioſepho Panegyrico, ad laudem Ferdinandi III. recordationis optimæ ſcripto, quod *DoLorIs, & honorIs CaſtrVM* dici voluit, *pag.* B. 2. inter alia æternitate digna Acroſticha ſequẽtia reperies.

C aſtalides flebant C ùm Caſtrũ mente videbãt
A lternìſque Choris A n ſunt hæc Caſtra doloris
S icut Mæroris S truere eſt à Cæſare moris?
T alia quærebant, T emplũq; & Caſtra ſtupebãt.
R urſus dicebant, R urſuſq; Dolore tacebant.
V na, ait, vt noris V era hæc sũt manta Honoris
M uſa hæc, horroris, M uſa illa vocabat Amoris,
D ũ ſcire ardebant H inc Muſæ iurgia habebãt;
O date iam flores O mittite verba ſorores.
L ongo Auguſtorũ N um cernitis ordine Auorũ
O rtũ, & ſplẽdores? O ſtendunt Caſtra labores
R egum inuictorũ. R ex ô Fernande tuorum,
I ſti Fulgores. I ſter tu in fine perores,
S unt & Honorum S unt Caſtra hæc monumẽta
[Dolorum.

Verſus omnes diuidit Pentemimeris; & priorum hemiſtichiorum initiales *Caſtrum Doloris*, & poſteriorum, *Caſtrum honoris* exhibent.

☞ CLXXVII.

ET in eodem libro *pag.* H. 2. Nomen Auguſtum Ferdinandi celebrat Parnaſſus His verſibus.

At tu quid patula dudum meditaris in vmbrâ
Phœbus ait: (Vates arbore nixus erat.)
P*auca inquit fagi hæc in cortice falce notaui*
Carmina Fernandi nil niſi nomen habent.
Sponte ſuâ ad numeros Fernãdus venit, & huius,
Quidquid conabar ſcribere, nomen erat.

Fernandis	Fati	Fuerant	Felicia	Fila
Et Cloto	Erraui	Excindens	Exclamat,	Eheu!
Rupit Rex	Romane	Ruis	Rurſuſne	Ruinam
Das Dea Dira?	D V O S	D I V O S	Delere,	Domumq:
Inſignem	Intentas?	Inuicta eſt	Ignibus	Illis
Nunquam	Nutabit	Nec Nomen	Nocte	Nigreſcet
Aut fama	Auſtriacorum	Aquilas	Aſcendere	Ad Aſtra
Nigra nequit	Nemeſis	Nullique	Negare	Nerones
Dum moritur	Dominus	Dudum	Deiecta	Dolore
Viue, Vienna.	Vides?	Victorum	Viuida	Virtus
Sic ſolium	Semper	Solis	Sic Sydera	Scandit.

A la pianta io riuolto
Parlo così con lagrimante volto:
Se mai del mio dolor pietade haueſti:
Tà, che nel verde tuo Fernando reſti.
Si che le tue da me ſegnate ſpoglie [Teſti.]
Dopo, che haurò depoſto il mortal velo.
Sian teſtimoni ancor de le mie doglie.
Creſci, ed innalza vn ſi bel Nome al Cielo
Quel, che i fogli non pon, faccian le foglie,
Quel, che non può il mio ſtil, faccia il tuo ſtelo.

Grata

Grata mihi, Vates, tua Carmina dixit Apollo,
Carmine Fernandi creſcere Nomen ames.
Creſcite io trunci, Fernandi Nomina creſcẽt,
Quãuis vix, quo plus Gloria creſcat, habet.
Quid video vario tutilare emblemate Caſtrũ?
Signa Doloris erunt, ſigna & honoris crũt.

☞ CLXXVIII.

PRoduximus Miſoſtichum de Cruce compoſitum à Rabano, & à Viris claris dilaudatum: nunc hoc Poëma ſubiungo, quod ſimul Acroſtichum, & Miſoſtichum eſt.

O	Crux excellens toto	O	dominaris Olymp	O
C	œlcſtes plebes, &	C	larus acceptus illi	C
R	egna regenda poli C	R	ucifixi munus, & ardo	R
X	ndique te almificat t	V	beus cum ſanguinis vn	V
X	riſti quapropter e	X	rcge vocabere tu du	X
D	um inhumana tibi ex	Q	iris diuinæque taſt	V
V	nius altitroni de	V	oto in laudis honor	E
X	riſticolas ſocias,	A	c ſacro famine viua	X
M	ultiplices laudes	E	n das à culmine Cæl	I
I	n terris cantus quo	S	offert orbis, & exu	L
S	anctificat mundus	V	entus pontus & ſiic ſo	L
E	xaltat iubilans cum	M	ontibus: arida cant	V
R	ura canunt Stellis	M	otu tu carmina dona	S
O	rius, & Stellis aqu	I	lo ſic auſter & aut	A
L	ætitiam Regni ten	E	as quod lumine lume	N
A	lta poli pandas con	S	ignes numen & iſti	C
T	anta des dona diſpen	N	ſans, qui omnia feci	T
O	Crux, quæ Chriſti es car	O	bencdicta triumph	O
Q	uanta tibi dederat	T	antorum factor amor	E
V	inificantis enim d	O	ne deus ipſe paraui	T
E	t benè te extulerat	D	ire ne dicere pupu	P
R	ancidus is valeat d	E	ceptor dux, & iniqu	I
E	xemptam riſit præ	D	am qui lucis ab æthr	A
D	etruſam diu volu	I	t punire necando hi	C
E	n pia Crux Domini	C	antus, qui pio Muſ	A
M	agnificare valet	A	ntam te, & dicere fa	X
P	ulchra nites cultu	T	e viſu gloria cingi	T
T	ayus dira fugit cal	A	mus, ſed pinus honor	I
I	nclinam humiles e	T	Cedros myrra mclit	O
O	lfactum pauitant na	R	dus & mira cupreſſu	S
M	aſtixtus gutta amm	O	mum balſama bidell	A
V	ictæ maieſtate ſu	P	er ſua vota ferunt t	E
N	omine tu aſperior m	A	ior virtute pijs ho	C
D	onas, cum mercede me	E	nt Chriſti ante Tribuna	L
O	Crux quæ cogis rupt	O	plebem ire ab Auern	O

Omnes verſus habent 25 literas: primam, mediam, vltimam: & inter primam, & mediam ſedecim: & inter mediam, & vltimam etiam ſedecim.

Et hic notandnm Authorem hîc, & alibi ſibi indulgere, vt diphthongos *æ*, & *œ* interdum ſumat pro vna litera, & interdum pro duabus: licet enim ſint monoſyllabæ ſæpè à viris magnis (& vt aliquem nominem ab Erycio Puteano) calamo diſſoluuntur: & coniunctionem, *que*, interdum recipere, vt tres literas, interdum verò, vt vnicam. Acroſtichis prima dat hunc verſum.

O Crux, Dux miſero, lateq; Redemptio Mundo.

Vltima hunc

O Crux, vexillum, Sancte, & pia cautio ſaeclo.

Et Meſoſtichis, quæ octauas-decimas verſuum ſingulorum literas intercipit, reddit hunc.

O Crux, quæ ſummi es noto dedicata tropaeo.

Et hîc φ Græcum, quam multi volunt eſſe F, alij PH, iuſſit eſſe P, ne numerum diceretur

 excedere

excedere . Vocem nonnumquam Chriſtus ſcribit more Græco ſic Xρς Xρ̃ς & iubet triliterarum eſſe, vt vx verſu decimo-octauo colligitur.

{ℨ}{ℨ}

☞ CLXXIX.

Liberiori ſtylo eſt Tabula ſequens ſcripta. Verſus non ſunt iſogrammi, ſed quia eloquenti calamo, & in funere Optimi Cæſaris Ferdinandi III. compoſita huc poni debuit.

A	n Morti, an Marti tr	A	dis Vexilla Vienn	A
N	empe tuum nec Mars Fer	N	nde, nec inuida Nome	N
M	ors potuit delere	M	icat ſuper aſtra ſerenu	M
A	uſtriaci Solis iubar.	A	uguſta, ardua Fam	A
R	es canit Auguſtas Fe	R	nandi, Maximus Hecto	R
T	eutonici Imperij, fui	T	Heu! fuit. Omnia vinci	T
I	ndomitum fatum; V	I	rtus, ſed neſcia vinc	I
A	uguſtos Vit	A	cogunt decedere Fat	A
N	è magno ingenio Salomon,	N	ce Robore Sampſo	N
M	ortem effugerunt.	M	agne ò Fernande Trumphu	M
O	rnant Iſtriades tibi. i	O	! vexilla ſub Alt	O
R	eſplendent Caſtro,	R	utilat Crucis vndique fulgo	R
T	errori hæc Marti eſt,	T	errori Crux quoque Morti es	T
I	n ſigno hoc Magni eſt v	I	ctoria Conſtantin	I
T	er Martem hoc ſigno	T	repidantiaque agmina vici	T
R	exque Triumphator Mo	R	tis fruit è Cruce victo	R
A	n Morti an Marti tr	A	dis vexilla Vienn	A
D	um hinc dubitas, iuſte	D	ubitas. Cruce fulgida numqui	D
I	nuicti Conſtantin	I	hæc vexilla? Triumph	I
S	igna hæc Fernandi	S	upetauit prælia Marti	S
V	exillo hoc: cingat	V	irtus pia tempora laur	V
E	t Martem, & Mortem	E	vicit Magnus Pietat	E
X	erxes Auſtriacus. ve	X	it de funere Victri	X
I	uſtitia inuictum mer	I	tò ad Capitolia Olymp	I
L	atè hinc Imperium il	L	uſtrat: Mors horrida iam ni	L
L	ucentem exterret: Cæ	L	o micat Auſtriacus. So	L
A	r quibus eſt Armis tant	A	hæc victoria part	A
V	idimus, & Mortem ſ	V	perantem Solis in Ort	V
I	n Signo Crucis, & v	I	ctorem ad ſyderra ferr	I
E	Cruce, Iuſtitia, & Pi	E	tas, pendente Bilanc	E
N	ectebant Laurus ſple	N	debatque vndique Lume	N
N	empe tibi eſt dubitare	N	efas, cernens Crucis ome	N
A	n Morti, an Marri tr	A	dis vexilla Vie nn	A

☞ CLXXX.

Placuerunt Viris doctis, & præcipuè Scaligero Rabani Mauri Monachi Benedictini carmina de Sanctâ Cruce, quæ diuerſas imagines præſeferunt. omnes tamen ad Crucis formam compoſitas. Aliæ ſunt multò difficiliores, ſed tertiam-decimam, vt Typographi capacitati etiam exempla attemperemus, ſuo loco ſubſcribemus, quam & dedit Cardanus, Heluicius, & Bachmannus.

Multa id genus reperiuntur paſſim in varijs libris Acroſticha: multa ad Diui Matthiæ Romanorum Imperatoris laudem fuerunt compoſita à diuerſis ingenijs, quæ Bernhardus Prætorius, Reipublicæ Norimbergenſis Syndicus collegit, & typis iterum promulgauit.

☞ CLXXXI.

Scribit Romæ P. Athanaſius Kircher, S. I. ingenio politiſſimo præditus, qui literariũ orbem libris illuſtriſſimis nobilitauit. Illi ante multos annos Ego hoc Epiſtolium ſcripſi

ſcripſi, quod materiæ ſimilitudo in memoriam, & ſtylum adducit.

In laudes (Vir Magne) tuas diffunditur Orbis.
Carmina decantant Phœbi; nam culmina montis
Caſtaly facunda colunt iam plurimi; & omnes,
Vt celebrẽt tua ſcripta, ſua, inſtrumenta reſumunt.
Dicitur, & reſonare Tuas chorus ipſe Sororum
Eximias laudes, ſed dicitur: Ipſe virilis
Perpetuas calami laudes committere nolo
Fœmineæ linguæ, quoniam, quem fœmina laudas,
Hunc eras inſtabilis lacerat, condemnat, inurit.
Ergo ego ſincerum demonſtraturus Amorem
Grande tuum paruo decanto carmine nomen;
A Te principium quod ſumens, deſinit in Te.

A Arma mouet Miles: Phyſicus clara aſpicit aſtr A
T erram cognoſcitq; Geometra; Nauita Vẽto S
H æc alij. Sed tu metiris Sydera Cæl I
A rma Elementorũ & Pacẽ (mirabile dict V)
Z oſcis Aquas, vẽtos, Ignes, imò omnia ſolu S

☞ CLXXXII.

CLariſſimi D. Lucæ Lancellotti carmina plura inferius ponemus, habet enim ingenium fœlix, & pulcherrima condit. Hoc Acroſtichum Pijſſimo, fortiſſimoque Patriæ, ac Libertatis Aſſertori Leopoldo Auſtriaco, fœliciter è Caſtris reduci, ob M. E. Ob. C. S. conſecrabat ipſis Saturnalibus anni MDCXLVII.

D VX VIrtVte tVâ CaſtaqVe faVente MInerV A
I VoreM eXterrens, DIo paX aVrea VVLt V
E XleX InDIXIT reDIVIVIs fœDera beLgI S
O MIne fVLta fIDes, eX qVo LeX, faſqVe reſVrgVn T
P VLſa reDVX pIetas, aVLæqVe affIXa MoratV R
O VInDeX gaLLos Vt Vana aD Vota reDVXt I
L VX, patrIæque ſVpreMa ſaLVS, DeVotaqVe VIt A
D VCtor LaVDe noVa, sIVe hVc ſeV fLVCtVat ILLV C
O beLgVM VIrtVte Leo, DVX aVſa IVVat O

Singuli verſus exprimunt annum 1647. quo hoc Saturnalitium ingenij munus Sereniſſimo Principi conſacrabatur. Sed de Cronicis agemus inferius.

NOTA.

SIcut per initiales, & finales Acroſtichis, & per medias Miſoſtichis, ſic etiam ab angulis ad angulos, aut etiam aliter Muſis his Genij ſubordinati, arte varia procedunt. Intercrũt curioſitatis Metametricę Rabani Mauri ex Monacho Benedictino ad Moguntinum Archiepiſcopatum euecti laborioſæ veriùs, quam ingenioſæ Tabulæ, quæ recudi deberent, ne multiformi hinc orto carmine priuaretur poſteritas. Multa ſimilia etiam Pegmata conformauimus nos, antequam ſtudijs melioribus præpediremur: multa etiam olim amici noſtri, & condiſcipuli ediderunt, quæ ob oculos habeo, & hic exprimerem, ſi idoneos Sculptores haberem. Interim, qui non omnia exhibere poſſum, quæ volo, ne Philomuſi inſtitutione careãt, Tabulam vndeuigeſimam propono, quam ſi imitari velint, varios facili negotio poſſint conſtruere Labyrinthos. Hunc nunc addo.

I	*N Cruce, dum ſolamen habes dùm æterna mereri*			S
Præmi-a te-	N	*demus duplices ad ſyder*	A	*palmas,*
Vt te implo-remus.	C	*laris-ſim*	E	*Martyr: Olympi.*
Artificem, Rectorem-que o		R	*a, ne Dæmonis aſtu.*	
Præpediamur. opem	D	*abit*	V	*nio nobilis almo*
Sangui-ne pro-	N	*obis, qui fuſo Cæli.*	C	*a regna*
A	*dſeruit, meruitque Viris Morta-libus ipſ*			E

Scripſi illud olim ad S. Andreæ Apoſtoli Sanctiſſimi gloriam, & ad memoriam D. Andreæ de Herrera, Ordinis noſtri Religioſi, S. Theologiæ Profeſſoris, mei optimi amici dum viueret, & quia mors amicitiam non terminat, nunc etiam in Cælis (ſic ſpero) amiciſſimi.

In Fer-

☞ CLXXIII.

IN Ferdinandi III. Cæſaris Optimi Maximi, & Hungariæ Apoſtolici Regis coronatione omnes Imperij Muſæ fuderunt curioſiſſima carmina: & tot Hungaricæ, vt in libro ſpeciali prodierint, qui à doctis legitur, & commendatur. Inter alia, quæ mihi ſummoperè placuerunt, eſt hæc *Μεσοςιχὶς*, quam vt caput hoc exornem exſcribo. In illâ enim, vt conſpicis, Crux eadem, quę Hungariæ honorat,& conſtituit Stemma Diſtichis ſelectiſſimis repræſentatur.

INclyte Rex, Procerumm con F *ert manus æmula coronam,*
Et Regni duplic E *m, dant Tibi Scuta Crucem:*
Allicit in gemmis ſplendo R *, diadema coruſcans,*
Sed mentem D *ubiam triſtia ſigna tenent.*
Sollicitum depone metum, t I *mor exulet omnis*
Flecte coro N A N D V S *colla tenella, caput*
Auſtriaca an renuet g E *neroſa propago labores?*
Victor in hoc ſigno Ma R *tius eſſe potes.*
Hanc modo, qui ſpenu N *t, ſanctam, fugiuntq; figuram,*
Hanc flexi recol E *ne tempore forte breui.*
Efficiet in S T V S R E X *hoc Tuus, optime (feruor*
Cùm, pietate, t H *ronum concomitante, premes*
Viue diu Rex Magne, di V *tua ſceptra gubernent,*
Atque diu exor N *et flaua corona caput,*
Floreat in noſtris multum G *ratisſima terris*
Aurea pax, creſc A *t Religionis opus*
Regia Maieſtas vi R *es acquirat in hoſtes,*
Sit plebs ſub ped I *bus ſeditioſa tuis.*
Tandem quem licuit vener A *ri in tempore Regem.*
Æternùm tand E *m cælica regna beent.*

VOlo hanc Muſam Elogio pulcherrimo claudere, in quo Reuerendiſſimus, & Eximius D. Carolus Thomaſius olim Dux Palmæ, nunc hic Romæ apud S. Sylueſtrum Clericus Regularis; Reuolutionem anni Septimi Pontificatûs Alexandri VII. Sanctiſſimi D. N. celebrauit. Quod quidem Acroſtichis accenſere debuimus; nam in eo

Pius Secundus, } *Pontifices*
Alexander Tertius, } *Maximi,*
Pius Tertius, } *Patriâ Senen-*
Alexander Septimus. } *ſes.*

Acroſticho artificio dilaudantur. Ad maiorem igitur Dei, & Apoſtolicæ Sedis gloriam, & D. Caroli Thomaſij noſtri in Chriſto, & Mariâ amici chariſſimi laudem, illud ob oculos Lectorum ponamus.

In

In
S. D. N.
ALEXANDRI VII.
OPTIMVM FELICEM FASVTVM,
DIGNVMQ; PONTIFCATVM
CVRIOSA OBSERVATIO.

Pij II. **A**lex. III. **P**ij III. **A**lex. VII. (1)
Quatuor Senenſium Pontificum (2)
Literis principibus neceſſariò conſtruitur. (3.)
Felix certè Quadrati Pontificis Omen, (4.)
Quod præclara illorum facinora ſatis probant (5.)
Viuat diù viuat diù.
SS. D. N. ALEXANDER VII.
Quo perfecta Pontificis Idea quadratur: (6.)
Gaudeat Ciuitas Senenſis,
Non amplius Romanorum Colonia, (7.)
Sed quadrati Romani Pontificis domicilium:
Gaudeat Roma,
Quod Lupa eius Senenſis (8.)
Non ſicut propria Tyberina
Impios Romulum, & Remum,
Sed lactauit Pios, Alexandros.
Gaudeat totus Chriſtianus Orbis,
feliciterque requieſcat
Sub ALEXANDRO VII. (9.)
Quod orta eſt Stella Chiſia
Petri Naui Cynoſura.
Requieſcat & in Montibus Senis
Sanctis à Beato Ioanne Chiſio (10.)
Sanctiſſimis à Fabio Chiſio nunc totius planè Orbis Beatiſſimo Patre (11.)
Et hac luce Aprilis VII.
Recurrente Pontificatus ipſius ALEXANDRI VII.
Anno VII.
Requieſcat, & iubilet, & cantet, & dicat:
Proſit, Proſit ad multos Annos
Beatiſſime ALEXANDER P. O. M.
Aliumque Mundi Orbem ſuis erroribus deplorabilem ſtudioſè conquire
Et ad veram Fidem conuerte, (12.)
Vt fiat vnum Ouile, & vnus Paſtor.
Ita ex corde, & animo vouet
E' Clericorum Regularium Familia
Don CaroLVs ThoMasIVs.

1. *De Notaricâ, ſeu Elementari Obſeruatione vide Sixtum Senenſem lib. 3. Bibliot. Sancta.*
2. *Senenſes Pontifices tantùm quatuor. Hierimberg.* Oper. Parthenico.
3. *Neceſſariò; quia nullum aliud verbum ſignificatiuum ex illis poteſt haberi.*

Aduerte

Aduerte etiam ordinem in numeris: nam primò ponitur Pontifex, qui habet numerum II. deinde III. tertium III. & tandem VII. & in numeris ternis præponitur Alexander Pio. Tum Analogicè, quia Alexander fuit prius tempore; tum Alphabeticè.

4. *Alludit ad illud commune Adagium* Quadratus homo, *ideſt* ſolidus, & perfectus, *vt latè explicat Aldus Manutius.*

5. *Pij II. præclara facinora, & futurorum prædictiones ſcribunt Brouius, Raynaldus, Ciocconius, & alij.*
De Alexandro III. fuſiſſimè ſupradicti citati Doctores: & Lucas Tudenſis Hiſtor. lib. 3. *ſcribit miraculoſam viſionem, quam de illius animæ gloriâ habuit Marcus Canonicus Legionenſis in Hiſpaniâ, eadem hora, quâ Alexander Romæ vitâ deceſſit: Vnde pios eius cineres, haud immeritò veneratus eſt Sanctiſſimus Alexander VII. in lapide, quem nuper in Lateranenſi Baſilica magnificè eius tumulo appoſuit.*
Pius III. in breui Pontificatu omnes Magni Pontificis virtutes, ac characteres expreſſit. Ex Ciaconio.
De Alexandro VII. in noſtris lucubrationibus nonnulla vtcumque libauimus, traduntq; innumera paſſim in dies hodierni Scriptores, quæ huc adijcere, & tranſcribere non eſt opus. Cuncti tamen omnia ſuis penè oculis vident, auribus audiunt, manibus contrectant, concipiunt cordibus, & maiora ſibi inpoſterum ominantur.

6. Quadratus *dicit maximam perfectionem, Vide Philonem* de Mundi Opificio.

7. *Ex Iuſto Lipſio, Tacito, & alijs.*

8. *Petrus Orlandius de vrbe Senenſi.*

9. *Alluditur ad numerum ſeptennarium, qui eſt numerus quietis, & pacis, vt fusè docet Penerius* in Geneſim, *qui numerus meritò conuenit Alexandro, in quo perfecta Idea Pontificis quadrata eſt, ſeu completa.*

10. *Beatus Ioannes ſuis virtutibus Domum Chiſiam ſanctificauit; illius vita habetur eloquentiſſimo æquè, ac diligentiſſimo, ac veraciſſimo calamo conſcripta à Reuerendiſſimo Patre Raymundo Capiſuccho Sacri Palatij Apoſt. Magiſt.*

11. *Fabius immaturâ ætate, immaturâ purpurâ, ſolâ maturâ virtute ad Sedem Apoſtolicam euectus fuit,*

12. *Alludit ad alium Mundi Orbem, quem Magnus olim Alexander lacrymans expetebat.*

MVSA III.

Per Syllabas, & Dictiones procedens.

☞ CLXXXIV.

ACROSTICHVS, vt hucuſque vidiſti, procedit per ſimplices literas: at etiam per ſyllabas, & dictiones poteſt. Acroſtichis ſyllabaticæ exemplum inuenio apud Ioannem Alſtedium Encyclopædiæ *lib.* 10. *ſect.* 4. *cap.* 5. §. 22. vbi hæc carmina Balthaſaris Bonifacij producit. [Hoc Author Poëma *Cubum* vocat, ſed nomine abutitur, vt ſuo loco euidenter oſtendimus.]

VR	*aniæ Cælo nequeat offundere nu*	BEM
HE	*roi nequeat tanto ſe oſtendere du*	RAM
FA	*torum Dea magna potens, quæque omnia vin-*	CIT
MA	*ieſtas velit huic faciem præbere beni*	GNAM
SVM	*mittatque viro faſces, cui ſeſſio pri-*	MA,
VIR	*gaque prima data eſt: à quo reſponſa Sena-*	TVS
SVM	*ptuus meliora negat ab Appolline pro*	MI.
VI	*ribus huic toties faueat. ſtabiliſque vide*	RI
CV	*ret in hoc ſaltem: blanda huic ſit ſemper, & e*	IVS
NO	*lit ab amplexu diuelli Forsbona. Iu*	MEN
OR	*ba oculis, tandem videt ac Venetum nihil Vr*	BE
MA	*uult proque, globo cubum pede calcat, & hu*	IVS
NVL	*latenus volet illa baſim liquiſſe, nec vl*	LVS
CA	*rior eſſe locus poterat; quo ſe ipſa rece-*	PIT
CV	*ra Iouis, Veneris properans aſſiſtere re*	BVS

Si Syllabam primam, & vltimam verſuum ſingulorum colligamus, reperiemus hoc Lēma.

Vrbem Heram facit magnam Summa Virtus Summi Viri, cuius nomen Orbe maius nullus capit Cubus.

Eſſet pulchrius, ſi priùs ſyllabas primæ columnæ, & poſteà ſyllabas ſecundæ colligeremus. Conſidera ſequentes lineas.

Scriptæ ſunt olim Pragæ vt tria ſerta (ſic tres de Immaculatâ Deiparæ Conceptione Elegias denominare placuit) comitarentur, & Reginæ Angelorum dicarent.

A	*liger ætherens dum Te Benedicta ſalut*	AT
VE	*cors, qui fueram, Tibi nunc, carmenq; moloſ*	QVE
MA	*iorum exemplo voueo: meliora tuliſ*	SEM
RIS	*cus ſi Phœbi patuiſſet. Suſcipe ſem*	PER
STEL	*lato in ſolio reſidens Metra, quæ tibi nunc*	VIR
LA	*uit qui lachrymis ſe, offert. Deitatis ima*	GO
DE	*me Animæ maculas ſqualenti crimine ru*	FÆ
I	*bo tuo. Princeps armatus nomine fæ*	LIX
MA	*rtis ad armiſonas acies, nec fulmina Par*	CÆ
TER	*rebunt animum, Chriſto quem conſecro So*	LI
AL	*tior Empyreo, laudat quam Muſa tricor*	POR
MA	*terno affectu tria, quæſo, hæc accipe ſer*	TA.

Circa Syllabas adnoto, vltimam primi verſus poni AT, & primam noni MA; at poſtularet rigor, vt ibi TAT, & hic MAR poneretur. Verſum ſeptimum claudit vox *Rufæ*, vnde in deſcenſu Acroſticho *Fælix* ſcribitur per Æ, cum per OE, (aut E fortè) deberet. Sed huc nos inuexit neceſſitas, non enim eſt dictio in Theſauro Latino, quæ deſinat in FOE. Color rufus, ſeu ruber peccatis accenſetur in Biblijs, *Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt* &c. Ad labium veterum Gentilium *Riſcus* theca erat, in quâ Vates libros Oraculorum conſeruabant: erat coreo, & non ſine miſterio, obducta. Agimus de Marte, & Morte, quia ſcribebamus in Ciuitate obſeſſa, inter timpana, & arma. Geryon Hiſpaniæ Rex *tricorpor* dicitur. Silius *Geryonis peteret cum longa tricorporis arua*; inde Muſam *tricorporem* diximus; quia tria Poëmata diuerſa, quibus Diua coronaretur, dictauerat.

☞ CLXXXV.

VT per ſyllabas, ſic etiam per dictiones proceditur. Pono exemplum.

CHRISVS homo atque Deus, pro nobis (mens pia crede)
VICTIMA fit nobis gaudia dia parit.
PRO INIVSTO iuſtus, pro crimine criminis expers,
OFFERTVR Patri victima: victor erit.

Vnde, ſi primas dictiones excerpas, leges, CHRISTVS VICTIMA PRO INIVSTIS OFFERTVR. In tertio Poëta Carmine ſibi indulſit, vt duas dictiones ſumeret, cùm vnam deberet. Vt ergo meliùs ars innoteſcat, addamus dictionariam Acroſtichin, quā extemporaneo olim calamo ad laudem D. Angeli Manriquij, mei Magiſtri compoſui.

Angelus *ingenio veteres illuſtrat Athenas,*
Europæ *Lyceos doctrinæ luce decorat.*
Splendor *cum Phœbi radys Cæleſtibus ornat.*
Per *varias illum regiones Fama celebrat,*
Sæcula *dant laudes, & clamat Mundus vterque*
Viuat, *& ingenij radijs illuminet Orbem.*

Et Dictionaria Acroſtichis colligens primas verſuum ſingulorum voces acclamat.

Angelus Europæ ſplendor per ſæcula viuat.

Si fiat Epigramma, quod in vltimo verſu omnes Acroſtichis dictiones colligat, vocabitur ab Alſtedio συλλεκτικὸν & συναγωγικὸν & eiuſdem Epigrammatis forma ἀνατάληψις & ἐπισύλληψις vt conſtat ex exemplo ſequenti.

Relligio *decorat nos puro purior auro.*
Virtus *hinc ſequitur, lampas, honoſq; viri.*
Muſica *ſacra decet ſacros, quâ Ioua canatur.*
Iura *docēt homines viuere ceu homines.* [ornent
Sic Deus *almus adeſt. Ergo hoc agere te, vt ſimul*
Religio, Virtus, Muſica, Iura, Deus.

Poteris ſi volueris ſingulas voces, quas collecturus ſis, in fine ſingulorum verſuum collocare hoc modo.

Quis dabit, vt ſuperē triſtiſſima tēpora? Chriſtus.
Ecquid me ſtudij mole leuabit? Amor.
Quid facit & mūdi illecebras cōtemnere? Virtus.
Quæ mihi diuitiæ? Menſa *ſalis modici*.
Quis dabit hæc tanta, & mihi talia dona? Iehoua.
Quid dabit hæc eadem, ſed retinere? Charis.
O mihi contingat ſex iſta expendere ſemper:
Chriſtus, Amor, Virtus, Menſa, Iehoua, Charis.

Poteris etiam in medio verſuum illas ponere, vt facio in ſequentibus numeris, Ioanni Keplero Aſtronomo nobiliſſimo inſcriptis.

Arcadis *excurſus tabulis Keplere gubernas,*
Pingis & ouali vertice Martis *iter.*
Extollis Solem, *Veterum, quem deprimit ætas,*
Audes Saturno *tardo aperire viam.*
Circumfers Iois *inde faces: & cornua* Lunæ
Menſus es; & Veneris *cornua lege regis.*
Ergo à te laudem, ſplendoremq; accipit Arcas,
Mars, Sol, Saturnus, *cum* Ioue, Luna, Venus.

☞ CLXXXVI.

An Acroſtichis loquentibus ſeruire poſſit.

CAlamum reſpiciunt omnia hæc, quæ ad Appollinem, præſentem ſpectant: requirunt ſingula tempus, & reflexionem, vt conſiderentur, conſpiciantur, & intelligantur. Sed inquiris, An poſſis fieri Acroſtichis, quę non ſcribatur, & legatur, ſed tantummodò dicta, & audita ſeruiat?

Porrò labium poſtulat promptitudinem maximam, & tam in loquente, quàm audiente ingenium fælix, & autem ſecuram, & feſtinam. Interim non eſſet impoſſibile, vt te loquente Gnidio caram omnibus, ille ſingulorum verſuum primas (literas, ſyllabas, aut etiam dictiones) colligendo in tuæ mentis cognitionem veniret. Pono exemplum. Cydari Regiâ coroneris. Timeas à proditoribus; in Senatu coram omnibus ſis loquuturus; & tamen omnes ſuſpectos habeas præter Gnidium, qui cum confidenter diſcurris. Iubes illi, vt dum loquaris cæteris verſuum ille ſingulorum primas dictiones colligat, vt quid iubeas, aut deſideres, ſciat. Senatum ingrederis, & ais.

Seianum *imperio noſtro conceſſit Olympus,*
Infidum *vt Parthum magnâ virtute redundas.*
Cuſtodi *imperij grates ago; & impero cunctos*
Carcere *dimitti, qui ſuſpicione grauantur.*
Firmo *poteſtatem repetit, quam iure Cenatus.*

Omnes audiunt; Superbeſcit Seianus nouis fauoribus condecoratus concipiunt rebelles captiui nouam ſpem, Senatus nouos animos, & nihilominus cum obluditur ſingulis, ſolus Gnidius mentem tuam adſequitur: nam primas ſingulorum verſuum dictiones colligens, reſcit te ſibi dicere,

Seianum infidum cuſtodi carcere firmo.

Obedit. Seianum perturbatorem populi in carcerem ſecurum trudit, tuæ ſecuritati proſpicit, Remq;-publicam tumultuantem componit.

HAc arte ingenioſâ inſtitutus, primas verſuum ſingulorum dictiones in ſententiā ire, & illas ſolas colligendo mentem ſecretam loquentis intelligere iuſſit D. Petrus Calderon in Comœdiâ *El ſecreto a vozes*, in quâ Lauram Fredericus hanc Steganologicam loquendi formam docet Theoricam expreſſit his numeris.

FRED. Siempre que quieras Señora,
que de algo tu voz me aduierta,
lo primiera ſera hazerme
con el pañuelo vna ſeña,
paraque eſto atento yo
luego en qualquiera materia,
que hablas la primiera voz,
con que empiecas razon nueua,
ſera para mi; y las otras
para todos; demanera
que pueda yo iuntar luego
todas las vozes primeras,
y ſaber lo que me has dicho,
y a queſto miſmo ſe entienda
quando yo la ſeña diere.
LAV. Facil es la cifra y cuerda;
pero la dificultad
eſtà en ſaber entenderla,
y ſaber iugar las vozes
de modo que à todos vengan,
Por no errarlo vueluo a leer.

Exponit Ciphram Acroſticham. & vt audiens ſciat, an illa alter vtatur, an non; iubet vt ſudariolū extrahat, quod ſit ſignum ſteganographicæ loquutionis.

Primas dictiones loquens mihi, ait Fredericus, & alias cæteris. Et cur? Quia ille primas quaſcumque dictiones colliget & cæteras confuſo negliget.

Hanc Cifram eſſe facilem, & prudentem ait Laura: prudentem quia ſecura eſt: ná imprudenter ſecreta Ciphræ minus tuta confides. tam facilem, ſi calamo vtamur etiā ego crediderim. at, ſi lingua difficilem eſſe putarem.

Hanc artem, tametſi difficilem ad praxim enim redigenda erat labio (nam calamus nullam in eo reperit difficultatem) Laura profundè didicit: eâq; fæliciter eſt vſa, vt verſus ſequentes demonſtrant.

LAV. Pues

LAV. Pues ſupponiendo eſto; à ti
han de apelar mis offenſas
de atreuimientos de quien
mis altinezes deſprecia;

Iuxta concordiã inſtitutã extrahit ſudariolum, quo Fredericum ſigno admonet, ſe iam in ſteganographico per primas dictiones loquuturã.

Extrahit ſudariolum.
y por que ſepas la cauſa
eſcucha Señora *atenta:*
eſcuche tambien mi padre
y quantos contigo llegan,

Publice coram omnibus loquitur, nec intelligi ab illis poterit, qui cæcent clant.

que me importa, que no aya
ninguno que no lo entienda:
quando ya el ſecreto a vozes
digo que mi pecho encierra.

Fabius erat Frederici famulus, & ideo, quod famuli ſolent Floridæ, quæ ſciebat ſecreto, narrauerat.

FED. *Que aurá ſucedido Fabio?*
FAB. *No ſe, mas como no ſea*
En razon de lo que yo
he parlado a la Duqueſa,
mas que ſea lo que fuere.

Attendit, vt primas colliget voces Fredericas.

FED. *A ſu voz el alma atenta,*
pues vi la ſeña juntando,
yré las vozes primeras. (das.
ARN. *Proſigue Laura, que a guar-*
di Laura? no te detengas.

Incipit vti Ciphra Acroſticha Laura.

LAV. Flerida *cuya* beldad,
a con ſu ingenio igualado
ſabido *es quanto ha moſtrado,*
ya *mi afecto, mi humilidad.*
FLER. *Es aſsi, mas donde va*
tu voz, que eſto aduertir quieras?

Colligit primas verſuũ dictiones Freder & reperit. Flerida ha entendido ya. &c.

FED. *Las vozes dizen primeras,*
Flerida ha ſabido ya.
LAV. Que intenté Sacar Señora,
de a qui *mi aliuio, ay de mi;*
no *te admire, pues de aqui*
te auſentaſte, *aurà vna hora.*

Progreditur Laura, ſed claus. & regulã nõ vtitur religioſe, & exacte, nam aliquando vnicam, & aliquãdo duas voces excerpit a verſus initio, cum nonniſi vnicam ſemper deberet.
Colligit Freder.

ARN. *La voz, que lo diga baſte,*
lagrimas para que fueron?
FED. *Claras ſus vozes dixeron*
que de aqui no te auſentaſte.

Progreditur Laura, & iterum peccat in Regulam.
Aliter cum vxore, & aliter eſt agendum cum amata.

LAV. Y que *importa llanto tal,*
con *quien ofenderme oſa,*
tu dama *ſoy, no tu eſpoſa,*
ablaſte *Liſardo mal.*
LIS. *Tu fuiſte quien agrauiaſte,*
el iuſto amor de los dos.

Colligit iterum dictiones primas verſuum, quas dixerat Laura Fredericus.
Pergit iterum Laura, & iterũ in regulas Artis exorbitat.

FLER. *Proſigue tu, callad vos.*
FED Y que con tu dama ablaſte.
LAV. De que *ſe me aya atreuido*
muy *deſcortés, con accion*
zeloſa *y ſin atencion,*
eſtà *mi honor offendido.*
LIS. *Si vn papel leyendo va,*
y le rompe al querer velle.

Colligit voces ſteganograph. Fredericus.

ARN. *Hizo muy bien en rompelle.*
FED. De que muy zeloſa eſtà.

Progreditur illa.

LAV. *Mira lo que te apercibo,*

bien *puedo a qui morir yo*
en no *caſarme, y en no*
nonbrarme *ſu eſpoſa vino.*

In amantem interdum peccat, qui conqueritur: & interdum etiã, qui non conqueritur.

ARN. *Como podreys diſculparme*
eſſe enojo.
LIS. *Bien me afflixo, mirad,*
FRED. *Aora dixo,*
mira bien en no nombrarme.

Ex cauſis leuibus oriuntur interdũ graues difficultates.

LAV. Porque *necio deſcortes,*
quien *antes de ſer marido,*
anda *con migo atreuido*
contigo *que hara deſpues.*
LIS. *Que erré hermoſa Laura digo,*
mas mis zelos me diſculpan.
ARN. *Zelos ellos mas os culpan*
FED. Porque quien anda contigo
LAV. Es *juſto atreuerſe, di*
tu, *lo juzga a pedir zelos?*
mayor *no dieron los Cielos*
enemigo *para mi,*
y ven *ſeñor, aunque mas*
eſta *paſsion no te riegue,*
no he, *ni dia no llegue*
a ablarme, *ni a verme mas.*

Diffidentia aliquando ignem amoris remittit, aut extinguit.

ARN. *En tu enojo a de alcanzarme*
mayor parte a ſu caſtigo.
FED. Es tu mayor enemigo.
Y ven eſta noche à ablarme.
FLER. *Vos Liſardo aueys andado*
Con Laura muy deſatento,
pero de ſu entendimiento,
yo os dexaré diſculpado,
ya que contra vos han ſido
oy los zelos en los dos,
porque los pediſtes vos,
y yo porque no los pido.
FAB. *Gracias à Dios, que ſe fué,*
ſin hablar Flerida en mi,
Quedando ſeguro aqui,
Del chiſme que la parlé.

Colligit dictiones initiales ille.

LIS. *Valgame el Cielo, tan raro*
delicto ha ſido intentar,
Federico aueriguar.
quando en vn papel reparo,

Hic accuratius Lauræ Ciphra leges obſeruat.
Famuli ſunt quidam inimici domeſtici.

Lo que contiene el papel,
para moſtrarſe ofendida
Laura Flerida ſentida,
y ſu padre tan cruel:
dezidme aueys entendido
la ocaſion que a hauido aqui
para tanto eſtremo?

Colligit iterum dictiones primas verſuum ille.
Illa progreditur, & ſimiliter in regulas artis impingit.

FED. *Si;*
para mi bien claro ha ſido;
Laura de vos ſe ofendió,
por vueſtra deſconfiança
LIS. *Ay de mi loca eſperança,*

 que

que neciamente murio.

Tandem voces ſibi dictas ille colligit.

FED. *Ay de la mia tambien.*
FAB. *Seguro me conſidero.*
FED. *Iuntar lo que dixo quiero,*
ſi puedo accordarme bien,
para cuio efecto trato.

Experientia docemur rerum dilectarum picturas, & imaginibus renouari memoriã, intendi affectum, voluntatem iuuari.

por engañar a mi eſtrella
y penſar que lo oygo della
preguntarlo à ſu retrato.
extrahit Lauræ imaginem.
Bella imagen ſingular,
lo que dixiſte, que fue?

Omnia, quæ ſibi ſoli dixerat Laura, ſimul componit Fredericus.

FAB. *Retrato aora lo ſe,*
ya tengo mas que parlar.
FED. Flerida ha ſabido ya,
que de aqui no te auſentaſte,
y que con tu dama ablaſte,
de que muy quexoſa eſta:
mira bien en no nombrarme,
porque quien anda contigo,
es tu mayor enemigo, *&c.*

Et poſteà iterum vterque (Laura, & Fredericus) eadem arte vtuntur, vt conſpicis. Loquitur ille Fleridæ.

In querimoniæ genere, an ſit dicendus liberalis, qui libere loquitur, an qui prudenter tacet?

FED. *Tanta fue mas mi ventura,*
quanta mas la piedad fue
de vueſtro oluido, ſupueſto
que ſolo en las quexas es,
liberal el que las guarda.
FLER. *No entiendo el concepto bien.*
LAV. *Si me das licencia creo,*
que yo explicarle ſabre.
extrahit ſudariolum.
FL. *Si doy; de ſuerte le explica,*

Loquitur Laura iuxta Ciphram.

que el entienda algo,
LAV. *Si harè,*
yo, *que animo es generoſo*
eſtoy, *perſuadida el que*
muriendo *calle el dolor,*
de zelos, *pena o deſden.*

Quid dixerit reponit Fredericus: & iuxta eamdem Ciphram reſpondet.

FED. Yo eſtoy muriendo de zelos
dize, y la he de reſponder.
extrahit etiam ille ſudariolũ.
No *lo dudo, la mayor*
tienes, *entendida bien*
Laura, *la menor proſigue,*
de que *reſpueſta te de.*

Et Laura hæc ſolummodo verba.

LAV. *Si harè, o ſi fueſſe verdad,*
no tienes Laura de que, *&c.*

Sed vt rem fâtear, nimia ingenij viuacitas in Laurâ, & Frederico requiritur, vt iuxta Ciphram ſupradictam loquantur: & tota Calderonis Comœdia, vt paulatim legatur, quàm vt citâ linguâ proferatur, & aure feſtinâ excipiatur, aptior eſt. Illam perlegi iterum, iterumq; & Authoris ſtylum & eruditionem laudaui, at iudicio acumen, cui innititur præcipuus conceptus (nempe, Ciphra) dum ageretur in theatro, & à millenis audiretur, à paucis intellectum fuiſſe: & loquente Laurâ nullum cum Frederico, & loquente Frederico nullum cum Laura ſingulorum carminum dictiones primas collegiſſe mente, atque memoriâ retinuiſſe. Stat igitur hac eadem Comædiâ nullum potuiſſe frui, dum ageretur; ſed debuiſſe illam imprimi, vt omnes nouâ ſecretè vociferandi methodo ingenioſâ fruamur: Interim non dubito labore improbo, & exercitio aſſiduo difficultates omnes vinci; nam & noſtri pueri Ciphris difficilibus abutuntur interdum, & ſe mutuo intelligunt; quoniam ſub annum 1616. hæc erat Madriti in ſcholis communis, *Aſmapa, eſñape, iſnapi, oſuenpo, vſdraſpu* in qua collectis medijs ſyllabis, nam cæteræ otioſę ſunt, reſultat, *Mañana vendras*. Quid, ſi aliquis tribus amicis loqueretur, quorum prior primas, alter ſecundas, & vltimus tertias deberet ſyllabas colligere; vt ſi diceret, *Salmaa, detamar, roacos, mafranle, luecifpren, gocode*, quę vniuerſi audirent, & tametſi eſſet, vt verbis Calderonis vtar, *el ſecreto a vozes*, tres illi tantùm intelligerent, qui haberent clauim. Ergo primo diceretur, *Sal de Roma luego*: ſecundo, *Mata a Franciſco*, tertio, *A Marcos le prende*.

CLXXXVII.

NON ſolùm hic Apollo, ſed & vniuerſi Metametrici, ſuos habent hoſtes. Multi interrogant, *Cur carmina debent regredi? cur adſcendere, deſcendere-ue? cur circumduci? Cur à determinatis literis incipere? cur in tales, & nõ in alias cõſonãtias deſinere?* Illiſq; ego reſpõdeo ſimiliter interrogando, *Cur tantum ſyllabarum numerum, & non maiorem, aut minorẽ habere debeant?* Proderit audire Emanoëlem de Fariâ, Poëtam celebrem, nam in *Aganippes* Prologo, qui *Aduertencias* inſcribitur *num.* 19. à ſui calami, aut Artis Metametricæ verius inimicis inuaſus, ſic inquit.

ES Acroſtico aquel Poema, y eſto viene a ſer que con la primera letra de cada verſo ſe dize en cada eſtancia el nombre de ISABEL contiene ciento, y ſeſenta, y tres

eſtancias ſugetas a eſte rigor de hablar ſiempre atado a ſeys letras. Dixeron muchos que era coſa vana el auerme obligado a eſta difficultad. No ſaben eſtos miſerables, que (como quien dize poco mas de nada) cenſuran al Eſpiritu Santo, que por ieremias en ſus Trenos, y por Dauid en ſus Salmos, vsò eſte ingenioſo modo de eſcribir. Vsòlo la Sibila Eritrea en ſu Vaticinio; Sedulio en vn Hymno; San Damaſo en ſus Elogios: Enio, Segun lo refiere Ciceron; y deſpues tantos ingenios grandes, que es caſi impoſible numerarlos. Boniſſimos Nortes, luego, he ſeguido; ſi no creen los notadores, que es ventajoſa ſu luz. Preguntan, que paraque es tal habilidad, o de que ſirue el primero que les ha de reſpõder a tal pregunta, es el Eſpiritu Santo, i luego los otros Sanctos, i grandes Eſcrittores ahi nombrados. Mientras ellos no les dan ſus reſpueſtas, dare yo la mia. Nolo hyze ſolo por exercitar el ingenio; mas por attender a la Antiquedad, que tenia por gran teſtimonio de dolor, i deſeo, o ſaudade, el llamar muchas vezes a los difuntos por ſus proprios nombres. Pero como los Notadores no ſaben deſto palabra, i ſabẽ ſolamire de palabras, yo les doy mi palabra de que no hago caſo dellos, i de que sè que eſtoy echando caperuzas a la taraſca, mientras les echo eſtos diſcurſos. Dizen, que por acomodar las letras, repito muchas vezes vna miſma voz: i vſo de algunas eſtrañas, Deſtas quiero vſar di me libre voluntád, porque mis eſtudios me dan licencia para ello. Deueſe llamar couarde, el que no oſa introduzir algunas voces eſtrañas en ſu lengua, i ſingularmente de la latina; i ſabe poco, el que lo condena, como ſea contemplanza la introducion. De lo tocante a repetir las vozes, yo me obligo, que la que màs ſe repite no excede de ſeys vezes: ique fueſſe doze, no es mucho en mil verſos ordinarios ſin eſte rigor, quanto mas conèl. En otras tantàs lineas de proſa llana ſe hallarà vna palabra repetida con mas frequencia. Pruuelò deſtos notadores el mas ſufficiente i luego tocarà la difficultad: no digo en ciento i ſeſenta i tres eſtancias, mas que de tres ſolas non ha de ſalir mejor: i ſi quiſiere hazer otras tantas, harà monſtros, i le lleuaran tres años: i yo affirmo, que hize eſtas de la primera mano en tres dias (para que ſe pudieſſen dar al tiempo, que ſe dieron) aunque deſpues ſe miraron en caſi tres ſemanas por otros ojos, a cuyo reparo he obedecido de modo, que no ſalieron ſolamente à ſatisfacion de los mios. Deſpues han agradado à muchos de buena viſta, que no las auian viſto, i eſſo me baſta. Nadie me aſſegurò tanto del acierto con que ſali deſta diſſicultad, como vn lucido ingenio, que aborreciendola mucho, quiſo tomar por trabajo el mudar deſte Poema todo lo que le parecio; eſcuſandoſe de ir atado a ella: porque auiendo corrido haſta la eſtancia nouenta, cincuenra dexó ſin tocar a ellas: i enlas mas de las otras tocô en vn verſo, o en dos por querer que el eſtilo fueſſe à ſu modo. Paraque eſto ſe entienda bien, dexare a qui vn exemplo de la eſtancia I. en que yo digo deſta ſuerte;

I o el miſmo que en acorde i facil trompa
S onoroſo cantè Coronationes
A Ti deuidas con Auguſta pompa
B elliſsima Iſabel en tus ſalones;
E n los del claro Olimpo canto agora
L as vltimas, ſi canta aquel que llora.

I eſte ingenio mudò en el verſo primero la voz *facil*, i dixo *graue*: i en los dos vltimos,

Las que te da el Olimpo, canto agora;
Si cantar puede quien tu muerte llora.

Yo no dudo que eſtarà mejor eſto, mas eſtando eſſotro bien (como realmente eſtà) paraque es mudarlo? En qual eſcritto ageno, por mas ſuperior que ſea, no dirà otro ingenio: Yo dixera eſto aſſi, o aſſi? ſiendo, pues deſta calidad las màs de las enmiendas, que eſte ingenioſo talento hizo en eſte Poema, con todo rigor, i odio a eſta inuencion, no puedo (como dixe) dexar de tenerle por apoyo de que ſali bien della. I eſte juizio quieto fiar al de todos los notadores; i tambien el de ſi es iuſto, que encanta eſtrecheza, ſe aya de querer, que en algunos lances ſe corra con tanta facilidad, como por lo llano. Proba Falconia, i Eudoxia tienen muchas violencias en ſus Centones, i nadie las obligô a eſcribirlos, i no poreſſo dexan de ſer admiradas de todos los doctos, por aquellos Poemas, tanto que de la primera dize Lactancio Firmiano, que no pudo obrarlo ſin particular aſiſteneia del Eſpiritu Soberano.

APOLLO

APOLLO
PAROMOEVS.

Communis cunctis eſt vnica litera verbis.
Quid? vitium eſſe putas Lector? Apollo negat?

☞ CLXXXVIII.

VERSVVM capita contemplabatur Acroſticus, at verò Paromœus ſingularum dictionum Beda Paromœos verſus accuſat, & vitioſis accenſet, illum producens.

O Tite tute tati tibi tanta Tyranne tuliſti.

At illi hoc verſuum genus à difficultate commendant, & à nobilioris Apollinis influxu dependere opinantur: Nos, vt quæſtionem potiùs tolleremus, quàm ſolueremus, nouum conſtituimus Patnaſſum in vlteriore Orbis literarij hemiſphærio.

Æthera vbi, ſolemq; ſuum ſua ſydera norunt:
Pegaſum vbi, Phœbumq; ſuum ſua Carmina norunt.

Nigros in Europâ hominem pulchros eſſe nō dicimus, nobis enim color candidus perplacet: at in Æthiopia niger color puriſſimus, & pulcherrimus creditur, nam & Sanctos pingunt colore nigro, orci Principes candido. Multis monoſyllabis, & præcipuè immediatè poſitis, orationem conſtruere, nemo Latinus audet, nemo Hiſpanus, aut Italus: hoc tamen, quod in alijs linguis reprehendimus, in Germanicâ tolerare debemus. at verò apud Sinas rei eſſe, quia cum ipſi nullam vocem polyſyllabam habeant, noſtras linguas condemnant, aſſerentes extra monoſyllabas voces ſuauem, & elegantem orationis defluxum reperiri non poſſe. Idem de Patomœis vocibus dicendum eſt. In Homeri, & Virgilij Parnaſſo, deformes, & vitioſæ ſunt; quia nullæ, aut paucæ in horum, & aliorum veterum reperiuntur Operibus: at in Parnaſſo Paromœo, in quo omnes dictiones incipiunt à literâ determinatâ, tam ſunt pulchræ, vt ſi fortè inter illas aliqua ſit, quę aliter incipiat, loco monſtri habeatur, & jubeatur à doctioribus corrigi. Hinc eſt, quod in antiquo Parnaſſo ille verſus,

O Tite tute tati tibi tanta Tyranne tuliſti.

Damnetur, quòd multæ voces initientur à T. cùm etiam idem verſus in nouo hoc condemnetur, quod prima vox non incipiat à T, vt cæteris cohærere poſſit. Ergo quamdiù in Æthiopia ſimus, nigrum colorem albo, & cæteris omnibus anteferamus: quamdiù in Sinâ vtamur, monoſyllabis, & polyſyllaba auribus ingrata dicamus: & tandem quamdiù in Parnaſſo Paromœo, vtamur vocibus, quæ incipiant à litera determinatâ.

Tres Muſas habet Apollo Paromœus, quas propono.

MVSA I. CEPHALONYMICA.

CLXXXIX.

NOMEN Principis ſumit, quem celebrare vult, & ita ſuos verſus conformat, vt ſingulæ dictiones ſingulas literas præſeferant: vt vt patet in ſequenti Diſticho.

Forſitan Europa Regem, Dominumq; Iouemque,
Noſceſe aues. Nomen deſcribo: Virumq; ſaluto.

Sed quomodo nómen deſcribo? Sume ſingularum dictionum primas litteras, & inuenies hoc nomen Auguſtum FERDINANDVS; ideo enim hæc Muſa dicitur Cephalonymica, quod capita vocum ſingularum capiat, vt conceptum exponat.

Hic ingenioſus propria nomina occultandi modus multis Scriptoribus placuit. Nam Petrus Portius librum edidit, qnem Ricaldo Abher dedicauit, & ornauit hoc Diſticho.

Rem Inamena caret affectu læta decorem
Omnimodò adſpirat Bellula: habe ergo rata.

In quo primæ dictionum literæ dant hanc Epigraphen, RICALDO ABHER. Ex ſequenti Diſticho eadem arte deducitur, PLACENTIVS HV.

Plura latent animo celata, non temeranda;
Iudicis vllius; ſcilicet, hoc volui

Ioannes NIſtedius Encyclopædiæ lib. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 2. hæc Cephalonyma adducit.

Scriptura ad normam cum tanta volumina ſcribã,
Theologos omnes metior, atque Sophos.

Eſt ad laudem Angelici Doctoris hoc Diſtichum, nam ſi primas literas dictionum ſumpſeris, legetur SANCTVS THOmAS. In prima pentametri dictione adnota PRIMO' circa literas TH, non eſſe duas, ſed vnicam; correſpondent enim Græcę Θ: & ideò Poëta in Cephalonymo tanquam vnam literam eas ſumpſit. Et hinc ad alias ſimiles à conſequentiæ paritate diſcurre: nam PH, CH, PS. in vocalibus Græcis vni literæ ęquiualent: *Pharetra* enim non habet octo literas, ſed ſeptem, quia Græcè eſt φαρέτρα: & *Charibdis*, non habet nouem, ſed octo; quia Græcè eſt χάρυβδις: & *Pſephus*, hoc eſt *calculus*, non habet ſeptem, ſed quinque; quia Græcè eſt ψῆφος SECVNDO' circa quantitatem, & ſenſum. Θεὸς eſt *Deus*: & θεῖος *Diuinus*. ibi prima eſt breuis, hîc longa. Hic θεολογὸς, *qui loquitur, & diſcurrit de Deo*: θειολογος *qui de rebus diuinis*. Hinc patet ἀποθέωσιν ab *Apotheos* diſtingui: nam illa prior vox eſt Ethnica, & *Deificationem* ſignificat: & erat in vſu apud Romanos, cum Imperatorem aliquem in numerum θέων Deorum referebant: hæc autem eſt Chriſtiana, & hodie dicitur *Canonizatio*, cùm aliquis, qui piè vixit, & miraculis claret, in numerum θέιων *Diuinorum*, ſeu *Sanctorum* refertur. Omnium Deorum Templum Romani vocauerunt Πάνθεον, *Pantheum*: at nos in Hiſpania ſacellum illud ſubterrancum, ditiſſimum, pulcherrimumq; in quo Auſtriacorum Regum cadauera conduntur, nominamus Πανθεῖον, *Panthêum*, hoc eſt, locum, in quo iacent omnes noſtri Reges, quos eſſe θείυς, *Dios, Diuos, Diuinos*, piè credimus; non temerè, ſed à pia eorumdem vita ſecuro argumento deſumpto. TERTIO' illud verbum *Metior* eximię ſignificationis eſt: nam quia D. Thomas omnes ſuas concluſiones ad Ariſtotelis, & Auguſtini fuit doctrinam dimenſus, omnes ipſe iuniorum opiniones metitur: vt nemo audeat improbabile dicere, quod benè fuiſſe ſcriptum Chriſtus Dominus teſtatus eſt.

Ad Cephalonyma carmina pertinet illud Diſtichum Ioannis Lauterbachij de voto Poſtimeliſſeo.

Si iungatur Equo Briareus Rana, ibis Echinnus.
Taurus, Aper, Satyrus, quid fieri inde putas?

Reſpondent ſubſequentes numeri.

Monſtrum, quo toto nihil eſt deformius orbe:
Delitiæ iuuenum, delitiæq; ſenum.

Sed quale monſtrum ſume illorum animaliũ primas literas, & emerget EBRIETAS, *monſtrum informe, immane ingens, cui lumen ademptum.*

MVSA II. TAVTOGRAMMA.

☞ CXC.

SIMILIS eſt præcedenti. Illa ſingulis dictionibus ſingulas literas Nominis adſumpti exprimebat: hæc autem ſingulis verſibus: ita vt in primo omnes voces incipiant à primâ nominis literâ: omnes à ſecundâ in ſecundo: omnes à tertiâ in tertio: &c. Doctrinam illuſtro hoc exemplo, quod ex Ioannis Alſtedij Encyclopædia lib. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 2. deſumo.

Dat dona Deus, ditat Dominus Dominorum.
Erramus: ſine eo eſt ecce ex erroribus error,
Vanaq; vah vincunt virtutem, viſq; virorem
Sternit ſi ſuperam ſpernamus ſpem, atq; ſalutem.

In ſecundo verſu addidi illud *ecce*, nam deficiebat vna ſyllaba: in vltimo pro illo *ſpem atque* poni poſſet *ſpontè*, nam *atque* non incipit ab S. Aliud exemplum ex libro Stephani Tabourotij ſumamus.

Carole, cui clarius, cui cultæ cuncta Camenæ
Adſpirant: altis altior æthereis.
Relligio Regni rectâ ratione regatur;
Omnibus obijcias obſequioſus opem.
Laurea Lex laudes lucentes læta loquatur:
Vexillum vafrum vis violenta vehat.
Suſcipe Sicelidum ſolemnia ſacra ſuperſtes:
Floreſcat fælix Francia, fac: faneas.

Fuit hoc Ogdoaſtichum à quodam adoleſcẽte ingenioſo compoſitum, & Carolo IX. Galliarum Regi inſcriptum. Verſus vltimus exhibet F. quę nomen *Franciſcus* repræſentat: nam hic Chriſtianiſſimus Rex, *Carolus Franciſcus* vocabatur.

Stephanus Tabourotius quartodecimo ſuę ætatis anno hoc conſtruxit, & eidem Regi dedicauit.

Francois faiſant florir la France
Royalement regnera,
Amour amiable aura,
Ny n'aura nulla nuyſance.
Conſeil conſtant conduira,
Ordonnant obeyſſançe,
Iuſtice il illuſtrera,
Sur ſes ſubiects ſans ſouffrance.

At in verſu primo articulus *la*, & in quarto vox *aura*, non correſpondent legibus: & in quinto verſu omnes voces incipiunt à C. duro, cum tamen in Acroſticho ſit molle.

Gallicis verſibus etiam Hiſpanicos ſubſcribo, eamdem artem obſeruans.

Adonis ob formæ pulchritudinem poſſeſſus à Venere, adamatus à Dianâ, ab apro occiſus in campo iacebat, antequam in florem tranſijſſet. Cadauer humentibus oculis conſectans Diana dixit.

Dulce depſoxo de dueño deſdichado:
Infeliz iuuentud, incierto intento:
Amor audaz; agora atropellado.
Niebla nocturna, nueuo nocumento,
Aurora ayér, agora auaro aliento.

Hac arte vſus eſt quidam ingenio fœlix Salmanticæ, dum certamen Poëticum in Genethliâ Philippi Baltaſſaris, qui Magni Philippi Hiſpaniarum Regis filius fuit, publicè exponeretur; eius carmina non prodierunt in libro, quem Illuſtriſſimus D. Chriſtophorus de la Zarraga edidit: ergo mihi debeat poſteritas, quod nõ perierint, Authorq; ignoſcat, ſi nomen eius nõ exprimo, nam elapſis iam annis triginta memoriæ non audeo confidere, & charta, quæ in meas nun incidit manus, ſubſcriptionem non habet. Verſus ergo Tautogrammos, cuiuſcumq; illi ſint, ſubſcribamus.

Pompa placet populo, Prælati plaudite primi.
Hectoreos hymnos, hiacynthũ, holocauſtaq; honores.
Immenſum iubilare iubet iuſtiſſimus illi
Lucifero lucet luculenter Luna Leoni.
Indaicos iuuenes, infirmat Iupiter infans.
Parturiens peperit princeps, pia, pura Philippũ.
Pulchram progeniem pacis, patriæq; parentem.
Viue, vale votis, virtutum viuida virtus.
Sed ſuperiq; ſatum ſupremo ſanguine ſerunt.
Quingenti quærent quæſtores quæque Quirino.
Victori valido, victoria viua vireſcit.
Induit infantem Iunonis, Iuppiter ipſe.
Nomine Neſtorio natum natura notauit,
Truncatur tauri telis tentamine tanto
Vngetur vertex vnguento Virginis vnctæ.
Sceptra ſacerdotes ſeruabunt ſacra Sybillæ
Heſperus Hibernos habiles haſtatus habebit.
Inclitus illuſtres intendet iungere iuſtis.
Saxoniam ſubitò ſubnertes Summe Senator
Parue proteſtantes peruerſos percute princeps.
Aureus annus adeſt, Alphonſus an alter Achilles
Natus: nunc Nymphæ narrabunt nomina nati
Incolumem iuueneM iurauit iuſtus Ieſus.
Aulatq; alacres armatas amplius augent.
Rectoreſq; ratum, Rectori Regna reſeruant
Vndique viſendi veniunt virtute vetuſti.
Magnates magno menſurant munera Marti.

Præmia promittis perſonæ parue petenti.
Romanos, Romuluſq; reget Rex regna regenti.
India iurè Ioui iamdudum Iaſpidis inſtar
Neſtoreas naues Neptuni numine noſtri.
Conceſſit: clarus cantabit carmina Chriſto.
Eriget electos, & egenos euehet ægras.
Pande poli portas Pompei perſpice partum
Summe Sacerdotum, ſacratum ſuſcipe ſeruum.
Suſceptoq; ſuam ſemper ſeruato ſalutem.
Exultant equites, exultant æther, & æquor,
Rex ridet, Regina rubet, Reſpublica ructat,
Effectus æquales, en, æqualiter extant.
Neptunus noſtrum nutriuit nectare natum.
Increpat infeſtos iudex, inculcat iniquos.
Saltantes Satyri ſaltabunt ſæpè ſonantes,
Saturnus ſcotos ſuccendet ſanguine ſciſſos,
Iuſtus Io, iucundus Io, iubilemus in illo.
Maieſtas magni memoratur munere Martis
Viue vale victor virtutum viue venuſtas
Saturnum ſeruent ſaluum ſuperiq; ſerenum,

PLaudite Pierides pompa pannonia plaudit
arce pie patrane precor pan premia poſcit.

MVSA III. PANTOGRAMMA.

CXCI.

MAIORI labore, & induſtriâ Poëmata, in quibus omnes omninò voces ab eodem incipiant charactere, componit, vt conſtat ex ſequenti Diſticho.

Ætheris aſtricomas adſcenderat Auſtrius arces:
Æternos annos Author Atlantis aget.

Sed quæ eſſe debet litera, à quâ omnes auſpicentur dictiones? Poteſt eſſe quam Poëta delegerit: & ſi ratio præſcribere debeat delectui; erit prima nominis, quod carmine laudatur, aut dilucidatur. Vnde acturus, de Auſtriacis, ſume A: de Bohemis, B. de Catalonicis C. &c. Eſt valdè diues iſta Muſa, nam multi illam Viri Magni illuſtrarunt.

Ioannes Alſteſtius hanc, & præcedentem Muſas Tautogrammas appellat, illaſque vt perfectam ab imperfecta diſtinguit. dicens Carmen Tautogrammum imperfectum eſſe, quando omnes dictiones vnîus verſûs incipiunt ab vnâ literâ, & omnes dictiones aliùs ab alia: nam Tautogrammum, vt ſit perfectum, poſtulat, vt omnes totius poëmatis dictiones ab eâdem litera incipiant. Nos hanc Pantogrammam dici voluimus: nec erit aliqua æquiuocatio, quia in toto hoc Parnaſſo non eſt alia, quæ notetur hoc nomine.

CXCII.

Diſticha Ludouici Læporei.

INter Authores, qui ſimilia carmina conformarunt, primo loco recenſendus mihi eſt Ludouicus Læporeus, qui anno 1653. edidit Romæ centum Diſticha, quæ vocauit *Dactylica*, *Exametra*, *Rhythmica*, *Alphabetica*, *Vocalia*, *Conſonantialia*, *Similaria*, *Titularia*, *Leporeamba*. Sunt omnia *Hexametra*, hoc eſt habens ſex pedes: *Dactylica*, quia in quinque prioribus locis nullum admittunt ſpon-

deum: *Rhythmica*, quia ſimiliter deſinunt: *Alphabetica*, (aut potius *Abecedaria*) quia per omnes literas Abecedarij diſcurrit: (per omnes dico, quæ capaces videntur; K. enim, & Y. non ſunt Latinæ literæ; & X. & Z. tam ſunt pauperes, vt huic Muſæ inſeruire non poſſint) & quia literarum Abecedarij aliæ conſonæ ſunt, aliæ vocales, alia Epigrammata Leporei ſunt *Vocalia*, alia *Conſonantialia*. Et omnia quidem *Similaria*, nam à ſimili, aut verius ab eâdem literâ omnes voces ſingulorum incipiunt: & ſunt *Titularia*, propriis titulis diſtincta: *Leporcamba*, &c. [& hîc obiter Lectorem moneo, vt quidquid noui edat Ludouicus Leporeus ſibi cómparet, habet enim ingenium peregrinum, & floridum, & nihil ſcribet vulgare. Nunc tandē eius verſus ſubijcio.

Aduocat aſſeclas.

ACcipe Amice Academe apochas, age, arator amabis
Arua adeunda agitans, alioſq; ad aratra agitabis.

Academicus Ariſtotelicus.

Alter Apollo auidos animos alis almus adactor;
Alter Ariſtoteles agis, afficis, arguis actor.

Aqua Acidula.

Acer amator adeſt adeundus, amandus, aquarum,
Artubus, atque acidis, adeoq; abigatur amarum.

Affluentia Anienis.

Ales aquoſus Anas, Acheloius Anſer abite;
Albuneas Anienis aquas, age amanter adite.

Amantium ardor.

Amnibus ardet Anas, Aquilæque agitantur aquantes,
Angit Amorq; auidos animos, agit aſper amantes.

Amaſiorum amarities.

Aſper adeſt aloës acorıſq; acidi aſperioris
Afficiens animos abigatur amaror, Amoris

Auarus anxius.

Angitur Androginis adytis adhibendus auarus
Aureus Arctophilax abigendus arator amarus.

Ad Angelum Aſſiſtentem.

Angele Amice animos adeas abigendo abigenda,
Auxiliare animis, agitando, acuendo ad agenda.

Ad Angelum Aduerſarium.

Aſpis, age, Anguigenas acies Acherontis adito;
Antimachuſq; agitans animos alienus abito.

Ad Arbitrium Animarum.

Arbiter aſtriferas adolere aperitor ad Aras
Altitonantis agas animas alioquin amaras.

Ad ambitioſum.

Aſper amicitias aliorſum agitas abeuntes
Ambitione animos abigens, adytumque adeuntes.

Augurium Auſtriacum.

Anguis ad Auſtriacas Aquilas agis aſtrifer Axes;
Antipodeſq; adolete, Arabeſq; Arimaſpus, Araxes.

Auiditas auditus.

Aëris auriculis agitabilis ardor adactus
Applicituſq; animis animoſior aggerat actus.

Auctor amicitiæ.

Auget amicitias adamabilis actus Amoris;
Atque alimenta animis, adipemque adolebit adoris.

Amœnitas Albana.

ALBA adeūda aueas adamabilis altera Athenæ;
Almus Amicus adeſt, adoleſcis alendus amæne.

Aduentus Aprilis.

Adnatat Anſer aquis, ades Ales amicus Aprilis;
Apher amoma adolere. Arabeſque anathemata Aſylis.

Bononia Beneuola.

BLanda benigna beans benedicta Bononia blādis
BENTIVOLIS benedico bonis, bonitate beandis.

Bellum Belgicum.

Belgica bella bonos baculis batuêre Brabantes,
Belligeros Bauaros, Bracaros, Batauoſque Bragantes.

Buccina, Barbitoſque.

Buccina belligeros bona bella boando beaſti;
Barbite blande bobus, bibuliſq; Bubulce boaſti.

Cor Caroli cruentum.

CÆlicolum Capitis Cruciati cruore cibatum
Cor CAROLI colitur calida Charitate crematum.

Cupido coërcenda.

Corpora contineas crapula cruciante cibare,
Cœna caueto cohibere cibos cupiendo cubare.

Characteres conſcribendi.

Charta cupit celeres calamos, cito cultra coapta;
Cedito continuò, calamiſtraque cycnea capta,

Collatio Clauium.

Chriſte cies comitem, cohibendaq; crimina credis;
Claudere Clauigero citò Cælica, cunctaque cædis.

Chaldæi Chriſticolæ.

Currite compariles Comites, comitante Comete,
Chriſticolæ, celerate choros, chariteſque ciete.

Coribantes crepitantes.

Cymbala concrepitant, corybantica cuncta ciere,
Comparibus Crotalis, cytharis, choreiſq; Cytheræ.

Curia Capitolina.

Condere conſpicio Capitolia, ceu CICERONEM
Conſilys capiant, celebrē Criticumq; CATONEM.

Chriſtiana Communio.

Chriſticolæ celerate choros, cythariſq; canentes,
Cælicolum Capiti copulateque corda calentes.

Charitas cooperans.

Culpa cadit charitate, Chori Charitumq; citantur.
Credite Chriſticolæ, cito corda calore cremantur.

Caſelius Cautor.

Carmina cū caneres Cytharœde colende CASELI
Concaua continuò cecinere cacumina Cæli.

Catullus

Catullus clarus.

Continuò choreis Charitum, cytharißque colende
Compte CATVLLE canis Cytharedæ canore canende,

Comparatio Criticorum.

Conſimiles Criticis criticant, crepitantque Cicadæ;
Conſimilique cadunt crepitu, cecidereq; clade.

Carminum cupiditas.

Continuò crepuit, ceciditq; cruore cruentum
Condere cor cupiens celeberrima Carmina Centũ.

Dignitas Dactylica.

DIſticha Doctiloquos docui, dirimenda dolaui,
Dactylicumq; decus didici documenta dicaui.

Durities deuitanda.

Demito duritiem, dirimendaque deſtrue durus;
Dulcia Dactylici decoris documenta daturus.

Epicus, & Elegiacus.

EXeris eximios Epichos Epicharme Epiceis,
Edis, & Empedocles Elegos Epinice Elegeis.

Ennius Epicus.

Edidit Ennius ecce Epicoſque, Elegoſq; & Ephabis
Emitur, eſtq; epulans, epulare Epicure, & egebit.

Fontes Forenſes.

FRigida fornicibus fluibunda fluenta fluuntur,
Fulgida Fonte Foro, fluidoq; fragore feruntur.

Fama fallax.

Fama facis facinus fugiens, fera famina flando,
Falſaq; ficta ferẽs, facundiaque, factaque, fando.

Flaccus facundus.

FLACCE facis feriare Forum, Fidicenq; fauiſti
Floridulis Fidibus facilis, fluiduſq; fuiſti.

Fælicitatis fiducia.

Firma Fides feriare facit fera flagra ferendo,
Fortia Fata fero fore fauſta futura fruendo.

Gigantum genealogia.

GRande genus genuere Geta, grauiterque gradantem.
GERMINIVM, genuitque Gyan Galilea Gigantem.

Gradulana glaciata.

Geſta globis glaciata gelu gelo Græca gregata,
Gaudia gutturibus Gradulana genimina grata.

Imitator IESVS.

IPſe imitãdo IESVM ire iter illicet impar inibo,
Irus in Indigetes inhiabilis indigus ibo.

In inuidum.

Inuidus increpitans, inimicus iniquus inibis.
Impetere Indigenas? inhonorus, inutilis ibis.

Iubileum Innocentianum.

Interes innocuis? iubilare iucunde iuberis;
Ireque in Indigetes inhiator, inique inhiberis.

Ianua inuincibilis.

IANVA in introitus inhiabilis inquit idipſa
Itale, Ibere, itidemq; inhiabis inermit in ipſa.

Linguæ libertas.

LIngua libens, licitis labijs, leuiterq; loquendo
Laude ligat, lepidè lacerat, laqueatq; legendo.

Leporeamba lucida.

Leporeamba legas lita, lota, linita Lieo,
Limpida labe luis, Latioque locanda Lyceo.

Leporeamba lepida.

Leporeamba legens lepidisſima ludicia Iambe
Legitimis labijs, lachrymans laqueare Lycambe.

Lina lexiuiata.

Lintea lexiuij laticum luuione lauamus,
Litaq; lauta lito lateri leuiora locamus.

Labara Ludouicea.

Lilia Leucothoe Labaris LVDOVICE locata,
Lutea, lauta legis; laqueis, laterique ligata.

Medicamina metuenda.

MIlle malis Medicus minimè meliora merẽdo,
Mortificat, minuitq; magis, metuoque medendo.

Martyres memorandi.

Martyribus meliora manent, moneo moribundum
Multimodis monitis metuẽda miſerrima, Mundũ.

Memoria Mortis.

Morte minante mori, melior moderamine morum
Me meliora manent meditans monimenta malorũ.

Mater Miſericordiæ.

Multa minante mihi memorans metuo, MALACHIA,
Morte mea, miſero miſerere memento MARIA.

Mortis meditatio.

Mors memorando monet mediter mea menda minuta
Mille MARIA mihi miſero mala maxima muta.

Melior methodus.

Muſa miſerta mihi miſero memora moribundo
Mittere multa modo meliore melodica Mundo.

Memoratio miſeriarum.

Mincia Muſa mei memoro mala multa Maronis;
Maxima moxq; mali memini male mulcta mucronis.

Naſo nitidus.

NASE, notes, numeriſq; nouis, noua nomina noris.
Nectere nobiliter, niuei, nimijq; nitoris.

Nomina nulla.

Nomina noſtra nitent, nihili nituere necanda
Nobiliora nimis: nequioraque nulla nouanda.

Opus oculorum.

OPticus Orbem oculis operoſior orbiculare
Omnibus officijs opulentior optat onare.

Orthographia obſeruanda.

Optet olere Opus orbem obeundo, ouet, occupet ore,
Omnibus Orthographis opulentiùs Opis odore.

Præmia popularia.

P Orrige pro pateris peto, Perſica, Pruna Popellis.
Punica poma placent pueris, pariterq; Puellis.

Pulcher Proſpectus.

Parthenopes placuere Plagæ prope paſcua pura;
Pauſilipi Procerum, Populiq; Palatia plura.

Peccator pœnitens.

Porta Poli pateat, Petre parce Paterq; piamur,
Procubuiſſe pudet; Paradiſe patere precamur.

Padua pinguis.

Padua plenipotens pecuaria pinguia præſtas,
Porticibuſq; patet patulis Patauina poteſtas.

Petrus Pontifex.

PETRE Prior Populo penetralia pande Piorum,
Paſce Pater pecudes proprias pietate Proborum.

Paulus Prædicator.

PAVLE propinque PETRO, petimus, pete, probra piare
Pontifici, penituſqe probos potiora probare.

Puerpera puriſſima.

Pulchra Parens, Paranympha Patris, prece pene petiſti,
Pura Puerperio Populis Puerum peperiſti.

Poëmata propalanda.

Pendula Porticibus, Patribus, pueriſq; probanda
Promito pulcha palam placitura Poëmata panda.

Piacula pianda.

Prandia Pauperibus prope pocula ponito planè
Probra piare penu poteris pudibunda Prophane!

Pax Pamphilica.

Palmite Pamphilico pudibunda patrata peribunt,
Pax, Pietaſque Penus Populis pariterq; præibunt,

Pixis pulucrea,

Puluerulenta pluunt propè plumbea pondera pronè
Pixide præcipiti, properando piacula pone.

Poëtę Prophetæ.

Principibus, Populis, Proceres placuêre Prophetæ;
Præcipuiq; penes Pueros placuere Poëta.

Quies quærenda.

QVærito quanta queas, quieniſſe, quietèq; quita,
Quæſoq; quando queis quærebunde quieſce Quirita.

Regia Romulea.

RVderibus remeando redux ruditate refecta,
ROMA recens reparata redis, rediuiua refecta,

Roſaria reuirentia.

Rura reculta rubent, redimita Roſetaq; rident,
Rore rigante roſas, rutilan e rubore renident.

Rota regulata.

Recta rudente ruis Rota ritè rotanda rotaris
Rapta redis, redeundo ruis, ruitura ruaris.

Studium ſcriptoris.

SCribere ſi ſtudeas ſimilaria ſumito, ſcinde
Symbola, ſic ſubiges Senecam, Siliumq; ſubinde

Silius ſonorus.

SILIE ſi ſileas, Siculæ ſiluêre Sorores;
Soluere ſine ſonos, ſapidi ſubiêre ſapores.

Statius ſublimis.

STATIE ſi ſtudeam ſtabilis ſatagens ſupererq;
Sum ſtupidus, ſtolidus, ſtuduiq; ſatiſque, ſuperque.

Supereminentia Sapientis.

Sido ſuper ſolium ſtabilis Sapientia ſtando,
Sydereos ſuperos, Seraphimque ſedilia ſando.

Spes ſalutis.

Spe ſubeunte, ſolo ſubaranda, ſerenda ſeruntur,
Spicea ſerta ſuper ſua ſemina ſæpè ſequuntur.

Stephani ſanctitas.

Sede ſuper Seraphim Stephanũ ſua ſaxa ſacrârũt,
Stigmate ſanguineo Solymæ Satrapas ſuperarunt.

Sacharum ſalubre.

Sincope, ſeu ſtomachum ſtimulanteque ſanguine, ſumas
Sacchara, ſæpè ſolent, ſine ſtigmate, ſoluere ſtrumas.

Signaculum Solare.

Secula Sol ſubigis, ſpatys ſua ſigna ſtruuntur
Symbola, ſic Silicum ſimulachra ſimulq; ſequuntur.

Theſpis Tragœda.

TIbia texta triplex tonuit tenuisſima tactu
Tempore Theſpiadis tribuitq; tripudia tractu.

Traces triumphati.

Tormina terribili tonitru tria, tempore triſti,
Turcica turba tenus Tenedo tremebunda tuliſti,

Truculentia temporis.

Tunſa Theatra, Tholi, temerataq; Tẽpla teguntur,
Tempore tota tremunt, tumulataq; Tecta teruntur.

Tibullus tener.

Terpſicore teneros, timidos teretando tenores.
Terſe Tibulle tuos, tetigit, tonuitq; timores.

Tuſculum temperatum.

Tuſcula temperies tepidiſſima, tute tuere,
Tempora tuta terens, truculentaq; tolle timere.

Vrbs Veneta,

VRbs Venetis vigilata viris Venus vſq; venuſta,
Vera Virago vale, validisſima viue vetuſta.

Valetudo vegeta.

Viribus vt valeas validus, vegetuſq; vocari,
Viuere verte vorax, vitys Veneriſq; vorari,

Vinum viride.

Viribus vndifluis viridi veneranda virore.
Vina vetuſta volo vegeto vacuanda vigore.

Verba

Verba vana.

Vilia verba vides vegeto vacuata vigore.
Vana volare velut volutri viduata valore.

Verba viua.

Viribus vndelibet valida venientia vena
Viuida verba valent vitioſa vorare venena.

Vindemia Veſuuiana.

Vinitor vrbe vehas validisſima Vina Veſuua
Vitibus vndelibet validis venit vtilis vua.

Vergilij valor.

VERGILII Veneres video volitare venuſtas.
Verſubus, vt validis valuit variare Vetuſtas.

Veris viriditas.

Vere v rente vides Violas, Venereſq; vigere
Vallibus vndelibet Violaria verna virere.

Verſus vertendi.

Verſiculos Veterum variare, valebis VBERTE
Verſificare volens, vigilando volumina verte.

Aliorum Scriptorum Carmina.

☞ CXCIII.

NEMO, quem ſciam, præter Leporeum, totum voluit Abecedariũ percurrere, nam, quæ huius generis Carmina reperiuntur, ad vnicam literam ſpectant (nempe, ad hanc, aut illam; prout vel Authori placuit, vel tempus, & occaſio petiuit. Ponam aliqua exempla, quæ poſſit Philomuſus ingenioſè imitari.

A.

ERat D. Antonius Gomez, optimus meus Dominus, amicuſque, Aſtromomiæ peritus, & Cæli adſpectu ſummoperè delectabatur. Iam eſt (ſic opto, & ſpero) Cæli incola, & pede præmit ſydera, quæ in terra ſuperſtes metiebatur. Eius Cæleſte ſtudium expreſſi hoc Tetraſtico.

Ætheris Antoni aſtricomas adſcendis ad arces,
Atque ad Atlantigeras aduenis acer aquas.
Auroræ auratis adſis argutior alis,
Æternos annos altiloquentis age.

Altiloquentis nominis intelligi debet Hector, quem longæua experientia ſublimia docuit, vt duodecimo transformationum libro Ouidius adnotat, inquit enim. *O facunde ſenex, æui prudentia noſtri.* Vnde, & Codrus, *Longa ætas Pylium prudentem Neſtorea fecit.* Et Næuius apud Gellium lib. 9. cap. 7. *Dulciloquum* illum appellat.

Et hic obiter noto me diphtongos Æ, & OE ad primam vocalem reducere, vt ſcripturæ conſtem: at, quia tantummodò ſecundam proferemus, non condemnarem illum, qui illas reduceret ad E: carmina enim non ad calamum, ſed ad linguam ſpectant.

B.

LItera eſt ſterilis, & in linguâ Latinâ præcipuè. Et ideò rara inuenientur carmina Pantogramma, quæ ab hac litera incipiãt. Hæc pauca in exemplum propono. Conſidera verſum ſequentem.

Barbare Bellerophon, Batauum Bellona beauit.

Aut etiam hunc.

Belligeris Bacchus Batauis, Belgiſq; benignus.

Cui eſt ſimilis hic.

Boſq; boat, balatq; bidens, batuitq; Bootes.

C.

HAnc literam ante octingentos Annos elegit D. Hugbaldus, Monachus Eluonenſis, in Eclogâ de Caluis, ad Carolum Caluum Romanorum Imperatorem: quę pluries fuit impreſſa alibi, & tandem fuit recuſa Louanij anno 1562. Non videtur omninô ſine cauſa Hugbaldus elegiſſe hanc literam: nam acturus de Caluis cum Cæſare Carolo Caluo, nullam aliam deligere debebat literam, quam C.

Extat, & aliud carmen *de pugnâ porcorum*, in quo omnes voces incipiunt à P. & à multis eidem Poëtæ adtribuitur, nec immerito nam in priori carmine, quod ſine dubio illius eſt reperitur hoc Diſtichum.

Caluo caluitium Carolo cecinere Camenæ.
Porcorum pugnæ placidæ placuere Poëſi.

Sed quid, ſi legendum ſit *Placidi*, & non *placidæ*: nam, & illam lectionem, & non hanc Editio Louanienſis exhibet? an tunc potiùs dicendum eſt à Placido quodam illius æui Poëta, deſcriptas illas pugnas fuiſſe? Lector viderit, ego enim nolim proprium Authorem fraudare laude meritâ, & ideò ſententiam cenſuræ Lectorum remitto.

Vt autem diſcas quis Hugbaldus is fuerit, audi Trithemium Abbatem Spanheimenſem, qui de ipſo ſic ſcribit.

HVgbaldus Monachus Eluonenſis Cœnobij, Ordinis S. Benedicti, natione Gallus, Vir tam in Diuinis Scripturis, quam in ſæcularibus literis erudititiſſimus, in Muſica, Poeſi, Philoſophia, & cæteris artibus humanitatis, nulli ſuo tempore ſecundus: quod,

multa vtroque ſtylo ab eo conſcripta, teſtantur, de quibus ego tantum adhuc reperi ſubiecta. Ad Carolum Caluum Imperatorem mirabile opus centum triginta trium verſuū, in quo omnia verba ab vna litera C. incipiūt, vt *Carmina clariſonè Caluis cantate Camenæ*: Quod prænotatur.

De laude Caluorum lib. 1.
De arte Muſica lib. 1.
Geſta S. Lebuini lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1.

Vitas etiam multorum ornato deſcripſit eloquio, & cantus in honore ipſorum dulci, & regulari melodiâ compoſuit. Claruit temporibus Caroli Calui Imperatoris, Anno Domini 880.

EGLOGA
DE CALVIS

Authore Hugbaldo Benedictino, ad Carolum Caluum Cæſarem.

CArmina conuitij cerritus carpere Caluos
Conatus cecinit: celebrentur carmina Caluis.
Conſpicuo clari carmen cognoſcite cuncti.

Proœmium, in quo inuitantur Camenæ ad laudem Caluorum.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camenæ:
Comere condigno conabor carmine Caluos,
Contra cirroſi crines confundere colli.
Cantica cōcelebrent callētes clara Camęnæ.
Collaudent Caluos, cōcludāt crimine cluras
Carpere conantes Caluos criſpāte cachinno.
Conſcendat Cęli Caluorum cauſa cacumen.
Conticeant cuncti concreto crine comati
Cerrito Caluos caluentes carmine cunctos.
Cōſona cōi unctim cātentur carmina Caluis.

Quod Caluities, veluti quodam præſagio futurorū, quibuſdam prouenire videatur.

Carmina Clariſonæ Caluis cantate Camęnę.
Cum creſcit calui capitis ceruice corona.
Conſortem cleri conſignat confore caluum
Capturum claram Chriſto cedente coronam:
Ceu c rines capitis, conuellens crimina cordis
Cor de creatorem conſpectat, corpore Cælū,
Cæl icolas ciues cupiens contingere cultu.
Crimina cū curis condemnat cuncta caducis:
Cæli conſenſum, conſentum cælicolarum
Concipiens cupidè, cōlauda cuncta creantem.

Caluos, Cantores, Abbates, Doctores etiam, & Epiſcopos eſſe, ac Sacerdotes.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camænæ:
Coniubilant Calui celſo clamore canori,
Continuantq; choro caſtas cantare choreas,
Conformes capiti, concordi corpore cuncti,
Complicitas cleri contenduntcōdere caulas:
Correpto cornu, cœleſtia claſſica clangunt:
Cōficiūt charū Chriſti cognomine Chriſma:
Cōſociant cuneo cōſperſos Chriſmate cœtus;
Concordes cautè celebrant conuiuia cœnæ.
Conſaturant Chriſti conuiuas carne, cruore.

Caluos Cænobitas, Pſalmiſtas, Grammaticos eſſe, & Poetas; atq; Scribas plurima abſtinentiæ.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camænæ:
Complures Caluos cogunt caſtiſſima caſtra,
cœtica certatim celebrantes cantica Chriſto.
Corpore crine carent, conluſtrant culmina Cæli,
Cælica concipiunt, cohibent curare caduca.
Cōponunt chartas: cōcinnant carmina clara.
Catholicū canonē certum cōſcribere curant.
Cōmulcant carnē: congeſtanr corde calorem
Conſtantem, caſtum; communi currere curſu
Cōtendunt celeres: Cęliq; capeſcere culmen.

Quod Calui Reges ſint, & Imperatores, Conſules quoque Legiſlatores, & Iudices.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camænæ:
Cōregnant Calui: cōſcendunt culmina clari
Conſpicui compti criſea ceruice corona.
Clementes cenſu condunt conſulta cliētum,
Cincinnoſæ caue, cōdemnant crimina Calui,
Cenſorem Caluū, cenſuram, condere conſtat:
Cordacem Caluum cordatū crede cauendū:
Caluentem Caluos cœcari corpore cenſet.
Caluicium Calui cœcatus corpore ceſſet.
Ceſſa caluaſtrum (ceſſa) corrodere, ceſſa.

Laus Caluorum ex peritia artis Medicinæ tam pharmatiæ, quam chirurgiæ.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camænæ:
Comperies Caluos columen cōferre cerebro:
Comperies caluos capitis curare catarrhos.
Comperies caluos cæcas curare cauernas.
Cronica cum cancro ceditq; cacexia caluo,
Cardia cor carpens caſſatur, colica ceſſat.
Cōtrectans chalibem conſciſſa carne coercet
Corruptum capitis cocta ceruice cruorem.
Cur cōplura cano? clandeſtina cuncta caduci
Corpore conſiccat, conlapſaq; corpora curat.

Quod

Quod Calui ſint Duces exercitus, ipſi etiam bellatores docti, & robuſti.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camœnæ:
Conducunt Calui cuneos certamine claros
Compugnant Calui criſtati caſſide coni
Contorquent, criſpant celeres cum cæde ca-
teruas,
Comprendunt cirros, contundunt calce co-
matos,
Cuſpide confodiunt, capulo conciſa coruſco
Colla cadũt, celebrãt calui clamore celeuma,
Commotus certare catus certamine Caluus
Conculcat, cædit, crinitos cædere cogit.
Captiuos captat, captos ceruice coartat.

Inuectio increpationis aduerſus cauillatorem Caluos conuiciantem.

Camina clariſonæ caluis cantate Camænæ:
Corde cauus cirroſe, caue certare creanti,
Conuiciumq; creaturæ condicere ceſſa.
Condita cunctipotens cauſarũ cuncta creator
Conſtituit, curamq; cauens conferre creatis
Cætera curuauit, clarum conſurgere Calui
Concedens culmen, cui cedere cuncta coegit.
Cerritus cur conlatrat clamore carano
Cõndiderat Caluum cõlapſa cucurbita cæno?
Conticeat citius cœnoſa calumnia cuius.

Item aduerſus eundem, conlaus Caluorum de humitate, & charitate, atque caſtitate cordis, & coporis eorum.

Carmina Clariſonæ Caluis cantate Camenę:
Complex carnificũ, coriũ conuellere Caluo
Cur cenſes? cordis conuellit crimina Caluus.
Cur cenſes capiti cineres conſpegere Caluo?
Cognoſcit cinere Caluus concreſcere corpus
Cur cenſes calido carnes carbone cremari?
Corda crema Caluì Chriſti concocta calore.
Cur cenſes Caluum caſtrari corpore caſtum?
Cordetenus cunctis caſtratur concito culpis.
Carmine carnificans Caluum, compeſce ca-
uillum.

Exprobratio carminis eius comparadigma de Heliſæo Propheta Caluo, cum pueris illi inſultantibus.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camœnæ.
Carminibus caueo claris coniungere cœca.
Calcetur cœno calcanda calumnia calce.
Cœnoſus cœnoſa canens concludito cãnam.
Cenſetur certè cenſorum codice cantum,
Clariuidum Caluũ, cui conſcia cęlica cuncta,
Commotum catulũ, circumlatrare cachinno.
Clamantes cõſcende citus cõſceudito Calue.
Condemnaſſe cacos: confeſtim crimina cla-
rent.
Conuicij corroſa cadunt cum corpora carpãt.

De egregio Paulo Apoſtolo Caluo: quod à Chriſto vocatus, cæcatus ſit, raptuſq; in tertium Celum.

Carmina clariſonę Caluis cantate Camœnæ:
Carmina Caluorum cumulentur, carmina
Calui
Conſpicui: cuius crudelis cautio cædis
Conſtituit Chriſti cultores ſacrificare,
Coniubilent circumferẽte chariſmate Caluo
Cœcato cuncta Chriſti clamore citato.
Corruerat cœco confoſſus ceu cuſpide conti,
Confeſtimq; capit conſcenſum culmine cœli,
Clariuido cernens conſpectu conctipotentẽ,
Confore ceu cuius claret cæleſte cacumen.

Quod ex Perſecutore factus eſt Predicator: & quod comam nutrire, & turpem vetat ſermonem proferre.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camœnę:
Conglomerate choros, Caluo celebrate cho-
reas.
Cenſuram celebrem Caluum cambiſſe co-
lendum
Comperimus, cæli conſul conſulta cauendi,
Crimina conſultat: cœnoſi cuncta coercet
Colloquij cunctis communia commoda cen-
ſet.
Confundit cirros: collegia ciuica condit.
Conciliando conſponſorum Chriſticolarum
Corda ciet capiti corpus coniungere certans
Cerritus celebres ceſſet contemnere Caluos.

Alloquitur Poeta Camænas de cauillatore inſinuans cum Calui regis iudicio cæcatum.

Carmina clariſonæ Caluis cantate Camœnæ:
Crudelem Caluos caſſo conamine cunctos
Carpere conantem, compeſcite crimine ca-
ptum
Conuicij commentantem commẽda caducas,
Concito conuictum cœcis concludite clau-
ſtris.
Caluaſter cenſor cœcari crimine captum.
Cenſet: cœce canis ceſſa contemnere Caluũ.
Conquiniſce canis confingẽs crimina Caluis.
Conquiniſce cauis, cõlatrans carmine Caluos
Conquiniſce canis, ceſſans corrodere Caluos.

Epitoma

Epitoma laudis Caluorum à corporis ſitu, & pulchritudine, & quod Caluus Microcoſmus ſit.

Carmina clatiſonæ Caluis cantate Camænæ:
Concilium clarum Clauorum congere cœtû.
Cum cernis Caluum Cæli comprendito ciclum.
Caluitij culmen, Cæli cognoſcito centrum.
Circuitu coſmi, commendant cætera Calui.
Caluos conſocia:candentes congere Caluos.
Cinthia ceſſabit criſeos conferre colores.
Cornua contenebrās cedet cōcreſcere Caluis
Conlucent Calui, Caluorum callida Caluis
Conrutilans Cęli ceu copia clara coruſcet.

Clauſula Carminis.

Carmina clatiſonæ Caluis cantate Camœnæ:
Conueniet charas clauſt:is componere cānas
Completur claris carmen cantabile Caluis.

D.

AVdi attentè, & benè conſidera hoc Morale Monitum; complectitur enim doctrinam, valdè neceſſariam, & piam. De Authore, ne ſolicitus ſis; nam quicumq; ille fuerit, nos ſanctiſſimè inſtituit.

Dilige Doctores docilis: diſcendas diſce:
Defuge deſidiam, delige dona Dei.

Diligit Doctores, qui illos libenter audit, vt diſcat: qui adhibet laborem, & non eſt deſes: & quia habere bonos Magiſtros, & donum Dei, diligit dona Dei, qui ſtudendo, & collaborando oſtendit ſe nec Deo, nec Præceptoribus cœlitùs ſibi conceſſis, eſſe ingratum.

E.

HVc pertinet ille de ſectis Philoſophorum verſus, quem apud Ioannem Henricum Alſtedium inuenies.

Excidit Empedocles: Epicurũq;excipit error. &c.

Fortè illud *que* aliquis eſſe diuerſam dictionem contendet, & huc pertinete non poſſe. Et quidem Pantogrāmata ab hac litera exordium ſumentia rara ſunt,& ideò illa non frequenter inuenies.

Huc ſpectant duo illi verſus, quorum ſenſum penitiorem non facili negotio expédes. Araſius Midendorpius ſic cecinit.

Euripides exſors Erebi eſt: exoſus Ephebus.
Explicat enſiferos; Elephas exſurgit, & effert.

Et poſtea? Tu conceptum abſconditum explica.

Inter politicas occupationes non caret aliquibus horis, quibus Parnaſſum, & Muſas honoret Illuſtriſſimus D. Baro Bucellenius, ſuæ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius. Multa eius carmina perpolito ſcripta calamo circumferuntur, & applauſum merentur; at impræſentiarùm tantùm producam Pantogrammum quoddam Epigramma, quod ad laudem S. Iſabettæ Portugalliæ Reginæ concinnauit. Sic dixit.

Eccoti, eſclama Europa,
Eſſere Eliſabetta
Eternamente eletta
Eſortante, efficace, & eccellente.
Eſſa eſtermina eſſerciti eloquente,
Et equamente eguale
Eccola eſſortar empi,
Edifando egregiamente eſſempi.

F.

IN Philippi III. Hiſpaniæ Regis obitu eruditas, & pias fudit lachrymas Salmanticenſis vniuerſitas, & omnia Europæ ingenia ad arenam, & agonem prouocans ſuſpirijs modum poſuit, vt omnes ad metrum, numeroſq; lugerent. Quidam ingenioſus adoleſcens hos verſus edidit.

Funera felici faciet fortuna Philippo.
Fælices fines facta, fides faciunt.
Fida fas fidei functos frangere funes,
Fama fas firmas figere facta fores.
Fertilitas Fama fulget fœcunda Filippi,
Fertilior fulget fertilitate fides.

Et hîc ſtatim ſcrupuloſus Lector inrerrogabit, cur ab *F.* & non à *PH.* vox *Filippus*, & omnes aliæ, quæ illi ſe attemperant, initium ſumant? & ego interrogarem ſtatim,cur vox *Filippus* debeat initium ſumere à *Ph*? Fortè olim *F.* Latinum, & φ Græcum diuerſæ erant erant pronunciationis, at hodie differentiam non video. imò nec omninò viderunt veteres, Græcè enim dicebatur φήμη, Doricè φαμά & Latini dixerunt *Fama*: & cur in alijs ſimiliter? Ergo ſi rationi ſtetur, φ eſt *F*: at quia omnes aliter ſcribunt, oportet, vt viam tritam, & communem ſequamur. Huc pertinet illud Diſtichum.

Fæmellas furtìm facies formoſa fefellit:
Fortuitò faciens feruenti furta furore.

In Accademico Occulto (liber eſt, quem Ferdinādus III. Romanorum Imperator compoſuit) Hexaſtichum ſequens inuenies.

Friburgo fù francato fato fece felici
Forze ferme fatali feritrici,
Fino fuggir fremendo fù forzato;
Fer'forte Ferdinando felice, fortunato,

Terecis

Feroci, forti, fier, fanti fugando,
Fama fa fin famoſi fato fando.

Primus verſus, & quartus ſi rhitmicè,hoc eſt, vſque ad vltimum accentum ſyllabas denumerare placeat, habet accentum in tertiâ-decimâ; alij in decimâ: & in ipſis vniuerſæ dictiones initium habent ab F, quæ in nomine Ferdinandi III. Authotis, & Ferdinandi II. cui carmen dicatur, nomine eſt prima litera.

G.

PErilluſtris Dominus Canonicus Frâciſcus Natalis Poëta laureatus, & Excellentiſſimus Muſicus, multa in lucem emiſit, ob quę meritò celebratur: inter alia hæc curioſa Tetraſticha ad harmoniam reduxit.

Godete, guſtate
Gionanetti Giardinieri,
Gratioſi Giornalieri
Grandemente guadagnate.

Gridate, granate
Geloſiſſimi Guerrieri,
Guardiani Gabbellieri
Giornalmente guadagnate, &c.

H.

HAbenas Imperij moderatur Leopoldus, Ferdinandi III. Inuictiſſimi Cæſaris filius, ſub quo promouentur Virtutes, & Vitia ab Orbe Chriſtiano proſcribuntur: quod ipſum Illuſtriſſimus D. Iulius Bucellenius Cęſareus Conſiliarius, ſequentibus numeris celebrat.

Hippocriſia humile
Habita hormai heremi
Harpia, Hamo, Hereſia.
Hor Huomo, Heroe, Hiſtoria,
Humiltade, Honeſtade
Hanno honore, harmonia, &c.

I.

SAnctam Thereſiam,Gêtis Hiſpanæ gloriâ, & ſexûs fœminini prodigiû Diuini Amoris iaculo Angelus diuinitùs miſſus tranſuerberat. Contemplationis oculis R. P. Marcellinus à S. Ioſepho Carmmelita excalceatus, admiratur prodigium, & in numeros ſequentes erumpens, ſic ait.

Ignifer immiſſus iactanter iacula iactat,
Immodicoſq; ignes (inuocat illa) iacit,
Ignes ingeminat, iuſſuſq; incendia iungit
Ignibus illuſtrans; illaq; inuſta iacet.
Imminet, igniuomumq; immergit in ilia iactum:
Illa iterum inuitans impauida interijt,

Magnam non tamen bonam famam ſuo ſcelere indepta fuit Herodiades. Obijt terris, & Cælis, & Perilluſtris Dominus Canonicus Ioannes Baptiſta Aloyſius Iuris vtriuſq; Doctor, hoc Diſtichum tumulo appendit.

Iugiter impura, imprudens, infeſta Ioanni,
Ignibus infernis irrequieta iacet.

L.

SI definiri legem poſtules multæ, & variæ definitiones à ſingulis Doctoribus audies: & quia omnis apud Legiſtas definitio nõ ſolet vacare periculo, perges vlterius, voleſq; diuerſos, & diuerſos audire. Audiatur igitur idem Perilluſtris Dominus Canonicus iuſſus legem deſcribere, dedit ſequentes numeros.

Lex, lumen, lampas, libamen, lingua, libamen,
Laus, labarum, limen, laurea, libra lucrum.

Digni ſunt, qui illuſtrentur, & dilucidentur: at ego ſi in ſingulis diffundi vellem, bibliotecam veriùs euulgarem, quàm librum. Pergamus ergo vlterius, & hoc Diſtichum alibi ſcholio opportuno illuſtrabimus.

M.

PVlchrum, & myſticæ ſignificationis plenum eſt illud carmen, quod Chriſti Domini Paſſionem, & Reſurrectionem deſcribit. videlicet,

Mors mortis, morti mortem (ô Mors) morte dediſti.

Vt omnes voces inciperent ab M. poſſet expungi illa interiecto *ô*, & quæri aliqua, quæ incipiatur ab M, & vocis *dediſti* locum ſubire poſſit.

Magna adſiſtentia, & labore Benedictus Arias Montanus Biblia edidit, quæ Regia dicuntur. Et quidam vir doctus Elogium ſcripſit, in quo omnes voces ab M. initium ſumunt. Eſt Hebraicum, & editum in primo horum Bibliorum tomo ſub initium. Laudant multi, & meritò hoc panegyricum: interim duo notanda ſunt; alterum eſſe illud non metrica, ſed ſolutâ oratione compoſitû: alterum nullam literam apud Hebræos ditio-

rem eſſe, quam *Mem*: nam ab omnibus radicibus oriuntur nomina, & tempora, quæ ſumant initium à Mem: talia ſunt Benoni in Pihel, Hiphil, & Hithphael: nec non Pahul in Hiphil. Huc pertinet illud carmen

Magna Minerua minax, minitatur maxima Mauors.

Etiam iſtud Diſtichum ad Maximilianum I. Romanorum Imperatorem.

Maximiliane modis magni memorande Maronis.
Mæonijs memorande metris, memorãde Minerua.

In voce *Maximilianus*, illud *lia* eſt vna ſyllaba: Sic enim neceſſitate compulſi omnes Poëtæ fecerunt, qui hunc Cæſarem verſibus celebrarunt. Addo hoc pium ſuſpirium.

Mundifica miſerũ Miſerator Maxime Mundi.

N.

ROmæ extra mœnia apud S. Pancratium Collegium Patrum Carmelitarum Excalceatorum erigitur, in quo nunc P. Philippus à Sanctiſſima Trinitate eſt Rector, & ſub tam docto Antiſtite non ſolùm Diuinæ, ſed etiam humanæ literæ excoluntur, & florent. Hæc noſtra Metametrica placuit ibi Iuuentuti ſtudioſæ, illamque honorauit his verſibus.

Narremus, nobis Notum nunc nobile Nomen,
Nonnullos nauos Namq; no'are nequit.
Nactus natales nitidos, nactuſq; nitores,
Naturam niueam, nectareaſq; notas,
Nuſquam nigreſcet. Nondum nouere nociuum
Numina; non neſcit, norma nocere nefas.
Noctua nocteſcat. Noſtris nouitate nitebis,
Nunc numeris nectis nam noua non nocua.
Naufragium neſcit nauis noua, nauita nauus
Non nouit nimbos, nubila, nec nebulas.

O.

EMinentiſſimum Principem Cardinalem de Aragoniâ, pietate, doctrina, & nobilitate conſpicuum; quem hodie Romæ indigenæ, & peregrini venerantur: Reuerendiſſimus P. Eugenius à S. Ioſepho, Carmelita Excalceatus, S.Theologiæ Profeſſor, Concionator Cęſareus, & meus optimus Dominus, & amicus celebrauit his verſibus

Offerat oris opes ornamento Orbis oportet
Omnis, orans, occinenſq;
Obrutus officys occurrens omnia obiuit
Optime, ouans, occupatus.
Obnixum, Oſtraq; opeſq; ornarunt, omniaq; ornat
Obligans Oſtrum obligatus.
Omnigenis oſtendit opem; Oratoribus, Orbis,
Oſtium oppreſſis olori.
Opportunè oriens oſtenditur omnibus oris
Orbis Oraculum ominantur.

P.

HVius literę mentionem fecimus ſuperius, cum dedimus Hugbaldi Eclogã de Caluis: nam & ipſe creditur *Porcorum pugnas* edidiſſe. Hoc Poëma Stephanus Taubourotius adſcribit cuidam Germano Petro Porcio; aliàs Petro Placentio, qui fortè ille idem eſt, quem Placidum Hugbaldus appellauit. Eſt ergo Poëma antiquum ante annum Chriſti 880. compoſitum. Nolo totum exſcribere ſed verſus ſequentes ſolummodo.

PLaudite Porcelli, Porcorum pigra propago
Progenies, &c.
Præcelſis proauis pulchrè prognate Patrone
Pectore prudenti pietateque prædite priſca,
Præter progeniem præter præclara parentum
Prælia, pro patria, pro præſulibuſq; peracta
Pleraque, pro populo proprio perfecta petenter,
Pellucens probitate, potentèque proſperitate.
Proptereaq; probas philomuſis proſequeriſq;
Parnaſſo potes precio, precibuſque poetas
Poſtquam percepti puerile placere poema.
Præcipuè propter præſcripta præmia pugna.
Porcorum, placuit paruam præfigere pugna
Pagellam, porci prodentem proprietates,
Plauſibiles pinguem patronum promeruiſſe.
Pectore pinguiculo pol promeruiſſe Poetam
Pingui porcorum pingendo poemate pugnam.

Addam, & hoc Morale Monitum, quod animo, & mente retineas.

Perfer perpetienda, parit patientia palmam.

Huc poteſt meritò ſubſcribi ille verſus Alſtedij.

Principibus placuiſſe pijs primaria palma.

AB anno MDCVXIII. ardebat bellis inteſtinis Europâ: [inter Germanos tandem fuit pax inita anno MDCXLVIII. & inter Hiſpanos, Galloſq; anno MDCLX.] & Maximilianus Scherhęggel ab Hartenfels Auſtriacus anno MDCXL. 5. Nouembris exercitij cauſa in Scholâ Ratisbonenſi declamauit, & typis mandauit Norimbergę apud Ieremiam Dumlerum. Ergo dum tota Europa exclamabat.

Deſerat

Deſerat humanas triſtis Diſcordia mentes;
Candida Pax adſis: adſis Pax aurea nobis.
Parom̨eum hoc Poëma dixit Maximilianus.

PACIS
PRAECONIVM.

PLaudite prępoſiti, proceres patreſq; potentes:
Plaudite Primates populi, plebiſque patroni,
Plaudite patricij, pueri, paruæq; puellæ.
Pellantur planctus pertriſtes, profugiantq;
Ploratus, placidi pertentent pectora plauſus.
Ponite pyramides, pulcherrima pegmata pannos
Pendite purpureos, periſtromata pendula. paſſim
Porticibus, portis, proſcenia publica picta,
Ponite, pergrandes pini, palmæ, plataniq;
Pondere priuentur: ponanturq; perq: plateas
Proceri picei poſtes, prunæq; pyrarum.

Belli fuga, & Comitum.

PErſephone properat properatò, pallida pergit
Paupertas, peſtis probroſa, perhorrida prorſus
Proditio, pauitans ploratio, paſſio, planctus,
Perditio petulans, pædor, pallorque, pudorq;
Plurima præterea phlegethontica phaſmata pergunt,
Plorantes pariter piratæ, prædoneſq;
Procurrunt plures Polyphemi, Porphyriones
Præpropere Patriamq; petunt, propriosq; penates,
Pertæſi PACEM, pertriſtes perturbati:
Præcipitantq; pedes pugnatores peregrini.
Partiti peras, prædaque potenre potiti,
Parmas portantes pergrandes, plumbea pila,
Pyrobolos, petaſos perferratos, pharetraſq;

Religionis Effectus.

PRiſca polo PROBITAS, PIETAS q; probata parentum.
Procedens plebem periuram, pernicioſam,
Profligat Paphiæ peruerſo pocula philtro
Plena propinantem, perhoneſtum perq; pudicum
Perficiet populum; paſsim proſtrata parabit
Phana panomphei pelagiq; poliq; potentis,
Propoſitoq; pio, Patrum, proauumq; penates
Prudenter poſitos Prælatis Presbyteriſq;
plura proceſtria Petri, puluinaria Pauli,
Perceſiq; polis præfectorum Paradiſi.

Fælicitas publica.

PVblica PROSPERITAS procedit palliolata
Pauperiem pellens pedetentim, proſperiore
Pyxide, pandoræ profundit plurima Pluti
Præmia, per procerum, priuatorumq; penates,
Per penetralia, perq; palatia præpoſitorum.
Primatum, paſſim pleniſſima prandia præbet,
Pocula proponit phialis prædulcia, puris.
Porphyrius pateris pergrata phalerna propinat;
Potatur PACI proproſperitate perenni.

Nauigatio.

POrtunus purgat portus ponteſq; palæmon,
Proproris pandens peregrinis, pôticolęq;
Phocæ, pergrandes piſtrices, pelamideſq;
Proſiliunt ponto plaudentes, proſpiciuntq;
Pacatum pelagum, piratis purgatumq;

Mercatura.

PErcurrunt pôrum puppes, piceiq; phaſeli,
Plurima portantes pretioſi pondera pluti
Perſica poma, piper, perrari pondera plura
Pigmenti, plumas peruanas, plumbea pila,
Perdices, porcos, pullos, picas peguacas.
Pauones pictos, pyra, pontica pruna, pyropos
Purpureos pânos, phrygio periſtromata picta,
Pollice, pæoniam panaceam, pardaliumq;

Agricultura.

PRimus paſtorum Pan per pecuaria profert
Paſtorale pedum: palas pingues, paleaſq;
Paleis pales profert, priſcoq; palilia paſſu
Pyrricha per palearia, paſtorumq; paleſtras
Proponit: pariter pilumnus, pitumnuſq;
Plauſtra paluſtria procurant: per prædia pergunt
Paſtores pecudum, pecudes per paſcua prati
Pabula percipiunt, polenta, petorita pergunt
Primatum pâſſim, pulſo, per prata pauore:

 Piſcicu-

Piſciculis pedicas per pontum, perq; paludes,
Pertenues ponit piſcator, pomiferaſq;
Pampineaſq; putat plantas, platanoſq; putator,
Plurima Pomonæ pomaria procurando.

Iuſtitia publica.

PRæſcia, perſapiens populatrix publica PALLAS
Palladium profert, per plebeſcita popellum
Procurat per priuilegia, patrumque patrum,
Prēmia pro meritis, pœnaſq; parādo proteruis:
Præfectos plebi populares, publicolaſq;
Præponit, prætores per prætoria paſſim.

Artiumq; liberalium Studia.

PIerides Pindi placido pſalteria pulſu
Percutiunt, phœbus plectrum præconia pſallit
Pragmatici PACIS paranymphi, præcipuèq;
Principibus Patriæ Patribus pæana precatur
Pindaricum, proprium, perdignum Phocide, Pindo.
Promoti pueri philomuſi pædotribæ [illegible]
Procopij, Procli, Ptolomæi, pauſaniæque
Plurima Plutarchi paradigma [illegible] Platonis
Præclarē Phiſices prēcepta probata probātes
Perdiſcunt, pariter Pandectas perſcrutantur:
Perdiuina Prophetarum pſalteria plena
Pneumate perſpicuè Paracleto, perpoliuntq;

Gratiarum actio pro PACE.

POntifices, Parochi, Prælati, Presbyteriq;
Primates, primi plebis, pueriq; puellæ,
Pergratas proferre preces Patri Paradiſi
Pronis poplitibus, prec[illegible]is, pugniſq: precantes
Pro PATRIA, Patriæ patronis, Principibuſq;
Pro [illegible] Pacis progreſſu, proſperitate,
Perpetuo Patriæ perturbatrice profundo
Per[illegible]phone puteo phlegethontis præcipitata
P[illegible] per[illegible]andi petrâ pedicaque perenni.

Hæ ſunt Maximiliani Acroſtiches de Pa[illegible] addidit [illegible] aut alterum ex Hieronymo, & Auguſtino teſtimonium, vt ſuam opinionem firmaret, quod [illegible] ſcribo, [illegible] tes gentium animos ad Pacem, & concordiam reducam.

HIERONYMVS
Tom. 2. ad Theophilum pag. 184.

VOlumus & nos Pacem, & non ſolùm volumus, ſed & rogamus: Sed Pacem Chriſti, Pacem veram, Pacem ſine inimicitijs, Pacem, in qua non ſit bellum inuolutum.

AVGVSTINVS
Tom. 5. de Ciuitate DEI, *l. 19. c. 13. p. 391.*

PAX animæ rationalis, ordinata cognitionis, actioniſq; conſenſio, Pax corporis, & animæ, ordinata vita, & ſalus animantis. Pax hominis mortalis, eſt DEI immortalis ordinata in fide ſub æterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi, atque obediendi concordia cohabitantium. Pax ciuitatis ordinata imperandi atque obediendi concordia ciuium. Pax Cæleſtis Ciuitatis ordinatiſſima, & concordiſſima ſocietas fruendi DEO, & inuicem in DEO. Pax omnium rerum tranquillitas ordinis.

AVGVSTINVS
Tom. 10. ad Fratres in Eremo pag. 910.

QVI pacem cordis oris, & operis non habet, Chriſtianus dici non debet.

Potior iniqua Pax, quā iuſtum Bellū.

SAcra iacent, delubra ruunt, graſſantibus armis,
Abſorbetq; graui clade ruina minax.
Marte pauent vrbes, & rura latronibus horrent,
Exulat inde procul Pax, & amica Themis.
Pace vigent leges, virtutibus omnia vernant,
Ex bello impietas, & g[illegible]nus omne ſcelus.
Incrementa vehit paruis concordia rebus,
At bello immodicæ dilapidantur opes,
Pax iniuſta igitur potior, meliorq; colenda eſt,
Quam pia, quæ iuſtis legibus arma fremunt.

Q.

ALexandri VII. Pontificis Maximi, cuius munificentiâ, & locum poſſident, & nouos fauores ſperant, Stemmatibus ſubſcripſerunt hoc Triſtichum Iuuenes Religioſi apud Sanctum Pancratium Liberalibus Scientijs Studentes.

Queſitas Querulas quid quaſo Quirine querelas
Quærere quamprimum, qui qèis quocumq; quietē?
Quaſſatus quoniam Quercum quærendo quieſcis.

R.

HVnc characterem nobilitauit Roma, quæ caput Vrbium eſt, illumq; habet in capite. Multa potuerunt Poëtæ Pantogrammata huc pertinentia ſcribere, at pauca, vel nulla ediderunt; at poſſet ingenioſus ſcriptor verſus condere ſimiles ſubſequentibus.

Romani radijs redimiti Romule regnant,
Rura regit ratio; reuocat Reſpublica Rege, &c.

S.

SCipio Elcius Germanis venerationi ſummę fuit, dum apud Cæſarem Nuncium Apoſtolicum ageret. Antiqua enim Principum Elciorum ſtemmata ſuauiſſimis moribus, pietate eximiâ, & doctrina eminenti exornauit, & tandem digniſſimè ad Cardinalitiam Maieſtatem euectus à Reuerendiſſimo P. Eugenio de Sancto Ioſepho his numeris ſalutabatur.

Salue ſacrati ſplendor, ſpeculumq; Senatus
Scipio; ſplendida ſtirps, Sol ſpectatiſſime ſalue;
Salueto ſpes ſola ſ[illegible], ſeruate ſolamen.
Splendeſcis ſuperis ſuſceptam ſparge ſalutem.
Submiſſus ſ[illegible]heris ſarcire ſiniſtra ſi[illegible]enser,
Sincerè ſtabili ſancire ſalubria ſtatu.
Suſpiceris ſicuti ſignum, ſicutiq; ſerenum
Suſciperis ſydus; ſcite, ſanctèq; ſuperbi,
Solue ſinum, ſobrie ſortem ſumptura ſ[illegible]udam.
Suſpendo ſuperis ſupplex ſuſpiria ſummis,
Sacrificans ſtudio, ſoleo ſtimulare ſupernos,
Serueris ſoſpes ſerò; ſapienſque ſ[illegible]premum
Scandere ſpecteris ſolium. ſic ſpero ſecundis
Signiferis ſtellis ſuperanti ſydera ſpiritu
Sanctus ſis, ſemperque, ſemelue ſuperlatiuè.

T.

STerilis eſt hæc litera; aut infelix veriùs; non enim inuenio multa poëmata, quæ ad illam ſpectent. Olim non diſtinguebatur à D. nam veteres Alexantrum, & Caſſantram dicebant, vbi nos hodie Alexandrum, & Caſſandram dicimus, quam pronunciationem hodie ſeruant Germani, apud quos D, & T in pronunciatione coincidunt. Illum verſum Virgilij.

At tuba terribili ſonitu taratantara dixit.

Corrigit Apollo Paromœus, cuius influxu grandius Virgilius ceciniſſet, dicens.

Tunc tuba terribili tonitru taratantara truſit.

V.

GErmani ſicut i vocale ab j conſonâ, ſic *v* vocale ab v conſonâ ſemper diſtinguũt; hanc autem diſtinctionem Hiſpani, Itali, &c. videntur, non curare, aut negligere. tu tuę Patriæ morem iam præſcriptum obſerua. Vt Illuſtriſſimo Domino Violo, ſuo Epiſcopo, & Mecenati dedicaret quidam Studioſus Par[illegible], verſus iſtos compoſuit.

Vim vernæ Violæ viſu veneramus vtroque.
Virtutes varias vulgus, vt violi:
Ventorum violat violas violentia: verum
Virtutem violi ventus vbique vehet.

Et hinc colliges Poëtæ etiam in Galliâ eſſe liberum vti vocibus incipientibus à v. conſona, vel ab *v* vocali. Verum ſenerior eſſet norma, & lex, ſi v conſonâ, & *v* vocalis non confunderentur.

Apud Ioannem Alſtedium reperio hoc Pantogrammum.

Viue, vigil; valeas venturam, vt viuere vitam
Vita vapor veluti, vana vel umbra placet.

Et mihi illud *placet*, non placet: deberet enim ibi poni *[illegible]let*, aut alia vox, qui initium ſumeret ab V. etiam in illo Diſticho ex exametro, & Senario Iambico compoſito.

O væ væ væ væ, væ væ væ væ mihi, væ væ!
Viget, vigebit, vi[illegible]la vincet veritas.

Diſplicet illud O. ſi potuit decies poni *væ*: cur non vndecies? Huc etiam hoc pertinet Diſtichum.

Virtutum vegeta vincenda vigore voluptas.
Vince; viam vitij vitato: viue, valeque.

X.

ETiam eſt X. litera pauper, & apud Latinos præcipuè, qui paucas voces Græcas ab hac literâ initium ſumentes admiſerunt. De huius literæ ſono moderno, non eſt cur multa ſcribam notus eſt. æquiualet enim aliquãdo CS, & aliquãdo GS. nã vbi nos ſcribimus *Apex*, *Grex*, veteres *Apecs*, *Gregs* ſcribebant, vnde notandum eſt præteritum

ritum *Luxi* aliter à *Lucco*, & aliter à *Lugeo* prouenire, ibi enim ſonat *Lucſi*, hîc autem *Lugſi*. Olim in Aſiâ aliter proferebantur, nam *Alexander* nominatur *Scander*: Ergo ipſis X erat SK.

Ne hæc litera careret Pantogrammate, Euridius Medicus, Orbenum conſtituit hæredem, & Theodulo diſcipulo ſuo legauit.

Xenia, xiphiam, xyſtum, xilobalſama, xilon.

Y.

CArminis Pantogrammi aurhor eſſe videtur Ariſtophanus, qui nidorem culinæ expreſſit hoc Iambico Dimetro.

ὑ ὑ ὑ, ὑ ὑ ὑ, ὑ ὑ ὑ, ὑ ὑ ὑ,

Placuit vulgo: & docti illum imitati per ſimilitudinem ad alias literas procedentes, Tautogramma, & Pantogramma condiderunt.

In tota linguâ Latina, ne vnam quidem vocem, quæ incipiat ab Y reperies, nam apud Græcos ſemper Y in initio poſita aſpiratur, & vertitur à Latinis in *Hy*.

Z.

INuidiæ ſœuitiem quis toleret? & quis illos contemnat, qui ab Inuidis malè tractātur. Canonicus D. Franciſcus Natalis cuius aliqua ingenioſa carmina etiam alibi dedimus, & laudauimus, in Zoilum de omnibus viris egregijs murmurantem ſic cecinit.

Zelo Zenobiam zelas, Zephyrumq; Zacynthum,
Zenonem, Zopirum, Zoïle, Zodiacum.

POnamus finem huic Appollini colligendo aliqua nomina quæ ad Artem præſentem ſpectant.

Verſus, ſi ſinguli à diuerſis literis, & in ſingulis omnes voces ab vnâ, & eadem incipiant, vocantur *Tautogrammi*, *Tautogrammati*, ſeu *Tautogrammatici*, & Epigramma hoc genere carminum conditum *Tautogramma*.

Si & omnes verſus, & omnium etiam verſuum voces ſumant ab vnica litera initium, dicentur *Pantogrammi*, *Pantogrammati*, & *Pantogrammatici*: Adeoque Epigramma hoc verſuum genere exaratum *Pantogramma*.



APOLLO
LOGOGRIPHICVS.

Gryps inimicus Equo, iam tandem eſt Pegaſo amicus:
Hippodromum peragit Gryps, Grypodromumq; Veredus.

CVC.

AGAM de Logogriphis, quorum magnus hodie in ſcholis eſt vſus: noſtri enim Apollinis Logica nonniſi griphos habet. Eſt autem Logogrîphus, Grîphus Logicus hoc eſt, *carmen ænigmaticum, ex eodem nomine multa ſignificata eruens, vel retro lecto, vel in ſyllabas diſſipato, vel literis demptis, alijſue additis, quæ ſignificata figuratis verbis exponuntur.* Sic illum deſcribunt in Poëticâ lib. 2. cap. 19. pag. 303. Chriſtophorus Heluicus, & Conradus Bachmannus Academiæ Giſſennæ Profeſſores; at ipſi Logogriphos proponunt, quos poſita deſcriptio non capit. Addendum igitur aliquid eſt, vt omnibus ipſa Logogriphis conueniat. Sic ergo inquam. *Logogriphus eſt ænigma Grammaticum*, & eſt duplex: Materialis, Formalis: prior literarum materiam, figuram locum ordinem, poſteriorq; ſignificationem concernit. Eſt autem Logogriphus materialis, *ingenioſum problema, quod literarum alicuius nominis figuram aut ſonum, aut ordinem ponendo ob oculos, aut aliquas literas vertendo inuertendo, demendo addendo, diſſipando ipſum nomen inquirit.* Hęc eſt Logogriphi Deſcriptio: Nolui datam ab Heluico reponere, quia negligenti illa calamo fuiſſe ſcripta videtur: Habet enim aliquas voces ſuperfluas, & caret nonnullis neceſſarijs. Ergo primò illum in Materialem, & Formalem diuiſi, maioris claritatis gratiâ. Secundò in Definitione Materialis addidi *figuram, ſonumq;* è quibus non ignobiles oriuntur Logogriphi; Tertiò abſtuli vocem *carmen*, quia tametſi eiuſmodi plerumque ænigmata metro fiant, poſſunt oratione ſolutâ, imò, & ſolent componi.

Sed cur literaria iſta ænigmata Logogriphi vocantur? Cur etiam aliquando Griphi? Quia γρῖφος apud Græcos eſt Naſſa, vas vineum, ad intercipiendos piſces elaboratum. Cùm igitur hæc enigmata, flexuoſis, & intortis verbis, ceu viminum laqueis, & nodis, quibus naſſæ contextæ conficiantur, γρῖφοι vocata ſunt, vt Iuo Villiom obſeruauit. Soleo eadem vocare *Logogriphos* grandiore etymo, & ſignificantiore vocabulo. Sunt γρυφες animalia quadrupedia pennata, inter Aquilas, & Leones media; quæ ſi cogites ænigmatica, aut chimærica putes, neſciaſq; an ad beſtias, an verò ad volucres ſint referenda. Equis dicuntur infenſiſſimi Gryphes; cum ergo Pegaſus inermis æquus ſit, nec Muſæ vtãtur alio in Parnaſſi Hippodromo mirum non erit, ſi iſtas ingenij cruces *Logogriphos*, vel ſi aliter efferre libeat *Logogryphes*, aut etiam *Logogryphas* dicamus: reperitur enim in nominatiuo *Gryps*, & *Griphus*, vt conſtat ex Authoribus eloquentiſſimis. Virgilius Eclog. 8. *Iunguntur iam Gryphes Equis* Plinius lib. 10. cap. 49. *Pegaſos Equino capite volucres, & Gryphas aurites*, &c. & lib. 7. cap. 2. *Arimaſpi aſſiduè bellum gerunt cum Gryphis.*

Sed quis, obſecro, Logogriphorum Author? Hoc ænigmatum genus ſe excogitaſſe profitetur Scaliger lib. 1. cap. vlt. quâ de re libellum à ſe elaboratũ *Logogriphos* inſcripſit. Sed multò antiquiores ſunt hi Meandri vocum, & intricatæ literarum inſidiæ; nam & veteres à literarum figura, ſono, & ordine, non pauca arcana deduxerunt.

Paſtor

CXCVI.

PAſtor apud Euripidem, literarum ignarus, characteres tamen, quibus THESEI nomen ſcribitur, accuratè depingit verſibus, quos Natalis Vetus ſic reddidit.

Quum literarum non peritus ipſe ſim,
Dicam figuras, ſignaque euidentia.
Eſt circulus torno velut factus bene,
Signumq; habens in ventre, quod clare patet. Θ
Binas ſecunda forma lineas tenet: H
Diſpeſcit has media incidens mox altera.
Cincinnus inde tortus ipſa tertia. C
Subit figura quarta, recta linea. E
Tres incidentes diuidunt hanc lineæ.
Quintam minus promptum ſit ipſam dicere, Y
Sunt differentes lineæ inter ſe duæ, C
Quæ conueniunt ambæ ſimul in vnam baſim.
Extrema differs nil figura tertia.

Sic de figura Græcarum literarum Ruſticus. Et hîc obiter nota non debere ſcribi ΘΗΣΕΥΣ, vt in multis libris reperitur; ſed ϑHCEYC, vt conſtat ex ipſis carminibus.

Simile eſt huic vetus illud Oraculum, quod Stephanus Tabourotius, cap. 21. vbi agit de notis, ediſſerit.

Quando vn fourchu aſſis deſſus deux paux
Suiuront cinq; corps, & ſept ciſeaux ouuers.
Lors on verra le grand Roy des Capraux,
Donter cachun, & regir l'vniuers.

Vna forcinula ſuper duos baculos eſt M. quinque corpora ſunt CCCCC: ſeptem forfices apertæ, ſunt XXXXXXX. ſimul M,CCCCC,XXXXXXX. breuiùs MDLXX. hoc, inquit, anno Rex Galliæ (vbi enim hodie tria lilia, olim tres bufones pingebantur) totum orbem terrarum gubernabit. Sed tranſiuit hic annus, & Gallus intra ſuæ regionis limites contentus, nemini iniurius, omnibus amicus, ſingulos viuere in pace permittit, & peregrinis dominari non ambit.

Hæc de literarum figurà adnotaſſe ſufficiat: pergo vlterius; nam de illarum ſono, & pronunciatione acutè admodum, breuiterq; his verſibus luſit Quintianus Stoa Martianum Capellam imitatus.

A *ſub directo memorabilis oris hiatu eſt.*
B *ſimul incluſis profertur vtrinque labellis.*
C *linguam adpulſos compellit ad vſque molares.*
D *cogit ſuperos linguam contingere dentes.*
E *paulum preſſi profertur gutture linguâ.*
F *Labrum inferius ſuperis cum dentibus vrget.*
G *damus extremum quum tangit lingua palatū.*
H *oritur tractis cum ventus faucibus halat.*
I *linguam impellit collidi dentibus imis.*
K *fauces formant mediâ cum parte palati.*
L *facis extremum contingens lingua palatum.*
M *cùm fit, preſſum premitur per vtrūq; labellum.*
N *lingua adpulſa collidit litera dentes.*
O *venit, exoritur cùm ſpiritus ore rotundo.*
P *datur erupcis ter litera quinta labellis.*
Q *fit in adpulſu, cum ſtringimus ora palati.*
R *facit vt ſupero criſpetur lingua repulſu.*
S *cùm fit, peragit colliſo ſibila dente.*
T *linguam impulſu contactis dentibus exit.*
V *facit os ſtrictum, ſi promula labra fatigas.*
X *reddit quidquid C atq; S. formare videmus.*
Y *pſilon apprehenſis labris procedere iuſtum eſt.*
Z *eta ſepulchralis imitatur concita dentes.*

Hinc facilè erit in verbis, & literis ludere, iam figuram, iam ſonum, iam ordinem conſiderando. Aliqua exempla proponamus.

Redde mihi mediam Lunam, Solem, & canis iram,
Atque vnà totum te mihi tradideris.

Media Luna eſt C, Sol O, & canis ira R. Ergo COR poſtulatur. & Logogryphus exponitur iſto Pentametro,

Si mihi cor, totum te mihi tradideris.

Hic Logogryps concernebat præcipuè characterum figuram, dabo alterum, qui purum ſonum.

Alexis Phyllidi.

Reddere, quod debes, & quod deſidero verbis
Non auſus nudis exponere profero mentem
Indutam tenebris. Sic inquam Candida Philli
Da mihi, quod profert, impellens vſq; molares C
Qui medium linguæ vocem effert ore rotundo O
Et criſpante ſtrepit linguâ, ſtridetq; palato. R
Nil aliud prorſus Paſtor tuus orat Alexis,
Feceris, & totam te Paſtor Alexis habebis.

Ex vocis diuiſione, & ſyllabarum ſeparatione ſubnaſcitur Logogryphus, quem multi celebrant; & eſt me iudice dignus, qui ſubſcribatur.

Si caput eſt, currit: ventrem ſuperadde, volabit:
Adde pedem comedes, & ſine ventre bibes.

Monſtrum

Monſtrum quidem mirabile! *Monſtrum informe, immane ingens, dum lumen ademptum*, quod his verbis repingo.

Da Monſtrum, cuius plexum caput eruit ædes,
Sub terris, poſuitq; domos, atq; horrea fecit.
Prode caput, quod ventre volat ſuperaddito: & ipſum.
Eſt cum ventre minus fuerat, quàm ventre receſſo
Sex mouet ecce pedes, cùm non habet. Ilicet ipſum
Integrum edi debet, fractum nequit: atq; reciſo
Ventre bibi perſæpè ſolet. Si prodere Monſtrum
Deſcriptum poſſis, fueris mihi Magnus Apollo.

Et quidem, ſi ſingula curioſius meditor, tot inuenio repugnantias, quot verba. Quo enim modo caput exciſum poteſt ędes diruere, ſub terris habitare, & granaria inſtituere. Capita alata vidimus. Sic enim Seraphimos ſolet pnnicillus exprimere. At verò caput in volucre merâ ventris poſitione tranſire, conceptus eſt credulitate humanâ maior, & philoſophicâ certitudine minor. Scimus etiam omnia creſcere addirione compartis, at ventrem caputq; ſimul eſſe, quam ſolum caput, in Arithmeticæ leges demonſtratas impingit. Monſtrum quidem hoc pedem vnicum habet quo exciſo retinet adhuc ſex? Sic inquit Aurhor carminis; credite poſteri. Ex ſeptem debet auferri vnus, vt ſint ſex, non ex vno. Sed & hoc videtur mirabile, quod integrum comedi debeat, & euiſceratum fiat liquidum, & bibi ſoleat. Vt video carmen hoc contradictionum, & repngnantiarum eſt faſciculus, qui fingi poteſt, & ob oculos poni nō poteſt.

Sed non. Monſtrum illud mirabile, quod hoc carmine pingitur MVS-CA-TVM eſt: cuius caput eſt MVS, venter CA, & pes TVM. Caput exciſum, hoc eſt MVS diruit ædes, & teſte Virgil. 1. Georg.

Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit. Hoc caput MVS, ſi ventrem CA addideris, erit MVSCA, volabitq; & nihilominùs Muſca eſt multò minor, quàm Mus, vt mirum ſit illum additione diminui. MVSCATVM monſtrum eſt, vnico pede præditum, qui eſt TVM, quo ablato quicquid remanet ſex habet pedes; nam manet Muſca, quæ ſex pedum eſt animal. Porrò MVSCATVM comedi integrum debet, non exciſum, nec enim MVS, nec MVSCA eſt edulis, ſi tamen exuiſcerari illud contingat, bibi poterit; ventre enim exſecto erit MVSTVM, quod à plurimis hauriri ſolet. Eſt autem MVSCATVM fructus aromatibus varijs conditus, quâ parari arte ſolent Nuces, quæ vocantur *Muſcatæ*.

Poſſet multis modis vnus, & idem conformari Logogriphus; hos pauculos verſus ſubſcribo.

Si condire cibos mirâ vis arte, ſequaris
Iſtum Proceſſum, coquus & oris Aulæ.
Adde Catum Muri, nec erunt, condire palato
Fercula qui meliora queant. Sed ſi caput addas
Fortè cati tantùm, comedes nihil; omne volabit.

Et eſt etiam MVSCATVM, quod habebis, ſi ponatur primo loco MVS, & poſteà ſuperaddas CATVM. Quod ſi, non iam CATVM integrum, ſed eius tantum caput (nempe CA) placeat addere, non erit MVSCATVM, ſed MVSCA, quæ volare potius poterit, quàm vorari.

Multa occurrunt, è quibus adhuc nonnulla proferam, eo ordine quo in memoriam veniunt, quæ enim nullam habent inter ſe connexionem, quocumque ordine poſſunt produci. Audiui olim Louanij Ioannem Srurmium, Medicinæ Doctorem, ſuos conuiuas huius Diſtichi feſtiuitate recreantem,

Carbones ſine BO Medici comedunt aliquando,
Et Metrum ſine T, ſæpè ſolent bibere,

Et quid obſecro *Carbones* ſunt, ſi ſyllabam BO ſuccidamus? *Carnes*. & quid *Metrum* erit ſine T? *Merum*. Carnes igitur Medici comedunt, & Merum bibunt.

Addā quatuor in idem redeuntes Logogryphas, quos Metaphiſicæ neſcius, nequeat aſſequi. Sit primus.

Eſt quid in ore tuo, à quo ſi quingenta recidas,
Semper in ore meo quidque ſuperſit, erit?

Eſt quidem in ore tuo DENS, à quo ſi recidas D, hoc eſt quingenta, manebit ENS, quod non ſolùm erit in ore meo, ſed in omnibus rebus, & locis. Quam ob rem alijs verbis, latiore præditis ſignificatione, eumdem Logogryphum effoRmo. Sic inquam:

Quid gerit ore Leo, à quo ſi quingenta recidas,
Quidquid erit reliquū, ſemper remanebit vbiq;

DENS enim in ore Leoni eſt; & præciſa D. quæ litera vales quingentis, manet ENS, conceptus Metaphyſicus tranſcēdentalis, qui ſemper, & vbiq; inueniuntur: nec cælo clauditur, vnde altero vſus calamo ſic ſcripſi.

Integrum quamuis capis illud ore,
Si caput plectas, remanebit vna
Pars, nequit toto licèt omniformi
Quæ Æthere claudi.

DENS enim eſt naturæ prodigium, quod integrum capirur ore, & plexum capite hoc eſt. ſublatâ literâ D, Cælo capi non poteſt. DENS enim acephalum eſt ENS, & hoc

 vltra

ltra Empyreum expanditur, vbicunque enim DEVS eſt, ibi & ENS eſt.

Solent interdùm Logogryphes (Gryps enim pennatum eſt animal) ſuperuolare Cælos, & audentiores debito hummana immiſcere Diuinis: in quo ſi modus adſit, ſuâ laude digni. Reſumam eumdem conceptum, & vbi nullam comparationem æqualem habuiſſe locum fateor ſimilitudinem inueniam, & eximio parallìſmo exiguam rem (DENTEM ſcilicet) dilucidabo. Auguſtæ N. Romanorum Imperatrici, ſummi ingenij, & eruditionis Viragini, idem ænigma literarium proponam, & ſic inqaum:

Reginæ Cæli ſupplex Eccleſia dicit:
Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit Orbis.
In tua ſe clauſit viſcera factus Homo.
Et Princeps Auguſta Tibi Gryps talia profert:
Res illa Empyreus, quam totus non capit Orbis,
Quingentas alias Tu ſimul ore capis.
Virgine an es maior? minimè generoſa Virago:
At quia vera loquor, Princeps audito. Silenti
Ore capis quantum, promere voce velis.

Non multum à noſtro affuit conceptu, qui vocem MENS in M & ENS dicerpſit, dixitq;

Quod ſibi nolebant parci licuiſſe Latini
Exibit, primo ſi vertice Millia tellas.
Omnia ſi ſunt hic, cur omnibus addita Mille?

Cuius Griphis vltimum verſum ſic intelligo: [Si omnia ſunt hic, nempe in voce ENS; cur omnibus addita Mille, hoc eſt litera M? Ariſtoteles enim docet Mentem eſſe quodammodo omnia, & qui aliàs ſolet eſſe auarus Nomenclator Latinus mille adijciens, non ſine prodigalitatis notâ inſinuare videtur mētem Hominis non omnia ſolùm, ſed etiam multò plura complecti.]

Simili cōceptu poſſent voces GENS, LENS, & ſimiles aliæ explicari. Sed & olim cuipiam Doctori VVeſphalo hanc Naſſam enodandam expoſui.

Quis locus in terris ſine Te fuit inuia cella,
Atq; Vrbs illuſtris Te praeunte fuit?

Eſt TECELLA, VVeſphaliæ Vrbs non longè à Monaſterio ſita, quam Gryps iu TE, & CELLAM diuiſit.

Huc ſpectare poterit illud antiqui Cuſpin. Serar. Carmen, quod nomen Frederici dilucidat.

Fre fremit in Mundo: *De* deprimit ala profundo:
Ri rigidum flectit, *Cus* cuſpis mucroq; plectit.

Vnde ſi literas excerpas, quæ charactere curſiuo ſcriptæ prodibit ſtatim *Fredericus*.

MVSA I. DOCENS.

☞ CXCVII.

OMNES facultates habent propria vocabula, quibus ignoratis illas nemo addiſcere poteſt. Stenographia, vt vidimus Abecedarios vocat *plagas, & cardines ventorum*: apices *ſpiritus*; claues *Coniurationes*. Chimicus metalla cæleſtium Planetarum altis nominibus inſignit, aurumq; *Solem*, argentum *Lunam*, hydrargyrum *Mercurium*, cuprum *Venerem*, ſtannum *Iouem*, & plumbum *Saturnum* appellat. Ergo quæ Logogryphos conformat ars debet habere ſpecialia vocabula, quibus vti poſſit, & debeant ignorantes abuti. Nulla eſt, fateor in Dictionario huius Facultatis concordia (nemo enim de illa ſcholaſticè ſcripſit) videtur hæc dialectus ad terminos, & voces ſequentes poſſe (aut debere, ſi adquieſcere velis) reduci.

Vox eſt imago hominis, quæ non corpus ſolùm (aliter enim loquuntur pingues, aliter debiles) ſexum (aliter enim mares, aliter fœminæ) ætatem (aliter enim pueri, aliter viri, aliter ſenes) ſed & animum, & mores exprimit (aliter enim laſciui, aliter arrogantes, & aliter loquuntur humiles.) Ergo, ſicut homo, etiam vox in partes, & membra diuidatur. Prima igitur vocis litera, aut ſyllaba vocatur caput, pileus, petaſus: vltima pes: media venter. Et quia hæ voces ad huius Artis dialectum, & lexicon pertinent, ab omnibus debent præſciri.

Literæ nonnullæ habent nomina in concreto, aut abſtracto, quæ non debent neſciri. A, & C dicuntur *iudiciales*, quia in tribunalibus ſignificant *abſoluo*, & *condemno*. B

onina, & R *canina*, à voce iſtorum animantum. F vocatur *digama* à figurâ. H *ſpiritus*: M (vel potius *m*) *tripus*, & *n* vocatur *dippus*: & S *ſerpens*, C *Luna*: O *Sol*, T & X *Crux*, V *angulus* à figurâ: Y *litera Pythagoræ* ab inuentore.

Scaliger, qui vult videri Logogriphorum Inuentor in Logogriphis ſuis, verb. *Herba*. ait B. vocari *uterum*. & verb. *Maledicus*, D vocari *Ægyptum*, quod hæc regio triangularis ſit, & à plurimis vocetur *Delta*. & F. vocari *characterem Æolicum*. Et verb. *Mercurius*, literam I. tenuem appellat.

Etiam nomina literę ſortiuntur à loco: quę enim eſt dictionis media vocatur *Cor*: & duę hinc inde adhærentes *Cordis alæ*. Omnes voces, quæ impari literarum conſtant numero, cor habent; & omnes, quæ pari, ſunt excordes.

Sunt literæ, quæ habent criſtas, ſeu plumas: ſunt quæ caudas: & ipſæ ſi nudentur mutant valorem, & poteſtatem. Plumas habent *b d h l*: & extractis plumis tranſeunt in *v a n i*. Caudas habent *g p q y*; & exciſis caudis tranſeunt in *o v a v*, quod eſt digniſſimum conſideratione.

Sunt literæ nonnullæ conuertibiles. Et illæ ſunt, quæ manent adhuc literæ, ſi vertantur: videlicet: *a b c d e f h j l m n o p q s u. x z*; quæ verſæ tranſeunt in *v q ɔ* (hoc eſt *con*) *p ɔ* (hoc eſt *d*) *f ÿ l j ш* (hoc eſt *ui* vel *iu*) *u o d b s n x z*: è quibus *f o ſ x z* valorem retinent: cæteræ mutant: & *g k r t y* conuerti nequeunt.

Ecce Logogriphicæ terminos, & fundamenta paucis complexi ſumus, hanc modo doctrinam, vt clarior ſit, reducamus ad praxim.

MVSA II. VTENS.

☞ CXCVIII.

HIS igitur inſtituti notitijs, aliqua exempla ſubiungamus. [Eligam faciliora, vt artem clariùs tradam: quæ enim nimis obſcura, admirationem aliquando merentur, nunquam laudem. Et hîc obiter notari volo, interdum malè proponi Logogriphos, & hanc ob rem harum figurarũ Promethea debere eſſe ingeniosum, & prouidum, & antiquiores imitari.]

I. Griphus.

QVÆ Græcè ſum Naſſa, alis, & corde reciſis
Sum Palamedis auis, tũc alis, cordeq; donor,
Queis caruiſſe prius certum eſt. Galeâque reiectâ
Diuerſas plantas, ſegeteſq; recondere poſſũ.

An-ne verum, quod exciſis alis, & corde, adquirat alas, & cor, quibus carebat prius? Maximè. Et quomodo id erit ſine contradictione explicabile? Rem tene: *Vox* Griphus *exciſo corde* P, *&* *alis ardis* I, *&* H, *dat vocem* Grus. *Eſt autem Grus auis Palamedis apud omnes*: & habet cor, & alas, *quibus verè Griphus, & Naſſa caruit. Si à voce* Grus *galeam, ſeu literam primam excidam, habebo* Rus, *& in ipſo ſegetes, plantas*, &c.

II. Saturnus.

TOtus in ætherei mundi regione ſupremâ
Laſſus ago. Careo ſatur & pede, ventreq; ſanus.
Litera iudicialis abeſt? ſum Sturnus, & hoſtis
Si capue amitto ſum Æneæ, nomine Turnus.

Ex ſeptem Planetis, qui ætheream auram pectunt, ſupremum circulum agit Saturnus, *laſſus, quia tardus, & nònniſi trigeſimo anno periodum complens. Cum eſt claudus, & caret pede hoc eſt ſyllaba* nus, *remanet Satur: & cùm ventre hoc eſt ſyllabâ* tur, *manet* ſanus. *Et plexus capite, hoc eſt amiſſâ ſyllabâ* ſa, *quæ huius dictionis caput eſt, fit* Turnus, *hoſtis Æneæ, à Virgilio, & alijs Poëtis celebratus. Sublata litera iudiciali* A. *remanet* Sturnus, *quem ſi deuorarit, & in ſe complectatur Saturnus, quod mirum, ſi eſſe ſatur dicatur.*

III. Puer.

CAſſide depoſitâ vernantia tempora præbet.

Vox Puer, *ſi tollatur caſſis (hoc eſt, prima litera) dat* Ver: *& quidem tempus ætati ſimile: nam pueritia eſt vitæ humanæ Ver, & Ver eſt anni Solaris pueritia.*

IV. Mars.

DEpono galeam ferus, & do ſedulus artem.

Dictionis Mars *galeâ, ſeu primo charactere depoſito, manet* Ars. *Hinc patet, quanta ſit inter Artem, & Martem connexio*: vnde aliquando dixi

———— exiſtere in orbe
Mars abſq; Arte nequit. Ars ſine Marte poteſt.

Hinc orta phraſis *Hoc proprio Marte Clodius fecit*. hoc eſt, proprio ingenio vel arte. Cicero 3. Officior. *Hanc partem relictam explebimus, nullis adminiculis; ſed vt dicitur noſtro Marte.*

V. Nauis.

DIC; quibus in pelâgo nauis formatur aperta?
Tertia cum primâ litera verſa canunt.

Conſidero igitur vocem nauis. *verto primam, & tertiam literam, & habeo* uanis: *addiſcoq; prudentibus naues non ſeruire, ſed vanis, hoc eſt ſtultis. Nam, ſi quæras, cur tu hæreas in littore, & Otho nauiget? Reſpondebit Iuuenalis Satyrâ* 3.
Sic libitū vano, qui nos diſtinxit, Othoni.

VI. Vox.

QValis Ariſtoteli Phyſicam dum ediſſerit, eſt Vox?
Reſponſum princeps litera verſa dabit.

Scripſit Philoſophus Stagyrita, libros Phyſices, *quaſi non ſcripſiſſet: tot enim tenebris, & obſcuritatibus ſingulas dictiones inuoluit, vt meritò iubeamur eius vocis primam literam vertere*: uox *enim, verſâ primâ literâ, eſt* nox,

VII. Decus.

QVod Decus eſt prati? reſpondet prima reflexa.

Sanè vox decus, *ſi prima vertatur fit* pecus, *& nos monet pratorum decus eſſe pecora.*

VIII. Index.

INdex quis veri vis diſcere? verte ſecundam.

Et meritò: nam vox Index, *ſi ſecundam conuertamus eſt* Iudex: *vt ſcias politicas rerum notitias à tribunalibus petendas eſſe: qui enim ante ſententiam Iudicis alteri parti credit, leuis eſt:*

De alijs linguis.

VIX, aut ne vix quidem hæc literarum conuerſio, in linguis Orientalibus inuenitur. Non illam habet lingua Hebræa, non Chaldæa, non Arabicà (Turcica, Perſica, &c.) Sed neque lingua Græca: huius interim aliqui characteres, etſi non alterentur, aliter valent in linguâ Latinâ nam Græcorū γ, η, ϑ, ν, ρ, χ, (Gamma, Etha, Theta, Ny, Rho, Chi) figura ſunt ſimiles Characteribus Latinorum γ, η, d. v. p.x. quorum eſt valor, & ſignificatio diuerſa.

MVSA III. SCALIGERA.

CIC.

IVLIVS Cæſar Scaliger paucis horis, vt ait, centum Logogriphos compoſuit, qui difficili carmine expoſiti clariorem dictionem mererentur: interdum enim quid velit dicere non intelligimus, & ideò an dicat bene, non poſſumus iudicare. Elegi ex ipſis aliquos: ipſos nouo modo, vt varietas delectet, ſubſcribo.

GRIPHVS.

1 2 * * * 3 4	Grus. *Auis nota.*
* 1 * * * 2 3	Rus *Campus*.
* 1 * * 2 3 4	Rhus.
1 2 3 * * * *	Gri. *aliàs* Gry.

MENS.

* 1 2 3	Ens.

SATVRNVS.

1 2 3 4 5 * * *	Satur.
1 * 2 3 4 5 6 7	Saturnus.
1 2 * * * 3 4 5	Sanus.
* * 1 2 3 4 5 6	Turnus.

PVER.

* 1 2 3	Ver. *anni tempeſtas.*

MARS.
1 * 2 3 Ars. *Hinc proprio Marte, quaſi propria arte.*

VENVS.
1 * 2 3 4. Vnus.

IVPPITER.
* * * * 1 2 3 4. Iter.
* * * * * 1 2 3. Ter.

MERCVRIVS.
1 2 3 * * * * 4 5. Merus. *Hinc* Herus.
1 2 * * * * * 3 4. Meus. *Et penultima inuerſa* Mens.
1 * * * 2 3 * 4 5. Murus.
1 * * * * * * 2 3. Mus.
1 2 3 4 * * * * 5. Merces. Merx.
* * * 1 2 3 4 5 6. Curius.
* * * 1 2 3 * 4 5. Curus. Currus.
* * * 1 * 2 * 3 4. Crus.
* * * * 1 2 * 3 4. Vrus.
* * * * * 1 * 2 3. Rus.

LVCINA.
1 2 * * 3 4. Luna. Sol *dicitur, quia* ſolus, *ergo* Luna, *quia eſt* illa vna.
* * 1 * * 2 3. Vna.
1 * * 2 3 4. Lina.
* * 1 2 3 4. Cina.

DIES.
1 2 * 3. Dis. *hinc* Dij, Dij, Is, Ij.
1 * 2 3. Des *hinc* Es *verb.* Æs *nom.*

SPIRITVS.
* * 1 2 3 4 5 6. Iritus. Irritus.
* * * 1 2 3 4 5. Ritus.
* * * * * * 1 2 3. Tus. Thus.

MVSCATVM.
1 2 3 4 5 6 7 8. Mus, Catum. *Hinc* Tum.
1 2 3 4 5 * * *. Muſca.
1 2 3 * * 4 5 6. Muſtum. *Hinc* Vſtum.
1 2 3 4 * * 5 6. Muſcum. Hinc Cum.

PAVLVS.
* 1 2 3 4 5. Aulus. αὐλός
1 * * 2 3 4. Plus.
1 * * * 2 3. Pus, vris πῦς ποδὸς. Pes.
1 2 * 3 4 5. Palus, 1. Palus Vdis.

PVRVS.
1 2 * * 3. Pus *Vide in* Paulus.
* 1 2 3 4. Vrus. οὖρος.
* * 1 2 3. Rus.

MARES.
1 2 3 4 *. Mare *Oceanus.*
* 1 2 3 4. Ares. ἄρης *Mars.*
1 2 3 * 4. Mars *Planeta notus*
* 1 * 2 3. Aes. *Metallum, & tuba.*

PARIES.
* 1 2 3 4 5. Aries *Eſt vox æquiuoca.*
1 2 3 4 * 5. Paris *nom. & verb.*
1 * * * 2 3. Pes *Membrum, & Menſura.*
* 1 * * 2 3. Æs *hinc &* Es *verbum.*

AVIS.
1 * 2 3: Ais. *Hinc interiectio ai & pron.* Is.
* 1 2 3. Vis *nomen, & verbum.*
1 * * 2. As. aſſis. *Sumitur pro re integra*

DAPES.
* 1 2 3 4. Apes. *Hinc* Pes, *&* Æs.
* * 1 2 3. Pes. *Hinc* æs.
* 1 * 2 3. Æs. *Hinc* Es *verbum.*
1 2 * * 3. Das. *Hinc* Da, *&* As.
1 * * 2 3. Des. *Hinc iterum* Æs.

FOEMIMA.
1 * 2 3 4 5 6. Femina.
* * 1 2 3 4 5. Hemina.
* * * 1 2 3 4. Mina.
* * * 1 * 2 3. Mna.

Quæritur an HEMINA habeat ſecundam breuem, an longam? Eſt mihi menſura. Et cant' HEMINAM, Germani HEMINAM.

ANAS.
* * 1 2 3. Nas.
* * 1 2. As. *Vide* Auis.

CÆSAR.	
1 2 3 4.	Æſar, Deus apud Tuſc.

SCALIGEK.	
* * 1 2 3 4 5 6.	Aliger.
* * 1 2 * * 3 *.	Ale. Alæ,

PLVVIA.	
* * * 1 2 3.	Via. *Hinc* Vi
* * 1 2 * 3.	Vua.

PORCVS.	(Vxor.
* 1 2 3 4 5.	Orcus *Anagr.* Vcſor *hoc eſt*-
* * * 1 2 3.	Cus.
1 2 3 * 4 5.	Porus. Πόρος. Πῶρος.
* 1 2 * 3 4.	Horus Ὧρος.
* * 1 * 2 3.	Rus.

VITA.	
1 2 * 3.	Via.
1 2 * *.	Vi.
* 1 2 3.	Ita. *Hinc* It.

CAPER.	
* 1 2 3 4.	Aper. *Hinc* Ape. *&* Per.

AER.	ἀήρ.
* 1 2.	Er. ἦρ. Ver.

GALLINA.	
1 2 3 4 5 * *.	Galli. *Hinc* Alij.
* * * 1 2 3 4.	Lina. *Hinc* In.

COLVMBVS.	
1 2 3 4 5 * * *.	Collum.
* * 1 2 3 4 5 6.	Lnmbus.

TAVRVM.	
* 1 2 3 4 5.	Aurum.
* * 1 2 3 4.	Vrum.

ROSA.	
1 2 3 4.	Rŏſa. Rôſa.
* 1 2 3.	Oſa. Oſſa.
* 1 2 *.	Os. oris.

BARBARVS.	
1 2 3 4 5 6 7 8.	Barba-Rus.
* 1 * 2 3 4 5 6.	Abarus. Auarus.
1 2 * * * 3 4 5.	Barus. Βάρος.

CASTANEA.	
1 2 3 4 5 6 7 8.	Caſta. Nea. *νία* caſta.

INTELLECTVS.	
1 2 3 4 * 5 6 7 8 9 10.	In te lectus
* * * 1 * 2 3 4 5 6 7.	E lectus.
* * 1 2 3 4 * * * 5 6.	Tellus.
* * * * * * * * 1 2 3.	Tus. Thus.

IVNO.	
1 * 2 3.	Ino. *Hinc* In. (*& hinc Hiſp.* No.)
1 * * o.	Io.

MALEDICVS.	
1 * * 2 3 4 5 6 7.	Medicus. *Hinc* Medius.

MENDICVS.	
1 2 * 3 4 5 6 7.	Medicus. *Hinc* Medius.

MVLVS.	
* 1 2 3 4.	Vlus. Vllus.
1 2 * * 3.	Mus.

PRVDENS.	
* 1 2 3 4 5 6.	Rudens.
* * * 1 2 3 4.	Dens.
* * * * 1 2 3.	Ens.
1 * 2 3 4 5 6.	Pudens. *Hinc* Vdæ.

☞ CC.

OCcurrunt nonnullæ dictiones alogogricæ, in quibus æquè gratum ſit audire, cur non generent Gryphos, quàm in alijs, cur generent. Conſidera verſus ſequentes.

Sol.

NON gignit ſobolem, ne proles vrat Olympum.

Nox.

MAter conſilij, ſedes veneranda quietis,
Obſcura eſt adeò nihil vt cognoſcere poſſis.

Mox.

OMnia, quæ perimit, nil de ſe gignere poſſit.

Echo.

MIrum, quæ ex alijs renouat benè ſedula voces,
Ex ſe ipſa nullam ſit renouare potens.

Sunt etiam aliæ multæ his ſimiles, è quibus nihil vtile eruas, etſi multum labores.

[NOTA

[NOTA. Sanè non ſunt omnes iſtæ voces ita ſteriles, vt putauit Scaliger. *Sol* enim, ſi auferatur vltima, & cætera recurrant, dat *Os*. Sic etiam, ſi inuertatur prima litera *vox* dat *nox*. & *Mors* dat Σ *ors*, hoc eſt *Sors*. Et tandem ſi media excidat, *Echo* dat *Eo*.]

☞ CCI.

SVnt multi Logogriphi, quibus ineſt Echo prioris vocis, & nihil aliud: & iſti non videntur ita curioſi, quàm alij tales ſunt apud Scaligerum ferè omnes; & inter alios *Scaliger, aliger. Mens, ens. Saturnus, turnus. Puer, ver. Mars, ars. Iuppiter, iter, ter. Mercurius, curius, ius. Spiritus, ritus, Muſcatum, catum. Paulus, aulus. Purus, urus. Mares, ares. Paries, aries. Auis, vis. Dapes, apes. Fæmina, mina. Cæſar, æſar. Pluuia, via. Ros, os. Leo, eo. Porcus, orcus. Caper, aper. Bos, os. Lilium. ilium. Patria, atria, tria. Francus, ancus. Ouis, vis. Nauis, auis. Luſus, vſus. Gallina, lina. Columbus, lumbus. Vacca, acca, Barbarus, barus. Facies, acies. Vultus, vltus. Intellectus, lectus. Manus, anus. Porcella, cella. Cædes, ædes. Stultus, vltus. Palma, alma,* &c.

☞ CCII.

IVre ſuo vti ſolent Grammatici, & cùm Logogriphos conformant, ſolent PRIMO literas ſimplices pro duplicibus ponere. SECVNDO vocalem ſimplicem pro diphtongo: aiunt enim diphtongum nihil eſſe aliud, quàm vocalem ore obtorto prolatam. TERTIO aſpirationem negligere. QVARTO non auferre literas ſolum, ſed etiam aliquando addere. Rem exemplis illuſtro. Et ſuccurrit Logogriphus MERCVRIVS, de quo ſcaliger.

Vltima ſex obiens linquet Dictator aratrum,
Hac tenui excepta currus vehet inde triumphos.

Et in explicatione notat ſex vltima elementa vocis *Mercurius* continere nomen *Curius*. Fuit autem Curius ſummę fragilitatis vir, qui cum rapas torreret, Legatoſque Samnitum magnam vim auri offerentium audiret, ait, *malle ſe imperare locupletibus, quàm locupletem eſſe*. Ab huius ergo Dictatoris nomine tenui (hæc eſt litera I.) exceptà inquit Scaliger, oritur nomen *Currus*; at non oritur *Currus* inquam ego, ſe *Curus*. Sed eſſe perinde inquit ille, quia antiqui literas non geminabant.

Et in Logogripho SPIRITVS. Sic ait:

Da caudam Superis cum ventre, & ventre remoto
Ne totus, quod ego ſum, ſis, ſi negligis aras.

Quod ſic exponit. *Da thus Deo ſecundum ritum, ne ſis irritus*. Et vt vides vltima ſyllaba vocis *Spiritus* (hanc *caudam* nominat) non eſt *thus*, ſed *tus*: nec ab eadem voce oritur *irritus*, ſed *iritus*. In Logogripho MARES, ſic infit.

Tu, niſi ſibilat, aufuge. Res eſt perfida. Mortem
Abſciſsâ ceruice cies concentus Homeri.
Torque os, cauda tubam. Caput eius disÿce patrem
Romulus oſtendet ſummâ de ſede Quirinum.

Et hunc Logogriphum ſic exponit, *Tu, niſi ſibilat*, hoc eſt, niſi habeat ſibilum, ſeu literam S, aufuge: & meritò: quia *Mares* ablato ſibilo dant *Mare*, quod *res eſt perfida*. Eadē dictio abſciſſâ ceruice Litera M) erit ἄρης *Torque os cauda ciet tubam*. hoc eſt, in huius vocis ſyllabâ vltimâ, quæ eſt *Es*, torque os, hoc enim modo fiet diphtongus, & erit *Æs*, & ciet tubam, quæ ex ære formatur: vnde à Virgilio tuba vocatur *Æs*, & tribuitur.

Miſeno Æolidi, quo non præſtantior alter
Ære cîere viros, Martemq; accendere cantu.

Liberiùs abuſus eſt vocali ſimplici pro dipthongo, Logogripho DAPES, vbi ait.

Quinque placent ori; ſed quatuor aëra ſcindunt.
Tres currũt: referunt murmura rauca duo.

Habet igitur quinque literas vox *dapes*; quatuor vox *apes*: tres vox *pes*: & duas vox *es*, ſeu *æs*. Supereſt oſtendere quomodo literæ in Logogriphis addi poſſint. Voce ANAS, hæc lego.

Tota volat: tota & graditur: quin tota natabit.
Irritata apicem imponat canis, haud volat Aufer
Atq; hinc, atq; illum, qui iam fuit ipſe natabis.
Quod ſi dimidium tibi forte ſuperuenit vſus,
Obtura, tetros ſi quando incendis odores.

Tota vox eſt *Anas*: quæ volat, graditur, & nat. Si addatur ex parte apicis, ſeu capitis litera R, quam canis irritata effert, & ideò canina vocatur, habebis *Ranas*, quæ non volant. Si perdat R, & adhuc primam literam *Anas*, tu *nas*. Et ſi vox *vſus* det dimidium ſui, hoc eſt, ſyllabam *us* erit naſus, quem obtura, ſi fortè amaros odores incurras.

☞ CCIII.

NE putes Logogriphos fuiſſe ignotos antiquis, Scaligerumq; Artem hanc ingenioſam, & eruditam inueniſſe, quod multi docent, paucas lineas ſubiungo.

MVSCATVM ex veteri ænigmate.

Quod currit caput eſt. Venter dabit additus alas.
Graculus haud comedet ſex mēbra externa guloſus
Deme caput, metuent tria prima: & iungitur hoſtis.
Iunge extrema epulis acues ſine ventre Poëtam.
Cui caput abſumas ſi ſit, male qui tibi dicit.
At cum ventre caput nihil ſunt niſi tædia vitæ.

Caput eſt *mus*: venter eſt *ca*: mus ergo curret, & muſca habebit alas. Σ *κατὸν*, (hęc enim dictio continet ſex literas vltimas) non edet Græcus. Exciſo capite, manebit *mus*, qui timeat *catum*. Si extrema iungantur, erit; *Muſtum*: vnde & *Vſtum*.

PARIES ex antiquo concinnatum.

Cui mater fuit alta ſilex, lignumue, lutumue,
Exciſâ ceruice ferox ad paſcua regnat.
Ventre imo exſecto ſpartanos tollit honores.
At fruſtra, & pes, & hic patriam defendit ab hoſte.

Paries exciſâ ceruice hoc eſt litera P, erit *Aries*: exciſo ventre imo, ſeu literâ E, erit *Paris*: & ſublatis ſecundâ tertiâ, & quartâ, erit *Pes*.

CAPER ex antiquo.

Cornua ſunt toti. caput aufer, dente nocebit.

Caper enim pugnat cornibus, & *Aper* dentibus.

Ex his patet ante Iulium Cæſarem Scaligerum fuiſſe multos, eoſq; curioſos & ingenioſos Logogriphos, quibus meliores, & ornatiores vix apud recentiores inuenies.

☞ CCIV.

PEtebat à Doctiſſimo quodam Grammatico coram Imperatore Paraſitus, quot pedes eſſent in vno Diſtico Elegiaco: reſpondentem eſſe vndecim, ridet; & vt eſſe multò plures ſuadeat, hoc producit.

Mille boues paſcunt; vitulorum millia centum;
Muſca ſuper cornu quolibet vna ſedet.

Illud Ioanne Alſtedio Encyclopædiæ libr. 10. part. 4. cap. 5. §. 29. aſſerente infinitorum pedum eſt. Sed cur Vir doctus innumerabiles eſſe hos pedes ait; quos tamen poterimus ad computum breuem reducere. Sunt enim.

Boues paſcentes	1, 000.	
Vituli concomitantes	100, 000.	
Summa	101, 000.	
Illorum cornua (Muſcæ)	202, 000.	
Eorumdem pedes	404, 000.	A.
Muſcæ multipl. per 6.	2; 424, 000.	B.
Addantur pedes Metrici.	11.	C
Ergo A B C. *ſimul*	2; 828, 011.	

Sunt igitur in illo Diſticho *duo milliones, octingenti, & viginti octo millies, & vndecim pedes.*

CCV.

SOlent etiam nonnulli vti nominum interpretatione, vt ſecretum obuelent; & vt rem ita exponant, & à nemine poſſint intelligi. Pono exemplum.

Erat Duaci Claudius ſeuerus, aut auſterus Præceptor, habebatq; petulantes diſcipulos, quos corrigendo non emendabat, ſed irritabat, qui cùm aliter Magiſtrum ſuum vexare non poſſent, caniculum arripiunt, exuiſcerant, & parieti ſuffigunt. Amabat caniculum Claudius, & omnem mouet lapidem, vt criminis authorem reperiat: ſed fruſtra. Interim eidem muro poſtridie hoc diſtichum inſcriptum fuit.

Ponere cum cunctis lapidem duo millia Diuis
Fixerunt muro viſcera viua canis.

Ecce authorum ponuntur nomina: ſed quis ea intelligat? qui attentè legat, & ad ſingulorum interpretationem recurrat. Illam petulantiam commiſerant. *Magiſter Petrus*, *Vincentius*, & *Toſſanus*. Primus Gallicè dicitur *Metre Pier*, hoc eſt *Ponere lapidem*: ſecundus *Vin-cent*, hoc eſt *vigeſies centum*, ſeu *duo millia*: Tertius *Toſan*, hoc eſt *Omnes Sancti*.

☞ CCVI.

DVM Romæ eſſemus Anno 1657. verſum vidimus, quem, ſi tam eſſet mundus, quàm ingenioſus huc poneremus. Erat ſecundum pronunciationem orthographicā pulcher, & panegyricus. at ipſe ſecundum ichnographiam ſordidus, & malitioſus. Orthographiam voco ipſammet versùs ſyntaxim ichnographiam vmbratilem futuri operis delineationem, quæ in pedum diuiſione, & diſtributione conſiſtit. Illam exprimimus carmen percurrendo; hanc ſcandendo. Et

poteſt

poteſt, qui ſcandit, multa inſinuare, aut dicere, quæ percurrens non tangit. Conſidera ſequentes numeros.

Qualis Aſo fuerit petis, & reſpondet Apollo:
A ſolâ Troiâ Daphne, quam pangis, amatur.

Audis reſponſum, nec intelligis: De Aſone enim inquiris, non de Daphne; vnde Apollinis Oraculum non videtur ad rem. Sanè non videtur reſpondere, quia dictiones percurris: videretur, ſi ſcanderes, tunc enim inter fractas voces reperires hunc ſenſum.

Aſo, Latro, Iadaph, Nequam, Pangiſa, Matur,

Vt vt non omnia intelligas, & aliqua indigeant commentario, clara ſunt ſaltem illa. *Aſo, latro, nequam, &c.*

Poſſent curioſa condi carmina, in quibus non ſolùm Orthographia, ſed etiam Ichnographia ſenſum integrum redderet, ſi tempus & otium ſuppeteret: item maiori ſtudio aliqua, in quibus Orthographia loqueretur latinè, Ichnographia Gallicè, vel Germanicè. Sed quia non omnia tandem poſſumus, nobis inſinuaſſe ſufficiat, quæ à Philomuſo poterunt exemplis nobilioribus dilucidari.

☞ CCVII.

DE Griphis agit Alſtedius *Enciclopædiæ lib.* 10. *ſect.*4. *cap.*5. *num.* 32. eoq; Authore Carmen Griphum proponens vocatur Γριφώδης, & γριφοποιός, qui Griphos componit. Hoc exemplnm ex Chriſtiano Becmanno producit.

Eſt nomen, imò nominis geris vicem:
Et quatuor ſit literis; duæ ſonant,
Duæ aſſonant. Si paululum haſce quatuor.
Traieceris, non quatuor, ſed bis decem.
Et quatuor naſcentur inde voculæ.
Vmbram hîc videto miſtionis, quam modo
Elementa miro quatuor iunctim parant.

Iſte: pronomen. Sit hæc vox prima. Hinc per metatheſin *etſi*. Ergo hæc eſt ſecunda. Tertia *ſi*. Quarta *ſe* in compoſitione vocula ſeparandi. Quinta *ſe* pronomen. Sexta *e* præpoſitio. Septima *Ie* interiectio. Octaua *Te* accuſatiuus. Nona *Is* pronomen. Decima *Ei* datiuus. Vndecima *Eis*. Duodecima *Tis* pro *Tui*. Tertia-decima. *Ti* pro *Tibi* Quarta-decima *es* ab *edo*. Quinta-decima *Is* ab *eo*. Sexta-decima *I* imperatiuus. Septima-decima *It*: Octaua-decima *Ite*. Vndeuigeſima *ſt* ſilentij nota. Vigeſima *es* à ſum, (huc pertinere poteſt *Æs*) Vigeſima-prima *eſt*. Vigeſima-ſecunda *ſit*. Vigeſima-tertia *ſiet*. Et tandem vigeſima-quarta *ſite*. Eſt eiuſdem etiam Logogriphus, qui ſequitur.

Sex chordulæ cor ſuauiter
Mulcent. Sed vnam hinc anferas,
Quartam puto, ingratum ſtrepit
Æſtate, beſtia impudens.
Tolle vltimas duas, erit
Domeſtica illa beſtia,
Inſigne cuius prælium
Homerica canunt tuba:
Huiuſce caudam tolle, erit
Quod mutus effari ſolet.
Capitis loco fac literam
Longam ſubire, dirimit.
Lites forenſes. Aſt vbi
Medium tenebit litera
Longa; irruens, & omnia
Per fas, nefaſq; deſtruens,
Monſtrum inde procreabitur.
Si at chordulis è ſex duas
Demas priores ilicet
Quæ vulnerent, & quæ necent,
Reſtare quatuor vides
At tollito penultimas
Duas; venuſtam virginem
Vides. nouemplici iugo
Prodire eâ nil dulcius,
Nil gratius vita hac alit.

Sex chordæ] Muſica, è ſex literis conflata. Si litera media eximatur fit *Muſca*. Huius duæ vltimæ ſi adimantur, fit *Mus*. s ſublato fit *Mu*, μῦ, vox muti apud Varronem. Loco capitis, h. e. M, ponatur I, litera longa apud Plautum, erit *Ius*. I medium poſito, erit *Vis*. Rurſum è Muſicâ primis duabus ſublatis, erit *Sica*. Denique duabus penultimis omiſſis eſt *Muſa*.

Etiam hic eſt eiuſdem.

Sume integram ecce beſtiam,
Paludis incolam, humido
Sub vere quaxantem coax,
Brecececex coax coax:
Sic in choro comœdiæ
Bacchum ſalutat aduenam.
Tolle hinc caput: fiet caput.
Appendicem abijce vltimam,
Æſtate ſiccum torridâ
Dulciſſimè rigat ſolum.
Tolle vltimum huius; & canis
Sonare literam audies.

Integra vox eſt *Froſch*: euius proprium eſt *coaxare*, & apud Feſtum *quaxare*. Alterum commentus eſt Ariſtophanes. Capite, id eſt, primâ literâ vocis Germanicæ ſublatâ eſt *Roſch* ראש, caput. Inde *Ros*; & deniquo *Ro*, Græcorum litera eanina.

MVSA IV. RESTRINGENS.

☞ CCVIII.

DIſputant in Scholâ Theologi, an Reſtrictiones Mentales tutâ conſcientia tolerentur. Multa in quęſtione hac opinionum ſchiſmata, multa connubia, aut diuortia reperio. Multi ibant obſcuri, ſoli, ſub luce malignâ: non paucis alluxit veritas ſub radijs Lunæ, paucis ſub Solis. Dum ipſi inter ſe digladiantur, ad Parnaſſum me confero, & Mentales ibidem Reſtrictiones ſine culpâ, aut ſcrupulo tolerari reperio. Sunt ergo iſtæ Reſtrictiones, voces aliquæ, quæ non ſcribuntur, & tamen mente intelliguntur, & linguâ, ni debeas contra mentem ire, ac propterea mentiri, pronuntiantur. Mentalis hæc aliquatum vocum intelligentia, periodos, verſuſve, ad ſenſum diuerſum reſtringit; imò illa interdum verba, quæ ſenſu carent, dilucidat, & ne aliter intelligi poſſint reſtringit. Muſa hæc poſſet nouum Parnaſſum exornare, at quoniam eſt cognata Logogrificis, hîc manere decreuit, & quia aliquas condemnauit dictiones, iubet ſententiam promulgari. Has vocabimus *exules*, illas proſcripſit a Parnaſſo Calamus, & tamen illas Labio Mens ingenioſè reſtituit; ſunt hæ.

BIS, TIR, SVB, SVPER, ANTE, POST, INTER; IN.

Singulas exemplis illuſtremus.

Duæ priores BIS, & TER, (nec eſt cur addas QVATER, QVINQVIES, &c. hæc enim aduerbia numeralia in Latinarum, aut aliarum nationum vocum compoſitionem non ſe inſinuant) non ſcribuntur, ſed ſubintelliguntur, ſi aliquod verbum bis, aut tertiò ponatur. Verbi gratiâ: ſi vna, & eadem vocula iterum, & iterum ponatur.

Or, *Or*.	hoc eſt *Orbis*.
Vr, *Vr*.	hoc eſt *Vrbis*.
A, *A*,	hoc eſt *Abis*.
I, *I*,	hoc eſt *Ibis*.
Abi, *Abi*.	hoc eſt *Abibis*.

Et ſi ponatur etiam tertio, vt

A, *A*, *A*.	hoc eſt *Ater*.
Neu, *Neu*, *Neu*.	hoc eſt *Neuter*.
Iuppi, *Iuppi*, *Iuppi*.	hoc eſt *Iuppiter*.
Sinis, *Sinis*, *Sinis*.	hoc eſt *Siniſter*.
Accipi, *Accipi*, *Accipi*.	hoc eſt *Accipiter*.

Ad hanc olim Ideam ſuam mentem conformauit ille ingenioſus Doctor, qui hanc inſcriptionem muro affixit.

Memento homo, *quia* RA, RA, RA, *es*: *&* *in* RAM, RAM, RAM; I, I. & quidem multorum etiam illuſtrium hominum ingenia torſit, & tamen facili negotio legitur, ſi præcedentibus inſiſtamus veſtigijs. Sonat enim,

Memento homo, *quia terra es*, *& in terram ibis*.

Porrò RA, RA, RA, eſt ter-ra, ergo *Terra*: & RAM, RAM, RAM, eſt ter-ram, ergo *Terram*: & I, I, eſt i-bis poſitum: ergo *Ibis*.

At hîc vna ſuccurrit difficultas, quæ inquirit, vnde ſcire quis poſſit, an debeat aduerbium numerale præponere, an poſtponere? At hanc ipſam quæſtionem Latini Idiomatis artificium diſſoluit: nam ſi præpoſitum non intret in compoſitionem, poſtponi neceſſariò debebit. Erat ſcriptum *Ram*, *Ram*, *Ram*. Et ego ſic ſtatim diſcurro. *Ram ter* nihil ſignificat, *Terram* eſt accuſatiuus vocis *Terra*: ergo mea reſtringitur mens, vt non *Ram ter*, ſed *Terram* intelligat; ergo reſtringitur mea lingua, vt non *Ramter*, ſed *Terram* proferat.

Ex numeralibus particulis, vt monui, ſumpſi duas tantummodò *Bis*, *&* *Ter*. Tum, quia pluries eamdem ſcribere dictionem videretur moleſtum, tum quia in Latinâ linguâ alię particulæ in compoſitionem non cadunt. At in Gallicâ linguâ exceſſus faciliùs tolerari poterit, vt ſi ſcribas.

ooooo, *eeee*, *ſont aaaaa*, *pons*.

hoc eſt *Cinq' o*, *quatre e*, *ſont cinq' a pons*, aut ſi correptiùs, & liberaliùs proferas, *Cinq' Coqs chaſtrez*, *ſon cinq' Capons*. pronunciatio erit eadem, nam diſcrimen in literis, quæ ſcribuntur, & non proferuntur, conſiſtit, & ſenſus. *Quinque Galli caſtrati ſunt quinque Capones*, & hæc de his voculis dixiſſe ſufficiet ad vſum duarum ſequentium veniamus.

Particulæ ſunt communiſſimæ SVB, & SVPER, & exeſſe iubentur, reſtringit enim mentem Calamus, vt illas ſubintelligat, & linguæ proferendas miniſtret. Exemplo clariùs res, quàm verbis poterit dilucidari. Pono ob oculos hanc Inſcriptionem; & quo debeat modo explicari inueſtigo.

iectis

PARCERE ET DEBELLARE.

bos.

Sanè

Sanè attende. Vox *Parcere*, eſt ſub voce *iectis*: & vox *debellare* eſt ſuper vocem *bos*. Ergo dicam cum Diuino Poëta, eſſe Regum, & Principum,

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Et hic obiter nota modum hunc ſcribendi requirere neceſſariò tres lineas, quarum intermedia *eſſentialis*, & collaterales *accidentariæ* nominentur: ſi enim idem Lemma ſcriberemus ſic,

iectis		*debellare*
Parcere:	*&*	*bos*

non eſſet cur potiùs. *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos*, quàm *Iectis ſuper parcere, & bos ſub debellare*, dicerem: debent igitur deduci tres lineæ, quarum media continua ſit, & tenenda: aliæ tangendæ, quoties aliqua in illis vocula reperiatur.

Poſſes retinere duas lineas, & omnem hallucinationem vitare, ſi duplici genere characterum vtereris, videlicèt Magno, & Paruo: Rotundo, & Curſiuo; & hanc legem Lectoribus ferres, vt in ſingulis diuiſionibus priùs Magnos, & poſteà Paruos; prius Rotundos, & poſteà Curſiuos proferrent. Pono in Magnis, & Paruis exemplum.

iectis		DEBELLARE
PARCERE,	ET	bos

Repono in Rotundis, Curſiuiſq;

iectis		debellare
Parcere	&	*bos*.

Semper enim ſi legem præfixam obſeruemus, legemus, *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos*.

Tranſeamus ad voculas alias: & quo debeant modo ſubintelligi præpoſitiones ANTE, POST, & INTER explicemus.

Sunt etiam leges, quæ nos in mentis reſtrictione dirigunt. Eſt.

Prima. *Si inter duas lineolas: alteram hinc, alteram inde; reperiantur duæ voces, legetur priùs eſſentialis* (quæ eſt ſcripta maiuſculis, aut Rotundis) *poſteà accidentaria* (quæ paruis, aut curſiuis literis ſcripta eſt.) Pono exéplũ.

[NOBILIS nor] id eſt *Nobilis Antenor*.
[SABINAE mnę] id eſt *Sabina Antemna*.
[EXCELSA nna] id eſt *Excelſa Antenna*.
[SPVRIVS ros] id eſt *Spurius Anteros*.
[IVPPITER ſtat] id eſt *Iuppiter anteſtat*.

In omnibus his exemplis vox eſſentialis præpoſita fuit accidentariæ: & ideò particula *Ante* ſubintelligi debuit: nam in voce [NOBILIS nor] *Nobilis* ponitur ante *nor*. Dicemus igitur *Nobilis Antenor*, &c. Alia igitur exempla addamus, in quibus oppoſitum accidat, & particula *Poſt* habeat locum.

[eritas REGIA] id eſt *Regia Poſteritas*.
[humus HONOR] id eſt *Honor poſthumus*.
[i SVFFIXVS] id eſt *Suffixus poſti*.
[ridie VENERO] id eſt *Venero poſtridie*.

Secunda. *Si inter ſimiles lineas reperiantur tres voces media erit eſſentialis, extrema verò accidentaria*. Hæc vox media, tametſi charactere eſſentiali pingatur. Exemplis Regulam dilucidemus.

[it NOBILIS us] id eſt *Nobilis interitus*.
[e IVPPITER a] id eſt *Iuppiter intereà*.
[fe REX ctus] id eſt *Rex interfectus*.
[di CERNITVR u] id eſt *Cernitur interdiù*.
[i TANDEM it] id eſt *Tandem interyt*.

Deniquè vltimam Præpoſitionem explicemus: quæ erat IN. Sanè non habemus characteres in Typo, quibus poſſimus vſum huius Præpoſitionis explicare, vt circumſcribemus ſufficienter, vt ab omnibus poſſit intelligi. Porrò ſi in pectore litera D. ſcribas vocem *Rex*, erit Rex in D: ergo *Rex inde*.

Notanda.

ORnantur Reſtrictiones iſtæ Literis Characteribus, Figuriſque. Nempe literis, quando illæ pro nominibus ſuis ſupponũtur, vt illud A, B, C, D. hoc eſt *Abba cede*. Literas Maiuſculas, ſeu Capitales Gallus appellat *Grands*, paruas verò *Petits*, vnde reſultant pulchræ aliquæ compoſitiones. Hanc conſidera.

p

G. a. d. pour: mes. aa.

tenter.

Ecce ſunt G grandis; *a* parua: *d* ſub *p*: *pour* ſuper *tenter*: *mes*: & duæ *a a* paruæ. Quæ omnia ſimul ſenſum ſequentem reddunt. *I'ay grand appetit, de ſouper, per ſubſtenter mes appetits*.

Sicut Literæ Latinæ communes pro ſuis accipiuntur nominibus, ſic etiam Græcæ, Hebræx, Arabicæ, &c. quod breuiter dilucido his exemplis.

α.ν.us Ϭbat pϱmoveri κces, & inκces adμttebat.
Id eſt, *Alphanius vetabat promaveri capaces, & incapaces admittebat.*

In hoc Græca elementa ſunt accepta materialiter, pro nominibus ſuis: in ſequenti Hebraico pro ſuis etiam nominibus ſumẽtur.

Cאiat לon: haב enim מtem נquam bonam.
Hoc eſt. *Calefiat Lamedon: habet enim mentem nunquam bonam.*

ג Hebraicè nominatur *Gimel*, Syriacè *Gomal*; ergo ſtãdo Syriacis nominibus, LARג, erit *Largo mal*, Hiſp. hoc eſt, *Largum malum* Latinè.

Characteres Latini Græci & Hebræi poſſunt & ſolent immiſceri. Et pulchra illa literæ caninæ obſervatio, quæ ſi Latinè, Græcè, & Hebraicè ſcribatur (ſic videlicet R ϱ ר) Latinè enim dicitur *Er*, Græcè *Ro*, Hebraicè *Res*, dabit vocem *Errores*; quâ conceptus plurimi fulciri poterunt.

Ornantur etiam characteribus, cùm iſti pro re ſignificata ſumuntur. Characteres ſunt varij, nam diverſis diverſa facultates vtuntur.

Hi pertinent ad Arithmeticam. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10. &c. √ Radix quadrata. v √ Radix cubica. -+ Numerus poſitivus. --- Numerus negativus. Characteribus his interdum vtimur nam *A3.* ſignificat *Atria*, & *In2.* eſt *Induo*.


Ad Aſtronomiam hi ☉ ☽ ☿ ♀ &c. qui Planetas ſignificant: hi verò ♈ ♉ ♊ &c. ſunt ſignorum ſigna; Aſpectuum hi. ☌ ☍ & cætera. Iſti omnes characteres aſſumuntur à Chimicis, qui Aſtronomiam quamdam ſubterraneam profiteri dicuntur: quibus & alios ſuperaddunt. Vſus iſtorum characterum eſt frequens; ſubſcriptos attente conſidera.

Dum muros ♈ ☉vit, ☌ prodeſt.
☽ta turma, quam ♂ ☉atur amicus.

Reddunt enim hunc ſenſum.


Dum muros aries ſolvit, coniunctio prodeſt.
Lunata turma, quam Mars ſolatur amicus.

Tandem ad Muſicam ſpectant illi qui correſpondent iſtis voculis, *Vt Re Mi Fa Sol La Ba, Bi*: (Duas vltimas addo, artemque illatum additione ad ſummam facilitatem reduco.) *Notas* Cantores vocant characteres ejuſmodi: ipſaſque in *Maximas*, *Longas*, *Breves*, *Minimas*, *Semiminimas*, & *Fuſas* dividunt. Vt ſingula meliùs intelligas, hoc exemplum ſubſcribo.



Quod dat nobis hunc ſenſum.
Vt ſit in Regis ſolio, facere mira ſolet.

Vt vti poſſis ſine repræhenſione his Notis, adnotare debeo aliqua, ſine quibus nec ſcribere, nec intelligi poteris. Saltem ſequentes characteres, & nomen illorum conſidera.



vt re mi fa ſol la ba bi



Baſſus Tenor Altus Superius

Tandem exornantur Figuris, quæ huic ſubeſſe legi debent, vt ſingulæ ſignificent ſuũ nomen. Quam ob rem, ſi vnum *Cor*, & vnus *Rex* pingantur, & addantur hæ literæ IT, legere debebimus *correxit*: & ſi poſt has literas IM, pingatur *Mundus*, legere debebimus *Immundus*.

☞ CCIX.

ARtem præmiſimus, & brevi compendio expoſuimus: nunc illam exemplis varijs illuſtremus.

Nunquam ſatis laudabitur illud Heroicum Lemma, quod Thomæ Moro accenſetur; qui cùm ne Eccleſiæ eſſet fidelis, ſed ſe potiùs muneribus corrumpi pateretur, & Regi Hæreſiarchæ ſubſcriberet, ab amicis & inimicis cogeretur, generosâ, & plus quàm humanâ reſolutione (quæ enim à ſupernaturali gratia fiunt, vires humanas ſemper ſuperant) ſuam mentem expoſuit his literis.

Nella φδ φνϱ la ϛ.


Quas ſi juxta nomina, quæ apud Græcos habent, protuleris, habebis Reſponſum viro forti digniſſimum,

Nella fideltà finirò la vita.

Promiſiſti, Vir Magne, & vſque ad vltimum anhelitum conſtitiſti promiſſis: In glorioſâ & Eccleſia Romana debitâ fidelitate finem poſuiſti vitæ: Ergo, quia fidelis fuiſti Chriſto, hodie in Empyreo (ſic ſpero) experiris Chriſtum Martyribus ſuis eſſe fidelem. (Et

hic

hîc obiter animadverte, primò illud *la*, quod bis ponitur, poſſe notâ Muſicâ exprimi :& ſecunda aliquos, qui cultiùs ſe putant loqui Italicè nolle dicere *Fidelta* ſed *Fedelta*, non *finirò* ſed *fenerò*. Ergo vt exprimatur ſylla ba *fe*, non debebimus ponere Græcum φ, ſed Hæbræum פ; lemmaq; majorem habebit varietatem, ſi reſcribatur ſic.

NEL  β:

Tu rem recognoſce, & alterutrum modum eligas, nulli te errori expones, nam illas duas voces æquè per *fe* & per *fi* à doctus proferri reperio.

☞ CCX.

ERat quidam in bivio, neſciebatq; vtrum iter deberet capere : alterum erat breve, ſecurum alterum: inde alliciebat lucrum, hinc tranquillitas. Quæſivit à viro erudito, vtrum caperet? & ille breviter reſpondit, hoc ad illum epiſtolium tranſmittens,

K. P. C. Q. ℞. hoc eſt. *Cape ſecurum*. Et meritò ſic illi reſpondit : quoniam omni facilitati aut commoditati ſecuritas eſt præferenda.

☞ CCXI.

ILlud Morale Monitum, *O ſuperbe; cur ſuperbis? tua ſuperbia te ſuperabit*. Eſt veriſſimum : nam ſuperbia, quos exaltare & altiùs ſubrigere videtur, tandem ſuperat, vincit & deijcit, vnde Horatius,

——— Tolluntur in altum
Vt lapſu graviore ruant.

& quidem illud poteſt hoc modo ingenioſè conſcribi.

O CVR TVA TE
b, bis? bia abit.

Eſt enim in hac Inſcriptione, *O* ſuper *B* : *Cur* ſuper *Bis* : *Tua* ſuper *Bia*, & *Te* ſuper *Abit*.

☞ CCXII.

ADfirmat ſententiam iſtam illud Monitũ, *Iuppiter ſubmiſſos* (humiles) *locabit inter aſtra*, vt illi, qui pœnæ horrore à vitio ſuperbiæ non abſunt, præmij ſpe, ad Humilitatem alliciantur. Hoc igitur Ioannes Bernelius ſcripſit ſic;

miſſos
IVPPI IVPPI IVPPI [*aſ* LOCABIT *tra*]

Vox *Iuppi* ponitur ter, vt ſit *Iuppiter* : & eſt ſub voce *miſſos*, ergo ſub *miſſos*, & tandem *locabit* eſt inter *aſ* & *tra*.

☞ CCXIII.

HVmana omnia, ſicut nondum poſſeſſa deſiderium; ſic poſſeſſa faſtidium mortalibus ingerunt. Hoc exemplo domeſtico dilucidabo. Vacat verbi gratia dignitas Abbatialis : magno fervore plerique omnes, vt Titium promoveant conſpirant, & vix tenere habenas incipit, quando his nimis rigidus, illis nimis laxus apparet, & quem non poſſunt deponere, blandè & frequenter alloquuntur vt cedat locum ſaltem alteri, qui jam placet, citò eamdem fortunam experturus. Erat in Monaſterio N. Theodoricus (vocetur ſic) cui Prior, qui in dignitate ſucceſſurus; erant alij qui Soli adulantes orienti, deſpiciebant & odio habebant occaſurum. Omnes iſti Abbati erant moleſti, & vt illum ad locum cedẽdum compellerent, omni tropo Rhetorico, omni figura & fuco abutebantur : cautus erat nihilominùs ſenex, & ipſis ſemel occurrentibus ait. *DEVS ſua dona diſtribuit, vt vult : alijs ingenium velociſsimum præbet, alijs tardiſsimum indulget. Ex cenſu iſtorum Ego ſum : tam tardus & ſtupiduſque vt triginta ſolidos annos inſumpſerim, antequam ad duarum Abecedarij priorum literarum A, B. dignitatem venirem, Ergo, quia ætate ſtupor in ſenibus creſcit, indigebo minimum ſexaginta annis vt poſſim aut velim intelligere ſequentes literas* C. D.

Acutè & pulchrè : nam vocat *dignitatem A, B.* officium Abbæ ſeu Abbates : & literis C, D. exprimebat moleſta ſuorum colloquia, quorum ſemper cataſtrophe erat *Cede*, hoc eſt *Reſigna*.

Hæc hiſtoria (novella) fuit olim cogitata à Iacobo Peletier, & in lucem emiſſa in libro, quẽ ſub nomine Bonaventuræ des Periers evulgavit; interim ſub annum 1636. Gandavi vidimus Dominum N. nonagenario majorem ſimili ſe lepôre à ſuorum Religioſorum moleſtijs expedientem.

☞ CCXIV.

QVærunt Medici, an prandio cœna debeat eſſe moderatior & parcior? Libertus

bertus Fromondus in Philoſophiæ Chriſtianæ de Animâ lib. 2. cap. 2. art. 11. varios Authores & Populorum mores colligit, qui poſſunt ad tres claſſes reduci. Alij enim cœnam largiorē eſſe volunt: alij prandium: alij nullam diſtinctionem inveniunt. Ab his erat eruditiſsimus Dominus N. qui ſuam opinionem rogatus reſpondit,

P

I L (*falx*) 10. (*naſus*) COMME

[Voces *falx* & *naſus* loco figurarū ſcripſi, deberet enim in priori loco pingi vna falx, in ſecundo vnus naſus: illa Gallicè vocatur *faut* iſte *né*. & vox *comme* ponitur infra P.] Vide Tabulæ XX. Fig. VII.

Senſus ergo ſcriptæ Reſolutionis eſt, *Il faut diſnè, comme ſouſpe*. hoc eſt, *Oportet ita omninò cœnare, ſicut prandere*.

☞ CCXV.

DOlæ apud Patres Franciſcanos reperitur Morale quoddam Monitum, ingenioſè conſcriptum, quem Lamina . . exhibet, & à nobis hîc breviter eſt exponendum.

D *vous*, D *vous* (*la*) (*mors*)

in medio prioris D eſt inſcripta vna M: & in medio poſterioris hæc ſyllaba QVAT: *La* eſt nota Muſica: & *Mors* figura mortis, quam Galli *Mort* nominant. Ergo ad literam

M *en* D *vous*: QVAT *en* D *vous*: *la Mort*. quod eſt dicere juxta pronunciationem eruditam,

Amendez-vous, qu'attendez-vous: la Mort. Recognoſce Laminam XX. nā ibi præter hâc Figuram nonnullas etiam alias ingenioſas reperies. Ibi enim ſecundum locum occupat hæc linea,

(*Mors*) (*la, mi, 'a*) (*Mors*)

Et quidem Mors eſt vltima linea rerum, & In hac lineâ Mortis figura pingitur in principio & in fine, & illæ tres notæ firmi cantûs in medio: vt legat Gallus, *Mort la mis la Mort*, & exponat Latinus, *Mors poſuit hunc defunctum*.

☞ CCXVI.

MAdriti in cuiuſdam Senatoris palatio erat muro inſcriptū Lemma illud quod exhibet eadem Tabula XX.

Pingebatur vna *Solea* (Hiſpanicè vocatur *Suela*) vnum cor (Hiſp. *Coraçon*) vnum inſtrumentum muliebre, quod Hiſpanicè dicitur *Aſpa*, & habet duas cruces ad angulos oppoſitos, & filo componendo deſervit; vnū *Pyrum* (Hiſp. *Pera*) vnus *Mundus* (Hiſp. *Mūdo*) & vna *Rota* (Hiſp. *Rueda*) interpoſitiſque pauculis literis, reddebat hoc ſolamen Ethicum.

Conſuela te corazon, ſi as paſsion; y eſpera que el Mundo rueda.

Hoc eſt. *Recipias ſolamen cor, ſi aliquâ paſſione perturbaris; ſpera, exſpecta; nam Mundus rotatur.*

IN Gymnaſio Rhetorices ibidem ſcito penicillo pingebantur,

Vna laurus, vna corona, duæ alæ, & aliquæ literæ.

Quibus reddebatur hic ſenſus, *Lauro y Corona a las Letras*. hoc eſt, *Laurus Corona* (*& cætera ſimilia præmia*) *debentur literis*.

EXcellentiſs. Princeps Emanoel de Portugal, Antonij filius, Ludovici nepos, Emanoelis Luſitanorum Regis pronepos, dum Æmiliæ Auraſię Principis nuptias ſolicitaret, apud ejus imaginem Seraphinum expreſſit cum hoc Lemmate, *De mi amor, o de mi vida*. Seraphinus, Hiſpanicè dicitur *Seraſin*: & voce diviſâ *Serà fin*, hoc eſt, *Erit finis*. Ergo acutè & ingenioſè ſuum caſtum & legitimum affectum erga Æmiliam exponebat Emanoel dicens,

Aut mea illa vita, aut mei Amoris, erit finis.

ARetinus in quadam Comœdiâ nobilem introducit, quem cùm Cloris ſua deſpiceret, miſit ad illam epiſtolium in qua nulla eſſet literæ, ſed tres figuræ; videlicet *Hamus* (Italicè *Hamo*) *Delphinus* (Ital. *Delfino*) & *Cor* (Italicè *Cuore*) vt diceret

Amo del fino cuore.

Vel hinc ſecurus, vt amari deberet; rarò enim aut nunquam fallitur ille, qui dixit, *Vis vt ameris, ama*,

NOn homini, ſed tempori adulantur amici: quamdiu illud ſit fœlix, adſunt; ſi infœlix abeunt. Illorum genium noverat exactè Poeta Ovidius cùm dixit;

Dum fueris fœlix multos numerabis amicos:

Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

At quidam Princeps Gallus, quod in infortunio cum amico conveniens omnes inimicos attriverat, vt caſum neſciret poſteritas ſcripſit.

N. ſ. s. t. m. i, eſt ⊃. H.

Quod ſic volebat legi: *En neceſsitè amy eſt convenù*.

QVidam Aſceticus & pius Doctor, Vanæ gloriæ & Pompę mundanæ valedicens ſcripſit.

G. a. c. a. b. i. a. l.

Vt à nobis audiretur dicens, *I' ay aſſez obey à elle*

à elle hoc eſt, *Ego ſatis (aut etiam nimis) obedivi illi*.

☞ CCXVI.


Denominare notas Muſicas, res eſt, quæ ab vſu veriùs, quàm à lege dependet. Addamus ergo alia nonnulla exempla, quæ poſſis imitari, ſi velis.

Baſſæam, quam Galli ſtrenuè defendebant, D. Franciſcus de Mello expugnavit: & quidam illum Philomuſus celebravit Harmonicis verſibus & numeris; qui, nam pluries sũt editi, non debent à nobis recudi.

Huc pertinet illud Politicum Monitum, quod Ovveno debetur, & frequẽter in Principum Palatij decantatur: videlicet.



cum extollitur, Aulicus inquit.




cùm cadit alter ait.


Quidã noſtras Ovvenum imitatus, ſic cecinit.

Vt, re, mi, fa, ſol, la, bi.
Quando la Fortuna ayuda,
canta el Aulico ſin duda,
ſin poder caber en sì.
Pero, ſi aviendo perdido
hazienda, edad, y ſalud,
de la privanza a caìdo,
canta triſte y deſvalido,
Bi, la, ſol, fa, mi, re, vt,

Hvc etiam illius Hymni (quem in S. Ioannis Nativitate cantat Eccleſia) primam Stropham; quam, vt præ ſe ferat ſeptem notas [videlicet, *Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, Vi*,] correxi, & Virgini Matri appropriavi; & vberioris doctrinæ gratia adjungo.



Apud P. Athanaſium Kircherum hoc Muſicum carmen inuenio.



Quod hunc ſenſum reddit. *Fama latere ſolet: micat vt Sol inclyta Virtus.* Addita nota *Bi*, uel *Vi*, fluit melius, quàm juxta communem doctrinam. Eſt autem *bi* ſeptima nota, quam magno Orbis Enarmonici bono in noſtra noua Muſicâ addi debere demonſtrauimus.

Loco uocis *inclyta* poſſet poni alia; nempe L*Aurea*, MY*ſtica*, RE*gia*, VIVI*da*, &c. nam in his literæ, quæ capitalibus expreſſæ, notis Muſicis poſſunt configurari.

Apud Sanctum Angelum in Epiſcopalis palatij aulâ, quam totam hoc anno 1660. pingi curaui, poſui uocem *maxima* nota enharmonica expreſſi; at tunc uolui ut non ſolum locus ſed & quantitas ſignificaret, ut ſi quis diceret Latinè, *Vi maximâ, Aula maximâ, Sol maximus*, &c. *Vi longa, Vi brevi*, &c. *Sol minimus*, *Sol fuſus*, &c.

MVSA V. ANTISTROPHICA.

☞ CCXVIII.

Eſt quædam tranſmutatio, quæ locum habet in dictionibus, in literiſque. In dictionibus, vt cùm dicimus *Servus domini eſt ſerui dominus*, aut etiam, *Non virum dignitas*, ſed *Vir dignitatem honorat*. In litteris vt *Locus caſſus*. *Coquus laſſus*. Poſſet hæc, ſicut etiam *Reſtringens*, de quâ paulò antè diſſeruimus novos occupare Parnaſſos, ſed quia nolumus Montes Sylvas, & Fontes multiplicare ſine causâ, illam Logographico Hemiſphærio accenſemus.

Profectò verborum Antiſtrophæ ſunt faciles, & tamen niſi nimis frequentes ſint ſuam gratiam

gratiam habent, & apud Rhetores laudem metentur: at verò literarum Antiſtrophæ sūt difficiles, debent enim ita conformari, vt primæ aut ſecundæ dictionum literæ loca commutent, & hoc tribus modis, quos dabo ſtatim. In hoc differunt ab Anagrammatibus, quia in his (nempe Anagrammatibus) nullam legem ſequitur tranſmutatio.

Primus modus.

Debent primæ literæ duarum dictionum tranſmutari, manente aliquâ ſignificatione.

Conteriebatur ventis Navis cui nomen *Sorti*, & rudentibus fractis malo timebamur, vnde omne malum, ſi rumperetur, periclitantibus obvenire poſſet. Conſtitit ille, & à morte Mercatores erepti ſubclamabant.

Fuit in Sorte malus, in Morte ſalus.

Dixi debere commutari primas literas, nam ſi commutentur aliæ, non fit Antiſtrophæ; ſed vel Anagramma vel Concentus.

Huc pertinent hæc Gallica.

Taſter la grace Gaſter la trace.
Vn ſot pale Vn por ſale
Muer vne touche Tuer vne mouche
Vn chapeau de-roſes Vn rapeau de choſes.
Elle fit ſon pris Elle prit ſon fils
Il tiendra vne vache Il viendra vne rache.

& multa alia quę in diverſis libris repetiūtur.

Secundus Modus.

Contrahit vela Antiſtrophe: & quæ huc-vſque duas dictiones ſuppoſuit, vnicâ cōtenta, conſonantem primam cum ſecunda, quæ ad aliam ſyllabam pertineat, commutat; vt *Sanus-Naſus*. *Roma-Mora*. *Muſis-Sumis*. *Dignus-Gnidus*. *Navis-Vanis*. *Corpus-Porcus*. *Serta-Terſa*. *Domina-Modina*. *Gelabat-Legabat*. *Timebat-Mittebat*. Et bifariam procedit. Primò enim religiosè ſignificationis eſt ſolicitus: & ſecundò liberiùs ſignificationem negligens.

Primum in exemplis poſitis videri potuit, Secundum ſequenti exemplo illuſtrabitur: interim hæ leges ſervantor.

I. *In monoſyllabis conſonantes tranſmutari poſſent, vt* Pro, Orp: Pet, Rep. Sub, Bus. *Interim ſupremâ noſtrâ authoritate fungentes, vt maneant immutata jubemus.* Qui contrarium faxit, magnas ſe difficultates pati, experientiâ docebitur.

II. *In diſſyllabis, & polyſyllabis agendum eſt de duabus prioribus ſyllabis, cætera enim manere debent, vt* Maximus, Xamimus. Calores, Lacores, *&c.*

III. *In quâcumq; ſyllabâ conſonantes, quæ manent poſt vocalem, non mutantur, vt* Marcus, Carmus. Formoſus, Morfoſus, *&c.*

IV. *In diſſylllabis, quæ pure incipiunt & deſinunt, vt* Arra, Alba, *commutant locum intermediæ conſonæ, vt* Arta, Abla.

V. *In triſyllabis, quæ à vocali vel aſpiratione incipiunt, prima ſyllaba manet illæſa, & ſequentes alterantur, ac ſi prima non fuiſſet, vt* Auguſtus, Autuſgus. Arminda, Ardinma, *&c.*

VI. *In tetraſyllabis, aut mutantur duæ priores ſyllabæ tantum; vt* Prævidebam, Væpridebam, *&c. aut duæ priores inter ſe, & duæ etiam poſteriores inter ſe, vt* Prævidebam, Vævribedam, *&c.*

Facilis eſt hęc conſonantium commutatio, & ipſa vernaculam linguam in barbaram ſeu ignotam converter: vtebamur illâ dum pueri, loco Ciphræ: & ne pereat, hanc modò Terræ-motus deſcriptionem ſubjungimus.

RETE TOMO.

Doto el Obre ſe locumpia,
Sin duda ñeſor Camario,
Que moto es loba eſte Dunmo,
Gueja con el aglun Medonio àl llamo.
O de aglun taron los tonmes
Diriculo eſtan de tarpo:
Mocadre lo zide en ſervo,
En el atre toepica de Hocario. &c.

Illi, qui Artem ad ſex præmiſſas Regulas reductam retinent, non indigerent vllâ præcedentium verſuum expoſitione (nam & in noſtro Philoſophico Collegio tam eramus aſſueti iſti literarum Antiſtrophæ, ut velociter loqueremur, & intelligeremur:) at quia omnibus debitores ſumus, ut nemo non intelligat occultam & ingenioſam hanc ſcribendi & loquendi Antiſtrophen, eoſdem verſus, qui Anaſtaſij Pantaleonis ſunt, ad linguam communem transferimus.

TERRE-MOTO.

Todo el Mundo ſe columpia
Sin duda, Señor Macario,
Que como es bola eſte Mundo,
Iuega con el algun Demonio al mallo.
O de algun raton los montes
Ridiculo eſtan de parto:
Comadre lo dize en verſo
En el Arte Poetica de Horacio &c.

Sicut in lingua Hiſpanica ludere placuit, poterimus in alia qualicumque; exemplum hoc Latinum addamus. Dixit Ouidius.

Omnia ſi pereant, famam ſervare memento;
Quâ ſemel amiſsâ poſtea nullus eris.

Et hoc pulcherrimū Diſtichum ad Antiſtrophicam dialectum transferentes reponimus.

Omnia

Onmia ſi repeant, Maſam verſare memento;
Quà meſel aſsimi, toſpea lulnus eſir.

Exſpectaret hîc fortaſſis aliquis, hanc à nobis artem ad linguam Græcam conferri: at rem factam reficere nolumus, & debitam Veteribus gloriam arrogare. Iam olim à multis eſt id præſtitum: nam & Latini Idiomatis Nomenclatores per Antiſtrophen multas dictiones ab Idiomate Græco eduxerunt: quid enim aliud eſt *Forma* quàm Μὸρφη? *Nares*, quàm Ρῖνες? &c.

Tertius Modus.

DVas priores ſyllabas tranſponit; ut in Hiſpanica lingua, *Dotor, Tordo: Monja, Iamon: Carcer, Cerca*: &c. & in Latina *Vaca, Cava; Maro, Roma; Thamar, Martha; Labio, Viola: Nani, Vina: Mater* (Græcè Μήτηρ) *Therme* (Græc. Θέρμαι) *Sappho; Foſſa; Mora, Ramo: Magno, Gnoma: Ripa, Pari: Naſo, Zona; Genu, Nugæ; Bella, Labe; Suavis, Vis ſua; Tali Lita: Tono, Noto: Tero, Rota; Thoro, Roto: Tomus, Muſto*: & ſimilia.

☞ CCXIX.

HOc eſt inter *Sonum*, *Vocem*, & *Dictionem*; diſcrimen, quod ſonus quocumque modo & à quocumque corpore fieri poteſt: Vox à ſola animante emittatur: at Dictio à ſolo homine. Eſt Vox ſonus ab ore animantis prolatus. Et Dictio eſt Vox ſignificatione prædita. Duo igitur importat Dictio: alterum pro materiali, alterum pro formali. Quoniam pro materiali literas, & ſignificationem pro formali præſefert.

Conſiderauimus hucuſq; materiales inuerſiones, figuras, & paſſiones dictionum: nũc ulteriùs progredimur, & ſignificationem ſeu formam illarum reſpicientes, etiam in ipſa inuenimus antiſtrophas & logogriphos. Fortè cenſebunt aliqui duas ſequentes Muſas debuiſſe ſeorſim poni ſub nouo Apôlline in diuerſo Parnaſſo, ſed iſti ipſi non uidebuntur intelligere, quid ſit anceps ſignificatio. Eſt enim Logogriphus, ut ſub initium dicebamus duplex, Materialis, Formalis; ille ludit in literis, hic autem in ſignificatione: & hic uerius quam ille Λογογρῖφος uocabitur; æquè enim ac alter eſt Γρῖφος, & ueriùs λογικὸς. Sanè Materiali, & Formali nomen γρῖφου, ſeu *Naſſæ*, æquè conuenit, nam ſicut ambigua literarum poſitio multos decipit, ſic etiã multos anceps ſignificatio: at uerò formalis ueriùs dicitur (*logicos*,) quia nomen (*logos*) mentẽ potiùs, quàm calamum aut linguam concernit; & ſignificatio non in literarum figura, aut uocis tono, ſed in Nomenclatoris libero decreto conſiſtit. Ergo qui hucuſque de Griphis Materialibus egimus, de Formalibus breuiter diſſeramus.

MVSA VI. METAMORPHICA.

☞ CCX.

HVCVSQVE egimus de Tranſpoſitione characterum; nũc de Transformatione diſſeramus. Contingit hæc, cùm aliqua litera habere alium valorem iubetur; vt, ſi exempli gratia ſtatueremus, vt litera P ſonaret vt M; tunc enim, ſi eſſet ſcriptum, *Palus*, *Pater*, *Pones*, legi deberet, *Malus*, *Mater Mones*, &c. Et vt vides dum mutatur valor, & poteſtas in literis, multùm ſenſus à priore ſignificatione exorbitat: quamobrem, qui naturæ, aut fortè deprauatæ inſtitutionis vitio, aut vnam literam pronunciant pro aliâ, aut vnam dictionem pro alia, ſæpè ingenioſè, & iucundè delirant. De alteratâ vocum ſignificatione egi in Audace Grammaticâ, num..... nunc de literarum commutatione diſſeramus.

Sunt homines aliter, & aliter bleſi. Aliqui nec R, nec L, proferre poſſunt, multi nec F. Huius generis ſunt multi Americæ populi, quos quidam Eruditus Scriptor ideò his tribus literis carere dicebat, quod eſſent, *Sine Fide, ſine Regi, & ſine Lege*: & iſti Genus primum bleſæ linguæ conſtituant. Ad ſecundum reducamus illos, qui non tam naturæ, quæ inſtructionis vitio, R in L: L in R: T in P; P in T. &c. mutare ſolent. Interim hodie ſinenſes, & Iapones R. proferre non poſſunt, & cum fidei addiſcunt rudimenta Deiparam, *Maliam* appellant, nec capaces videntur, vt poſſint *Mariam* pronunciare. De his Virgilius (aut ille Author, quicumq; ſit, qui Priapæa ſcripſit, quæ in fine eius operum circumferuntur;)

Cùm loquor vna mihi peccatur litera; nam T,
P dico ſemper, bleſaq; lingua mea eſt.

Ad tertium genus reducemus literarum abuſum, quando ſcilicet aliqui omnes primas dictionum literas, omnes ſecundas, &c. aut fortè omnes maiuſculas, queçumque illę ſint, talis determinati valoris eſſe volunt.

Tres igitur hic Genios proponemus, qui iuxta hæc tria genera ingenioſè balbutiant.

Semper literas F. L & R. intermittens.

EST hodie Neapoli Illuſtriſſima Domina N. eruditiſſima Virago, quæ, ne leuiter quidem attingit literas R & L. & tamen eloquenter loquitur, & à doctis libenter auditur. Prodijt ex Gallia Liber, cui titulus, *'l R abbandone*, in quo nullum R reperitur, ſcriptus ab Oratore eloquentiſſimo, qui cùm dicturus eſſet *Perennet, viuat, imperet, Regni ſalus*, dicens, *Peennet, viuat, impeet, Egni ſalus.* multorum riſum, aut etiam irriſum concitauit; vnde ille orationes impoſterum, ne ſe ludibrio exponeret dictionibus, quæ hac litera carerent, concinnabat. Ad eius labium erat,

Abero, abeo.	*Carnes*, canes.
Aberro, abèo.	*Cerrus*, cœtus.
Arcus, & *Lacus*, aeus.	*Corda*, coda (cauda.)
Alma, ama.	*Curtis*, cutis &c.
Armo, & *Ramo*, amo.	*Gluma*, guma.
Ars, as. *&c.*	*Gradibus*, gadibus, *&c.*

Huc ſpectant nonnulla curioſa Epigrãmata, è quibus paucula ſubſcribam.

ARS. *As.*

ARS, & AS, meritò tibi confunduntur, Homere:
Ars valet hoc æuo, ſi caret aſſe nihil.

Adludit ad illud antiquum, *Si nihil at uleris, ibis Homère foras*; & oſtendit hac rerum tempeſtate Artes, & ſcientias, ſi aſſibus (pecunijs) careant honorem habere non poſſe.

V *in* F, R *in* L, T *in* P; *& è contra commutans.*

Si agamus de primâ literarum commutatione plerique omnes Germani ſunt bleſi. *Firtutes* illi dicunt, non *Virtutes*; & in Symbolo Ieſum-Chriſtum *Deum ferum de Deo fero* nuncupant. Contrà videntur Romani antiquiores egiſſe, & F vertiſſe in V: nam à *Fato* verbum eduxerunt *Vaticinor*, quod eſt *Fata-cano*: & nomen *Vates*, hoc eſt, *Fatidicus*. Secunda eſt Indorum, Sinenſium, & Iaponum. Tertia illorum, quos Virgilius, & alij reprehendunt. Et quidem hoc naturæ vitium in gratiam tranſit, ſi bleſitudo ſpontanea ſit, & conceptum ingenioſum parturiat.

VENVS. *Fœnus.* V *in* F.

Porrò Venus, Fœnus: *quoniã ſine fœnore nullus*
Hoc infelici tempore luxuriat.
Suſtinet inſomnes noctes, & mille dolores,
Lucratur morbos, tædia, pauperiem.

PVRVS. *Pullus* R *in* L.

Qui fuerant puri, ſunt pulli hoc tempore mores,
Tempora mutantur, noſq; immutamur in ipſis.

Dicebant olim apud Ouidium lib. 4. Faſtorum Politici,

——— *veſtes Cerealibus albas*
Sumite nunc pulli velleris vſus abeſt.

At hodie ingenijs in deterius mutatis reponunt.

——— *veſtes* (mores) *nunc denique pullos*
Sumite; namq; albi velleris vſus abeſt.

T *in* P.

Verſum illum Virgilij, quem paulò ante citaui; videlicet

Cùm loquor, vna mihi peccatur litera, nam T
P dico ſemper, bleſaq; lingua mea eſt.

Quidam Vir ingenioſus, in ingratum, quem incautè laudauerat, detorſit, dixitq;

Cum loquor, vna mihi peccatur litera; nam Te
Pradico perpetuò, læſaq; mihi lingua eſt.

Mendacio enim, quia contra mentem itur, lingua in mentem impingit, & læditur.

Interim in multis verbis cum gratia peccabit, qui ſic balbutiat, vt T in P, aut contra transferat. Verbi gratia.

Thalamo, pramo, *Hiſp.*	*Tectus*, Pectus.
Tace, Pace.	*Tedis*, Pedis.
Tacta, Pacta.	*Tedium*, Pedium.
Tholus, Polus.	*Tendo*, Pendo.
Tene, Pœnè.	*Tene*, Pene.
Tagus, Pagus.	*Tenes*, Penes.
Tales, Pales, Palles.	*Tigris* Pigris.
Tali nurus, Palinurus.	*Tinea*, Pinea.
Talium, Palljum.	*Athenis*, à pęnis, à pénis
Talum, Palum, Parũ.	*Tono*, Pono.
Tali es. Paries.	*Tota*, Popa.
Taliter, Pariter.	*Turtura*, Purpuræ, &c.

Hæ, & millenæ aliæ ſimiles linguę exorbitantię, ſi ab arte admiſſę, deſtitui gratia, & laude non poſſunt.

Dum pangit, tangit; dum tendit pendit honores.

Dum premit, ipſe tremit; dum terit, ipſe perit.

Omnium dictionum primę literę quęcumque illę ſint, vna poteſtate, & valore donantur.

Vt rem

VT rem dilucidem, meminiſſe debebo Mathematici illius, qui ſub annum 1640. Brugis volebat totam tellurem terebrare: & ſeriò delirans, quęrebat ſalices, vt inſtrumenta conformaret. Recreauit viros etuditos in Belgio. Erat ebrioſus quidem, at nunquam ingenioſior, quàm cum ebrius: & quia ſe rideri videbat, libellum edidit de foraminis poſſibilitate, & vtilitate, qui inſcribitur *Quadratura circuli*. De hoc quidam Vir Magnus (nam genij ſüauitas cum pietate, & maieſtate componitur) ſcripſit.

Dum terebro pareo, ſalices volo.

Volensq, vt omnis prima dictionum litera ſonaret, vt C. dedit Lemma, quod tranſiret in hoc,

Cùm cerebro careo, calices colo

& occaſionem, vt illum imitari quis poſſet, & ſeriò aliquid ſcribere, quod laudem, & applauſum mercatur.

AVlico cuidam gradu è ſublimi lapſo, à palatio, & vrbe exeſſe juſso, aliquando condolui, & illum nouo Elegorum genere ſolatus ideam dedi,

|—ᴗᴗ—ᴗᴗ—|ᴗᴗ—ᴗᴗ—ᴗᴗ—ᴗ|
|—ᴗᴗ—ᴗᴗ—|—ᴗᴗ ᴗᴗᴗ|ᴗ

ad quam ſequentes dictiones elimaui.

Fortuna eſt fallax: eius Rota decipit omnes;
Seria quando agimus ludere vafra ſolet.
Muſica fortunæ fuerit tibi ſemper amara;
Fellea te dirè, læſa varia canet.

Clauſa eſt ſententia: indiget claui: illam hoc Diſtichum ſubminiſtrabit.

M. primus vocis ſit cuiuſcumq; character.
Si quartum verſum relegas ſolamen habebis.

Sumit igitur Aulicus quartũ uerſum, ut clauis præcipit; & omnium dictionum primas literas uertit in M. & ait.

Mellea me mirè Meta Maria manet.

Et ſolamine clarus, incipit Fortunæ inclementiam ridere, & edicere.

Me fortuna premat, me ſupprimat Vndiq; lætus
Semper ero, nam me Meta Maria manet.
Non timeo aduerſos caſus, non Principis iras;
Me, Virgo dum illi ſeruio; meta manet.

MVSA VI. HOMONYMICA.

☞ CCXX.

AEquiuocatio (Grecè ὁμωνυ-μία) contingit, quando vnum, & idem vocabulũ habet plures ſignificationes: & tũc illud vocatur æquiuocũ (*omonymon*) vt *Aries*, quod notat patrem ouiũ apud Ruſticos, machinã apud milites, & primã Zodiaci coſtellationẽ apud Aſtronomos, vniuocatio (*Synonymia*) opponitur æquiuocationi (*omonymia*) cõtingit enim, quando una, & eadẽ res pluribus nominibus ſignificatur, vt *Indumentum*, & *veſtis*, & tunc hæc nomina vocantur à Criticis *vniuoca* (*ſynonyma*) Conſultò dixi à Criticis, ſcio enim vniuocationem aliter accipi à Logicis, & Metaphyſicis.

Dupliciter contingit Æquiuocatio: nam uel nomen diuiditur, & amiſſâ integritate amittit priorem ſignificationem: ut *Dominus*, quod ſi diuidatur eſt *Do minus*: *Leonardus*, quod per diuiſionem fit *Leo nardus*, &c. uel manet integrum, & mutatis circumſtantijs ſignificationem quoque mutat, ut *Canis*, poteſt enim eſſe nomen, uerbumq; & ſi nomen ſit, aliam habet ſignificationem in ſclopo; aliam in muro, aliam in ædibus, aliam in Cęlo. Et quidem ignorari non debet ueteris Chryſippi ſententiâ, quam refert Aulus Gellius lib. 11. cap. 12. & adfirmat Cicero 2. de Oratore, *nullum eſſe verbum, quod ambiguum non ſit*, nullum enim eſt, quod non accipiatur diuerſimodè in diuerſis modis, & facultatibus. Cui ego olim Theſi, adiunxi; *nulla dari ſynonyma*, quæ enim talia dicuntur, habent ſimilem, non uerò eamdem ſignificationem: nam ut exempla poſita repetamus, differt ab indumento ueſtis, quòd hæc dicatur à uellere (ueteres enim non fuerunt niſi laneæ) & per abuſum pro ſericâ ponitur. Et quidem ſicut *veſtis* materiam, ſic *indumentum* formam determinat: nam *in duo* dicitur à uerbo Græco δύω, quod eſt, ingredior: unde ſi rigoroſè loqui uelimus, *veſtimur pallis, induimurq; togis*. His ergo breuiter præmiſſis aliquas æquiuocationes curioſas, & ingenioſas ſubſcribamus.

☞ CCXXI.

CONſtantinus Heraclij filius, aſſerente Zonarâ, acies ſuas diſpoſuerat, vt inuaderet exercitum *Θεσσαλονίκον*: & perturbatur ab inconcinno clamore dicentis, *θὲς ἀ'λλῳ νίκον*. *Relinque alij victoriam*. Et reuera ita accidit; nã aduerſo marte dimicans cęſus fusus confuſus, victoriam aduerſario reliquit.

☞ CCXXII.

NVmeroſo Tyrum exercitu circumſedebat Alexander: & quia Tyrij, inuaſores retundebant fortiſſimè, ſpę caſſus de ſolutione obſidionis deliberabat. Interim curis plenus inuitatus à ſomno dormiuit, & vidit Satyrum, quem tandem, vel inuitum, cæpit tanto luctæ feruore, vt fuerit excitatus. Vocat militiæ Princeps, & narrat. *In ſomnio à me & viſus fuit, & captus Σάτυρος*. Habuerunt illi loco felicis ominis ſomnium, dixeruntque *Σὰ Τύρος*, *Tua eſt Tyrus*; Quòd & accidit; nam Alexandri milites hoc prodigio, & oraculo animati, penetrarunt in Vrbem, & illam fœlici generoſitate ſubiugarunt.

☞ CCXXIII.

DVO in quodam Senatu Gallię altercabantur Conſiliarij (vocentur Petronius, & Aurelius.) Hic illi, *Cela n' eſt que brouïllerie*. Et ille huic ſtatim, *Brouiller se commence par B, & Tromperie par* T, hoc eſt *par te*, vel vt correctiùs loquuntur *par toy*.

Pulchriùs reponetur latinè, ſi cogitatam hanc hiſtoriam aliter conſtituamus. Duo Legionarij (Celſus Spauruſ-que) de militarium rerum ſtatu contendebant. Producit Epiſtolas nonnullas Celſus, quibus oſtenderet quiſnam eſſet cladis publicæ cauſa. At illi Spaurus, *Quidquid aſſerant, aut negent hæ literæ, ego ſcio, quod Proditio incipit à P, & Traditio à* T. hoc eſt *à te*.

Ab hoc dicendi modo non multum abeſt artificium, quod reperio in dicterio illo Gallico, *Santé n' eſt pas ſanté: maladie eſt ſanté*; hoc eſt *Sanitas non eſt ſanitas; peſtis eſt ſanitas*. Si autem vox *ſanté* diuidatur, & ſit *ſans* T. reddit hunc ſenſum, *Vox* ſantè (*hoc eſt* ſanitas) *non ſine* T: *vox autem* Maladie (*hoc eſt ad literã* mala dies *ad ſenſum* peſtis) *eſt ſine* T. quod eſt veriſſimum.

MVSA VIII. AMPHIBOLICA.

☞ CCXXIV.

AMPHIBOLON Ambiguum vnde *Amphibolia*, *Ambiguitas* dare deberet voces *Amphibologon*, & *Amphibologia*: at quia repetio illa *lolo*, durior erat, dedit *Amphibologon*, & *Amphibologia*. Hoc pronunciationis compendium imitatur Hiſpanus, nam cùm Græcus dicat, *Idolon*, *Idololatris*, *Iodololatria*, & Latinus *Idôlum*, *Idôlatra*, *Idolatria*: non vult ille *lalare*, ſed vocis ſuauitate conſulens ait *Idolo*, *Idolatra*, *Idolatria*.

Eſt quidem Amphibologia *ambiguus ſermo* differt ab æquiuocatione, quòd hæc ſit ambiguitas ſignificationis in vnâ voce, illa in tota oratione.

Si quæras, An hæc ipſa ambiguitas ſit orationis vitium reſpondebo, in Philoſophicis & Theologicis vitium eam eſſe, & debere vitari: in Metricis autem, & Rethoricis eſſe gratiam & laudari, & addiſci debere: contingit enim multis modis. PRIMO, quando oratio per infinitiuum verbum, & duos accuſatiuos decurrit, vt *Aio te Æacida Romanos vincere poſſe*, quæ oratio bifariam poteſt in paſſiuam tranſire; nam Oraculum, & Romanos vinci poſſe ab Æacide: & Æacidem vinci poſſe à Romanis, vno & eodem verborum contextu pronunciat. SECVNDO, quando per verbum commune, vt ſi dicas, *Iniuſtè Cato criminatur*, neſciam an accuſetur, an accuuſet. TERTIO quando per participium: vt *Ecce ſtatuam columnam ſuſtinentem*: quæ otio (nam *Ecce* interdum regit Accuſatiuum) æquiualebit huic *Ecce ſtatua columnam ſuſtinẽs*, et etiam huic, *Ecce ſtatuam columna ſuſtinens*: QVARTO, quando per adiectiuum, aut eius loco genitiuum: ut apud Quintilianum lib. 7. cap. 10. *Iubeo erigi ſtatuam auream haſtam tenentem*. *Hæres meus uxori meæ dare damnas eſto, argenti, quod elegerit, pondo centum*. *Noſ flentes illos deprehendimus*.

In primo enim quęritur quodnam ſubſtantiuum afficiat adiectiuum *auream*, ſtatuam-ne an haſtam: & poſſet amphibologia tolli,

addito

addito commate, quod ſi ponatur inter voces *ſtatuam* & *auream* haſta tantum ex auro eſſe deberet: ſi autem inter *auream* & *haſtam*, vt ſtatua ex auro funderetur juſſiſſet. Idem dicendum eſſet, ſi loco adiectiui *auream* genitiuum *auri*, poneremus; ſtatim enim interrogares an ſtatuam auri, an tantùm haſtam auri conformari moribundus ille vltima voluntate juberet: & etiam hîc ambiguitas interpoſitione comatis tolleretur. Si verba teſtamenti eſſent hæc, *Iubeo vt fiat ſtatua aurea haſta prædita*: maneret iterum duplex ſignificatio; quã non ſolùm comma tolleret ac diſtingueret; ſed etiam accentus: nam ſi in voce *aurea*, vltima circumflectitur, haſta erit aurea: ſtatua aliàs. Vide ergo quantum ab vno punctulo aut accentulo pendeat.

In ſecundo dubitatur ſtatim, Vter debeat eligere hæres, an vxor? In lingua Hebræa verba habent genera, an-ne ibi hæc ſenſuum varietas tolleretur? minimè. quia ex vna amphibologiam in aliam difficiliorem laberemur. Pone verbum elegerit eſſe maſculini generis, & ad hæredem, non autem ad vxorem referri. Quid inde? Hiſtoriam hoc modo cogitemus. Habeto teſtator centum libras argenti ſimplicis, centum aurati, & celati: hę ſunt duplò illis pretioſiores. Sibi hęres vtras eligit? auratas. At debet date vxori, qnas eligit: auratas ergo.

In quarto examinari debet ad quem caſum pertineat vox *flentes*. ſi enim in recto ſit, nos flebamus, cum illos deprehendimus: ſi verò in obliquo, illi flebant.

Exempla nonnulla his ſimilia apud eundem Aulum lib. 6. cap. 4. & lib. 1. cap. 10. Ciceronem de locis Orator. & alios Viros eruditos reperies.

Apud Dialecticos in multis argumentis latet amphibologia, & illa vocantur *ſophiſmata* vt docet Acutius *leg. Ea eſt natura. de regul. Iuris*, & *leg. natur. de verb. ſignific.* Nam tametſi olim vox *Sophiſta* in bonam partem ſumeretur, vbi primum Philoſophiæ profeſſores ingenio & arte occœperunt abuti, Sophiſta audijt, ὁ βιαζόμενος ἔχων ἐν τοῖς λόγοις. *qui violans verborum vſum, calumniam ſtruit, & cavillatur*. Huc pertinet tota illa Dialecticæ pars, quæ vocatur *Sophiſtica*, quam alibi vberiùs expendo, & modò vno aut altero exemplo dilucido.

Quiſquis arat littus, littus proſcindit aratro.
At operam perdens littus perhibetur arare.
Ergo operam perdens littus proſcindit aratro.

In *Barbara*, & tamen Sophiſticus eſt ſyllogiſmus; nam *arare littus* ſumitur propriè, & metaphoricè: & in majori habet ſignificationem propriam, & in minori metaphoricam: atque adeò ſunt in Paralogiſmo quatuor termini. Eodem morbo laborant etiam iſti.

Deus eſt vbique
Vbique eſt aduerbium,
Ergo Deus eſt aduerbium.
Petrus eſt homo
Homo eſt vniuerſalis.
Ergo Petrus eſt vniuerſalis.

In altero enim *vbique* in majori ſumitur formaliter, pro re ſignificato: & in minori materialiter, pro voce ſignificante. In altero *homo* in majori ſumitur primò-intentionaliter pro obiecto; in minori ſecundò-intentionaliter pro denominatione & relatione ab indiuiduis ſumpta.

Subſcribamus eruditionis gratiâ aliqua ambibologiarum exempla.

Ponamus primo loco illum verſum, qui Adami culpam in poſteros derivatam deſcribit.

Mala, mali, malo, mala contulit omnia Mundo.

Quem ſic expono. *Mala* maxilla, *mali mala* cum dœmonis pomo: *contulit* intulit: *omnia mala*, omnia peccata pericula & miſerias: *Mundo*, humano generi.

Addamus & alia id genus Paralogiſmorum exempla.

Morieris charo, & probo.

(1) *Omnis caro moritur*:
Tu es charo:
Ergo tu morieris.

(2) Mus caſeum rodit:
Mus eſt ſyllaba:
Ergo ſyllaba caſeum rodit.

(3) *Remus fuit frater Romuli.*
Sunt in hac navi multi remi.
Sunt ergo multi fratres Romuli.
Philoſophia jubente,

(4) Omnia mala ſunt vitanda.
Poma ſunt mala:
Ergo poma ſunt vitanda.

(5) *Populus eſt arbos.*
Congregatio civium eſt populus
Ergo congregatio civium eſt arbos.

(6) Taurum eſt ſignum cœleſte.
Occidi vnum taurum.
Ergo occidi vnum ſignum cœleſte.

Omnes ſunt illationes Sophiſticæ, & quarti termini vitio laborantes. In primâ enim aliud *Charon* ſignificat, aliud *caro*. In ſecundâ aliter ſumitur *Mus* in majori, aliter in minori: ibi enim accipitur pro re ſignificata, hîc verò pro voce ſignificante. In tertia *Remus*, & eſt proprium viri, & ſignificat remum Navis. In

quarta

quarta *malum* duas quantitates & duas ſignificationes habet: ſi enim ſit prima longa *pomū* ſignificat, ſi bravis à *malus, a, um*, deriuatur. In quinta eſt vox *populus*, quæ eodem morbo laborat: ſi enim corripiat primam, eſt hominum multitudo: ſi producat eſt arbos, quæ ab Hiſpanis *Alam' blanco*, hoc eſt *Vlmus alba*, vocatur. Et tandem in quinta vox *Taurus* eſt æquivoca, aliam enim in grege, aliam in Zodiaco ſignificationem importat.

☞ CCXXV.

Placet adhuc ex eadem farina panem pinſere, & ad ſecundum convivium curioſos Lectores aduocare.

(1) *Gemmæ ſunt lapides pretioſi.*
Gemmæ ſunt in vitibus.
Ergo in vitibus ſunt lapides pretioſi.

(2) Gemma componet libros.
Gemma eſt lapis.
Ergo lapides componunt libros.

(3) *Ergo ſum, qui domi dominus.*
Domi dominus diſtinguitur realiter à me.
Ergo ego diſtinguor realiter à me.

(4) Petrus eſt, qui cécidit.
Paulus eſt, qui cecídit.
Ergo qui cecídit, cécidit.
Ergo Petrus eſt Paulus.

(5) *Aſinus currit & diſcurrit.*
(Puta, *currit Thebis Athenas, & diſcurrit Athenis Thebas.*)
Qui diſcurrit eſt rationalis.
Ergo Aſinus eſt rationalis.

(6) Quod Ego ſum, tu non es.
(Aliàs nulla eſſet diſtinctio inter nos)
Ego ſum homo.
Ergo tu non es homo.

In primo Paralogiſmo *Gemma* æquivocè ſumitur; in majori enim notat quemdam pretioſum lapidem, in minori verò vitis lachrymam. In ſecundo iterum eadem vox laborat æquivocatione, nam Gemma Friſius, Author libri de Radio, fuit Lovanij Artium liberalium Profeſſor: & vox *Gemma* in maiori pro hoc accipitur in minori pro lapide. In tertio vox *Dominus* non eſt eadē atque *do minus*. In quarto voces *cécidit* & *cecídit*, ſicut accentu & quantitate, ſic etiam differunt ſignificatione. In quinto æquivocè ſumitur verbum *diſcurrere*. in maiori enim ponitur pro *decurrere*, vt patet ex exemplo appoſito: & in minori ponitur pro *intelligere*. In quinto & vltimo etiam invenies quatuor terminos: nam in majori agitur de quiditate individuali, & in minori de ſpecificâ. vnde in formâ reſpondeo. *Quod ego ſum* ſecundum rationem individualem, *id tu non es*, concedo: *quod ego ſum* ſecundum rationem ſpecificam, *id tu non es*, nego. *At qui ego ſum homo*, diſtinguo ſecundum rationem ſpecificam, concedo: ſecundum individualem nego, nam mihi individualis ratio non eſt humanitas, ſed hæceitas. *Ergo tu non es homo*, nego conſequentiam.

☞ CCXXVI.

Iuriſperiti non ſemper excellunt in Dialecticis, & ideò interdum hallucinantur, ubi nullæ ſunt tenebræ, et nullæ ſplendorum paralaxes. conſidera ſyllogiſmum ſequentem.

Teſtamentum eſt lex. §. diſponat. de nupt. col. 9.
Lex à ſolo Principe conditur. leg. fin. C. de cl.
Solus igitur Princeps poteſt condere teſtamentum.

Aio legem aliam eſſe publicam, aliam privatam, illa à ſolo Principe fertur: hæc à ſubditis ſtatui ſolet, et in omni pacto contractu, et teſtamento reperitur.

Iuvat et hunc Paralogiſmum proponere, et examinare.

Quod in nullius bonis eſt, primi occupantis eſt. leg. 3. p. de adquir. rer. domino.
Res ſacræ in nullius bonis ſunt. 11. p. de rerum diuiſione.
Res ergo ſacræ primi occupantis ſunt.

Placuit hæc ratiocinatio noſtri temporis hæreticis, quia omnia bona ſacta diripiunt, & in uſus profanos convertunt: & tamen diſſolutio eſt elatiſſima. Concedo enim abſolutè majorem, ſed quia minor amphibologica eſt, illam diſtinguo; *Sacra ſunt in bonis nullius*, nēpe hominis concedo: *ſunt in bonis nullius*, Diui uidelicet, nego. Quæ enim DEO, qui dominio generali omnia poſſidet, ſpeciali devotione conſecrata & donata ſunt; quæ Deiparæ, quæ alicui Sancto, quæ Purgatorij animabus, &c. oblata ſunt, dominum habent, nec primo poſſunt occupanti concedi.

☞ CCXXVII.

Conſidera etiam hunc ab aliquibus in odium Legiſtarum productum.

Filij Sacerdotum ſunt ſpurij.
At Iuriſperiti ſunt Sacerdotes: ſic illos Iuſtinianus appellat.
Iuriſperitorum igitur filij ſunt ſpurij.

Aio vocem *Sacerdos* aliter ab Imperatore, et Legiſtis, et aliter à Pontifice et Canoniſtis accipi.

cipi. *Sacerdotes* illi pro legum cuſtodibus, iſti verò pro Presbyteris ſumunt.

☞ CCXXVIII.

Tigris eſt nomen fluvij, ſagittæ, & beſtiæ. Fluvius *Tigris* à Paradiſo olim exoriens Aſiam percurrit, & Meſopotamiam ab ortu adluit. Medi ſagittam *Tigrim* vocant. Et in Hircaniâ fera eſt ſæviſſima & velociſſima, quę *Tigris* vocatur. Hinc ſolvuntur ſyllogiſmi ſequentes.

(1) *Tigris eſt ſagitta,*
Tigris egreditur ex Paradiſo.
Ergo ſagitta egreditur ex Paradiſo.

(2) Sagitta ambulat ſuper pennas ventorũ.
Tigris eſt ſagitta.
Ergo Tigris Aſiæ fluvius ambulat ſuper pennas ventorum.

(3) *Tigris eſt animal.*
Tigris eſt liquidus.
Ergo dantur animalia liquida.

(4) Tigris pluſquàm centum leucas longitudinis habet.
Tigris eſt Hircaniæ fera.
Sunt igitur in Hircaniâ feræ, quæ pluſquam 100. leucas longitudinis habeant.

(5) *Tigris ebibit totum Hydaſpem, & Euphratē.*
Tigris eſt animal.
Ergo reperitur animal, quod ebibat integros fluvios.

(6) Tigris multas leucas percurrit.
Tigris eſt ſagitta.
Non ergo eſt impoſſibile ita ſagittam explodere, vt multas illa leucas percurrat,

Omnes iſti ſyllogiſmi laborant quatuor terminis, alio enim ſemper ſenſu in majori, & alio in minori vocabulum *Tigris* vſurpatur.

☞ CCXXIX.

Quia calumniatores multi hodie in Mundo ſunt, & multi in ſcholis Sophiſtæ, hoc ratiocinium ab illis legendum propono.

Calumniatores lege Rhemiâ puniendi ſunt. l. p. ad S. C. Turpil.
Qui vtuntur fallacys, & Sophiſmatibus ſunt calumniatores. Acurſius in gloſſa dictæ leg. natur. p. de verb. ſignif.
Ergo qui vtuntur fallacys, & ſophiſmatibus ex lege Rhemia puniendi ſunt.

Ita adverſus vtroſque affectus ſum, vt conſequentiam inferri efficaciter deſiderarem. At dudum cecidit lex Rhemia, & inſurrexerunt inſolentiſſimi calumniatores, qui probos viros aggrediuntur impunè. Interim, vt rem explicem, duæ ſunt Claſſes calumniatorum: alij enim in proximum peccant, alij in Artem Dialecticam: illos lex Rhemia punit, & hos Acurſius reprehendit. Illi in civili foro reum fraudibus & malignis interpretationibus reũ vexant; iſti in arenâ literariâ Theſium propugnatorem.

☞ CCXXX.

Crœſus Lydiorum Rex, mortalium omnium ditiſſimus, & potentiſſimus expeditionem in Perſidem contra Regem Cyrum cogitabat: & ne temerè regionem bellicoſiſſimam aggrederetur, miſit Legatos, qui Apollinem præſagum conſulerent; qui hoc habuerunt reſponſum. *Si Crœſus Perſiam invadat, potentiſſimum Regnum devaſtabitur.* Nec aliter accidere poterat: nam ſuo ſe mori Apollo attemperans, amphibologicum oraculum dedit. Si enim Cræſus vinceret, devaſtanda erat Perſis, ſi vinceretur, Tyrus. Crœſus ſuis fortunis abblandiens Perſidem devaſtandam ſupponens, vincitur, & vincitur, & igni mandatur. Cùm eſſet ſuffixus ſtipiti Solonem intenſiſſima voce inclamabat. Miratur Cyrus, & quiſnam Deorum ſit, qui à Crœſo advocatur, inquirit. Reſpondet. Eſt Solon prudentiſsimus quidam Philoſophus, à me olim deſpectus, quod me ob beatitudinem qua fruebar, vanègloriantem interpellavit ſtatuens. *Poſſe beatum ante obitum nullum poſtremaq; funera dici.* Admiratur prudentiam Solonis Rex Cyrus, & vices humanæ conditionis recogitans, Crœſum ab igne liberat, & ſuis Aulicis, & amicis adſcribit. Herodotus libr. 1. & Plutarchus in vita Solonis.

☞ CCXXXI.

Deceptus fuit ipſiſſimus Crœſus alio Oraculo, cui Apollo reſpondit totam regionem Tyriam ab vno Mulo deuaſtandam. Audiuit ille, riſitq; impoſſibile judicans tantas alicui Mulo fore vires, vt ciuitates, & prouincias deleret. Interim Oraculum fuit verum, Veteres enim ſicut & Iuniores illegitimos filios vocant *Mulos*, & Cyrus Mulus, quia illegitimus Cambyſis filius, fuit.

Huc reſpiciebat quidam acutus & ingenioſus

nioſus Criticus, qui cùm in ſepulchro Domini N. Principis Magdeburgēſis illegitimi filij hos characteres legeret,

Tvmvlvs Magdebvrgensis

Lineolam interjecit, & lapidem infamiâ æternâ condemnauit: nam additâ lineolâ inſcriptio fuit.

Tv, Mvlvs Magdebvrgensis.

☞ CCXXXII.

TAm erant ſuperſtitioſi Veteres vt ab irrationalibus rationes peterent, quibus ſe in rebus arduis, & magnis gubernarent. In Triumuiratu Auguſtus Collegas ſuos Lepidum, & Antonium tolerare non poterat: diſſimulabat tamen, & amicitiam ſimulabat. Dū voluptatis gratia ruſticaretur aliquando òccurrit bajulo, qui Aſinum conducebat. Illum, quî vocetur, interrogat; qui reſpondit, ſe *Eutychen*, hoc eſt, *Fælicem fortunam* nominari. Concipit nouos animos Iuuenis generoſus, & poſtulat Aſini nomen, & audit illum dici *Nicon*, hoc eſt, *Invictum*, *Victorioſum*; Ergo hoc præuentus oraculo, & nullîus aliûs exſpectato conſilio, Victoriam Fœlicemq; Fortunam ſperans, rejectis à regimine ſocijs, ſolus Mundum gubernare decernit.

Hîc multa obiter admiranda ſubueniunt: nam & Aſini illo æuo ſicut & noſtro habebāt famam opinionem, & nomen: ſi concurrerēt, etiam cum rationalibus, acclamabantur Victorioſi; erantque Regum, et Imperatorum Conſiliarij.

PAulus Æmilius, Summus militiæ Princeps contra Perſam Macedoniæ Regem inſtitutus, redeunti domum è Senatu ſuffuſa in lachrymas filiola accurrit dicens, *Perſa peryt*. Erat autem Perſa pulchra quædā huius puellæ canicula. Audit Æmilius, & loco Oraculi verba puellę balbutientis excipiens, in Aſiam tranſit, & victorias fœliciſſimas obtinet.

ORabat ſolus Veſpaſianus in Templo, pręſcire cupiens, quid de ſuâ fortunâ diſpoſitum eſſet Diuinitùs. Ingreditur ex abrupto famulus, cui nomen Baſilidi, & quia Regale nomen eſt, quaſi à Dijs miſſum ſuſcipit, & pro ſibi promiſſo Imperio gratias agit.

CÆſus fuerat & fuſus in Pharſalicis campis Pompeij exercitus, & ipſe profugus ad Regem Ægypti properabat. Exceptus fuit hoſpitio in Palatio, quod *Κακοβασιλεια* dicebatur: cujus nomen (eſt enim interpretatum, *Malus Rex*) vt audijt, incepit animo deſpondere, & ſe ad malum & perfidum Regem confugiſſe ſentiſcens; ſerò de conſilio mutando cogitabat. Tandem Regio mandato plectitur, & caput ad Cæſarem mittitur.

☞ CCXXXIII.

AZo, & Lotharius, clariſſimi Iuriſconſulti, ab Henrico VII. Imperatore rogati diſſerebant de Magiſtratuum, Senatuum, & Parlamentorum authoritate. Azo populi & Magiſtratuum poteſtatem ſupra Principes eruditè efferebat: Lotharius verò, exuebat lege Principem, illiuſque pedibus omnem Magiſtratum ſubmittebat affirmans, imperandi Principi, exequutioni mandandi Magiſtratui, obediendi populo gloriam, & obligationem competere. Grata fuit Cæſari reſolutio Lotharij, & illum donavit equo generoſo & pulcherrimo. Vidit Principis judicium liberale ſinceritas & exclamauit dicens, *Lotharius iniquum dixerat, & equum tulit: at Azo equum dixerat, & iniquum tulit*. Et pulchrè: nam & ſi voces *equum* & *æquum* diſtinguat calamus, in linguâ (quidquid de veterum prouuntiatione ſit) hodiè coincidunt. Hanc hiſtoriam recenſet Alciatus Paradox. libr. 2. cap. 3. & alij etiam Scriptores poſt illum.

Vult Bodinus ingenioſus videri, & lib. 3. cap. 5. de Republicâ *neutrum equo dignum fuiſſe pronunciat*; & ſi vniuerſaliter vterque locutus fuit, meritò; nam hîc obtinere debet Iuriſ-conſultorum Protheorema. *Qui diſtingit loca & tempora, concordat jura.* Sunt regna gladio ſubjugata, in quibus quæ victor nullis articulis aut priuilegijs, ſed ſolâ ſuorum militum virtute ingreſſus, dominatur. Hîc ponit leges quas vult & qujbus vult; vtitur Magiſtratu vt exequutionum adminiſtro, & ſubditis vniuerſis vt ſeruis. Sunt regna, quæ fuerunt olim libera, & elegerunt ſibi Reges (pura vnam perſonam, vt in Poloniâ fit: vnam Genealogiam, vt factum fuit in alijs locis.) In eiuſmodi reguis, quia Popûlus ſuos Reges creat, retinet Creatoris majeſtatem & authoritatem, vultq; Regem eſſe creaturam; legum tutorem defenſoremq; non arbitrum nec præuaricatorem. Sunt alia tandem, in quibus ſe attemperauit aduocatio violentiæ; in quibus inquam nec coronam Rex debet ſoli gladio, nec ſoli ſubditorum placito; ſed partim illi, partim iſti: in his habet ſua priuilegia & iura Princeps, ſua etiam populus; & ita ſe immiſcent & attemperant juriſdictiones, vt neuter abſolutus ſit. Sanè, ſi de primo regnorum genere agebatur, Lotharius vnicus audiendus

fuit

fuit. Si de ſecundo, vnicus Azo: & tandem ſi de tertio, neuter. Puto pleraque hodie regna in Europâ ad genus tertium pertinere, & in ipſis inter Regem & populum diuidi majeſtatem, & authoritatem.

☞ CCXXXV.

VIdimus ſub initium, quantum alteret ſenſum diſpunctio, aliud enim eſt dicere, *Fiat equus auri frenum mandens*; & aliud *Fiat equus auri, frænum mandens*: ſi enim comma ponitur ante vocem *auri*, illa afficiet frænum, & hoc debebit eſſe aureũ: ſi autem poſt illam eamdem vocem pingatur, afficiet equum, & iſte debebit aureus eſſe. Hoc delectatus conceptu Martinus Abbas Monaſterij de Aſello, illud vetus & Monaſticum Lemma,

Porta patens eſto, nulli claudaris honeſto.

Quod pro foribus ſolet inſculpi, vt cæteris Prælatis cautior & ingenioſior videretur, alterauit; & comma promouens, ſenſum in contrarium peruertit. Curauit ſic Inſcriptionem ſculpi.

Porta patens eſto nulli, claudatur honeſto.

Videtur clauſiſſe oſtium hoſpitibus, quos ex Regulæ præſcripto tenebatur admittere: & inhoſpitalitatis crimen etiam diſſolutione aggravaſſe. Accuſatur apud Ordinis Superiores, & deponitur, Succeſſor que, ne hiſtoriam ignoraret poſteritas, corrigi priorem Inſcriptionem, & hunc verſum ſubjungi curauit.

Ob ſolum punctum caruit Martinus Aſello.

Hanc hiſtoriam affert Cardanus, & Romano cuidam Summo Pontifici, fortè illac iter-agenti Martini depoſitionem adtribuit. Hoc non moror, quia non acuit, nec obtundit conceptum.

☞ CCXXXVI.

IN ſexu fragili etiam reperiuntur Heroides ingenioſæ, & ſubtiles: multæ enim militant generosè, & multæ erudirè diſcurrunt. Quædam nobilis Virgo, ne fratribus ſuis minùs eſſet glorioſa, etiam voluit ſuo gentilitio Stemmati Lemma Heroicum ſubſcribere: et aſſumpſit hoc dictum: *A Dieu honneur*, quod eſt amphibolòn, et duobus expoſitum ſenſibus, poteſt enim æquivalere illi Axiomati Aſcetico; *Soli DEO honor & gloria*, et poteſt efronti huic inſolentiæ, *Vale honor*, hoc eſt, *Abi virginitas*, nam apud Gallos, (Hiſpanoſque) cùm vale dicimus et diſcedimus, dicimus *A Dieu* (Hiſp. *A Dios*) et virginitatem appellamus *Honneur* (Hiſp. *Honra*.)

☞ CCXXXVII.

VAcabat Romæ dignitas, ad quam multi candidati adſpirabant. Inter alios quidam Coqui divitis filius, qui vanæ gloriæ fumo plenus nullis parabat diligentijs, et ſumptibus, vt cæteris anteferretur. Venit ad Senatores ille, ſe et ſuam cauſam commendat, & à ſingulis audit *favebo*. tandem ad Ciceronem venit, qui vt copioſior verbis, ita cæteris vrbanior, & benignior fuit viſus. *Ego quoque tibi favebo*, ait; & omnes provocavit ad riſum: nam, ſi illud *quoque* retentâ pronunciatione, ſi ſcriberetur ſic, *coque*, eſſet vocatiui caſus, & candidati ignobilitatem proclamaret.

☞ CCXXXVIII.

NOn eſt animus Apoplithegmatum librũ ſcribere, nec diutiùs meum Lectorem morari, ſed doctrinam ſub initium poſitam exemplis illuſtrare nonnullis, vt Philomuſi ingenioſi artem capiant, & in naturam & ingenium convertant. Addam igitur vnam aut alteram hiſtoriam, & ponam calamum.

Duo Reges vicini (vocentur Clodius, & Martianus) profitebantur amicitiam, qualem ſolent Principes & Magnates: amiciriam videlicet, quæ propriam vtilitatem, & commoditatem concernat, quam *Concupiſcentiam* Ethici veriùs & prudentiùs vocarent. Venit Clodius vt ſtabilitam foveret, & promoveret amicitiam, vt Martianum viſeret; eius regnum confidenter intravit. Init Danium (hoc eſt nomen Vrbi Regię, in qua habitabat Martianus) Regio cultu & apparatu exceptus, amatur, tractatur, honoratur: oraturque vt arcem munitiſſimam, quę in confinibus erat, juberet ſtatim militibus Martiani tradi? Quid hîc Clodius? Periclitabatur, ſi concęderet: periclitabatur etiam, ſi negaret. Illâ arce amiſsâ manebat Ciodij regnum incurſionibus pervium. Negaret igitur, nec hoc erat conſultum; erat enim in Martiani manibus, & poterat aut in carcerem trudi, aut perfidè vitâ privari. Sumpſit igitur extemporaneum conſiliũ & ſcripſit has literas Præfecto Arcis.

Danium veni: & à Rege, ſummo honore, & amore receptus, nolo videri ingratus. Caſtrum, cui vos præfeci, jubeo, vt militibus Martiani tradatur

tur hoc ego volo. Non inquiratis vltra, ſiquidem meam voluntatem noſcitis, ſtatim obedite, & facite. Datum Danij die, menſe, anno, &c.

Diſcedit Clodius: honorificentiſſimè dimittitur; eâ videlicet die, quo Caſtrum illud ſeu Arx eſſe jam in manibus Martiani credebatur. Diſceſſit, inquam, anxius, dubitans, an intelligi à Præfecto potuerit. Recipit iſte literas, & quia datas Danij ſuſpectas, & extortas judicans, ne non obedire diceretur, amphibologicas ait eſſe, & debere ab Authore explicari. Illa verba, *Iubeo vt caſtrũ tradatur. Hoc ego volo.* ſic intelligebantur vulgô, vt poſterior poſitio priorem firmaret, ac ſi ſcripſiſſet Clodius, *Iubeo, vt Caſtrum tradatur. hoc enim (videlicet, quòd tradatur caſtrum) ego volo*, at à Præfecto aliter; nam dicebat, poſitionem priorem à poſteriori exponi; aut, ſi contradicere vellent, revocari: & hunc eſſe literarum exhibitarum ſenſum, *Iubeo, vt caſtrum tradatur? minimè. Hoc (videlicet caſtrum) ego volo*, &c.

Dum igitur Præfectus de Regiæ epiſtolæ ſenſu prudenter diſputat, Rex ad ſuam patriam redijt, & egit Præfecto ſummas gratias quòd ſe intellexerit, & Martianiſtis non tradiderit Arcem.

Hiſtoriam hanc, tantiſper alteratam in libris Hiſpanorum & Gallorum reperies: at quia non ago Politica, ſed Critica, malui nomina propria ſubticere, & acumen tantùm ſub alienis nominibus repræſentare.

☞ CCXXXIX.

CLaudat diſcurſum hunc S. Franciſcus, cujus exemplo docemur amphibologiam nullum continere mendacium, viroſque probos ſanctoſque qui mentiri non poſſunt, poſſe nihilominùs vti verbis ambiguis, quæ ab Oriente & Occidente Sole lucem hauriant.

Erat in viâ Franciſcus; & latro profugus coram illo feſtinans, orat, ne ſatellitibus, qui illum perſequebantur, ſe illac tranſijſſe revelet. Superveniunt ſatellites; interrogant, An illac latro tranſiviſſet? & Franciſcus in manicam ſiniſtram, manum dexteram inducens, ait, *Non tranſivit hac*. quod erat verum: non enim latro tranſiverat per Franciſci manicam. Alio ſenſu verba illa accipientes ſatellites judicarunt illam viam non tenere latronem, & aliam vicinam ingreſſi exorbitarunt. Vnde Vir ſanctus amphibolicis verbis vtendo latronem à morte liberavit.

Et hic, ſiquidem nullam additurus ſum hiſtoriam, tantiſper hæreamus. Se fatigant Authores vt examinent, quem ne manu ſuâ S. Franciſcus motuum fecerit, cùm dixit, *Non tranſivit hac*. Alij dicunt manum in manicam induxiſſe; alij in caputium: alij ſcalpſiſſe aurem. Primam ſententiam, quam habet Angelus *in l. qui vaſ. §. qui ex voluntate. ff. de furt.* ſola obtinet apud Hiſpanos. Secundam Flo. *in §. ſi tibi iudicium, afflict. in conſtit. in quaſt. columm.* 3. Ioannes de ana. *in c. qui cum furt. cap. de furt.* Nevizanus *in Sylua nupt. libr. 3. verb. Monitoriæ num.* 31. Et tandem Tertiam ipſe Angelus *in l. §. ſi tibi iudicium. ff. de condict. ob. turp. cauſ.* Et alij hic Authores mirantur, vnicam rem tam variè à diverſis ſcribi. Et his vltimis ego reſpondeo, in conceptibus, & acuminibus non hiſtoriæ veritatem, ſed ingenium Scriptoris requiri. Sive Sanctus Franciſcus manum in manicam ſive in caputium, &c. induxiſſe dicatur, ſemper idem conceptus manet, nam latro non tranſiuit illac. Quid, ſi hoc non S. Franciſco, ſed alij Religioſo acciderit? quid, ſi acciderit multis? quid, ſi nulli? Idem ſemper conceptus remanebit. Abeant ergo cenſores; non enim eos habere locum volumus, quando non quęritur quis, vbi, aut quando dixerit? ſed quid, & vtrùm ingenioſè dicatur?

SHINX IOCO-SERIA.

Perilluſtris, & ampliſſimi Domini D. Petri Franciſci Paſſerini, &c.

CCXL.

SPHINGEM Logogriphis addo: ingenioſo, & erudito D. Paſſerini calamo ſctiptam, & à doctis laudatam ;. dignam, quæ attentè legatur, multa enim curioſa, & acuta complectitur, Illam ex Schediaſmatibus Academicis anno MDCL. Placentiæ editis ſumo : Illam Author *Didecaſtichon Abecedario-grammatico-Muſico-poëtico-georgic-architectonic-ari-thmetico-geometric-bieroglyfico-iuridico-philophico-theologicum* appellat, & meritò, quoniam Artis Abecedariæ Grammaticæ, Muſicæ, Poëticæ, Georgicæ, Architectoniçæ, Arithmeticæ, Geometricæ, Hieroglyficæ, Iuridicæ, Philoſophicæ, & Theologicę flauiſsas opulentas complectitur. Mihi ſanè huius Sphingis ingenioſa conformatio perplacuit, & quia materia eſt ſimilis, huic illam libro in gratiam Lectorum adſcribo.

Illuſtriſſimo Domino D. Bernardo Morando Patritio Genuenſi, Nobili Placentiño, Açad. incognito, &c.

Petrus Franciſcus Paſserinus S.

Illuſtriſſime D.

Monſtra ipſa monſtrari volunt, Eruditisſime Morande, & publica cum luce propriam appetant libertatem. Meā hanc Sphingem, ut ſ.tis eius volunlati facerem, publicè manumiſi; ſed vt in eam :mori meo morem gerrem, non ſine Patrono dimiſi. Quem verò Sphingi Iocoſeriæ diligentiorem deligerem in Patronum, quàm Te ipſum, qui

Carmine, ſeu proſa, luſus, ſeu ſeria ſctibas,

ſemper in præclariſſimis omnibus ingenij, Doctrinæq; Tuæ monumentis, ſed præcipuè in Roſalindæ,

Omne feres punctū, qui miſces utile dulci,

Quamobrem, vt Tua illa felicis Ingenij fæcunditas, & ampliſſima Eruditionis amænitas hoc ipſum tibi cumulatisſimè præſtant, ita ſingularis ingenuitatis humanitas Tuum Sphingi patrociniū pollicetur. Vale, & me, quod facis, amare perge.

Placentiæ Idibus Ianuarij M DC L.

SPHINX

IOCO-SERIA.

☞ CCXLI.

QVINGENTOS; & nonaginta quinque Latinos.
Martis, & Eumenidum concordi fronte ſequente,
Integra continuo cum nec vox ipſa ſuperſit,
Fronte carens ſuccedis Epeę Simonidis Heros:
Mox ego pone ſequor bis binis caſibus ictus,
Quatuor, & demptis ſexcentum immobilis vrget
Sphæra, vbiuis, cui centrum, circumlatio nuſquam,
Hanc id, mus cuius nota, me pro puppe repoſto:
Tum per me ſulcum claudunt, renouantque ſecundum
Te duce dextrorſum pergendo more Latino:
Tertia mox reſonat vox, quam ſchola muſica format.
Longaque vindictæ; ſed decollata cupido.
Carbilij inuentum facit, vt præſentia tantùm,
Quod ſequitur, doceat; ſine quo ventura doceret.
En ſine fine tibi mel, & arculus abſque ſagitta:
En tot, quot medio vngue introrſum læua plicato,
Fortior, & quinto innuit: ecce ſecunda ſecundæ
Pars, Delatorumq; nota, Archifabriq; libella,
Cui centum è Græcis drachmarum pondus adhæret,
Finis enim rerum omnium apex tandem omnia claudit.

SPHINHIS

IOCO-SERIAE

Nodi Enodati.

MVltiplex eſt, & multiceps, immo centuplex, & ceepticeps, propemodum Sphingis huius enigma, vt ex illius Inſcriptione, & Didecaſtichi Epitheto ex plurimis nominibus compoſito non obſcurè cognoſci poteſt. Illud in vniuerſum quodammodo dici poteſt. Quot verba tot Ænigmata ſingula è ſingulis difficultatum fontibus eruta, ut vnaquæque Ænigmatis particula noua, peculiarique indigeat expoſitione. Luditur ſæpè, ac ſæpius in verbis; ſed uerborum ſenſus tam ſerius eſt, vt nil grauius dici queat, & non immeritò Sphingem Ioco-ſeriam dixerimus. Nouam nominum, & Epithetorum huiuſmodi compoſitionem non demirabitur, qui Franciſci Snuertij Viri in primis eruditi *Epitaphia Ioco-ſeria* inſcripta animaduerterit, & apud Palutum, ac Lucilium *Nugipolyloquides*, *Argentiextenebronides Hippocampelephantocamelus*, & alia ſimilia

legeris

legerit, qui omnes Lepidum illud Ariſtophanicum è partibus duodetriginta conflatum ęmulati ſunt, vt optimè tradit Gulielmus Bailius de Græcorum accentibus: cui adiungi poteſt Ioſephus Scaliger in ſuis in Varronem Coniectaneis, qui Hegeſandri veteris Poetæ in Sophiſtas Epigramma ſic exprimere tentauit.

Silonicaperones, vibriſſaſperomenti,
Manticebarbicolæ, exterebropatinæ,
Planipedatquelucernitui, ſuffarcinamicti,
Nectilatentiuori, noctidoloſtudij.
Pullipremoplagij, ſutelocaptiotricæ,
Rumigeraucupidæ, Nugicanoricrepi.

Addatur, & elegantiſſimus, ac feſtiuiſſimus Ioannes Laurembergius in Regia Academia Sorana Mathematum Interpres Otij Sorani Epigram: LVIII. In Caſeouoros.

IN CASEOVOROS.

Rancidouerminori, viuentecadauerilambæ,
Lumbricocomedæ, putrigurrriferæ,
Latrinifœthircomephitiſtercorolentes,
Oregrauipedæ, gutturimerdotrahi,
Dicite, num vobis, queis putriuermeliqueſcens
Caſeus ambroſia eſt, nantea nectar erit?

Quingentos, & nonaginta quinq; Latinos, &c. Quid ſint tot hi Latini, quos ſola Martis, & Eumenidum frons inſequitur, diuinabit, qui Numerorum Notas, ſeu Numerales Literas à Romanis didicerit; ex Paulo enim Manutio, & Priſciano, qui hæc fuſius perſecuti sũt, I vnum, V quinque, X decem, L quinquaginta, C centum, D quingentos, & M mille deſignabat, quod nos ipſi quoque paſſim uſurpamus. Hinc Chronographica, ſeu Chronologica dicuntur, quæcunque ex numeralibus hiſce literis annorum numerum, quem quiſque uoluerit verbîs ipſis incluſum indicant, quale eſt Io: Baptiſtæ Spadij Ord. Præd. Eruditiſſimi Viri, Eximijq; operoſisſimorum huiuſmodi operum Artificis Chronodiſtichon de obitu Thomæ Turci eiuſdem Ordinis Magiſtri Generalis.

QuI fVIt In terrIs VIrtVte InsIgnIs In aſtra
TendIt Iter MerItIs tVrCVs ab orbe graVIs.

Necnon Chronographicum Pręconiũ, quod de FRANCISCA NICELIA tum generis, tum Virtutum omnium ſplendoribus Illuſtrisſima Heroina (cui poſteà Religioſo cum Habitu Religioſisſimum VIOLÆ MARIÆ nomen inditum eſt) ſumma cum celebritate Placentiæ Ciſtercienſium D. Franchæ Monaſterium, & Ordinem ingredienre nuper ego ipſe pro tempore; ſed ex tempore luſi, vt inter Applauſus variorum Auctorum tunc editos videre eſt pag. 31. & 32 per quingentos igitur, & nonaginta quinque Latinos Sphinx intelligendas indicat notas illas, ſeu numerales literas, quæ numerum iſtum Latinorum more conficiunt. Quare D nobis erit loco quingentorum, & V pro quinque; ſed quonam modo nonaginta deſignabuntur? vt X ante L, vel C decem demit inſequenti, maioriq; numero, & tum XL quadraginta, XC verò nonaginta, ita VC nonaginta quinque ſignificabunt, cum etiam V ante C ex centenatio quiniarium tollat. Hinc apertè conſtat Latinos hoſce quingentos, & nonaginta quinque nil aliud eſſe, quam tres haſce literas Alphabeti Latini DVC, Græci enim ipſi quoque Alphabeti ſui characteribus, ſed longe ſecus, ac Latini pro numerorum notis utuntur, quod cum nihil in hanc rem hic recenſere ſuperuacaneum puto. Tandem ergo, ut clarisſimè paret primus iſte, atque integer Sphingis noſtræ verſus nihil aliud, quàm breuem hanc voculam DVC deſignat, ſicuti ex toto Didecaſtico Diſtichon unum tãtum, quod demum omnibus planum fiet, eruemus. Concordat autem mirum in modum cum primo iſto Sphingis noſtræ nodo nodus ille notus, DVX in ſcriptus.

Qui de Quingentis, de Quinque Decemque fit
vnus,
Ille meis precibus dignum poterit dare munus.
Martis, & Eumenidum concordi fronte ſequente)

Quò longior fuit Primi nodi enodatio, eò breuior erit Secundæ huius difficultatis explicatio. Martis, & Eumenidum frons hoc in loco nil aliud eſt, quàm prima vocum harum *Martis*, & *Eumenidum* pars, nimirum prima nominum ipſorum elementa, M, & E, quæ idcirco concordia dicuntur, quòd ambo vnam in ſyllabam ex ſeſe coaleſcant. Sic Iulius Cæſar Scaliger in Logogriphis primam vocis *Ouis* particulam, ſeu literam, caput appellauit.

Imbellis tota eſt; caput exime, vis erit illi.
ſi enim à verbo *Ouis* O detraxeris, remanet tibi *Vis*.

Integra continuo cum nec vox ipſa ſuperſit)
Tertius iſte nodus facilè ſoluitur, ſi animaduertatur dictionem illam *Nec* hic nihil ſignifi-

care, & hunc eſſe verſus huius ſenſum: cùm, poſt bina illa verba DVC ME nuper expreſſa, vox ipſa NEC integra tertio remaneat loco,

Fronte carens ſuccedis Epee Simonidis Heros) Quis ſit Heros iſte, qui ſine fronte quartam occupat ſedem poſt tertiam dictionem *Nec*, eruditiſsimus Cauſſinus in ſuo Polyhiſt. Symbolic. lib. 7. cap. 15. non obſcurè innuit his verbis. *Simonides, cùm in Carthæa degeret Cei inſulæ oppido, agendi, canendique choros rationē docuit, ſchola procul è mari ſita in vrbis ſuperiore parte, iuxtà templum Apollinis; aquam verò tunc petebat ex inferiore vrbis regione, aduehente aſino, quem Epeum appellabat, quod Epeus Heros ſimiliter diceretur Atridis aquam miniſtraſſe*. Aſinus ergo Epeus eſt Simonidis Heros, qui, ſi vocandi caſu efferatur, vt in hoc caſu opus eſt, & fronte careat. ideſt, prima ſui parte videlicet As relinquet nobis verbum hoc *ſine*, quod ipſiſsimum à Sphinge noſtra deſcriptum eſt.

Mox ego ponè ſequor bis binis caſibus ictus) Grammaticorum vſus obtinuit, vt variæ nominum inflexiones Caſus nominentur, quare ſi Pronomen *Ego* quatuor inflexiones, ſeu caſus, ſubeat, ad eum, quem Accuſandi caſum vocant, perueniet, & in Pronomen ME migrabit, quod hic iuxtà Sphingis ipſius ſenſum poſt *Sine* apponendum eſt.

Quatuor, & demptis, ſexcentum immobilis vrget, &c.

Si ex ſecentis quatuor tollas, fiunt nonaginta & ſex; quandoquidem verò ſuprà vidimus nonaginta quinque nil aliud fuiſſe, quam tria hæc Alphabeti Latini elementa D V C, ita nunc ſuperaddito I, quod vnum denotat, nonaginta ſex erunt quatuor iſtæ literæ DVCI. vnde iam habemus ex Didecaſtichi nodis hactenus explicatis, DVC ME, NEC SINE ME DVCI; ſed poſt hæc quid reliquum eſt?

Immobilis vrget

Sphæra, vbinis cui centrum, circumlatio nuſquam)

Ad hanc Sphæram inueniendam, & probè dignoſcendam Lectori lumen præfert, & eum quodammodo manu ducit Pius Rubeus Placentinus, qui, vt in omnibus, quæ plurima conſcripſit, operibus ſuis verè pius, mirè eruditus, & planè doctus, ita in Commentarijs, quos in res D. Hieronymi geſtas edidit, omnino mirabilis, cùm cap. 11. num. 39. Dei ſedem vbique eſſe dixiſſet, ſtatim modum docet, & infert. *Igitur quemadmodum in Cælo per reuelationem, in Sole per repræſentationem, in Sanctis per ſanctificationem, ſic in Inferno ſecundum iuſtitiæ executionem ſedere pro Tribunali dicitur, Propheta teſtante, qui ait: Si aſcendero in cælum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades* Sed Triſmegiſtus, vt videre eſt apud Vaſquez in 1. p. tom. 1. diſp. 29. num. 23. tam apertè nodum hunc enodat, vt eo audito, quod inquirimus, meridiana luce clarius appareat, ſic enim Deum deſcribit, vt eum dicat eſſe *Sphæram immobilem, cuius centrum ſit vbiq; circumferentia vero nuſquam*. Quis autem adhuc dubitet, quin hæc Sphingis noſtræ Sphæra DEVS ſit?

Hanc id, mus cuius nota)

Spheram, quam modo innuimus, ſubſequitur id, cuius mus ſymbolum eſt, ac hieroglyphicum. Quapropter videndum nobis eſt, cuiuſnam rei mus ſignum ſit. Ioannes Crotus Murem amici fucati, & fugacis notam lepidè putat, quòd mus ingratus, incenſa domo fugiat.

Vixiſti mecum, fortuna matre: nouerca
Me fugis; & poteras æqua, & iniqua pati.

Ex Hori tamen Apollinis ſententia Hierogl. 47. cui accedit Pierius lib. 13. de Mure nu. 2. ab Ægyptijs Sacerdotibus per Murem *Optio* deſignabatur. *Multis ſiquidem*, ait Horus, *varijſque appoſitis panibus, mus puriſsimum, atq; optimum redit. Propterea, & Piſtorum iudicium ex muribus ſumitur.*

Optio, igitur id eſt, cuius Hieroglyphicum Mus eſt, quodq; hoc in loco poſt *DEVS* adiungendum eſt.

Me pro fine repoſto) i. loco vltimæ literę, quæ in nomine *Optio* eſt O vltimum, ponatur Monoſyllabon hoc *Me*, ita vt ex vtraque parte. *Optimè* coaleſcat. vltima enim vocis alicuius pars puppis, & prima prora, ducta à nauibus ſimilitudine, ænigmaticè interdum nuncupari ſolet: vndè quidam *AVE* dicturus Amico verſum ſcripſit,

Mitto tibi NAVEM prora, puppique carentem;

Tum per me ſulcum claudunt) Arare nonnunquam idem eſt, ac ſcribere, Iſid. ex Atta Satyr.

Mucroneque aremus oſſeo.

Quia in cerata ſcribebant tabella. Indè exarare. Ouid. 3. de ponto.

Ad fratrem ſcriptas exarat illa notas.

Immò ſulcare ipſiſſimum ſcribere eſt. Ennod. *Otia Niliacis non paſſus carmina biblis. Sulcaui.* ac proindè ſulci erunt lineæ, & verſus ab altero in alterum paginæ latus arati. Hinc Prud. hymn. 9. de S. Caſſian. M.

Indè alij ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,

Qua

Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur .

Sed quæ nam ſulcum,& verſum hunc noſtum claudunt ? ea ipſamet verbula *per me* ſulco, & primo Diſtichi, quod Sphinx ænigmaticè, & pedetentim exprimit, verſui finem faciunt, quem integrum exhibeo.

Duc me, nec ſine me duci, Deus optime, per me.
Renouantque ſecundum

Te duce) hoc eſt. Et duo hæc ipſa nomina *Te duce* inchoant alterum Diſtichi verſum.

Dextrorſum pergendo more Latino)

Quia non omnes populi eodem vtuntur pergendi more in ſcribendo; ſed alij, vt Latini, dextrorſum ſemper pergunt, ideſt à læua in dextram ſine retrogreſſione ad læuam; alij,vt faciunt Aratores, cum retrogreſſione ad læuam; alij ſiniſtrorſum ſemper tendunt,vt Hebræi; alij ſurſum; alij deorſum, alij etiam diametraliter incedunt. Ex quibus omnibus 24. ſcribendi modi eruuntur,quos videre potes apud eruditiſsimum virum Hermannum Hugonem De prima Scribendi origine cap.8 vbi rem hanc vniuerſam tam enucleatè pertractat, vt nil melius deſiderari, aut dici poſſe crediderim.

Tertia mox reſonat vox, quam Schola Muſica format)

Voces,quibus Muſici ad ſonos ſuos exprimēdos primùm vtuntur, ſex ſunt ad id à Guidone Aret. coſictæ, nimirum, Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, quas in hoc Diſticho comprehenſas habes.

VT REleuet MIſerum FAtum, SOlitoſque LAbores
Aeui: ſit dulcis Muſica noſter amor.

Et Franciſcus Cameranus in ſuo Heptacalamo non ſolum harum quaſi ſcalarum aſcenſum; ſed deſcenſum ſimul, & regreſſum vno, eodemque Diſticho ad S. Michaëlem Archang. concluſit.

VT REprimat, MIchaël, FAma SOLuta LAtrat,
LAcertum SOLidi Fac MIhi REgis VTi.

Propterea tertia muſicarum iſtarum vocum eſt MI, quam hic Sphinx noſtra verbis TE DVCE ſubiungit.

Quid ſit longa vindictę cupido docet Baſilius homil. de Ira. *Indignatio*, inquit, & *ira plurimùm inuicem differunt: eſt enim indignatiò ſtimulus quidam breuis, & ſubitus, acutuſque paſſionis vapor; ira verò permanens,ac diuturna triſtitia,aptaque ſeſe otiosè vlciſci, velut libido quadam ſe vindicandi*, ſit igitur hoc in loco longa vindictæ cupido *Ira*; ſed ira decollata quænam erit? anne *Ira* ipſa abſq; capite, i. abſq; prima verbi litera, quæ eſt I? ita plane. Decollare enim Suetonio eſt caput amputare,vt videre eſt in Caligula: vnde ex *Ira* remanet tantum *Ra*, quod cum *Mi* mox à Muſicis mutuato integrum nomen *MIRA* componit, & tertium ſecundi huius verſus verbum conſurgit.

Carbilij Inuentum facit, vt præſentia tantū,
Quod ſequitur, doceat: ſine quo ventura doceret)

Spurium Carbilium Inuentorem fuiſſe literæ G. teſtatur Ioannes Rauiſius in Officina, vbi de Inuentoribus diuerſarum rerum, Hermannus Hugo de re Literariæ antiquitate cap. 4. & 7. Anteà enim Latini C vtebantur pro G, vt Caius, Cneus pro Gaio, Gneo. Sed quo pacto litera G efficiat, vt quod ſubſequitur, præſentia tantùm doceat, & abſque illa futura ſimul indicet, ſatis adhuc apertum nequaquam eſt. Ne pluribus hic te morer, de verbo GERO ſermo eſt, quod, iuxtà Grammaticorum loquendi modum, præſentis quidem temporis eſt; ſed ſine G futuri fieret; quia remaneret verbum ERO, & nullæ amplius tenebræ ſunt.

En ſine fine tibimet)

IESVS mihi eſt, ait Bernard. ſerm.15. in Cāt. *mel in ore, in aure melos, in corde iubilus*.Richar. de Laud. Virg. cap.2. Bernardum ſecutus. *Sicut* inquit, *nomen IESV mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, ſic & nomen* MARIA, *& etiam amplius, ſi dicere audeamus* numquid igitur dulciſſima iſta *Ieſu*, & *Mariæ* nomina ſine fine mel iſtud erunt, quod Sphinx noſtra nobis hic offert? enimuero libenter idipſum amplecteretur doctiſsimus ęquè ac integerrimus Mariæ cultor Nouarinus, qui in Vmbra ſua Virginea Excurſ. 128. *Mel* inquit, *Ieſu nomen, mel Mariæ*; libentiſſimè verò illud idem afferet Hippolitus Marraccius Marianorum æui noſtri Scriptorum Coryphęus (vir, vt ingenio, ac eruditione, ita pietate, ac ingenuitate mirè amabilis, & verè admirabilis, cui nihil in terris dulcius, quàm Maria, ac Mariæ cultus: quod non modò *Apoſtoli*, *Pontifices*, *& Fundatores Mariani*, nec non *Bibliotheca* ipſa *Mariana* mirandum in modum Mariano melle manantes ſatis apertè hucuſque indicarunt: ſed *Cæſares* ipſi *Mariani*(quos auidè in dies expectamus) atque alia propemodum innumera eiuſdem opera iam prælo præparata, quæ Marianum ſibi nomen omnia præſeferunt,

ferunt,

ferunt, magis, ac magis comprobabunt.

Sed nequaquam de melle iſto, cætero-quin ſuauiſſimo, ac infinita prorſus dulcedine affluentiſſimo, Sphingem hanc locutam fuiſſe cenſuerim. *Mel* iſtud ſine erit Pronomen hoc ME, dempta à nomine MEL litera L, quæ ibi vltimo loco erat.

E' arculus abſq; ſagitta)

Arcus iſte ſine ſagitta; ſed non ſine neruo, & chorda, tam apertè literam D grandiuſculam exprimit, vt nulla alia ad id opus ſit explicatione. Hac eadem ſimilitudine vſus eſt ad Griphi ſui literas deſcribendas, quem in nomen *IESVS* conſcripſit elegantiſſimus vir Franciſcus Bencius.

Parthicus inſequitur ſinuatis flexibus arcus,
Cui propè ſit velox apta ſagittà manu, &c.
En tot, quot medio vngue introrſum læua plicato,
Fortior & quinto innuit)

Beda lib. de Indigitat. & Pierius Valerian. lib. 37. tùm verbis exprimunt, tùm figuris ipſis oſtendunt, quem numerum tam dextera, quam ſiniſtra manus ſingulis digitorum complicationibus innuant. Siniſtra ergo manus, ſi in palmam digitum inflectat impudicum, quem etiam à Satyrico medium vnguem dictum videmus,

Cùm fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet vnguem.

Quinarium numerum ſignificat, qui Latinis eſt, vt ſuperiùs etiam diximus, litera V. fortior verò manus, nimirum dextera, quinto, ſeu auriculari digito introrſum pariter plicato, centum deſignat, nimirum C. nam læua manu per hanc Indigitationis artem numeros omnes centenario inferiores exprimere poſſumus; ſed centenarium, & alios omnes centenario maiores dextera manu ſignificamus. Vndè Iuuenalis dixit.

Felix nimirum, qui tot per ſecula vitam
Diſtulit atque ſuos iam dextra computat annos

Vt centenarium annorũ numerum denotaret.

Vere ſecunda ſecundæ Pars)

Secundum elementum vocis huius *Secundæ*, videlicet E, verè ſecunda *Secundæ* pars eſt. Si autem ſimul literas DVC ſuperiùs explicatas cum E mox allata iungamus, fiet DVCE, quod ipſa Sphingis mens eſt.

Delatorumque nota)

Apud Boet. lib. 1. Tul. 2. off. Auſon. epiſt. 15. Valer. Max. lib. 6. c. 4. vocantur notæ eapuncta, ſigna, & ſtigmata, quas literas ſeruiles appellauit Seneca, quòd infamiæ, & probri cauſa fugitiuorum ſeruorum frontibus, ceruicibus, facici, dorſo, vel manui inurerentur, vndè ſerui illi dicti deindè Stigmatiæ, Inſcripti, Stigmatici, & Literati. Calumniatoribus autem, teſte Lipſio 2. Elect. cap. 15. K imprimebatur, quod antiquitus Kalumnia ſcriberetur; T furibus, M. homicidis, & D denique delatoribus, vt obſeruauit Hugo ipſe cap. 19.

Archifabrique libella) Architectonicam libellam, ſi literæ figuram attentè ſpectes, ipſiſsimam A eſſe cognoſces. ſic eam vocat Ludouicus Dulc. Dialog. de Memor. augẽd. & conſeruanda pagin. mihi 53. & 56.

Cui centum è Græcis drachmarum pondus adhæret)

Pondus centum drachmarum à Græcis ſumpto nomine *Mna* dicitur, ita nos docuit Plinius lib. 25. *Mna, quam noſtri minam vocant pendet drachmas Atticas centum*, & copioſiſſimè doctiſsimus vir Budæus de Aſſe lib. 3. D. igitur, A & MNA penultimum Diſtichi verbum componunt, quod eſt DAMNA.

Finis enim rerum omnium apex tandem omnia claudit)

Vltimus iſte Sphingis verſus vltimum Diſtichi in Didecaſticho latentis verbum continet; ſed, vt ſummo, ac extremo loco eſt, ita ſummas, & extremas quodammodo tenebras nobis offundit. *Apex* hoc in loco eſt prima, ac ſuprema pars quatuor horum verborum. *Finis enim rerum omnium*, adeò vt verſum hũc integrum ſic exponere neceſſe ſit: denique prima litera ſingulorum 4. horum verborum, *Finis enim rerum omnium*, quæ ſimul verbum FERO conſtituunt, Sphingi noſtræ Iocoſeriæ finem imponunt, quia uerbum hoc *Fero* Diſtichum claudit quod è Didecaſtichi quaſi uiſceribus iam tandem prodit in lucem, & Sphingem uere non Iocoſam tantum, ſed ſeriam quoq; fuiſſe cumulatiſſimè demonſtrat.

Duc me, nec ſine me duci, DEVS *optime, per me:*
Te Duce, mira gero, me duce damna fero.

SPHINX

RELIGIONIS

ALPHA; ET OMEGA;

Siue Hexaſtichon Chriſtianæ perfectionis Compendium.

☞ CCXLIII.

Ad Illuſtriſſimam D. D. Violam Mariam, Nicellam, Religioſiſſimam Ciſtercienſis Ordinis Virginem.

ILLVSTRISSIMA DOMINA. *Sũmum Chriſtianæ perfectionis culmẽ ſummè anhelanti, quid breuiſſimâ longiſſimæ Artium Artis Epitomâ gratiùs offerri poteſt? Eam hic habes Religioſiſſima Virgo, & quemadmodum nulla culminis arduitas, atque aſperitas inclytam animi tui generoſitatem deterrere, ita nec Epitomes huius tenebræ admirandum illud ingenij Tui lumen, & acumen obſcurare poterunt. Macte igitur ad ſacrarum Virginum gloriam nata, lectiſſima Ciſtercienſis Paradiſi VIOLA: quò approperas, aduola, & vale. Placentiæ Idibus Ianuarij, M. DC. L.*

Humill. Sèru.

Petrus Franciſcus Paſſerinus.

GAudia mærores, lucra damna, opprobria honores
Interim vitam, cunctaq; crede nihil.
Nil eſt præteritum, nil præſens, nilq; futurum;
Quod fuit, eſt, & erit; nil fuit, eſt, & erit.
Quod nil non ſit, ſed ſimul omnia, & omnibus VNVM eſt.
Omnia age, VNVM vt agas; VNVM habe, & omnia habes.

Chriſtianæ Perfectionis diſciplina in Hexaſticho latens indicatur.

REligionis Alpha, & Omega, cum harum literarum prima Græcorum Alphabetum inchoet, altera claudat, nihil aliud nobis ſunt, quàm totius Chriſtianæ Perfectionis ſumma. Hinc Chriſtus ipſe Apocalyp. 1. de ſe ipſo dixit, *Ego ſum Alpha, & Omega*, rerum, inquam, omnium ſumma, vt propterea ab Ænigmatographo benè dictum fuerit.

Prima rudimenti, ſupremaq; litera Græci:
Soli ſit laus, & gratia Chriſte tibi.

Cùm autem Chriſtianæ Perfectionis gradus tres propemodum ab omnibus ſtatuantur, Incipientium, Proficientium, & Perfectorum, quibus tria illa Purgandi Illuminandi, & Proficiendi munera ex Apoſtolica Traditione tribuuntur, tria itidem Hexaſtichi noſtri Diſticha tribus illis cùm gradibus tum muneribus non obſcurè conueniunt, vt animaduertenti facile conſtabit.

Gaudia mærores, &c. quia ex Io. Epiſt. 1. c. 2. *Omne quod eſt in mundo, Concupiſcentia carnis eſt, & Concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*. Et ſaluator ipſe, qui prima poſuit Monaſtices fundamenta, quatenus tria vota conſuluit religionis eſſentialia, eaq; ſeruanda dedit contendentibus ad perfectionis apicem dixit, *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum*

pſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quibus verbis non modò paupertatis, & obedientiæ, votum expræſsè ſignificatur, ſed etiam cœlibatus includitur; non enim ſequitur Chriſtum, qui per carnis oblectamenta veſtigia figens vitam immaculato calle non tranſit, ſicut ille perſimilis Angelis tranſijt. Quæ doctè, ac diſertè perſequitur eruditiſſimus, & acutiſſimus Vir Dominicus de Pueronibus de Regularium Ariſtocratia tom. 2. cap. IX. num. 6. 7. 8.

Interitum vitam, &c. quoniam

Frigida mors vitam, mortem rapit altera vita:
Mors vana vitæ finis, origo bona.

Sicuti enim interitus noſter nouæ vitæ principium, ita vita noſtra mortis exordium eſt. *Ipſum viuere* inquit Greg. in Iob. 34. *quaſi ad mortem ire eſt; & quot dies vitæ peragimus, quaſi in itinere ad locum propoſitum tot paſſibus propinquamus ipſa quippe augmenta temporum ſunt detrimenta, quia vitæ noſtræ ſpatia, quanta eſſe cæperint, incipiunt i..m tanta non eſſe.* Hinc vita noſtra ſapienter aquis comparatur, *omnes enim morimur*, & *quaſi aqua dilabibur* 2. Reg. 14. & nauiganti ſimilis dicitur. *Is, etenim, qui nauigat*, inquit Greg. lib. 6. epiſt. 26. *ſtat, ſedet, iacet, vadit, quia impulſu nauis ducitur; ita & nos ſumus, qui ſiue vigilantes, ſiue dormientes; ſiue tacentes, ſiue loquentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus.* Quod idem ſapientiſſimè animaduertit in eruditiſſimo, & copioſiſſimo Tract. ſuo de Aquis cap. 5. num. 15. Io. Baptiſta Gargiareus excellentiſſimus Æui noſtri Iuriſconſultus, & Parmēſium, ac Placentinorum Ducis Conſiliarius, Vir Doctrinarum omnium ſplendoribus verè Illuſtriſſimus, virtutum omnium ornamentis, mire amabilis, & admirabilis, editiſq; literarum monumentis iam nunc *toti notiſſimus Orbi*.

Cunctaq; crede nihil. nam ſomnia ſunt omnia. Vix aduolant, mox auolant: ludunt, & illudunt; quia nihil eſt, quicquid ex nihilo eſt Hinc ſapientiſſime Eruditiſſimus Vir *Auguſtinus* Baratterius Cotonienſis Theologus prouerbiorum (quæ manuſcripta apud Io. Baptiſtam Barratterium ingenuis artibus inſtructiſſimum Auctoris nepotem lucem expectant) lib. 2. Verb. *Richezze* Gnomam illam *Ex nihilo nihil fit*, ita interpretatur, vt ereata omnia ideò eſſe dicantur, vel quod ſemper creata quæq; natura ſua ad nihilum vergant, niſi a Deo ipſo a nihilo quodammodo retrahantur; vel quod ipſa ipſiſſimum nihil ſint, cum in nihilum illico ab eo, qui ea ex nihilo extraxit, iterum redigi poſſint, cui affine eſt, quod Amos ipſe Propheta dixit; *Væ illis, qui lætantur in nihilo.* Quæ enim ex nihilo ſunt, nihili naturam ex ſe ſe ſeruant, & nihil non incongruè dici poſſunt.

Nil eſt præteritum, &c. nam

Eſſe, fuiſſe, fore tria florida ſunt ſine flore:
Id ſimul omne perit, quod fuit, eſt, & erit.

Quapropter omnes exclamant,

O vitam inuitam, ò incommoda commoda! ſortem Exſortem! expem ò ſpem! vana omnia, & omnia vana.

Et ratio eſt, quia, vt Sap. 5. 13. nati continuo deſinimus eſſe, & nihil ſunt dies noſtri ex Iob. cap. 7. quod enim præteritum vitæ eſt, iam non eſt; quod futurum eſt, nondum eſt; quod autem præſens eſt, inſtans eſt, quod tam breue eſt, vt mentium aciem, nedum oculorum obtutum, vel ſenſuum perceptionem effugiat, & cum illud adeſſe putas, iam præteriiſſe vides.

Quod nil non ſit, &c. Deus enim eſt, qui eſt, hinc.

Omnia ab vno	Quidquid ab vno.
Oomnia ad vnum	Tendit ad vnum.

Omnia age, vnum vt agas, nam primo quærendum Regnum Dei, & omnia adijcientur nobis. Quò ſpectant illa Chriſti verba Luc. 10. *Martha. Marta ſollicita, es, & turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſarium.* Omnis enim cura, & ſollicitudo rerum mundanarum vni animæ ſaluti poſtponenda eſt, & vni Deo inſeruire debet. Vt ſapientiſſime locum hunc explicat Bonacurſius in Euang. Feſti Aſſumpt. B.M.V.

Vnum habe, & omnia habes. quia

Viuimus ex Te,	Tendimus ad te,
Fidimus in te,	Nonniſi per Te

Optime Chriſte.

Cla-

Clariſſimo, & Perilluſtri Viro D. Blaſio Cuſano, Regio Iuris Cæſarei Doctori, & Profeſſori, &c. *Poeta Laureato,* &c. *Amico optimo*, &c.

CVSANO Apollini, quē exceſſę iuſſo decrepito Muſarum Deo, Parnaſſus iunior veneratur, & ſuſpicit, Natalis diei ſolennitatem celebranti, ſalutem dico, Xenium mitto. Illam, vt nouis ingenij ſui couceptibus Orbem literarum illuſtret: hoc, vt Anonymo Inſubricæ Hippocrenes Paranympho Magnum illum Littam Mediolanenſium Archiepiſcopum celebranti applauſus litet. Mitto Tabulam ab Apelle, qui noſci non vult, delineatam, in quâ Author latens, velit nolit, cognoſcitur: & laudes, quas mæretur, adquirit. Vt vidi, vt legi folium, ingenium conditoris ſuſpexi, & à poſteriori ad eius cognitionem perueniens accinui.

Phœbe lateres, ſi te fortè latere lateret,
Hac tamen in Tabulâ te latuiſſe patet.

Et in quâ, quæris, Tabulâ? in breuiſſima, quæ immenſos capit Metametricarum diuitiarum theſauros, quæ ſola poterit pleroſq; omnes Appollines, quos liber hic dilucidat, illuſtrare, & ditare præſefert hanc Epigraphen.

Clariſſimæ Famæ Inuictiſſimi Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Atlantis, per obſequentiſſimum Ciuem, humillimum Seruum OBVMERATIO, *ne glorioſo tanti Antiſtis ſplendori inuideat Apollo.*

Antiſtes, cuius meminit eſt Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus, & Comes, D. Alphonſus Litta, Vir tanto Homero dignus, quem ob auita ſtemmata, ingenij dotes, vitæ innocentiam, & ſcientiarum ſtudium celebrauit ſera poſteritas actis æternitatis.

Euectus eſt ad Archiepiſcopalem dignitatem anno Domini M. DC. LII. quem hoc Chronichon exprimit.

Pingebatur luſoria Tabula (Hiſp. (*El Iuego del Alxedres*) hac enim Illuſtriſſimum Littææ Familiæ Stemma ornatur, & ſicut Stella radijs his coronabatur Hemiſtichijs.

Alphonſus Litta, ac bene	206.
Sortem eluſit in anno,	230.
Palladis aptatum vt	196.
Vidit Sors inſcia ludum	248.
Audax en Dominam	130.
Subitò ſe credidit eius	227.
Ludus erat pro Mitrâ,	219.
Et vicit Palladis arte,	196.
SVMMA	1652.

Eſt Tetraſtichon Chronicon ad Apollinem Arithmeticum pertinens, & quia hoc artificium paucis notum eidem, ceu labyrintho clauſo inſcribuntur hi verſus.

Talibus vmbratam numeris me haud dicito quiſquis
Rerum ſic tempus ſum mage clara notans.
Quod ſi me vis talem, haud me contemnito ſaltem,
Vt tibi lux numerus ſit, mihi obumbret opus.
Litticus hic Ludus neſcit (præſagio ſortem.
Conſcia, ne ludas, ni tibi Pallas erit.

Etiam me Iudice eſt clauſum hoc Hexaſtichũ. Ergo ad Hemiſtichia poſita reuertamur, quæ debent reſeruari hac Claui.

1	2	3	4	5	6	7	8
A	B	C	D	E	F	G	H
9	10	11	12	13	14	15	16
I	K	L	M	N	O	P	Q
17	18	19	20	21	22	23	
R	S	T	V	X	Y	Z.	&c.

Ecce ſingulę literę ſuum valorem numerarium habent, omneſq; ſimul annum 1652. exhibent, vt in Apolline Arithmetico videre poteris, in quò Chronica ingenioſa reperies.

ADdebatur Acroſtichum, in quo bis legebatur Illuſtriſſimum Cognomen Litta. illud ſubſcibo.

Lucifer	*Inſubriæ*	*Tutamen*	*Traderis*	*Ara*
Italiæ	*lux*	*Cleriq;*	*Illuſtriſſime*	*ſplendor*
Telluris	*ſalue*	*Heros*	*Præſul*	*cōcelebrād°*
Totius	*Princeps*	*Virtutis*	*Sydus*	*Honoris*
Atlas	*Religionis*	*Amator*	*Amoris*	*Imago.*

In hoc pētaſticho gratiæ, & Charites Apolinum diuerſorum relucent.

Primæ ſingulorum verſuum literæ dant Cognomen nobiliſſimum LITTA, ſecundo Acroſtichi Parnaſſi influxu.

Primæ ſingulatum vocum in primo verſu reſonant LITTA, Apollinis Paromęi influxu.

PRæterea Muſarum directarum influxu, verſus ſequentes legimus.

Lucifer

Lucifer , Inſubria tutamen : traderis Ara
Italiæ lux, cleroq; Illuſtrisſime ſplendor . &c.

Sequentes Ruentium lapſu .

Lucifer Italiæ , telluris totius Atlas ,
Inſubriæ lux , ſalue Princeps Religionis ,
Tutamen Cleroq; Heros Virtutis Amator ,
Traderis Illuſtrisſime Præſul , ſydus Amoris ,
Aræ ſplendor concelebrandus , Honoris imago .

Ecce hic duo concurrunt Apollines , alter , vt Verſus fluant , alter vt ruant ; quam Artem in ſuis lócis obſeruo .

SVbſcribebantur nonnulli literarum Protei , qui quia puri, & grandi ſenſu prædıti reponi poſſunt .

I.

Dominus Alphonſus Litta Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Vigilantisſimus . Anagramma purum . *Hic vnus ! Angelus pacis , Sydus micans , electionis domus , Sol ſapientiæ , Mel pietatis , lac honoris .*

II.

Alphonſus Litta Archiepiſcopus Mediolanenſis . Anagramma purum . *Noſtri honos : Hiſpana laus : Cæli apis : Templi decus .*

III.

Alphonſus Litta . Anagramma purum . *Vt Sal Fons alit .*

IV.

Dominus Alphonſus Litta Archiepiſcopus Mediolanenſis. 554. Anagramma numericum. *Populi ecce hic totus Amor , totus Gratia , totus Honor .* 554.

V.

Illuſtriſsimus , ac Reuerendisſimus Dominus , & *Comes D. Alphonſus Litta , Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Vigilantisſimus .* Anagramma purum . *In Mundo (Eccleſiæ , Patriâ) Tu Sol (ſplendor Heros) decens ſuauiſsimus (micantiſsimus , inſigniſsimus) es Pace (Iuſtitiâ, Decore) vt mel (Sol , Achilles .)*

Pulchra omnia sũt, & artificii Metametrici plena . Omnia ad Proteos literarum , quos exhibet Anagrammaticus Apollo , ſpectant . At in quarto Arithmetici , & in quinto Parodici Apollinis influxus manifeſtè relucet .

CLaudit tabulam Inſcriptio Steganographica , quam Author Kabaliſticam meritò appellat , prima enim Kabalæ pars eſt quædam Metametrica occùlta Hebraicę Linguæ , quam aliæ imitantur attemperata. Textum ipſum ſubſcribo .

COncipe Inſubria gaudium, omen accipens iucunditatis. Memorandam mirare Antiſtitẽ , & diuinum dicito ſplendorem Eccleſia inclytum ALPHONSVM. Appetiſti aquas lætitiæ ſitibunda, ſatiare pluentibus triumphis tanti Herois. Redũdãt rores Orbis ætherei, & nutriunt amænitatis amœs ſecundis imbribus. Exultãter Violæ, Nardiq; inſurrexerunt, ſertis veneraturi Triumphos Litticos; Iubilanter Roſa, iubilã.er Oſtra inſurgẽt Tiaram Litticã ornatura : tàm Illuſtris Numinis adimplebunt ſplendorem . Fortior Atlante diuinitùs orbem regit Eccleſia; Eccleſia celeberrimus Atlas Inſubrica . Honores ſupernos deuouet Innocentia Triumphis eius , eiuſq; reueretur glorias . Phœbus iſtius lumini inuidet; Sydera inuidebunt ſplendori Tanti Apollinis. Ciuitas reſulta ſorte, omni iucũdata. Time Patrem vrbaniſsimum; Recognoſce Virum moderatiſsimum. Ipſum ſolertiſsimum Paſtorem , Ipſum magnanimũ Heroem laudat Eccleſia , acta teſtantur . Delectare beata Regio, Inſula iuſtitia insignita; Oblectare Togato ornata liguſtrô , ingenuo nobilitata Archiepiſcopo Neglige faſtus , neglige Obeliſcos . Obſequenter, & ſpectanter hæc noua trophæa admirare : Sapientia , Religio, Virtus , Iuſtitia , Innocentia , Regem ſuum ſcripſerunt ALPHONSVM .

Clauis eſt duplex : nam bis aperiri debet hoc Panegyricum , vt inteligi poſſit . Clauis vtraque ad apices ſequentes reducetur .

vnn. vnn. vnn. vnn. &c.

hoc eſt [*Prima dictio valet , ſecunda , & tertia non valent : quarta valet , quinta & ſexta non valent : ſeptima valet , &c.*] Recurratur igitur ad Amœbęum Apollinem, eiuſq, fauore, & influxu ſcribantur dictiones illæ , quæ valere dicuntur, omisſis illis , quæ non valent. quod facili negotio præſtiterit, qui ternas in ſingulis lineis ſcripſerit , nam tunc ſingularũ linearũ prima erit vtilis poſteriores otioſę.

Apertâ primâ ſerâ manet altera, quam etiam recludere debeas. Ad Apollinem igitur Paromæum recurras , eiuſq; influxu illarum valentium dictionũ, literas initiales aſſumes, & ſententiam ſubſequentem inuenies .

Comes Alphonſus Litta Archiepiſcopus Mediolan. Iam de Aſtræa in Violis , de Aſtris triumphabit in Oſtris .

Già di Aſtrea ei trIonfo, ei de gli Aſtri il trionfo haurà .

Sunt tres lineæ dignisſimæ , quarum prima proponit Principem, qui tanta eſt morũ elegantâ conditus, tantâ ſuauitate conditus , vt applausũ ab ipſiſmet inimicis extorqueat: ſecunda eumdem triumphãtem per orbem Latinum conducit ; & tertia per Italicum : vt & Polyglottus Apollo etiam triumphet , dũ Illuſtrisſimo Littæ, bilinguis Oratio litatur .

Accipe igitur, Vir doctisſime, & eruditisſime, hoc meæ Obſeruantiæ erga te teſtimoniũ: & dum ignoti Apollinis admiraris ingenium, eius Muſis & Genij omnem fælicitatem apprecare .

APOLLO-

APOLLO
ARITHMETICVS.

☞ CCXLIV.

COntemplatur literas Arithmeticè, & numeros Grammaticè iſte Appollo, cuius influxu impręſentiarum promouemur. Sanè non omnes hodie literæ Arithmeticis ſeruiunt; tametſi enim olim ſingulæ complexæ fuerint numeros, exauthorauit pleraſq; ætas poſterior, & pauculas iſtas in antiquâ dignitate reliquit: videlicet I.V.X.L.C.D.M. quarum valorem docebunt nos verſus ſequentes.

In Ciphris Latinis I. tantùm continet vnum:
Posſidet V. quinque: X-que decem: quingenta tenet D.
L quinquaginta: C centum: M mille recenſet.

Scio eſſe aliquos, qui de valore literæ D. diſputare voluerunt: at iam lis videtur in rem iudicatam tranſiuiſſe, ſiquidem communis illam admittit opinio, & vult 500. notare. Andreas Streithagenus, cuius Chronica, quia breuia, & pulchra, inferiùs Muſa Quartadecima proferet: hanc ipſe controuerſiam prudentèr, & maturè reſoluit. Eius verba ſunt hæc.

[Cùm antè hac, mi Lector, ſeriò cogitarem de ſcribendis Chronodiſtichis, quod eis delectarer, & præclarum exiſtimarem, ob labilem hominis memoriam, nucleum, vt ſic dicam, hiſtoriæ alicuius tam breui torno includere: non potui ſatis mirari, vel incogitantiam, vel errorem eorum, pænè omnium (quos quidem mihi videre fuit) qui idem aliquando tentarunt, in quarta litera D. quam prorſus quaſi calculum habent. Etenim, ſi commodum eis eſt, valet quingenta; ſin minus eius ratio negligitur, & præſens non præſens eſt, quaſi verò ficus non ſemper ſit ficus, & ſcapha ſcapha, aut in cuiuſquam ſit poteſtate mutare ea, quæ & olim, & hodie in toto terrarum Orbe recepta ſunt, & in more poſita. Quin & inuentus eſt nonnullus, qui planè de poſſeſſione eam deijciat, & quaſi pro tribunali pronuntiet, hallucinari eos, qui D. litteram inter numerales computant, at qua auctoritate, aut cuius? ſua nimirum, Mihi verò ita videtur, etſi omni veterum eſt it duceremus auctoritate, tamen communem vſum valere apud nos debere: Videmus enim, vt de alijs taceam, in omnibus ferè libris in initio, vbi annus editionis ponitur, D. valere quingenta. Quemadmodum, & multis hodie vocabulis vtimur, veteribus ignotis, vt quibus ex reſignatę fuerint. Quid enim ſit cur nobis nō liceat rebus nouis noua imponere vocabula,

———cùm lingua Catonis, & Ennį.
Sermonem patrium ditauerit, et noua rerum
Nomina protulerit?

Quanquam in hac rè, exempla antiquorum, & auctoritatem omninò ſequimur, quibus ſanè ea litera extra numerum non fuit. Quod vt omnibus conſtet, atque is error tollatur; libuit hic aſcribere teſtimonium Valerij Probi, Grammatici, qui de ſingularibus antiquorum literis, & numeris diligentiſſimè ſcripſit, & vnus inſtar omnium eſſe poteſt. Is itaque, vbi de numeris agit, ſic habet: I. vnum notat. V. quinque. X. decem. L. quinquaginta. C. Centum. D. Quingenta. M. mille. Valc. Heinsbergi. M.DC.XXXV.]

Sic Streithagenus, qui ſententiam ſuam Hexaſtico ſequenti adfirmat.

Rem tibi ſignantes numeros cum tempore, Lector,
Incluſit numeris pagina noſtra ſuis.
Nec facit ĩcertos ãnos hic litera quarta [nẽpe D.]
Quæ vel omiſſa mihi, vel numerata fuit.
Quingentos alii reliquis, aut amplius addant:
Mi ſat erit ſummam ſoluere poſſe meam.

Cognitâ ergo literarum poteſtate in numeris, ad arithmeticam conuerto oculos, & in ipſa quinque Regulas notas vniuerſis reperio: nimirum, I. Enunciationem, quæ non tam videtur regula, quam quædam notitia præcurſoria, II. Collectionem, III. Subductionem, IV. Multiplicationem; V. Diuiſionem. ENVNCIATIO, eſt iudicium ſingulis characteribus numeralibus debitum valorem approprians; de quâ iam egimus. ENVMERATIO eſt vnitatum ſucceſſiuo ordine procedentium recenſio. COLLECTIO

eſt duorum pluriumue numerorum in vnam ſummam congregatio. SVBDVCTIO eſt minoris numeri à maiore ſubtractio. MVLTIPLICATIO eſt vnius numeri in alterum ductio, quam aurea regula expediet, ſi dicamus *Vt vnitas ad numerum multiplicantem, ſic multiplicatus ad productũ.* DIVISIO eſt numeri dati partitio, & expediri etiam aureâ regulâ poteſt, *Nam ſicut diuiſor ad vnitatem, ſic diuiſum ad numerum productum.* Numerus Collectione productus vocatur *Summa*: productus Subductione *Reſiduus*, græcè *ἀνατομή*: productus Multiplicatione *Reſultans* (ſolet & *Superficies*, multiplicans enim, & multiplicatus ſunt latera) & tandem productus Diuiſione *Quotus*. His quinque Regulis vtitur Apollo Arithmeticus, quas vberiùs nolo dilucidare. eaſdem enim cognoſcitis exactè, vt ſuppono.

Carmina, quæ ab Arithmetico Phœbo panguntur, tempus exhibent, quo geſtum id ipſum, quod enarrant; & quia *ἔτος* eſt *annus*, & *χρόνος tempus*, ETEOHRAPHICA, ETEOLOGICHA; CRONOGRAPHICA; aut etiam ETEOSTICA, aut CHRONOSTICHA, ſolent vocari.

MVSA I. ENVMERANS.

☞ CCVI.

Carmina Chronica, quæ ad primam Arithmeticæ regulam pertinent, numero literarum annum produnt, & quia in hiſtorijs mille annorum error eſſe non ſolet, à milleſimo annos, & literas incipiunt numerare. Sit exemplo Epigramma, quod olim Antuerpiæ compoſui, cuius literam, & cauſam ſubijcio.

Iacebat circa Traiectum Hiſpanus miles anno M. DC. XXXIV. menſe Auguſto; circumſedebat, non tamen obſidebat vrbem (nõ enim tot diſtinctiones, & formalitates Philoſophus plicat, & implicat, quot Hiſpanus in circumſtantijs Obſidionis formalis.) Vt illum Hollandus amoueret, inopinato impetu Bredam inuaſit. Tertiò die noſter ſuperuenit exercitus; & interim tam ſtrenuè hoſtis munimenta promouerat, vt videretur ex illis expelli non poſſe. At Hiſpanis aut generoſitas propria, aut puſillanimitas hoſtilis, aut vtraque victoriam peperit. Vbi enim pulnis, qui à præcurſoribus noſtri exercitûs excitabatur, ab Henrico conſpectus, Panius terror acies Hollandorum inuaſit, & vehementiâ tam magnâ, vt illi mero puluere victi, non ſint auſi manibus concredere vitæ ſecuritatem, ſed maluerint confidere pedibus. Fugerunt igitur octauâ die ſeptembris, naſcenti Diuæ ſacrâ; quoniam oriente ſole nox deſerit, & oriente amicta ſole, & ſtellis coronatâ Deiparâ, noctes Iniuſtitiæ, & Hæreſeos debuerunt, aut fugari, aut perire. Hac calamus victoriâ excitatus exploſit in hoſtes hæc carmina.

IN HENRICVM AVRIACVM
à puluere equitatus Hiſpani victum fugatumq;

DIRAE.

Memento Henrice, quia puluis es, & in puluerem teuerteris.

Memento, quòd Hiſpanus ſicut lutum feceritte, & in puluerem reducet te.

EPIGRAMMA.
Eteoſtichum Enumeratorium.

Non tormenta Ducẽ Auriacum, non pila ſuſurro 38
Quæ explodunt noſtri Militis æra, fugant. 36
Holladós non tella equites, non arma Philippi 39
In campo hoc cogit linquere Martis opes. 33
Non potuere manus, vel non potuere ſalutem 35
Corda dare, amiſſam, ſed potuere pedes. 31
Sed quis vos vrget? quis vos expellit? Inermes 37
Cur hoſti Hiſpano tergaq; et arma datis? 34
Iam ſcio. Puluis, eques ſonitu quam prata fatigans 41
Excutit in ventos, agmina veſtra fugat. 32
Nobilior victis eſt victor palma catenâ eſt, 37
Et Daphne eſt duris bellica compedibus. 33
Eſt ergo Auriaco noſtra alto Principe puluis. 38
(Cùm victus fuerit puluere) nobilior. 30
Ignis, ſi ſuperat, victam ſuccendit, et vrit 35
Materiem, glacies frigidat, vndat aqua. 32
Puluerem in exiguam ergo puluis. Sicq; Naſſauus 40
Puluis erat, victus puluere puluis erit. 43
Summa 634

Omnes literæ huius Epigrammatis ſunt ſexcentę triginta quatuor, & annum indicant, ſi ſecretum aperiatur hac *Claui*.

Addicto mille annis numerum, quem grammata cuncta
Conficiunt collecta ſimul, prodetur, & annus.

Anno igitur Domini M.DC.XXXIV. *Vitam, quam manibus defendere fortè nequibat Auriacus, pedibus credidit ipſe citis.* [Victus à puluere fuit,

fuit, & non quidem à mbſculâ, ſed à fæmineâ Propertius lib. primo Eleg. vndecima

Sit mihi perpetuò puluis Hetruſca dolor.]

Huc reſpiciens, in communi totiûs Belgij lætitia etiam ludere placuit, & dicere.

Cur eſt ancipitis generis dic Pontice Puluis?
Nam duplex ſcimur pulueris eſſe genus.

Eſt alter Pyreus, fera, quo tormenta grauantur;
Quæ tonitru horribili fulmina ſæua vomũt.
Maſculus hic: alter verò, quem vertit equorum,
Quando citi properant, vngula, fæmineus.
Ergo fæmineo Princeps eſt puluere victus;
Puluere nam victus poſteriore fuit.

MVSA II. COLLIGENS.

CCXLVI.

UNnum, menſem, & diem colligendo literas arihmeticas reperimus in Chronicis; quæ quò breuiora, ſolent meliora iudicari. Albertus Auſtriæ Archidux, Gandauum ingreſſus anno M. DC. legit inſcriptum vrbis portæ,

D a p a C e M.

Et indigenarum vota ingenium, & annum cognouit, negari enim non poteſt ingenioſè, & breuiter illos explicuiſſe ſuum animum, & ſtudium improbum aduerſus bellum. Annum etiam, nam D. C. M. 500. 100. 1000. & ſimul 1600. Anno igitur mileſimo ſexcenteſimo ſuâ Albertus præſentiâ ſereniſſimâ Gandam, Pacem orantem, honorauit.

Hac poſſunt methodo Chronographica formari carmina; aliqua gratiâ exempli ſubſcribo.

LaVrIger HIſpanIs regnabat qVanDo PhI-LIppVs
PerIVs InCepIt CIVIs narIs DVLCIbVs VtI.

Natus eſt Perilluſtris D. *Ciuis*, cuius meminit Diſtihcon, Madriti anno Domini M. D. III.

Salmãticæ iuſſi ſumus celebrare Genethliã Balthaſſaris, Philippi IV. Regis filij, qui natus fuit Madriti anno M. DC. XXIX. die 17. Octob. ſub horam matutinam ſextam, vel vt numerant Aſtronomi, diei 16. hora 18. Alij prompſerunt alia; ego hæc Diſticha.

Anno

BaLtaſſar PhæbI raDIVs regnãtIs Ephæbi,
BeIgena eXorItVr; ſtIrps DeDIt, orbIs habet.

Menſe

TerrIgenæ gentes reboant & regIs, & orbIs;
Aſtra beant geneſIn, ſerta benIgna ferVnt.

Horâ

SpargIt honore roſas generoſus noſter HorIzon,
SVrgIt honore potens, & sVper aſtra Volans.

Diei

AVrora InsIgnes orbIs fert gratVs honores:
RegIa ſors RegI Regia ſerta ferat.

Fortè hæc paucula exempla viderentut ſufficere; ſed quia fuga illa Henrici, cuius paulò antè memini, celeberrima fuit, illam etiam dilucidemus aliquo collectorio Diagrammate.

CHRONOGRAPHICVM.

HenrICVs VIDIt, & fVgIt, & reVersVs eſt retrorſVM.

EPIGRAMMA.

Auriaco ſemper fatalis litera Beta eſt,
Belgica ſiue armet, Batica, ſiue premat.
Seu Bruxellam ineat, ſeu non, Brabantia ridet;
Ridet ſeu Bredam, ſeu petat ille Brugam.
Bellonam Auriacus timet hinc, timet inde tonantẽs
Et Batauûm fœdâ contrahit arma fugâ.
Iam ſi tentetur Beta altera, creſcet, & ira;
Quodq; fuit tonitru, fulmen, & ignis erit.

Antiquis erat exitialis litera Theta; at Beta Auriaco, & præcipuè anno 1634. Sed quis in medio curſu Pegaſum, & Appollinem detinet? Præſtat immittere habenas ſpiritui Poetico, qui licèt metrum agat, metrum non patitur. Sequamur ergo influxum, & impulſum, & adhuc ſubſcribamus has lineas eidem argumento inſiſtentes.

CHRONOGRAPHICVM.

DIſſoLVetVr; sI VeròeX Deo eſſet, non poſſetIs DIſſoLVere. Ioann. 14.

EPIGRAMMA.

Aduerſo Ruriacus Princeps, dum Marte laborat,
Fatalem Betam radere tentat iners.
Abraſa peiora videns occlamat. Inermis,
Eſt & fatalis noſter vbique furor.
Obſedi Brugas; timor autem Grammatos huius
Abſtulit ex iſto funebre voce caput.
Vertitur inque Rugas, nemo quas explicet, illa
Credita, quæ fuerat ſorbilis antè Bruga.
Adueni Bredam, quam debellare putabam
Debui & eſſe ferox, Mars vbi, beta fui:
Nominis abraſi Betam (hac abraſa fuiſſet
Nunquam, peius enim nomen, & omen habet.(
Abraſi Betam; & mihi fata ſecunda petenti
Chara priùs fuerat, quæ Breda, Rheda fuit.

Oportet ſcire *Betas* apud Diogenem vocari

homines ignauos, & molles: vnde *betizare* dixit Auguſtus pro langueſcere, & eſſe effeminatum. Vide Cælium lib. 15. cap. 11. Erat fugiente Henrico Marchio de Aïtona Supremus Belgij Gubernator, ad maiorem cuius gloriam hæc paucula diſticha exaraui.

EPIGRAMMA ETEOSTICHVM.

Ad Marchionem de Aïtoma.

Anno Domini

beLLa fVrore potens HenrICVs CæCa paraVIt
preDIaDes Contra CaſsVs, Vt iret oVans.

& Menſis

Horrens, & ſperans tentarat fata benIgna:
At retrahens BataVos ſpe sIne honorIs abIt.

Die

Proſpera fata beant noſtrates hoſtIs honores
sVpponI AItonæ ſors generoſa probat.

CLAVIS.

Noſcere ſi cupias Annum, Menſemq; Diemq;
Hoſtis, quo fugit, numeralia grammata iunge.

Menſis nonus à Ianuario (hinc enim hodie numeramus) September eſt. Haud dubitas quin mihi ſummoperè placuerit hæc Principis Auriaci fuga, ſiquidem eam tot ſum verſibus proſequutus; addam & aliud Etcographicum ex ſacrâ paginâ deſumptum, quo poſſit Lector dirigi, ſi fortè voluerit imitari.

ANNO M. DC. XXXIV.

Ps.51 3. HIſpanIa HoſtI. *Vt qVID gLorIarIs In MaLItIa, qVI potens es In InIqVItate?*

Iſai. 9. *HeM VobIs erIt fortIsVDo Veſtra, vt faVILLa ſtVpæ.*

Pſal. 85. *DeVs, qVI præCInxIs me VIrtVte.*

Ambr. de Annunt. *Beata (AntVerpIa,) qVæ CredIdIſtI; & Vos beatI, qVI aVdItIs.*

Iſai. 49. *DIe ſaLVtIs aVXILIatVs sVM.*

Luc. 13. *ADDo. PopVLVs gaVdebat VnIVersIs, qVæ gLorIosè fIebant.*

Sap. 5. *In Magna ConſtãtIa aDVerſVs eos, qVI ſe angVſtIaVerVnt.*

Iſai. 2. *HI IpsI aLIenIgenIs aDhæſerVnt, repLeta eſt terra eIVs argento, & aVro, & non eſt fInIs theſaVrorVM.*

Ioan. 6. *proh BataVIs MIſerIs prægnantIbVS, & nVtrIentIbVs IIs dIebVS!*

Matth. 2 *VLVLatVs MVLtVs RaCheL pLorans fILIes sVos, & noLVIt ConſoLarI.*

Pſal. 21. *IpsI Verò consIDeraVerVnt, & InſpeXerVnt Me.*

Pſal. 123 *PhaLanges Magnæ Congregatæ sVnt, at In CVbILIbVs sVIs CoLLoCabVNtVr.*

Fugiat, & nunquam redeat Batauus, & dū ille vires recolligit, quas grauiore conſilio exſerat, nos progrediamur, recepturi Sereniſſimum Infantem Hiſpaniæ Ferdinandum, ad Belgium, & Brabantiam venientem.

Anno à Mundo condito 5604.

saLVe FerDInanDe DeCVs, LaVrVſqVe perennIs
AVstrIaDVM qVeM CaſtVs AppoLLo CoLIt.

A diluuio finito 3947.

ALMe PhILIppIaDVM ſpLenDor, sVa geſta CeLebro,
VIVe, VenI, atqVE VIDe; VInCe, beato rege.

A promiſſione Abraham factâ 3580.

DIVIno IMperIo pIa BeLgICa sIgna teneto;
HeroICo, & BataVVm sVbIICe CoLLa peDI.

Ab exitu Iſrael de AEgypto 3150.

orbIs te eXpeCtat boreVs, te beLLICVs, aCte
VICtVrVM HoLLanDos PaLLas VtrinqVe tIMet.

Ab ædificatione templ. 2670.

AD BeLgas proſper VenIas, hoſteſqVe trIVMphans
Is præsIs; præſens AntIgonI arMa regas.

A Paſſione Chriſti 1631.

Te BrVXeLLa petIt, reCIpIt te grata: beatas
TV gentes Crepero LVMIne CLarIfICas.

Et à Natiuitate 1634.

prInCeps CVnCta ſonant SALVE. aIVnt sIngVLa SALVE.
Læta & gens refert, AVCtor honorIs aVe.

☞ CCXLVII.

IAM hic poſueram calamum, ſed vt videat eruditus Lector, mihi non tàm mea placerè, quàm bona, ſubijciam centuriam carminum Chronographicorum, quam Collegium Societatis Ieſu Bruxellæ publico Belgarum gaudio exhibuit anno M. DC.. XXXIV. dedicauitq; S. Michaëli, Angelorum omnium Archangelo. Sic illum Societas alloquitur.

AngeLe 1. CæLIVagI, MIChaeL, LVX VnICa CætVs,
Pro nVtV sVCCInCta tuo Cui CVnCta MInIſtrant.
sIDera qVIqVe popVLo gaVDentIa sIDera VoLVVnt
QVIqVe IVbent fInes, & VItæ teMpora DVCVnt;
VeLIVoLaſqVe regVnt anIMas, & ſegnIbVs VnDIs
Et ratIbVs sVa IVra CIent, MIteſqVe refVnDVnt,
TrIſteſVe InVergVnt aVras, Te IVDICe rerVM:
2. *AVſpICIIs prò qVAnta sVIs eDVXeras arMa*
Cæſar, & InneXIs eX fæDere ReX Iber arMIs,
IMpaVIDos aVſV ſæVo fVrIIſqVe rebeLLes,

VIrI-

VIrIbVs eXVtos DIro MersIſſe sVb orCo!
3. CLLI ReX GnatVs DVX IſtI frater In hoſteM,
ACrIs VterqVe anIMI, atque oſtro DIgnatVs V-
terqVe;
ALter TeVtonIDVM VI nIXVs & aLter Ibera,
HeretICæ eXItIVM genIs FernanDVs VterqVe.
PVgnatVr, freMItVr baLIſta eXpLoDItVr, In-
gens 4.
TorMento eXILIIt gLobVs, atrox, fœDaqVe
peſtIs
GranDI (heV!) fLagItIO sVpere VoLat; Inter
VtrVMqVe
TraVoLat HeroeM, & VaLIDo trVX IrrVIt
Igne;
MoX CapVt aDſtantIs qVatIens ſpargenſqVe trI-
bVnI,
Fata DVCVM reVerētVr, abIt sIne VIrIbVs
horror.
5. stat CoLLIs: beLLI hVC MoLes ConVoLVI-
tVr: huius
VtrIMqVe Intererat granDes ter qVInqVe sVb
ICtVs
HorrIbILI DVrans InsVLtV, tVrpè fugatVM,
VIrIbVS, & rabIe eXhaVſtVM Dare terga Coë-
gIt
HoſteM VICtor eqVes. paVIDVS rVIt in sVa
ſepta,
ELabI VaLIDVs. ſeD Vah fVgIentIbVs aV-
Dens
Obſtat Iber, VaſtatqVe aCIes, Vndante VIrtVM
VI.
DIVVLſas LanIare feroX. HeV TeutonIs ar-
MIs
IVnCtVs Iber (VoX 6. hoſtis erat) qVa DaMna
propInat!
QVæ probra hæC! qVæ Monſtra! aVt rVpIbVs
aVt ſtygIIs DIs
CertatVr! trVX rIDet Iber, ſatIs VnVs In oM-
nes
stare LVtheranos, IVgVLIſqVe InterrItVs Vn-
DaM
sangVIneo DVCIt rIVo; MoX hoſte potItVr.
PaLMa VenIt; sVbItVs ſerIt aVrea sIDera
pLaVsVs.
Poſt, VbI feſtIVos CaſtrIs DVXere trIVMphos,
VICtor oVans VIrIDi neXVs per teMpora ſerto
VnDIqVe ſpeCtanDos eDiXerat VrbIbVs I-
gnes.
7. saCra tIbI, bone ſpIrItVVM DVX, hoſte fV-
gato,
saCra fVIt tVnC DICta DIes; BrVXeLLa Co-
rVſCIs
PVLChra foCIS, pVLChro CoLLVXIt In aſtra
trIVMpho;
Totâq; BeLgIaDVM ſoboles. noX IgnIbVs VnIs
OMnIs aDVLatVr, Igneoq; nItentIa VVLtV

Aſtra reDVCIt oVans æſtIVo. MItIa neXV,
ConcILIatqVe Choros pLaCIDI DVX aVrea
CætVs.
8. Intereà fLVIt aVtVMnVs; geLIDaſqVe
prVInas
Vrget hIeMs, nebVLaſqVe sInV VaLIDoſqVe
TrIones
ExCIpIt; an ſraCtI In LVCtVs sVCCVMbere
BeLga
CogIMur? aut CæCos sIne PrInCIpe VoLVère
fLVCtVs?
DVX ALbertVs VbI eſt? VbI MarIa regnat
ELIſa?
CæLVM habItant. VbI nVnC VICtor? sVCCVr-
rere BeLgIs
QVI poterIt FernanDVs Iber, CVM noXIa nV-
bes,
ObVoLVet CæLOS, MIXtIS CaVa nVbILa ſLoC-
CIs
LaXabVnt pLVVIos InaMœna granDIne rIVos,
DenſabVntqVe LVtVM pLatεIs? VenIt eVge-
nItentI
AngeLe panDe VIaM: LætI noVa faX VenIt æVI,
SoL noVVs oCCIDVIs proCVL adVoLat InCLy-
tVs orIs.
PanDe VIaM, LaXa VIoLas, & blanditIbus arVa
sparge rosIs, VernIsqVe ſoLVM tege fLorIbVs.
9. InDeX
Lætitia LVX Vna VenIt; nItet hebDoMas Vna.
10: sIC IVbet è CæLIs MIChaëL ArChangelus:
eXLeX
Annus eat: prIMI DVX frIgorIs aXe rebeLLes
sCorpIVs aMoVeat fVrIas; ſtet pVrIVs VDIs
EXVtVs ſeptIs: geLIDVſqVe MInantIa teLa
TeMperet ArCItenens, InnoXIVs VnDIqVe ſæ-
Vas
AbſqVe geLV, nIVIbVs, pLVVIa ManDare
ſagIttas.
Ergo feroX VarIo DVM ſCorpIVs IngrVit anno,
AVt qVatIt eXpoſito sVa DaMna ſagIttIfer ar-
CV,
NVLLVs aDeſt imber, VenIVnt In Vota ſa-
VonI;
TVrbIDVs oCtober MaIo ter sVaVIor eXIt,
AtqVe aVDet fleVIſſe rosIs VIoLIſqVe noVeM-
bèr.
Hos ergo VVLtVs faMVLantIbVs InDVIt a-
ſtrIs:
EtqVæCVMqVe DatVr patrIos VIa VIſere fI-
nes,
CVrat Iter, FernanDe, tIbI. Ver VnDIqVe
fVnDVnt
In nVtVs eLeMenta tVos; tIbI sVbDIta LV-
DVnt
DeVIa terrarVM; . 11. non hIs eXerCItVs ar-
VIs

Horret

Horret Iter. pLaVDant zephIrI VIX MVLta pVtanI
saCVLa ſoL VoLVCres sIc LVCIDVs Iſſe qVaDrIgas
CreDItVr, oCCIDVo nVLLVs, CVI ſCorpIVs anno
TaM ferVs InVIſa VIX tIngeret aëra CaVDa,
LabItVr Insereà tarDI LVX qVarta noVeMbrIs.
VerIs opes aMoLeXa sInV: 12. ſed nVbILa IVſſa,
soLe orIente noVo, VeterIs sIbI sVbDere VVLtVM;
nVbILa, ſed pLVVIos tenVIs reVerentIa MotVs.
QVantVS aDes beLgIs! MoX LetIs qVantVs IberIs!
13. ore, genIs, VVLtV, ſpe ſangVInIs, VnDiqVe beLgaM.
ConCLaMant: VIVaX oCVLIs, VI pectoris aCer
VIVas Iber: eXpLebIt aVos, ſpes aLteræ MVndI,
MIXtVs Iber beLga, ſeV beLga VIDetVr Ibero.
14. ILLe VbI beLLa MarI CreſCVnt, nIXVſque proCeLLà
bataVVs InfreMVIt ratIbVs, fretaqVe horrIDa Currens
baCChasVr; VInCet, pLaCIDaſqVe hIs fLVCtIbVs VnDas
EXCVtIet Cæco ſtabIt faX CIVICa CaMpo:
ConCVrrentqVe aCIes, VMbrIſqVe eXCIta CoaCtIs
trVX hyDra prorVMpet ſpInIs, tVrbaſqVe CIebIs?
eXIget has fVrIas, hos frons bLandIſsIMa VVLtVs.
sIC sVbIgIt CVnCtos arChangeLVs ILLe tVMVLtVs.
QVI tVa Caſtra regens, tIbI teMpVs, & aſtra reDVXIt.
Vota Cano: haC LeVIbVs qVaMVIs nVnc InCLyte PrInCeps
VersICVLIs InclVsA, fIVent In ſæCVLa Centum.

1. Michael regens omnes Angelos, per eos, & ſydera regit, & voluit cælos, agitq; tempeſtates.
2. Prælium Nortlinganum.
3. Sereniſſimi, Rex Hungariæ pro Patre, & Cardinalis Infans pro Fratre exercitus ducunt.
4. Globus tormento ab hoſte excuſſus inter vtriuſque Principis humeros innoxius adſtantem diſcerpit.
5. Conatur hoſtis collem occupare, in quo victoriæ momentum erat; cum noſtri inſederant, & 15. irruptionibus fatigatum, ipſi integri in fugam, ſtragemque compellunt.
6. Hornius captiuus, Hiſpanos milites rupium, & ferri inſtar inexpugnabiles ſtetiſſe queſtus.
7. Feſto S. Michaelis Bruxellæ (vrbe S. Michaeli ſacrâ) & totâ Brabantiâ ignes triumphales erecti ſunt victoriæ Nortlinganæ; cælo tum ſereniſs.
9. Belgæ ſerenitatem aëris celeri aduentui Principis orant.
9. Incipit indulgere S. Michaël.
10. Imperat omnem ſerenitatem.
11. Exercitus Regius vniuerſus toto itinere mirâ ſerenitate eſt vſus.
12. Adueniente Principe totus dies inter omnes alios ſerenos nubilus fuit, quaſi nouum Solem orbi proferret; nullâ tamen pluuiâ.
13. Vota, & fauſtæ acclamationes populi?
14. Optabant eadem facilitate, & lenitate vultus, & formâ animi, & corporis rebelles tumultus mari, terraq; ſedari, eâ ope S. Michaëlis Archangeli, quâ nunc ſerenam hiemi auram, & faciem dedit.

FLoret hodie Antuerpiæ Vir Clariſſimus L. Lãcellottus I.C. ingenio floridiſſimo pręditus. Videtur non tam Virgilij viam premere, quàm præire: in Centonibus enim Vigiliano carmine omnia exprimit. Obierat Cardinalis Infans, & Lancellottus ſuo iuſſit Virgilio, vt Parcis ſubminiſtraret Chronica, quibus publicum infortunium lugerent, & Romanus Poëta debuit neceſſario obedire, & hos verſus dictare: quos Parcæ ſuos fecerunt; ait enim

CLOTHO, ex AEneid. lib. 6. & 8.

oſtenDVnt terrIs te tantVM fata neqVe VLtra
eſſe ſInVnt IVVEnIs, ſpes, & ſoLatIa noſtrI.

ATROPOS, ex AEneid. lib. 1. & 6.

HeV pIetatIs honor! nImIs ô gens AVſtrIa VobIs
VIſa potẽs ſVperI proprIa hæc sI Dona fVIſſent.

LACHESIS, ex AEneid. lib. 1. 8. & 6.

Vna ſaLVVs VICtIs, ſpes, & ſoLatIa noſtrI,
HIſpanI oCCubuIt genVs arMIpotentIs AChILLI.

Qui omnes Diſtichi è Virgilio deſumpti funduntur inter lachrymas à fatalibus Parcarum Numinibus (ſic loquuntur Poëtæ) annumque M DC XLI. (hoc enim Cardinalis extinctus eſt) literis Arithmeticis exprimunt.

Succurris inter alias Schedas hac Epiſtola, qua Chronicum artificium ediſſerit; quam, ne pereat ſubiungo.

☞ CCXLVIII.

PRodijt in Belgio, Princeps Eminentiſſime deuotiſſima Icon, in quâ ob oculos ponitur à duobus Angelis, flagellati, & coronati Chriſti ſpecies, tantâ viuacitate, vt lapis ſimſi illam

ſi illam dignè contempler, & non ſoluar in lachrymas. Eſt Tabellæ ſubſcriptum: *Hanc Chriſti patientis Imaginem, Sereniſſimus Archidux Leopoldus Guilielmus à ſe conceptam, & à ſuo Pictore Ioanne ab Hoechke coloribus expreſſam, in æs inciſam. Inſcriptionibus à ſe inſignitam, publicam eſſe voluit. Franciſcus Vanden Steen ſculpſit.* Quam, ſi benè conſiderem, audebo dicere Calamum, Penicillum, & Cælum in eâ expreſſiſſe videri NON PLVS VLTRA: ſummum enim attigiſſe videtur Sereniſſimi Calamus, ſummum Pictoris penna, ſummum Sculptoris acus; ſummum omnes, vt prodiret Imago inter ſummas optima, inter optimas ſumma. A peccatoribus frigidiſſimis illa, admirabundam neſcio quam deuotionem extorquet; tantam, vt veneratione debeat potiùs, quàm eloquutione celebrari.

In aliorum Pictorum exactiſſimis tabulis vocem deſideramus, ſed non in iſtâ, in quâ omnes figuræ ſunt vocales. Ait Chriſtus.

QVARE FVGIS PECCATOR.

Vrgent eiuſdem verba Angeli, & addunt.

sI tV peCCator VIs ſCIre, qVare tVVs IesVs sIc LaCer & VVLnerIbVs plenVs exIſtat, ſCIas peCCata tVa eſſe In CaVſa LaCeratI CorporIs IesV ChrIſtI: qVare pLange ContInVè.

Et peccator, allectus vocis Diuinæ vi, & Angelicâ monitus, gratiæ datæ reſpondet, aitq;

toto Cor De pLango errores Meos.

Sic peccator, & quia ego ille ipſe ſum, plango etiam meos errores; vtinam toto corde. *Principis exemplo*, vt ait Poëta, *totus componitur orbis* & ego Archiducis exemplo compoſitus ſphæram ingenij mei qualem, qualē percurri, vt aliquam Iconem piam componerem, & Chronicis etiam ornarem. Curaui pingi fontem, cuius ſupremum apicem Crucifixus teneret, quinque è vulneribus copioſiſſimo ſanguine exuberans: & circa laticem Sacerdotes nonnullos vndâ illâ puriſſima infantes, & ſenes baptizantes: & ſubſcripſi;

nIsI qVIs renatVs fVerIt eX aqVa, & spIrItV sanCto non poteſt IntroIre In regnVM DeI. Ioannis 3. a. 5.

Et quia Archiducem Sereniſſimum amo, è deuoto conceptu ad militarem tranſeo, & contemplari incipio Regionis Belgicæ ſtatum heſternum, & hodiernum. Heri hoſtes ſuis egreſſi limitibus maximam Belgij partem inundabant, circumſedebant, obſidebant, poſſidebant; at ho die expulſi nec quidē ſua Patria ſecuri, cernunt propè Lepoldum, Vindicem inuictiſſimum, & à longè regionem à quâ fuerunt expulſi. Quod volui celebrare hoc Chronico.

Cernent terraM De Longè. [*Eſaiæ 33.*] quia,
Quam tenuere priùs, Leopolde inuicte, ſubacti
Hoſtes de longè terram te Principe cernent

Quid autem erit propè? quid in Hollandiâ? quid etiam in Regione conterminâ?

VLVLatVs MVLtVs: raCheL pLorans fILIos sVos, & noLVIt Conſolari, qVIa non sVnt. [*Matthæi cap. 1.*]

Porrò vlulatus multus; vulgus enim Martis inclementiam expertum contra belli authores, auctoreſq; vociferatur. Et Rachel (hoc eſt, Hollandiâ orthodoxa; nam Caluiniana eſt Lia) effuſo lachrymarum profluuio teſtatur ſe inuitâ filios ſuos Hæreticorum cauſam contra arma Catholicorum propugnare. Et tametſi multi eidem adulentur Theologi, conſolari non vult. Cur autem? Quia non ſunt. Quia iſti, qui dicuntur Doctores, ſæpè docti non ſunt: & iſti, qui dicuntur Politici, Chriſtiani aliquando non ſunt. Quia Gallorum exercitus apud Belgas non ſunt: quia Leopoldi copiæ extra agrum Pariſienſem non ſunt: quia Vaticinia modulantium, *Gallus ab Hiſpaniâ toti dominabitur orbi*, vera non ſunt: & quia res tandem Franciæ intra ipſa Pariſiorum mœnia tranquillæ, & ſecuræ non ſunt.

Hæc ſunt, Princeps Eminentiſſime, quæ hodie occurrunt. Viue, vale, & diligere perge, &c.

☞ CCXLVIIII.

SIcut latinè ſic etiam poſſunt, & ſolent in alijs linguis Cronographica fieri. Hoc Belgicum anno 1640. Louanienſes laudarunt.

Iaerdicht den Bruydegom.

CoMpt ghII brVIt ontfanCt VVVen een Loon Van peereLLen Sal ICk V geVen een Croon.

Fuit euulgatum in profeſſione vnius Monialis [vocabatur Belgicè *Anne Marie de Bacquere*; anagrammaticè *Enôe Ic quam eerbaer na*: nam, & Anagrammata etiam in omni linguâ fiunt,] Et correſpondet illi Antiphonæ, *Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum*: & ſi ad literam transferatur in linguam latinam, *Veni ſponſa; accipias tuam mercedem: ex margarItIs dabo tibi coronam.*

Addam nonnulla Gallica. Fuerunt victi, cæſi, & fuſi Gandauenſes rebelles à ſuo Principe Duce Philippo, anno 1453. quod hoc Chronico exponitur.

peChè ſans ConſCIenCe eſt La Mort des Gantols.

Author

qui numerarunt. Carolo Faye, in Collegio Burgundionum alumno. anno 1564. à quodam amico miſſum fuit hoc Tetraſtichon.

Xeniolum ſimplex tibi do; do Xenia bina. 32
Diſticha ſi numeres, aut epigrāma breue. 34
Quod ſi litterulas centum ſeptemq; viginti, 38
Sine voluntatem tradimus innumera. 30

Viginti primam deberet habere longam: nam in Virgilio lego *Viginti tauros, magnorum horrentia centum*.

An ne hoc Tetraſtichon, centum viginti ſeptem habet literas? Mileni legerunt, & pauci aut nullus illa dinumerauit. Stephanus Tabourotius illud cap. 20. ponit, & ait; *Tu trouerâs quele nombre des letres eſt exactement contè; & ſuppuitè*. Interim ille non ipſas numerauerat, ſed benè eſſe numeratas ab authore credebat: aio ego illas non eſſe 127. ſed 133. ſi dubites, ob oculos illas habes, numera. Centum, & triginta, & vna ſunt. Et vt computus illas ad 127. contrahat, opus eſt primò, vt non ſcribatur in tertio verſu *que*, ſed *q*; & iubeatur dici vna litera; ſecundò, vt in ſecundo *Ch*, Græcè χ fit vna litera: tertiò, vt in tertio *literula* per *l* ſimplex ſcribatur, vt apud accuratiſſimos Authores legitur.

Deſiderarem in numero literarum nullum latere errorem; & inſinuaui cauſam, ob quam ille delectus fuerit, & non alius. Addam igitur aliud exemplum.

Princeps Emanuel, optimus Dominus, & amicus meus; compleuerat annum ætatis octuageſimum, & fruebatur adhuc viridi, & robuſta ſenecta. In ſolemnitate ergo Natali illum donaui hoc Diſticho.

Octoginta annos ſuperaſti: heic dedico, Princeps, 41
Octoginta notas: totidem addat Iuppiter annos. 39

Hęc de literarum numero in verſibus inſinuaſſe ſufficeret: at quia illarum numero, & figura ſolent Poëtę aliquid ſignificare, has adhuc paucas lineas ſubſcribo.

CHronici verſi ſunt; qui rem, tempuſq; enarrant. Annum duobus modis ſignificant: literarum numero, vel figurâ.

Annum verſus numero literarum inſinuat, cum tot literas habet, quot ſignificatio requirit. Conſidera hos ſequentes Sapphicos.

Quintus Hiſpanus oritur Philippus *
Vngaro illuſtris datur & Maria *
Viſit Hiſpanos Caroluſque, * *plectit*
Parca Philippum. *

Quorum Arithmeticus ſenſus iſte eſt. Princeps Balthaſar Philippus V. naſcitur, ſed quando? eius genethliam recenſet primus verſus, qui habet literas 29. Ergo anno vigeſimo nono ſupra milleſimum ſexcenteſimū (nam hic maior numerus ſemper ſubintelligitur) natus eſt iſte Princeps, & cum ipſo renata fuit multorum Regnorum ſpes: quem tamen ante diem ſublatum etiam hodie lugemus. Secundus habet literas 28. & colligo nuptialem contractum inter Mariam Philippi Pij filiam, Magni ſororem, & Ferdinandum III. tunc Vngarię Regem (poſtea Romanorum Imperatorem) initum fuiſſe anno vigeſimo octauo: Sententia tertia literas habet 23. inſinuatq; anno vigeſimo tertio Carolum, VVallię Principem (qui poſtea fuit Anglorum Rex, & à Populo publicè condemnatus, & decapitatus) in Hiſpaniam veniſſe, & tandem vltima, quia literas 21. habet, ſignificat Philippum III. anno vigeſimo tertio vitam cum morte commutaſſe.

ALius Chronicorum modus non literarum numerum, ſed iſtas figuras [I. V. X. L. C. D. M.] reſpicit, & illas coniungens, numerum colligit, qui annum optatum repreſentet vt conſtat ex verſu ſequente.

fILIVs ante DIeM patrIos InqVIrIt In annos.

Si colligamus omnes litteras numerales, ſumma dabit numerum 1558. Et non ſine admiratione legimus voluiſſe Deum, vt Ouidius neſciens, quid diceret annum, definiret, quo quidam Magnus Princeps dicitur Patrē ſuum voluiſſe trucidare. Solent aliqui liberius conformare Chronica pringendo characteribus capitalibus literas, quas recipiunt in computum alijs neglectis. Pono exemplum. Anno 1656. ęgrotabat Hiſpaniarum Rex; indictę ſunt publicę preces, & vt ſciret populus, quid orare deberet, fuit Eccleſię N. foribus appenſa hęc Tabella,

DoMIne saLVuM faC regem

in quâ literę capitales dant annum 1656. interim manent [umm] quę ideò paruo charactere ſcribuntur; vt ſciamus in computum non eſſe vocandas: Hic Chronica componendi modus eſt facillimus: at hodie ab vniuerſis reprobatus. Omnes enim literæ, quę augere poſſunt numerum, ſunt computandę.

Hęc ſunt Eliande doctiſſime, quę de verſibus Arithmeticis ſciri poſſunt, & debent: alia, quæ aperiunt viam ad ſpeculationes ſecretiores paucis expediri non poſſunt, Illa alibi ediſſero, & ſi placeat etiam communicabo. Vale.

MVSA III. SVBDVCENS.

☞ CCLIII.

CHRONICVM Subductorium duobus formatur verſibus quorum minor à maiore ſubducitur, & reſiduum reſpondet tempori quæſito. Poſſem rem exemplis varijs dilucidare, ſed quia breuitatem amo vnum aut alterum ſubijcio.

	2817 +
	1183 —
	1634 +

aDDVCIt beLgIs FernanDVs ab arCe ſalVteM
CæLeſtIs bataVVM, tVtVs VtrInqVe teret.

CLAVIS.

Diſcrimen Canonum quæſitum proferet annum.

In hoc Diſticho Hexametrum poſitiuum eſt (id ſignificat hæc notâ +)& Pentametrum eſt negatiuum) & hac notâ — ſignatur(& differentia vtriuſque carminis (nempe 1634.) dat annum, quo Fernandus Philippi Pij Hiſpaniæ Regis Filius, & Philippi Magni Frater, Belgium, & Bruxellam aduenit.

Eiuſdem eſt generis hoc Diſtichum, quo olim expreſſi annum, quo natus S. Placidus Diſcipulus D. Benedicti.

NaſCItVr EVropæ PLaCIDVs soL Vrbis,& orbis:
Proſper & In CæLIs IpsIs per ſæCVLa regnat.

Ex notâ characterica conſtat inferiorem verſum auferendum à ſuperiori, & ſic tandem annum, quo S. Placidus D. Benedicti Diſcipulus fuit natus in terris, inueniendum. Prior verſus continet numerum 824. poſterior numerum 309. diſcrimen 515. Pronuncio igitur anno DXV. hunc Martyrem glorioſum fuiſſe natum. [Vide Haeftenum in Vitâ S. Benedicti Prolegom. 19. & cap. 3. num. 16. & cap. 13. in additione.]

	824 +
	309 —
	515 +

Carmina colligentia frequentiſſima ſunt: ignota, tamen hucuſque (ſic putabam) ſubducentia, diuidentia, multiplicantia, &c. at reperio in Authoribus artis hujus vmbras, aut tyrocinia: Rodolphi enim Goclenij Lexicon Philoſophicon multi Poëtæ commendant, & inter ipſos Ioannes VVirtzius Tig. hoc Chronographico.

IMbVta, Vt faLIX, PLaCIDVs, CVI peCtora MVsIs
LIteſ ILLo qVIt, Vt LVeM CaVere.

Fortè non ſtatim ſenſus cognoſci poterit: fortè ille, ſi ſemel noſceretur, non eſſet ad rem. Hoc non vrgeo de artificio Chronographico ago, & in his verſibus Muſam ſubducentem reppcrio.

	2936
	1323
	1613

MVSA IV. MVLTIPLICANS.

☞ CCLIV.

ETIAM Chronica, quæ exarata ab hac Muſâ; duobus verſibus indigent, quorum alterum per alterum multplicari debet, vt reſultet numerus ille, qui quæritur.

Ducti 817	*EVterpe FernanDe ſaLVe per InCLIte peLLIs*
in 2	
erunt 1634	*Hoſtes, & patrIa proſpera fata gerIs.*

CLAVIS.

Duc verſum in verſum, & tempus (ſtudioſe) recludes.

primus verſus habet numerum 817. (nam Y. nec ſignificat numerum, nec à Grammatica numerariâ cognoſcitur: alter numerum 2, & ſi alter per alterũ multiplicetur, annus 1634. reſultabit.

MVSA V. DIVIDENS.

☞ CCLV.

BINA etiam carmina hic requirimus; alterum, qui numerum diuidendum contineat; & alterum, qui diuiſionem, vt inſtituta operatione vt annus ille, qui quæritur, in quotiente remaneat. Rem dilucido.

parthenopeM VIDIt tanDeM braCaMontIVs Heros,
praDItVs IngenIo CLaro, generoſus AChILLes:
InsIgnIs porrò.

CLAVIS.

Diſtichon InsIgnIs *fecet, & numerabitur annus.*

Diſtichum continet numerum 4977. quem ſi diuidas per vocem *InsIgnIs*, quæ ternarium complectitur, habebimus annum 1659. quo ſummo omnium applausû, & lætitiâ ingreſſus eſt Neapolim Excellentiſſimus Dominus Gaſpar de Bracamonte, Comes de Peñaranda, &c. Pro-Rex, &c. Vir ſummæ prudentiæ, & ingenij, quem ad ſuam maiorem gloriam, & populi peſte, & ſeditionibus afflicti ſolamen Deus ſaluum, & incolumem conſeruet multis annis.

$$\begin{array}{r} 112 \\ 3\,|\underline{4977} \\ 1659 \end{array}$$

adhuc innumera Chronicorum genera, diſponendo numeros iuxta alias multas regulas quas ſubtilior, & ſublimior Aritmetica ediſſerit: qualis eſt illa, quæ *Aurea* dicitur, quæ medium proportionale Geometricum, quæ Arithmeticum, quę Muſicum quęrit: quę radicem quadratam, aut etiam cubicam eruit, aut contra è radicibus quadra, & cubos educit: & quę ponit, ſupponitue, vnde nomen ſortita, *Regula falſæ poſitionis* vocatur. Sed quis eſſet finis, ſi omnia deberent, aut illuſtrari exemplis, aut dilucidari Commentarijs? ſed quid faciam? an ne hęc ipſa inſinuaſſe ſufficiet? Haberem rationes aſſerendi, & negandi. Aſſerendi; nam vel legor à viro ingenioſo, vel non. Si à viro ſubtilioris ingenij, non eſt cur plura dictis adſeram; nam ipſe omnia illa, quę dici poſſunt, faciliùs diducet, quam leget à nobis diducta. Si à viro hebetioris ingenij; non eſt cur plura dictis adſeram; qui enim nondum capit, quę ſcripta, ijs non indiget Paradigmatis, quę ſcribi poſſent. Negandi; nam multa mihi hodie occurrunt, quę heri ignorata, & ſicut meum ingenium ſtudio quotidiano perficitur, poterit tuum alieno labore iuuari. Igitur, vel vt tibi ſeruiam, vel me tantiſper diſtraham, volo vlterius percurrere, & ſingula exemplis breuiſſimis dilucidare.

☞ CCLVI.

POſſet hîc aliquis totam artem numerariam quanta eſt retractare poeticè, & condere

MVSA VI. AVREA.

MErito nominatur *Aurea*, nam ſicut aurum inter metalla reliqua, ſic illa, cui ab auro nomen, inter reliquas Arithmeticę regulas nobilior eſt. Conſtat interrogatione, & reſponſione: quę inſtituuntur ſic.

Vt 4. ad 8. ita 8. ad quem? R. ad 16.
Vt 4. ad 8. ita 12. ad quem? R. ad 24.

Modum inueniendi reſponſionem, iam didiciſti proprio loco, nec debeo eandem centies repetere: nunc exempla ſubiungo.

Te CęLVM LarIo pręDIXIt: naſCerIs orbI,
AnICIO PrInceps, benеDICte è ſangVIne CLaro.

Ex charactere cognoſco, ſicut ſe habet Hexametrum ad Pentametrum, ita hoc ſe habiturum ad annum, quo D. Benedictus fuit natus.

Centum, & ſex fruitur CarteſIVs *ipſe talètis:*
Quinquaginta vno conſtat ArIſtoteLes.

Scripſit Carteſſius Mathematica; & hæc fęliciter: Philoſophica; & hæc ſubtiliter: & vtrobique hodie à multis reijcitur, à quibus nón legitur; & à multis impugnatur, à quibus non capitur. Eius ideæ toto Cælo à Peripateticis abſunt: ſed non ideò falſitatis erunt reæ, niſi ſuas illi priùs, ſecuriùs, & fortiùs perſuadeant. Vocatus à Regina Sueciæ, Virgine omnium ſcientiarum amantiſſimâ coram Regni Primoribus de huius vitæ æternitate diſputauit, & voluit poſſe hominem æternùm in hoc mundo viuere, ſi leges à ſe latas ſeruaret. At ipſe dum diſputandi colore feruidus gymnaſio egreditur, frigore maligno corripitur, quod febre armatum eum miſerrimè exercuit, & tandem abſtulit quinto à diſputatione ipsâ die, tota lugente Europâ, quoniam ingenia tanta, fuerunt à mundi initio, ſi numerentur, valdè pauca.

Galenum Medicorum Principem Ioannes Helmontius, audentiùs quàm par erat, inuaſit: cuius ego his carminibus animoſitatem retundo. Sic inquam:

Fruſtra Ioannes vis debellare Galenum,
Arma in eum fruſtra debiliora moues.
Ioannes *pugilem tantummodò continet vnum:*
Et quinquaginta quinque GaLenVs *habet.*

Vergunt in ſuperſtitionem omnia bona, tanta enim noſtræ ætatis malitia, aut ignorantia potiùs, aut fortè vtraque, vt viam aperiat vanitati, etiam vbi tam clarè patet vanitas, vt vanum omnino, & ſuperuacaneum ſit vanitatem oſtendere. Conſiderant valorem literarum nonnulli, & iudicio temerario, & præcipiti ius dicunt vitæ, & mortem futuram prædicunt. Eorumdem eſt præſcripta Regula. *E duobus coniugibus ille ſuperuiuet, cuius plus valeat nomen, ſi arithmeticè conſideretur.* Hæc vanitas, tametſi inter iuniores frequens, non eſt iuuenis: illam ad Petoſyridem reducunt aliqui; alij volunt ſeniorem eſſe. Ad eius tribunal appellant omnes lites, & dubia; Puta *Vter ex coniugibus alteri ſuperuiuet? vter è duobus antagoniſtis in tribunali ſententiam, in ludo præmium, in duello victoriam habiturus ſit?* Anne eſt ſecura hæc regula? Aſſerit Terentianus Maurus, cuius verba ſubſcribo.

Et nomina tradunt ita literis peracta.
Hæc vt numeris pluribus, illa ſint minoris,
Quandoque ſubibunt dubia pericula pugnæ,
Maior numerus quà ſteterit fauere palmam.
Præſagia lethi minima patere ſumma.
Sic Patroclem olim Hectoreà manu periſſe.
Sic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli.

Vnde concluditur iſtos tres, Achillem, Hectora, & Patroclem: quorum prioris nomen valet 1501. ſecundi 1225. tertij 861. habere debuiſſe fortitudinem, fortunamque quantam nomina important. Hector ergo, collatus cum Patrocle, vincet: cum Achille, vincetur. Et ſicut Græci nomina ponderant in ſtaterâ linguæ Græcæ; ſic Latini in lancibus linguæ Latinę.

Rideo, cùm iſta lego: & miror etiam viros doctos ſimili delirio indulſiſſe. Si quæras vter in duello occidet alterum.

LVCCIVs, an GVIſſęVs?

Arithmetica hęc Mantia reſpondebit illud nomen eſſe 261. iſtud 11. adeoque Luccio acceſebit victoriam. At ille à Guiſſęo fuit occiſus. *Vide Theologiam noſtram Fundam. num.* 413. Ad matrimonia venio; & nomina Sereniſſimorum Coniugum ſcribo.

FerDInanDVs	*ELeonora.*
PhILIppVs	*Margaritha.*
PhILIppVs	*IſſabeLLa.*
LVDoVICVs	*Anna.*

Ferdinãdus II. Romanorum Imperator obijt, Eleonora Auguſta ſuperuiuit; cum tamen ſummo exceſſu Imperatricis nomen ſuperetur; continet enim 50. & nomen Imperatoris 1006. Superuixit etiam Margarethę Philippus Pius, Catholicus Hiſpanię Rex, & demonſtrauit eſſe falſam hanc regulam: In hoc enim Regio matrimonio vxoris nomen 1000 & mariti nomen 57. continebat, Superuiuit inuitâ etiam hac Regulâ Iſſabellę Borbonię Philippus Auſtriacus, cognomento Magnus, Pii filius, & tamen nomen Philippi à nomine Iſſabellę ſuperari certum eſt. Et tandem Ludouicus, Chriſtianiſſimus Galliarum Rex, ad Cælos abijt, Anna remanet vidua, cum tamen ille multas, & hæc nullam literam Arithmeticam habeat.

MVSA IX. DECREPITA.

☞CCLXI.

ANNIS, & rugis plena Anus quædam Caſtalia huc ſe inſinuat & vult nobis narrare, quæ olim acta in Parnaſſo Arithmetico: nimirùm quando erat ipſa iuuenis; & vernanti pulchritudine prædicta. Non enim Muſarum eſt æterna iuuentus, vt vulgo creditur, ſed ſeneſcunt periodi, & quæ hodie à nouitate placent, olim non ſolùm antiquæ, ſed etiam antiquatæ dicentur. Teſtatur igitur hęc decrepita Muſa (non iam ſoror cæterarum, ſed Amita) ſuo tempore omnes literas latinas valorem habuiſſe Arithmeticum. nimirum.

500	300	100	500	250	40	400
A	B	C	D	E	F	G
200	100	1000	150	50	1000	900
H	I	⦶	K	L	M	N
11	7	500	800	7	160	5	10
O	P	Q	R	S	T	V	X
159	2000					
Y	Z	&c.				

Vt puto hanc Muſam viderunt Valerius Probus, & Petrus Diaconus, quorum meminit in ſuo Apparatu Poſſeuinus: eam Trithemius nō vidit, miratur enim non eſſe apud Latinos literas omnes numerales. Sed progreditur Muſa, & valorem ſingulorum Characterum exponit ſequentibns verſibus.

Poſſidet A. numero quingentos, Candide Lector:
Et B. trecentos per ſe retinere videtur:
C. centum, ſed D. quingentos ſignificabit.
E. quoque ducentos, & quinquaginta tenebit:
F. quadraginta, quingentos continet & G.
H. quoque ducentos in ſe deſignas habendos.
M. Caput eſt numeri, quem ſcimns mille tenere:
N. vbi nongentos: vndenos claudere tantùm
O. debet: ſeptem retinet P. continet & Q.
Quingentos: R. octingentos; imbibit atque S.
Septem: T. Centum cum ſexaginta: recenſet
Quinos V.; X. denos. Hinc grammata Græca ſequuntur;
Quinquaginta nouem & centum Y.: bis millia Zeta.

Si admittatur antiquns literarum valor, quem repræſentant iſti verſus, Etheoſtica componi non poterunt, aſcendet enim literarum Arithmeticus valor, ſupra omnem notum annorum numerum. Rem exemplo dilucido. Hoc enim carmen.

Naſcitur armiſonâ generoſus in vrbe Philippus. maiorem annorum numerum complecteretur, quam computus communes egeant: Valorem dictionum ſingularum deſigno.

Naſcitur	2572
armiſonâ	3818
generoſus	2630
in vrbe	2350
Philippus.	1371
Summa	12741

Ergo vel vtendum eſt vnicâ breuiuſculâ dictione, vel ſingulis tantummodo literis. Secundumq; hūc modum reperio in Ioannis Epiſcopi Nepeſini Epitaphio, quod ſtructum eſt Romæ in Monaſterio S. Sabę, è pario marmore. Vixit ergo Ioannes anno DCCLXI: quo ſubſcripſit Concilio ſub Paulo Pontifice Maximo, & obijt anno DCCLXX. Illud in gratiam Lectoris ſubſcribo.

Hoc humata iacent Ioannis membra ſepulchro,
Qui Nepa fuerat Præſul, in Vrbe quidem
Ne Nepa ſana ſibi noceat, ſuccurre Redemptor;
Et quæ contraxit crimina parce Pater.
Nempe loco ſancto voluit ſepelirier iſto,
Quo per hos Sanctos inueniat requiem:

⦶	9
P	7
Q	500
E	250
A	4
Sum.	770

*Extenſum per ⦶ P Q E A connexa ****
Christi annum monſtrant, quo tranſijt iſte Sacerdos.
Obijt in pace II. kal. Nouemb.

Hoc Epitaphium Romę marmori inſculptum, & charta impreſſum apud Poſſeuinum tom. 1. Apparatus inuenies.

In ſchedis, quas puer compluti ſcripſi hoc Epitaphium lego.

Hic iacet, atque diem mortis ſub nomine claudit.
GADVS *erat, ſenior moritur ſub nominis annum.*

Eſt in Eccleſia S. Marię, & annum, quo deuixit, inquiris. Reſpondeo iuxta valorem literarum, quem nunc cognoſcimus, nomen GADVS notare numerum 505. Hic annus, ſi ſtemus Roderici Sancij Epiſcopi Placentini Hiſtorię incidit in vigeſimum regni Alarici II. decimi Gothorum Regis, qui multis annis ante Rodericum, & Cladem Hiſpanię gubernauit. Ergo, cum non ſit veroſimile tam

eſſe

eſſe antiquum illum lapidem, aut fortè illud templum, aliò oportet recurrere, vt literarum valorem cognoſcamus. Veniamus ad iſtam Muſam, & valorem antiquum (imò etiam antiquatum) & ſi numeros ſingulos examinemus, & ſimul ſumptos ad ſummam reducamus reperiemus annum 1412. quod videtur veritati cohęrere.

G	400
A	500
D	500
V	5
S	7
Sum.	1412

☞ CCLXII.

VIdiſti valorem, quem literis adtribuit antiquitas; at quia etiam hodie ſunt multi, qui ſingulas volunt inſeruire Arithmeticæ, quantum illorum ſententia valeant, examinemus.

Lucas Carolucius, Canonicus Altamuranus, ordinem ipſum literarum conſiderat, & ex illo hanc deducit Hypoteſim.

1	2	3	4	5	6	7	8
A	B	C	D	E	F	G	H
9	10	11	12	13	14	15	16
I	L	M	N	O	P	Q	R
17	18	19	20	21	21		
S	T	V	X	Y	Z		

TRIVMPHVS ARITHMETICVS.

22. 104. 81. 73. 108
Io, Partenope, ſertis redimita ſupremis
91 99 117 109 121
Immenſis ſceptris, pompiſque, nouiſque triumphis
82 62 56 79 68 64
Suauis ouans radijs diuinis Iridos infſis,
24 66 65 37 93 3 25
Nam ſunt reiecti Galli Longonis ab arce.

				Summæ
12	91	82	24	389
104	99	62	66	537
82	117	56	65	411
73	109	79	37	313
108	121	68	93	er 01650
389	537	64	3	
		411	25	
			313	

Habebit igitur ex Tetraſticho præmiſſo poſteritas Gallos, poſtquam Longonis Portum, Arcemq; multis annis poſſederant, & ſummâ vi, & pertinaciâ propugnauerunt, tandem ab Hiſpanis expulſos anno 1650.

OBijt immatura morte Sereniſſimus, & Auguſtiſſimus D.D. Ferdinandus IV. Hungarorum, Bohemorum, & Romanorum Rex magnæ expectationis adoleſcens anno ætatis XX: eumq; ſequuti ſumus deſiderijs, & lachrymis, & eamdem habentes ab oculos hypotheſiin hos uumeros inter lachymas fundimus.

34 49 115 78 38 56 101
Cur Cælum expoſuit ſydus? Cur terra mouetur,
34 49 116 70 77 80
Atq; ſuo ſtrepitu pectora noſtra quatit?
24 69 39 79 96 105
Nam Ferdnandi Animæ ſolium diſponit Olympus.
50 23 90 56 61 61
Eius & exuuias Terra tenere timet.

Qui omnes numeri ſi debitâ cura colligantur, dabunt mœroris publici, & communium lachrymarũ tempus, videlicet, annũ MDCLIV. Conſidera ſequentes.

				Summę
38	34	24	50	475
46	49	69	23	426
115	116	39	90	412
78	70	79	56	431
38	77	96	61	1654
56	80	105	61	
101	426	412	341	
475				

Hæc carmina exornat, & Cælo donat Lamina. . quam paucis verbis explicabo.

Pingitur Orbis Literarius in Cælos, & Orbes diſtinctus, Ptolemaico ſyſtemati facilioris delineatiónis, & intelligentiæ gratiâ correſpondens: & in ipſo ſupremo loco ponitur Primum Mobile, quod exponit, qua voce ſinguli numeri moueri debeant. nam 1. ſonat a, 2. b. 3. c, 4. d. &c. Poſtea diſtinctis orbibus enumerantur Planetarum ſingulorum malencholię deliquià, mærores, triſtitiæ, ſuſpiria, luctus, lachrymæ, & incipiendo à Leone, conſtellatione Regiâ, Genius Arithmeticus reperit numeros, quos in Canones quatuor ordine conuenienti deſtribuit. Succedit Genius Steganographicus, & Stellam ſub meridiem viſam apud ſolem demirans, & inſolentem terræ motum exhorteſcens numeros conuertit in literas, canones in carmina, & profert Tetraſticum illud, quod dedimus. At Genius Chronologicus, ne mœroris noſtri tempus poſſit ignorare poſteritas, omnium lachrymarum numeros, & valorem arithmeticum aggerit, & in ſumma reperit annum 1654. in quo amarè lugemus.

Pro facilitate horum Chronicorum hęc pauca adiungo. Iſte annus 1654., & ſequentes ad

tes ad 1700. commodè exprimentur quatuor verſibus: ergo totidẽ compouas liberè [N.B.] & poſtea examina quem dederint: & quia alium maiorem, aut minorem requiris, nota diſſerentiam, & loco aliquarum vocum æquipollentes ſubſtitue, & earum numerum adde quouſque ad numerum verum peruenias.

ALia Hypotheſis placuit Excellentiſſimo D. Bernardo Comiti à Martinitz, magni, & exculti ingenij viro; quam quod à cõmuni abiret, vocauit *Cabaliſticam*, quaſi traditione potiùs, quam ſcriptis apud Muſam, & Parnaſſum ſeruatam קבל *Cabal* enim eſt apud Hebręos eſt *tradere*: vnde קבלה *Cabala* dicitur *rerum notitia, quæ non ſcripto, ſed traditione ad poſteros deriuatur*. Singularum literarum poteſtatem ſubſcribo.

1	2	3	4	5.	6	7	8
A	B	C	D	E	F	G	H
9	10	20	30	40	50	60	70
I	K	L	M	N	O	P	Q
80	90	100	200	300	400	500	
R	S	T	V	X	Y	Z	

Ad precedentes ille numeros conformauit ſtunc verſum.

Ferdinando	*Quarto*	*Romana*	*io*	*laurea*	*venit.*
230	501	202	59	307	354

qui exprimit annum 1653. quo fuit electus, & coronatus Ratisbone Ferdinãdus IV. Romanorum, & Germanòrum Rex.

230
501
202
59
307
354
1653

PLacuit ſcholę curioſum, & ingenioſum Chronicon: & multi ſunt illud imitati, pauci adſequuti: at inter alios laudem fuit, & applauſum promeritus Euerhardus VVaſſenbergius Cęſareus Hiſtoriographus, ingenioſus, & eruditus vir, qui duo Chronica compoſuit, & excellentiſſimo D. Ioãni VVeichardo ab Auerperg S.R.I. Principi dedicauit. Primum erat.

Eia:	*qui*	*Regem*	*duxit,*	*Dux*	*fit.*
15	249	127	613	504	115

ſecundum verò

Eduxit:	*Quidni*	*Dux*	*fit.*
618	322	504	115

In alterutro exprimitur idem annus 1653

15	618
279	332
127	404
613	199
504	1653
115	
1653	

EIdem Hipotheſi, & Arithmetico valori literarum inſiſtens Clariſſimus Dominus, Ioſeph Vincẽtius Maraſcia Iuris-Conſultus Panormitanus, vir omni ſcientiarum genere exornatiſſimus, nos ad Campanienſem Epiſcopatum promotum hoc Onomantico honorauit.

Θῆμα.
ABBA D. IOANNES CARAMVEL. 585.
Συναρίθμησις.
ANTISTES CAMPANIÆ. 585.
Ε'πίγραμμα.
Sic erat in fatis: Hoc vel tua nomina dicunt
Campaniæ Antiſtes, Caramuel, Abba, Ioannes.

Eſſe fęliciter inuentam hanc diuerſórum grammatum Synarithmeſin, demonſtrabit Analyſis.

CARAMVEL		IOANNES		ABBA D.		
C	3	I	9	A	1	10
A	1	O	50	B	2	235
R	80	A	1	B	2	340
A	1	N	40	A	1	585
M	30	N	40	D.	4	
V	200	E	5		10	
E	5	S	90			
L	20		235			
	340					

Ergo *Abba D. Ioannes Caramuel* importat numerum 585. quantum igitur *Antiſtes Campaniæ* importabit? Dabit computus.

CAMPANIAE		ANTISTES		
C	3	A	1	435
A	1	N	40	150
M	30	T	100	585
P	60	I	9	
A	1	S	90	
N	40	T	100	
I	9	E	5	
A	1	S	90	
E	5		435	
	150			

Omnis

OMnis literarum poteſtas (tàm Grammatica, quàm Arithmetica) ab arbitrio dependet; & poteſt, ſi placeat, mutari, & alterari: hanc ego ob cauſam mutaui literarum valorem, & incipiendo à fine cooptaui characteribus ſequentem numerorum recurſum.

400	300	200	100	90	80	70
A	B	C	D	E	F	G
60	50	30	30	20	10	9	9
H	I	L	M	N	O	P	Q
7	6	5	4	3	2	1
R	S	T	V	X	Y	Z

Ad illum conformaui hunc Pentametrum.

Ferdinandus	*quartus*	*Rex*	*eſt*	*Romuleus.*
827	434	100	101	191

Fortè non cognoſcis menſuram: ſed illam bonam eſſe oſtendimus ſuperius proprio loco. Omnes literę ſimul ſumptę conſtituunt numerum 1653. quo magno Europę iubilo Ferdinandus IV. coronatur.

827
344
100
101
191
1653

Sic placuit valorem literarū ſtatuere, nam vbi nihil à natura rerum matre diſponitur, omnia relinquuntur arbitrio. Interim quidquid ſit de prregrinis Chronicon conformandorum modis, tu loquere, & ſcribe cum multis, & raro abeas à communi ſententia. quę tantum in iſtis literis [I.V.X. L. C. D. M.] arithmeticam cognoſcit poteſtatem.

De Cabalâ Arithmeticâ.

☞ CCLXIII.

NOmina eiuſdem valoris eſſe etiam eiuſdem ſignificationis audacter affirmant Rabbini: & tanta temeritate, aut cœcitate; vt in Sacram Scripturam ſe inſinuent, & multa loca commentarijs ſuis maculent. Nam, vt demus aliquando contingere, quod ipſi exoptant, inde poſſe Regulam generalem deduci, aut ſomnium, aut delirium eſt. Eodem, vt puto, modo de Arithmeticis literis, quo de Anagrammatibus philoſophandum eſt: vtrobiq; enim interdum crunntur miracula, interdum monſtra. Interim, vt videamus, quanto procedunt ingenio Cabaliſtæ, hęc paucula exempla ſubijcio

Igitur,

Vt noſtri numeri placeant volo, Candide Lector,
A ſummâ ſummum ſumere principium.
MarIa. MagIſtra. *valent* 1001.
Cur in Arithmeticis, hæc nomina bina legiſtis
AEquivalent? dicat qui mihi Magnus erit.
℞. *Eſt quia cæleſtis lectiſſima Virgo Maria:*
Eſt quia terreſtris ipſa Magiſtra Poli.
Eſt Hominum Doctrix quia Ductrix; omnibus vna
Eſt & Spiritibus ter magis Angelicis.
Cæſar. prę Ceptor. *valent* 100.
Tu verè es Cæſar, qui exemplo dirigis omnes;
Qui faciendo iubes, quique iubendo facis.
LeX. LaqVeVS. *valent* 60.
Cur Legem, Laqueumq; natura cooptat?
An quia Rex populus Legibus illaqueat?
Si Laquei, & Legis tanta eſt connexio, Leges;
Vt laqueos poſſis tollere, tolle priùs.
Sed non. Lege caret populus, qui barbarus; ille,
Numina, qui ignorat, qui ratione caret.
Sunto ergo Leges, *ſit Lex me iudice prima.*
Seruantor Leges, *eſſe ſecunda poteſt.*
Tertia iungatur, Laqueo ſuſpenditor ille,
Sacratas leges qui violare velit.
Sunt qui has contemnant, ſed Lex dabit his quoque funem,
Aut rei exemplo flebile funus erit.

Aliud.

Legis, & Laquei numeros conſidero, & aio;
Eſſe diù minimè Res ſine Rege poteſt:
Eſſe diù minimè Rex ſine Lege poteſt:
Eſſe diù minimè Lex ſine Fune poteſt.
reX. seneX. [pVer.] *Illi valent* 10. [*& hic* 5.
Es Puer, & ſceptrum recipis? Res-publica fælix
(Crede mihi) eſt cuius Rex Puer, eſſe nequit.
Dena talenta petit Maieſtas Regia (Princeps)
Vix habet incautus quina talenta Puer.
Ecce talenta petit Maieſtas Regia dena
Ecce habet annoſus dena talenta Senex.
Sis priùs ergo Senex, capias, quam ſceptra: coronā
Quàm lapſam acceptes, ſis priùs ergo Senex.

MVSA X. SIMPLEX.

☞ CCLXIV.

SVMMO compendio exprimit conceptum hęc Caſtalia, aut potiùs ſupprimit; tam enim difficilis intellectu eſt, vt cum maximè videtur culta, occulta remanet. Dicitur ſimplex quia nomen perſonę, quam proponere vult, explicat vnico numero, vt ſequens exemplum oſtendit.

Et quis erit Mundi Dominus? Qui continet alta
Sexaginta duo nomine, Cęſar erit.

Nam ſi hoc oraculum redditum fuiſſet illo tempore, quo Pompeius, & Iulius de totius Mundi imperio concertabant, videretur prędici IVLIVs, non poMpeIVs; hic enim ſuo claudit nomine numerum 1006. & ille numerum 62. quem prędixiſſet. Ha doctrinâ premiſsâ intelligi poterunt ſequentia exempla.

Fuit olim apud Pœnos Priſcum Deorum Oraculum, magnâ religione obſeruatum, ſed minimè ab ipſis intellectum. Erat illud.

Octo fugato notas: Numerum fugitote Triſeptē.

De cuius intelligentia varia Senatus-Conſulta, & Plebis-Scita. Decretum, ne Patres Patrię eſſent octo; ne viginti vnus, ne ſepteni: & inter tenebras tangere veritatem, at apprehendere non poſſe viſi. Accidit tandem Valerium Leuinum Conſulem, poſtquā aduerſo Marte dimicans in Lucania fuerat à Pyrrho cęſus, recuperandę glorię causâ ad Pœnos copias numeroſas dirigere. Venit, Vidit, Vicit, Et oraculo priſco fuit luci: & in causâ, quod victos fuerim his verſibus aliquando alloquutus.

j.	V	5
ij.	A	500
iij.	L	50
jv.	E	30
v.	R	80
vj.	I	100
vij.	V	5
viij.	S	7
Summ.		777.

Olim quem vobis ſapiens prædixit Apollo,
Hic Leuinus erat: nam quæque oracula dicunt,
Nomine præſago tenet ipſe Valerius: Ergo
Iam domiti ſeruite viro, quem ſydera vobis
Prædixere priùs, dederunt cui fata coronam.
Octo igitur ſeruite Notis numeroque Triſeptem.

Arithmetica literarum poteſtas reſpondet ęuo priſco, & uumeris Muſę Decrepitę: ponam igitur literas, & ſingulis cooptabo valorem Arithmeticum, vt meus Lector facilius artem capiat, & modum, quo procedit Mnſa hęc ſimplex intelligat. Rara habemus in linguâ latinâ teſtimonia, ad gręcam ergo, & alias peregrinas tranſeamus.

Clariùs loquuta eſt Cumęa Sybilla (quam & Amaltheam, & Erophilem, & Demophilem multi nominant.) Floruit Tarquino priſco dominante, cui nicitur, tres Pręnotionum libros (combuſtis reliquis) trecentis aureis Philippicis vendidiſſe. Multa eius extiterunt Oracula, & inter alia illud fuir celeberrimum, quod Chriſti Domini Natiuitatem circumſcribit his verbis.

Δὴ τοτὲ &c.

Quę carmina ſic tranſtulit Sixtus ſenenſis.

Tunc ad mortales, veniet mortalibus ipſi
In terris ſimilis Gnatus Patris omnipotentis,
Corpore veſtitus. vocales quatuor autem
Fert, non Vocaleſq; duas binûm Geniorum.
Sed quæ ſit numeri totius ſumma, docebo.
Namq; octo Monades, totidem Decades ſuper iſtas
Atq; hecatontades octo infidis ſignificabunt
Hominibus nomen: tu verò mente teneto.

Vox *Homo* habet primam breuem: at Sixtus videtur eſſe metrica neceſſitate compulſus; cùm duxit. Quidam alius Iunior eadem Sybillę verba ſic tranſtulit.

10	Ι
8	Η
100	Σ
70	Ο
400	Υ
200	Σ
Sum.888	

Mortali ſub carne venit, delapſus Olympo,
Chara Dei ſoboles mortalem viſere mundum.
Quatuor in cuius vocales Nomine ſacræ
Clauduntur celebri, quibus addito grammata bina,
Quæ ſunt ſpirituum capitalia ſigna duorum.
Si numerum poſcis, octo ter ſcribe, tenebis.

E quibus verbis collige nomen IESV eſſe, quod à Sybilla circumſcribitur. Illud eſt græcè ΙΗΣΟΥΣ; & habet quatuor vocales; videlicet Ι, Η, Ο, Υ, & duas conſonantes ſibilantes; à quibus initium ſumunt ſpirituum Principalium nomina: quoniam Genius Optimus, vt ſecretioris Theologiæ profeſſores volunt, dicitur SATHAEL, peſſimus SATHAN. Dulciſſimum nomen ΙΗΣΟΥΣ continet numerum 888. hoc eſt octo centurias, octo decades, & octo vnitates, quæ

tes, quæ calamo exprimi poſſunt; ſcribendò numerum triocto, hoc eſt ter characterem 8.

HVic eſt ſimile Oraculum alius Sybillæ, quod Auratius Poëta Regius, ad verſus ſequentes reduxit.

Sunt elementa nouem mihi, ſum tetraſyllabus autem
Percipe me prima tres ſyllabæ officiuntur
Ex binis omnes elementis: cætera reſtant
In reliquis quorum ſunt non vocalia quinque;
Totius numeri ſunt bis hecatontades octo.
Et ter tres decades, cum binis. Se ſcieris me
Non te quà potior ſapientia dia latebit.

In ſecundo verſu more Græco *ſyllabæ* ſequenti vocali eſt pes dactylus.

9	θ
5	ε
70	ο
200	σ
200	σ
800	ω
300	τ
8	η
100	ρ
1692	

Et quidem ſi in hac voce θεος σωτηρ ſi hoc eſt, *Deus Saluator*, nouem ſunt characteres: ſyllabæ θε.ος.σω. conſtant binis literis: ſyllaba τηρ. tribus. Sunt conſonantes quinque: nempè θ.σ.σ.τ.ρ.& omnium literarum valor arithmeticus eſt 1692.

Huiuſmodi nomina deſcribendi modus obſcurus eſt, & poſſet reduci ad Logogriphos: at nunc tractamus arithmetica, illumq; aptiùs dilucidamus.

Hinc lux ad intelligenda aliqua loca ſacræ Paginæ, quæ hucuſque viſa difficillima; in quibus ſi non ſis Magiſter, qui difficultatem propoſuit, nihil addiſcemus diſcipuli. In Apocalypſeos libro multa diuinitus reuelata exponit S. Ioannes Euangeliſta, & per multa capita deſcribit beſtiam, quam Antichriſtum fore communiter Patres, & Doctores affirmant; ſub finem capitis 12. hæc habet; *Et faciet omnes puſillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & ſeruos habere characterem in manû dextera ſua, aut in frontibus ſuis: & ne quis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habeat characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius: hic ſapientia eſt, qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ; numerus enim hominis eſt, & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex*. Docemur nomen Anti-Chriſti per latebras; omnes enim eius nominis literæ ſibi ipſis appoſitæ complent numerum 666. ſed quomodo diſtribuentur ipſi numeri, vt ſingulæ literæ noſcantur? hic ſapientia eſt opus, inquit Euangeliſtâ: interim non defuere, qui exercere voluerint ingenium, & pulchro auſu has literas inueſtigare.

Aliqui ad linguam Hebraicâ recurrunt, & Lutheri nomen putant fuiſſe Euangeliſtæ reuelatum, nam ſtando Arithmeticę veterum characterum poteſtati, huius Hęreſiarchę cognomen complectitur numerum 666. at ego, cum altè rem examino, hanc expoſitionem exiſtimo piam quidem, ſed non veram eſſe. Multa contra Chriſtum Lutherus, multa contra Eccleſiam Romanam, multa contra Fidem Catholicam, propter quę meritò poſſit Anti-Chriſtus vocari, at eiuſdem vocabulo numerum beſtię contineri falſum eſt. Id conantur aliqui recentiores oſtendere, ſed eorumdem meditationes impingunt in idiomatis Hebraici fundamenta, & demum his ſolummodò placere poterunt, qui linguam neſciunt. interim eorumdem computum vberioris doctrinę gratia non grauabor ſubſcribere.

ל	30	ל	30
י	10	ל	30
ו	6	ו	6
ת	400	ת	400
י	10	ר	200
ר	200		
י	10		
Summa	666	Summa	666

Sic iſti homines philoſophantur, & dum literas duplicant, & vocales otioſas interponunt, voluntatem ſuam potiùs quam ingenium oſtendunt. Cum alij Apocalipſin Grecè ſcriptam ſupponant, ad Grecum idioma recurrunt, & querunt nomina, quę numerum beſtię complectantur, & nulla inueniunt. Hęc quatuor maiori plauſu accepta ob oculos Lectoris pono.

T	300	A	1	Λ	30	Λ	30
E	5	N	50	A	1	A	1
I	10	T	300	M	40	T	300
T	300	E	5	Π	80	E	5
A	1	M	40	E	5	I	10
N	50	O	70	T	300	N	50
		M	200	I	10	O	70
				M	200	M	200
Sum.	666		666		666		666

Primum nomen eſt TEITAN quod *gigantem* ſignificat, & erit beſtię proprium ex doctrina Tinei, & Hyppoliti, & aliorum, qui illis ſubſcribunt. Sed hoc nomen nimis eſt generale, nec videtur ſufficere, vt ſingularem perſonam cognoſcamus, ANTEMOΣ potiùs deberet illa dici, ſi numeros Primaſij ſequeremur

remur, ſed etiam hoc nomen eſſet nimis commune, nec potens ob oculos ponere vnam ſingularem perſonam, quam Euangeliſta prędicit. ΛΑΜΠΕΤΙΣ dicitur à Ticonio, & dū beſtia nominatur *illuſtris*, laudari potiùs videtur, quàm nominari. Noſtri ani Hęretici, vt Pontifici Romano inſultent omnia, quę de Anti-Chriſto dicta illi appropriant, & in eiuſdem nomine numerum beſtię contineri delirant. Ipſe enim gręcè ΛΑΤΕΙΝΟΣ debet dici, vt hęc calumnia confirmetur, & ſic complecti numerum 666. Recurrunt alij ad idioma Latinum, & apud ipſos beſtia DECVLTRIX, aut etiam DECALVATRIX vocatur, hęc enim bina nomina iuxta decrepitam Lantiorum Arithmeticam numerum beſtię complectuntur.

Hęc omnia nomina appellatiua ſunt, & cùm quęritur proprium, diſſona, & inutilia. Quærendum igitur aliquod eſt; quod verè proprium ſit, & numerū beſtiæ contineat. Alij igitur alias linguas examinēt, & recognoſcant Onomaſtica, quæ congeſſerunt homines eruditi, nos intra Idiomatis Latinæ terminos dicemus, quod iſtud nomen LVDOVICVS propheticum numerum claudit, ſed quis hic Ludouicus, quem ab Euangeliſta prædici putamus, ſi putamus? multa hic ſomniare, aut delirare poſſet otium, ſi rationi præſcriberet: benè enim inueniret Hiſpanus Eccleſiæ hoſtem, cui poſſet hoc nomen affingere; ſed appropriatio iſta, non audaciā, ſed ingenio careret. Multi fuerunt, multi ſunt, eruntq; in orbe Chriſtiano Ludouici Hiſpani, Galli, Itali, boni mali, vt temerarium omninò ſit prophetiam intelligere, de aliquo in particulari.

MVSA XI. HISTORICA.

CCLXIV.

SINE Hiſtoriæ notitiā ſtare eruditio non poteſt, & quia Hiſtoria eſt varia, & multiplex; memoriā tenaciſſimā indigent, qui debent Hiſtoriographos agere. Sed & memoriæ tenuitati etiam arte ſuccurritur; & quia inter cæteros Andreas Streithagenus placet, Chronica eius legi, & memoriter retineri perſuadeo.

Andreas Streithagenus.
Ἀνάγραμμα.
Studia generant has res.

Petrus Streithagenus Andreæ filius, Canonicus Hemsbergenſis ingenioſo, & curioſo Lectori.

Ille Syracoſiæ Ciuis celeberrimus Vrbis
Scripſit in exiguo ſydera cuncta vitro,
Haliacaſque domos, & totum quidquid in Arcto
Parrhaſia medium vergit aduſque diem.
Aemulus ingenij tanti, tantique laboris,
Lector, quem ſtupeas en datur iſte labor:
Nam gemino verſu cum factis indicat annos
Vt diſci minimo cuncta labore queant.
Perlege, quam paruus Cœlum complectitur Orbis;
Hiſtorias, dices, tam breue carmen habet.

Andreæ Streithageni Iulio-metzenhauſſenſis, vt dixi, CHRONO-DISTICHA prodeſſe poterunt. Eſt liber, qui in ſingulis Officinis Librarijs reperietur, & ideo illum ſit nominaſſe, laudaſſe.

NOTA.

ARgumenti ſimilitudo poſtulat, vt hunc Parnaſſum claudā numeris Clariſſimi D. Paſſerini, optimi mei Domini, & amici, cuius carminibus, & conceptibus, quoties occaſio tulit hanc Metametricam honoraui, & nobilitaui. Paginam ſequentem perpende, eſt enim eruditionis, & ingenij pleniſſima, & digniſſima applauſu.

NVME-

NVMERVS CCCVIII SEV MYSTICA PRVDENTII FIGVRA

Cum triplici D. Franciſci Paſſerini in eam Expoſitione.

Clariſſimo Viro Ioanni Petro Creſcentio Romano, Nobili Placentino: Equiti, & Comiti Palatino Academ. Adagiato, Geniali, &c.

☞ CCLXV.

Cariſſime Vir.

Obſcuriſſima hec MYSTICAE FIGVRAE nox, perexiguis ingenij mei faculis minimum illuminata, quidni Te ſpectet, à quo lucem, & ſplendorem expectat, eruditiſſime Creſcenti? Argenteus Creſcentium Lunarum tuarum fulgor nocturnis hiſce tenebris Solis æmulam claritatem, eximijq; ingenij Tui lumem inoccidum perituris faculis meis proſperam pollicentur perennitatem. Nec Luna ſpectantium perſtringit oculos, nec ſpem meam Tua fraudabit humanitas. Vale mi Creſcenti, & in dies magis in omnem creſce felicitatem.

Plac. Id. Ian. M DCL.

Obſtrictiſs. Ser.

Petrus Franciſcus Paſſerinus.

MYSTICA PRVDENTII FIGVRA Proponitur.

Aurelius Prudetius Clemens V.CL. quem Gennadius in Catalogo Illuſtrium Virorum Eruditum, & laude digniſſimum; Antonius Poſſeuinus in Apparatu Sacro Elegantem, & argutum, & Robertus Bellarm. Cardinalis De Scriptoribus Eccleſiaſticis Poëtã verè Chriſtianum, & Egregium dicunt, in Præfatiuncula Operis illius, quod PSYCHOMACHIAM inſcripſit, & eſt de Pugna Fidei, & Idololatriæ: Pudicitiæ, & Libidinis: Patientiæ, & Iræ: Superbiæ, & Humilitatis: Luxuriæ, & Sobrietatis: Auaritiæ, & Largiratis: Concordiæ, & Diſcordiæ, narrato Abrahæ facinore, cum ex omni ſeruorum ſuorum multitudine trecentos decem, & octo fideliores, promptiores, & exercitatiores delegit, armauit, & eduxit ad conflictum, iiſque ingentem hoſtium exercitum profligauit, Hiſtoria ad Allegoriam tracta, cum nobis etiam aduerſus infenſiſſimum vitiorum exercitum dimicandum ſit, ne nos domeſticæ cohortis ope carere doleamus, aſſeueranter ſubdit.

Nos eſſe largè vernularum diuites,
Si, quid trecenti, bis nouenis additis,
Poſſint, figura nouerimus myſtica.

Sed quid ſibi velit numerus iſte trecenrorum, & decem octo vernularum, quidue ſit figura iſta myſtica, adeò obſcurum eſt, vt hic, vel eruditiſſimorum Virorum acutiſſima cæcutierint ingenia. Victor Giſelinus, qui Prudentij opera non parum ſuo illuſtrauit Commentario, OEdiptum hic aliquem, aut Pythagoricum exoptat; & Nicolaus Reuſner, Folijs Sybillæ obſcurius, & numeris Pythagoricis abſtruſius Ænigna nuncupauit. Tres ipſe ſolutiones ſingillarim producam in medium, vt, quam ſibi quiſque maluerit, liberè poſſit eligere, ſeu meliorem aliam, ſi harum nulla placeat, excogitare.

MYSTICÆ FIGVRÆ *Prima Expoſitio.*

Rupertus apud Perer. tom. 3. in Geneſ. ca. 14. verſ. 14. ex numero iſto decem, & o-

 ...cto ſupra

ĉto ſupra trecentum myſticè, & figuratè Sanĉtam Nicænam Synodum ex trecentis, & octodecim Epiſcopis conflatam accipit. *Hic numerus*, inquit, *totus ſacer eſt, quo & S. Nicæna Synodus, non humana induſtria, non compoſitione aliqua; ſed Diuina agente Prouidentia, gauiſa eſt: in qua vaſtator Chriſtianitatis Arius à trecentis, & octodecim Epiſcopis ſuperatus, & damnatus eſt*. Et Antonius Nebriſſenſis, qui in tres priores Prudentij libros Commẽtarium eruditè conſcripſit, Rupertum ſecutus hunc ipſum trecentorum, & decem, ac octo vernularum numerum totidem Orthodoxis Patribus, qui Nicæno Concilio interfuerunt, applicandum ſapienter cenſuit; licèt aliquibus æquè obſcura hæc explicatio; ac res ipſamet explicata, videatur: quorum tamen oculos collyrio potiùs, quàm res ipſas viſas claritate indigere crediderim, vt ingenioſiſſimè, ac lepidiſſimè in ſimiles obſcuri ingenij melius, quàm obſcurarum rerum cenſores dixit Doctiſſimus, & Eloquentiſſimus Daniel Bartolus Part.2. Vir. Liter de obſcuritate.

Cùm ergo Prudentius prudentiſſimè nos ditiſſimos, & potentiſſimos eſſe pronunciet, ſi, quid trecenti, & decem octo valeant, & poſſint, allegoricè cognoſcamus, innuere viſus eſt, eos, qui rectam Chriſtianæ Fidei ſummam in Nicæna Synodo traditam firma fide tenuerint, eâ præditos eſſe vi, ac potentiâ, vt facilè hoſtes omnes vincere, & debellare poſſint: quod Propheticè præfiguratum, & Diuinitùs præſignificatum fuiſſe in Abrahamo nõ incongruè dicent, qui rem perbenè perpendent. Quare primam hanc Difficultatis expoſitionem ſic expoſuerim.

Tercentum, octo, decemq: Patres Fidei, atque Salutis
Nicæna in Synodo ſummam docuere, Viamque:
Hæc benè qui teneat, totidem quaſi Myſticus Abram
Stipatus vernis, hoſtilia conteret arma.

MYSTICÆ FIGVRÆ

Secunda Expoſitio.

Minùs forſan apertè; ſed non minus piè, ageret qui Myſticam hanc Prudentij figuram ſanctam ipſam Crucem, & Diuinum Ieſu nomen interpretaretur, ſi Græcorũ characterum vim, & numerandi modum diligenter inſpiciamus. Cum enim ij literarum elementis pro arithmeticis numerorum notis vtantur, trecentorum, & octodecim vernularum numerum tribus Alphabeti literis exprimunt, quæ ſunt Tau, Iota, & Heta; Tau enim 300. Iota 10. & Heta 8. ſignificat, vt luculentiſſimè tradit Gretſer. Inſtitut. Græc. part. 3. cap. 33. Haſce verò literarum figuras quis myſticas, & pietatis pleniſſimas eſſe neget, qui maximos ibi Salutis Æternæ theſauros latentes agnoſcat? *Thau* ſiquidem ſignum, quod Salutis notam Ægyptij nuncupabant, *litera eſt ſpeciem Crucis demonſtrans*, ait Iſidorus de Vocat. Gentium, nam ſi ligno erecto breuius alterum supernè, & in ipſo capite committatur, ſic vt nihil extet, Commiſſa Crux fiet, & examuſſim litera T. formabitur, quam vno ore omnes cum Cruce componunt, teſte Lipſio de Cruce lib.1.cap.8. cuius incomparabilis Viri, ſiue doctrinam, ſiue elegantiam, qui aut doctiorem, aut elegantiorem deſideraret mellis dulcedinem, melle dulciorem exquireret, quod de eodem Lipſio veriſſimè dixit in Theatro Viror. Litera.t volum.1. Hieronym. Ghilinus ampliſſimum Alexandrinorum Patritiorum Decus, Literatorum cultor eximius, eaque Henij, ingenijque mei vbertate, ac liberalitate præſtans, vt diſciplinis, ac virtutibus vniuerſis excellere non immeritò cenſeatur. Si verò ligno erecto tranſuerſum alterum iniungatur, atq; immittatur, ſed ſic, vt ipſum ſecet, & erecti capitellum ſuprà tranſuerſum extet, atque emineat, Immiſſa Crux, & noſtrum minutiori charactere exaratum apparebit, de quo ait Auſonius *Malus, vt antemnam fert vertice, ſic ego ſum* t: *Nam cum à nautis ſcinditur mare*, inquit Maximus Taurinenſis de Cruce Dom. ora. 11. *priùs arbor erigitur velum diſtenditur, vt Cruce Domini facta, aquarum fluenta rumpant*, non enim tantùm maiuſculam literam T; ſed etiam minuſculam noſtram t Romanorum ãtiquiſſimam eſſe fatetur eruditiſſimis genuinæ antiquitatis, bonatumq; artium, ac diſciplinarum omnium vindex Leo Allatius Animaduerſ. Antiquitatum Etruſcarum fragmenta ab Inghiramio edita. num. 39. Iota autem & Heta priores Auguſtiſſimi nominis *Ieſu* literæ ipſummet indicant in genitiuo; in nominatiuo enim, tertia ſuperaddita litera, nimirum Sigma, & linea ſupernè ducta, *Ieſus* ſic Græcè figuratur *IHS*, licet vltimæ literæ loco, idest, pro S. Latino Sigma Græcum poni deberet, vt cum duabus prioribus conueniret, quæ Græcæ omninò ſunt, nimirum Iota, & Heta. ex quibus clarè liquet, cur nomen hoc *Ieſus* tribus hiſce elementis *IHS* vulgò ſcribatur; ſecunda enim litera, quæ aſpirationis Grandiuſculæ Latinorum imaginem præ ſe fert, Heta Græcorum, & ſecundum dictionis

dictionis *Ieſus* elementum eſt, ſicuti etiam nomen ipſum *Chriſtus* à Græcis per abbreuiationem tribus alijs literis, ſcilicet, *Chi*, *Ro*, & *Sigma* figurabatur, vndè vetus ad nos emanauit vſus ſcribendi *Chriſtus* hoc modo XPS, prima enim litera, quæ iX, & ſecunda, quæ Pe Latinorum videntur, Chi, & Rho Græcorum ſunt; tertia verò verè eſt noſtrum eſt; attamen Sigma Græcorum eſſe deberet, ne, vt innuimus, à ſuperioribus Idiomate diſcordaret: ſed ſcribentium error paulatim Sigma vertit in eS, cum ambo figura ipſa non valdè differant. & idcircò Græcanicæ abbreuiationis originem ignorantibus verum monſtrum; vel ſaltem valdè mirum eſſe ſolet, cur HPS ſit *Chriſtus*, vt optimè animaduertit Adolphus Mekerchus de linguæ Græcæ veteri Pronunciat. cap.34. Quocircà Secundam hâc Myſticæ Figuræ explicationem ſic exprimere poſſumus.

Tercentum Tau, Iota decem, octoque indicas Heta:
Tau Crucis effigiem, Iota, Hetaq; nomen Ieſu.
Tercentum ergo, decem, ac octo quid roboris his ſit
Vernis, ſi noris; hoſtes his viceris omnes.

MYSTICÆ FIGVRÆ

Tertia expoſitio.

ET Latini Alphabeto ad numerandum, vt aſſolent Græci, nequaquam vtantur; ſuas tamen Latini quoque numerales habent literas, vt anteà diximus, quibus myſticè numerum quemlibet exprimere poſſunt. Quamobrem cum vnicæ Crucis figura Chriſtianis ſit pro multitudine, ac virtute legionum, vt ait Paulin. Nolan. epiſt. ad Seu. adeò vt Coſtantino, teſte Zonara, & Euſebio, verè dictum fuerit *In hoc ſigno vince*, immò, cùm Crucis vis non hoſtes tantum; ſed etiam peccata ipſa deleat, & ipſas quoque Purgatorij flammas extinguat, vt doctiſſimè, & luculentiſſimè docet Ghriſantus Solar. Placentini Theologorum Collegij Sidus aureum, Pentateuchi Mort. lib. 4. cap. 29. num. 5. cur Prudentius noſter ſymbolicè admirabilem Vnicæ Crucis figuræ vim, ac potentiam propemodum infinitam ex numeralibus ipſis literis, quæ in verbis continentur, innuere non potuit? Immò cur noluit? equidem, dum numerales literas trium horum verborum *VnICA CrVCIs fIgI ra* diligenter ſupputo, & ex tribus CCC, tribus VVV, & tribus III, ipſiſſimum omninò numerum trecentorum, & octodecim agnoſco, Prudentium huc alluſiſſe cur negem? cur myſtica illius figura noſtram hanc Sacroſanctam figuram figuratè non indicet, cùm concors numerorum numerus, veluti veritatis nota idipſum indicet? enimuerò nomina per numeros exprimere nouum non eſt, cùm etiam Chriſti nomen *Ieſus* per ambages expreſſum fuerit à Sybilla per numerum 888. vt diſertè docet Cauſſ. de Eloq. lib. 4. cap. 37. immò Antiqui, ſuperſtitioſa, & vana fide, tantam nominum numeris vim eſſe credebant, vt nomina, quæ maiorem numerum continerent, cæteris inferioribus fæliciora prædicarent, & ex nominum numeris in bellis victoriæ omnia captarent. Sic Hectorem Patroclo, & Hectore Achillem victorioſiorem voluere. Terentianum Maurum audiamus.

Et nomina tradunt ita literis peracta
Hac vt numeris pluribus; illa ſint minutis.
Quandoque ſubibunt dubia pericla pugnæ,
Maior numerus, quà ſteterit fauere palmam,
Præſagia lethi minima patere ſumma.
Sic & Patroclum Hectoris manu peryſſe,
Sic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli.

Hinc ego rem omnem breui claudam Tetraſticho.

Perbenè, quid ſint tercentum, ter quinque, ter vnus,
Diſce, fIgVra CrVCIs queis omnibus VnICa conſtat,
Vernarum tam diues eris, tam fortis in hoſtes,
Diuus vt toti nil ſit, nec fortius Orbi.

APOLLO
RETROGRADVS.

Zoile ne laceres retrograda carmina noſtra
Sed retroïre modo fac meliore tua.

☞ CCLXVI.

OCEANVM Angelicus Doctor 1.*par.qu.* 105.*art.6.* Phœbæ ſubdit, quã vult vndarum eſſe Principẽ, ęſtuũ Dominam, fluctuũ Moderatricem. Illã ego exauthoro, iure ad fratrẽ delato: mas enim præferendus eſt fœminæ, adeòq; Phœbę Phœbus, qui meliùs poterit Dinis Marinis imperare. Quod ſi Phyſicus nõ velit adquieſcere, manere in ſuâ sẽtẽtiâ permittatur, modò Poëta ſciat magnã partẽ Parnaſſi eſſe liquidã, fluxu, & refluxu ſpiritûs nobilitatã. Iſti mari Caſtalio Apollo pręeſt, & marinus vocatur, inſpiratq; marina carmina, quæ fluãt, & refluant; nimirũ multis modis, non enim sẽper, & vbique eſt idem fluxus, & refluxus Oceani. Ergo commiſſi Heliconis vorticibus, demus Carmina Reflua, & ne dicamur leges ignorare refluxuum, illas accuratè ponamus.

MVSA I. LITERARIA.

☞ CCLXVII.

MVLTAE ſunt, Lector Candide, Maris Caſtalij Deæ, & multæ Dearum Nymphæ, multæ refluentes Muſæ, ſed enumero præcipuè tres, Literariam, Syllabariam, & Dictionariam, aſſerens poſſe, & ſolere carmina refluere per literas, per ſyllabas, & per dictiones. De ſingulis plura dicturus eram, at vela contraho, ne hæc Metametrica in infinitũ abeat. Agam igitur de ſingulis, breuiter tamen, vt tempori, & loco (implicatiſſimo, & occupatiſſimo) correſpondeat oratio.

TAm difficilem concurſum Muſæ literariæ iudicauit antiquitas, vt retrocurrentium duorum Carminum conditionem tribuerit Dæmoni; [Vide Alſtedium *Enciclopædia libr.* 10.*ſect.* 4. *cap.* 5. §. 10. & alios, qui de Poëticâ tractant. Vide etiam nos *num.*281.] quaſi eius modi ab illo carmina condi poſſint, & ab alio non poſſint. Illa ſcribo ſimpliciter.

Signa te, ſigna; temerè me tangis, & angis,
Roma tibi ſubitò motibus ibit amor.

Illa reſcribo, & fortè ingenioſiùs, & pulchrius.

Signa te ſigna teme — *Signa te, ſigna teme*
Roma tibi ſub... — *Roma tibi ſubito*

Sed non eſt cur ita deprimamus acuminis humani eminentiam, vt dæmoni affingere velimus, quæ ab hominibus facta. Multa enim huius generis circumferuntur carmina, fecimus aliqua & nos, vt ſuperaremus difficultatem, quam eſſe magnam negaturi non ſumus. Vnum Pentametrum retrogradum apud Sidonium Apollinarem *lib.9.epiſt.14.* inuenio, & ſubſcribo.

Ede perede melos, ſole medere pede.

Inuerti carmen, & hanc mihi arrogaui licentiam, ne illam paterer, quam ſibi Sidonïus arrogauerat, permiſi me tempori, & moribus; hac enim exulcerata ętate multa facere volũt Politici, quæ alij tolerent, & nihil volunt factum ab alio tolerare.] Dixit Sidonius.

Sole medere pede, ede perede melos.

& conqueritur ſtatim Synalepha ſibi negari
ſyllabam

ſyllabam, quam iure debuerat deuorare.

OBijt Philippus Pius Catholicus Hiſpaniȩ Rex, & quia effuſis lachrymis tanti Solis occaſum deplorabant ſtudioſi Salmanticæ, vt luctui modum Vniuerſitas poneret, iuſſit ſingulos lugere metricè, & ad numeros lachrymas fundere. Omnes illas ſpeciali libello collegit Illuſtriſſimus Angelus Manrique, tunc Theologiæ Profeſſor, iam Pacis-Iuliæ (vulgò *de Badaxòs*) Epiſcopus, & inter alias recenſere debebo quales P. Ioannes de la Negra Ordinis Minimorum profuderit: fuerunt enim emiſſæ huius muſæ Literariæ concurſu; vdæ, breues, obſcuræ: quibus aut rorari deberet tumulus,aut macerari marmor, cui poterat Epitaphium inſcribi. Illas hic repræſento.

Sedula petroſas irriſà forte paludes.
Sepoſiti donis non ſine Ditis opes.

Notauit Angelus Manrique corpus huius diſtichi ſummo ingenio, & labore expolitum, claro carere animo,hoc eſt ſenſu, quod ipſum in labyrinthis etiam meis, aliquando percipio, ſed quia non omnia poſſunt omnes, laudabimus pulchritudinem corporis, etiam vbi vel lateat animus, vel aliquid prodat, quod à legibus perſcriptis deuiet.

MEliorem ſenſum habet hoc diſtichum. [Pingebatur dextrorſum Chriſtus ſuffixus Crucis ligno, & Catholicorum exercitus id ſequentium. Adpingebantur ſiniſtrorſum ſpirituum damnatorum exercitus, diuiſi in claſſes capitales, & ſigna malæ militiæ,adeòque mala ſigna erigentes. Bernardus medius, hinc inde(à Chriſto,à Demonio) aduocatus. Hoc nimis audax, exlexq; vt poſſit obſeruare ſtrictiſſimas loquendi leges, quas expendo: vnde Chriſtus, & tenebrarum ſpiritui tacere iubet,ſe vinciri brachijs Bernardi patitur;eidem aperti lateris propinat ſanguinem, & ſic alloquitur.

Si benè tangis, alam: ſi vis mala ſigna tenebis:
Ore rubore bibes: ebibe, robur ero.

Ac ſi diceret *Me tangit Bernarde tua ſalus, & tu in binio liberi arbitrij poſitus, terga das vexillis, & ſignis ſceleratorum exercituum, qui merent ſpiritui damnato. & me tangis. Amplecteris profectò me, benè quidem, & malè potes. Multa enim bona malè fiunt, & multi leguntur veniſſe ad Martha ædes non propter Chriſtum, ſed propter Lazarum. Me igitur bonum benè tange, & amplectere, quamdiù enim me tu benè, te nutriam, te alam, te quotidiano pane; hoc eſt cibo ſupereſſentiali ſuſtentabo. Sed quia tui iuris es, & frueris libertatis arbitrio, ſi vis mala illa malæ militiæ ſigna ſequi, tenebis, imo, & teneberis. Tenebis quidem illa, & iter ad Auernum, quo tota expeditio peccatorum directa. Teneberis vitijs, & à vitijs; illis excæcatus, & ſuperabili ignorantia laborans, & peccaturus es ibi, vbi te laureâ coronandum putabas. Et ab illis teneberis, qui enim mala Signa Dæmonis ſemel impreſſa cordi tenuit, ab illo iure, & violentiâ tenetur, imò etiam detinetur. Sed quia ſincerè à me ſtas, & meam puriſſimam Matrem à te habes, nouis ab vtroque fauoribus nobilitaberis. Illa tibi purpureum lac, ego tibi candidum ſanguinem propino. nec mirum lac virgineum ſit rubrum, vbi ſanguis virgineus eſt candidus. Bibe igitur ore, & rubore: immò & ebibe; & tibi Ego à Matre meâ ſolllicitatus, robur ero.* Dixi. Et quidem huc poſſe pertinere videntur ſequentes numeri.

Furo inſegne, e trofei
Del Mondo vincitore,
Che di me trionfo, queſte mie chiome
Hor che ſcoſſe hò le ſome
(Tua gran bontà Signore)
Già vincitrice di mia lunga guerra,
Ragion' è ben, che à terra
Quaſi neglette indegne
Lacere ſtenda le nemiche inſegne.

Ita Ioannes Baptiſta Marinus, in ſuis Rhythmis *par. 2. Madrig.* 204.

Sed P.Ioannem de la Negra ſubaudio. Putabit forſitan etiam carmina ſua habitura eſſe lucem, & claritatem, ſi tanto fuiſſent commentario illuſtrata: maiorem addat ipſe, ſi velit; tanto enim ingenio pollet, vt non dubitem, quin ſuſcitaturus eſſet corpus illud quod exanimum credimus.

APud Ioannē Alſtedium nonnulla carmina per literas recurrētia reperio; nihil enim videtur eſſe in mundo, quod in Encyclopȩdiâ ſuâ eruditus, & diligens homo non habeat. [Fit, inquit,reciprocum operoſiſſimum, & verè cerebritagum (fortè, cerebrifragum) quod retrogrado more legitur per literas, & dicitur διαυλοίνειν, ſiue διαυλόδρομον à δίαυλος ex δὶς & αὐλίζεσθαι, *bis habere ſtationem in eodē.* Appellatur etiam καρκῖνος *cancer.* &c.] & poſtea aliqua exempla producit: Diſtichum hoc coſidera.

Si benè te trades ſedes, ſed & arte tenebis.
Et ſi retro feret, vtere fortè reſiſte.

In primo verſu legit *ſed & arte*, vt menſura Poëtica conſtet:deleo illud *&*, & lego *ſed arte*: nam aliàs non recurrit: & illud *ſed* contra

regulas

regulas ibi produci noto. In ſecundo vox *feret* habet vltimam longam ratione cenſuræ.

Addit aliud Diſtichon ad Chriſtum, quod *inſigne* eſſe dicit.

Nemo te, nemo neget; ô tege nomen, & omen.
Ieſus ei tu ſis: ſis, vt Ieſus ei.

In Hexametro vltimam vocis *neget* producit penthemimeris: Et in Pentametro vltimam vocis *Ieſus* iterum, & iterum corripit, tametſi Græcè ſit Ἰησοῦς.

Sunt valdè difficilia hæc per literas recurrentia carmina, & ideò aliquando Poëtę vnicâ ſunt dictione contenti. Vnde non ſine gratiâ dixit quidam.

Mitto tibi Metulas, *ſi non vis credere vertas.* Et Mutnegra *cũ* Muruâ *faciunt rectiſſima curua.* hoc eſt *Mitto tibi ſalutem*, ac *argentum, aurum*, &c.

Addit & alia Alſtedius, quæ legentur inferiùs.

OMnes huius Muſæ theſauri pauci ſunt, omnes parui; omnes enim verſus recurrentes per literas ſunt pauci, & inter ipſos rari boni. Huic ſcribendi generi pertinaciùs quàm cæteri incubuit Ioannes Laſcius Polonus, cuius vnde-triginta extant nunc Diſticha, quæ ipſe Carolo Duci de Sadermaniâ inſcripſit, ſenſus eorumdem aut difficilis, aut nullus eſt, durior fluxus, refluxuſq; quod ipſũ fatetur ingenuè eorumdem Author in literis ad Illuſtriſſimum D. Petrum Tyliki, Epiſcopum VVarmienſem, & Vice-Cancellarium Poloniæ. Reperiuntur impreſſa in Theſauro Nicolai Nomeſceij Charmenſis in fine; & in Encyclopædiâ Ioannis Alſtedij, libr. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 10. ſed tot mendis, & maculis interturbata, vt debuerint reſtitui. Ea ſubſcribo.

Diſticha Reciprocà.

Aſpice nam raro mittit timor arma, nec ipſa
Si ſe mente reget non tegeret Nemeſis.
Me tum animat rectè me dem, & certamina mutem,
Si res vna velit vtile vanus eris.
Sumere fatali vis ſi vi lata feremus
Seu temere regnum emungere ? .re metues.
Ire diù, & timidè ſeſe dimitte videri
Sane Marte palam tot mala Petra moues.
5. *Se lædi ſereo ira pede parit ære fideles,*
Sana pedes animos omina ſede paues. [omnia]
Ire vt & ratibus ſi vis? ſubit arte tueri
Si reperis vires, ſersus ire peris.
Serus vbi vane ſedes e nauibus vres,
Seu rata, vel agili liga leuata rues.
Angere re tua res ſedes? ſera vtere regna
Iure ſed & ipſo ſoſpite deſerui
Irato-ne geras vnus à Rege notaris
Seu læder cautè ne tua crede lues
10. *Angis ad illa cor tua cautio callida ſigna*
AEre vllo parcus te, & ſacra polluere
Vt ſatis atroci ſolo ſic orta ſit aſtu
Seu ratio cæca pace coita rues
An iures ſero Ruſi furor eſſe ruina
Telo ſat celer & ſiſtere lecta ſolet.
Et penis inopes ius vi ſeponis inepte
Si repares vbi vi Ciuibus ara, peris
At ſi re id vlli ſua laus illudier iſta?
Te te pena malum æmula mane petet
15. *Id ne per atra palam ſedes mala parte repẽdi*
Iure decet imo fomite cede rui
At caderet vtri vis ſi virtute redacta
Si vtar vi è pactis ſit cape iura tuis
ſoſpite Rege ſine, vi ſi venis ager, & ipſos
En itera i ciues ſæuicia retine [ſæuitia]
Sic ima luxes ira, (laris exul) amicis
Iura viden imò nomine Diua rui [videſ]
Obruta i reſtaures non ſeruiat ſeria turbo,
Te nam an iurares ſera ruina manet.
20. *At cape re defer ſedes fœdere pacta* [re]
Omina ſi verè dedere vis animo [omnia]
En operam ratibus des ſed ſubit arma repone
Aut ara ſubige legibus ara tua.
Sana, vel ora caues, i ſæua Carole vanas [ara ſ...]
Res i morte pete p' pete petro miſer. [perpetro]
At parere decet (tedet te cedere) rapta [tædet]
Seu leues animi limina ſaue lues
Ingeret illa pedes è ſede pellite regni
Sera pares vbi de ſedibus ara pares.
25. *En operata lues ſe, des vt lata repone*
Aura vel è regno congere leua ſua
Et ſi retro feret vtere fortè teris te [N.B.]
Te vret at iludes ſedulitate ruet [illudes ſedulitate]
Ire vacet at ſe iam Maieſtate caueri [Maieſtate]
Si leuata feret ſiſtere fata velis
At ſemel ora cito vi voti Carole maſta
Sane latro tacito Cogita torta leues
Sic i demiſsè patiens ne ita peſſime dicis?
Iure miſer, & vi vtere ſi merui

Multa ſibi indulſit in his verſibus, quæ condemnat Grammatica; multa, quæ Metrica. Diphthõgum ferè nullam admittit; habet *ſeuicia* pro *ſæuitia*, & etiam *iludes* pro *illudes*. Vix eſt verſus, qui non laboret aliquâ ſyllabâ. Illa ſynalepha *læder'* pro *lædere* nullo exemplo probatur.

QVærenti huius generis carmina quidam amicus hæc etiam paucula communicauit, quorum etiam ſenſum non intelligo.

Nemo

Nemo tenet ſedes, vt tu ſedes tenet omen.
Aura teget ſordes, ſummus, ſed ros teget arua,
Si benè te tua laus taxat, ſua lautè tenebis,

PEtrus à Paſſione Domini Panormitanus à Schola piâ anno 1657. duo Diſticha Panormi edidit, quæ merentur ab eruditis legi. Primum eſt de S. Syluestro, qui baptiſmatis aquâ Conſtantinum Imperatorem à lepra mundauit: Vnde Auguſti tanto prodigio moti Cæſareas laurus ad pedes Pontificios dimittunt. Secundũ de Conſtantino, in cuius funere Sigonius lib. 4. ſydus apparuiſſe recenſet. Illa ſubſcribo.

Tabe lauet caros is, ſi ſoracte valebat:
Sede Patres, & ades, ſe date ſerta pedes.
Sylua nitar Oretis, ſi te rorat in aulis,
Sol ope, rore redis ſidere, rore polos.

Sunt etiam obſcura; & licet ſolem, & ſydera contineant, luce carent: at poſſunt aliquo ſcholio iuuari, vt ſenſus occultus reluceat.

Clariorem, & puriorem ſenſum habet hoc Tetraſtichum, quod ad nominis Alexandri VII. Pontificis Maximi pacem ominantis immortalitatem idem Petrus à Paſſione Domini anno 1655. compoſuit.

Ecce ſubit nomen ſedes ne Montibus, ecce
Sidera rara times, ſemita rara redis.
Nemo ſub illo certas? ſat re collibus omen
Ire Polos ait: otia Sol operi.

Interim non debent omninò omnia, quæ dicuntur, eſſe clara; non enim labyrinthus eſſet, qui ſemper perhius, & clarus eſſet.

RAbanus magno ingenio, & labore multa carmina ſcripſit. In figura xxvij. in medio reperitur hic verſus.

Si do tibi metra ſono bis te Ieſus in odis,

Qui per literas rediens erit.

Si do niſus ei etſi bonos artem ibit, & odis.

Et hîc obiter nota in primo carmine vocem Ieſus, Græcè Ἰησοῦς, habere vltimam breuem: & in ſecundo *bonos* primam longam. Illud prius apud aliquos iuniores obtinuit: hoc poſterius apud nullũ reperio. In figurâ xxviij. eſt alius verſus 27. literarum.

Oro teramus aram: ara ſumar, & oro,

in quo *aram* habet A breue contra leges: & inter *aram*, & *ara* deficit vnus pes integer, vt compleatur hexameter. Quid; ſi legamus verſum ſic:

Oro; teramus; ares: è ſerâ ſumar, & oro?

habebit numerum, & quantitatem iuxta leges. Sed ſenſum?

IAcobo Peletario VVilhelmus des Authels obtulit ſex verſus retrogrados, quorum primum ſubſcribo.

Ira te lepidè ſi vis edi Peletari.

perierunt cæteri. Eiuſdem generis ſunt hi.

Nemo ſi diri ſubſis, Buſiridis omen.
Rara teres animi limina ſeret, arar.
Vt ſero memores oro ſero memores tu.
Sacco tu ſuberis ſanas ſi rebus, & occas.
Et necas æger amor, non Roma rege taceate;
Roma reges, vna, non auus æger amor.

Sunt, & multi alij ſimiles, quorum ſenſum non facili negotio inuenies.

SEd addam alium modum cõformãdi retrograda. Poſſunt fieri Inſcriptiones, in quibus carmina regrediantur per partes. Vnum aut alterum exemplum ſubijciam. Supponit Iunior quidam Poëta Fortunam, quam ſortem appellat, laudi loqui, & nonniſi iſtâ Carmina.

S(R)S
SVA LAVS
DEDERO PRO CORPORE DED
ALA
SALAS
ECCE
SACRA: PARCAS
ANIMO, SI HIS OMINA
SIDIS

Sed & ipſe Poeta iuſſus Reliquiarium (ſic vocant) in quo ſpinę Dominicę Coronę condita, aliquâ inſcriptione exornare, curauit in laterè dextero ſcribi hoc Eteoſtichon.

DIMIſerVnt reLIqVIas sVas parVVLis sVIs.
Pſal. 16. *Anno* 1636.

Et in ſiniſtro:

SI VIS
IPS' ANIMI LIMINA SPI-
NA MAN-
&.

Sed in vtroque materiæ artificium collaudo, ſenſum quæro: nec tam facile eruere poſſum.

PRima, & vltima dictio iſtarum inſcriptionum me monet, poſſe adhuc aliter recurrere literaria iſta carmina: nam literæ compoſitæ ſeruant ſuæ compoſitionis ordinem in regreſſu, vt videre eſt in φ *ph*, χ *ch*, ψ *ps*, ξ *gs*, aut *cs*, Z *ſſ*, aut *ts*, quæ cum recurruntur non ſunt *hp*, *hc*, *ſp*, *ſg*, *ſc*, *ſt*. Ergo eodem modo poſſet aliquis retorquere literas *ct*, *ſt*, *ſt*.

aut

aut etiam ?, ?, ?, q, ?, ?, ?, Hac arte præuentus quidam iunior dedit Diſtichum ſequens.

Acta ? era rui! (licet iurare per acta
Iurani d' animo Nomina diua: Rui!

in quo ?, ? & ? ſunt compoſitæ literæ.

INter fauores, quibus Beatiſſima Virgo Maria honorauit Bernardum, illo primo recenſendus eſt loco, quem Bodelooenſes expendunt ad Imaginem xxiij. quem Poëta quidem ad verſus ſequentes reduxit.

Cum tibi Maternam Bernardus Virgo ſalutem
Ferret, Materni munus honoris habet.
Hinc tua Diuinum diſtillat mamma liquorem,
Arida cui cupido ceſſat in ore ſitis.
Virgo tuum ſitio, quem fundis ab vbere rorem.
Mitis aue refero rore per aua ſitim.

Et hic vltimus recurrit à fine per literas. Interim *aua* legit ſine diphtongo, & in voce *refero* literam *F*, vertit in *P*.

PRodierunt Viennæ in Auſtriâ anno 1647. Ioannis Valentini Archimuſici Cæſarei Retrograda, quæ ſiquidem Ferdinando III. eruditiſſimo Imperatori placuerunt, Lectori perito, & ingenioſo diſplicere non poterunt.

PRIMO' introducit Cæſarem ad Deum Opt. Maximum animum erigentem, dicentemque.

Oro, & te oro. Tu vt ſummus des, ſed ſanas ſedes: ſedes ſanas des: ſed ſummus Tu, vt oro, & Te oro;

Singulę voces ſunt retrogradæ, & ferè omnes ſemetipſas reponunt.

SECVNDO' agens de eodem Romanorum Imperatore, quia illum *Solem militum, & Martis Melodiam* appellauerat, ſic infit:

Ecce Roma tenet Solem.
Melos tenet Amor ecce.

TERTIO', inuictos Chriſti Domini Martyres, in Cælum ſubrigentes oculos videt, & exclamantes audit;

Imi non ibi ſumus, ibi ſumus illi non ſero iam maiores: ſerò iam maiores non illi ſumus ibi: ſumus ibi non imi.

QVARTO', vt Lectoris animum ad Crucem, & Chriſtum conducat, pro peccatore intercedit, & orat Ieſum Chriſtum his verbis.

Serua aures illi: illi ſerua aures.

Reſpondet Crucifixus Hieroſolymis ſpretus, & Romæ rogatus

Ibi iaui eà morte, & Roma rogor.
Rogor eà morte, & Roma iaui ibi.

Et iterum.

Eram mare, & iuui te: eram mare.

QVINTO', in S. Annæ ſolemnitate deuotum Lectorem ad Euchariſtiam inuitat, & concinit.

Chriſtus Dulcis Ieſus
In ſolemnitate
Annæ ſit Beatæ
Salutaris eſus:
Altâ voce Clama
AMA: MANNA EDE,) Retrograd.
EDE: ANNAM AMA.)

SEXTO', hunc Italicum verſum, *Amor es Arte* iubet redire in hunc, *E' trà ſe Roma*, recurſumq; exornat his Ogdonaſticis.

Roma tu ſei
Con arte Amatore
Vinci de' rei
E l'alma, e' l cuore;
Sei dolce fiamma,
Ch' il mondo infiamma
In ogni parte
Amor es arte.
Sei vago Cielo,
Che notte, e giorno
Ti fà tuo velo
Di raggi adorno.
Eterno hai canto,
Di Stelle il manto,
Di Sol la chioma,
E' trà ſe Roma.

Harmonia Metrica Ogdonaſtichi, quod quintò loco poſui, erat hæc: ABBA, CDDC. & illorum, quæ ſextò hæc: ABAB, CCDD.

SEPTIMO, quia viderat verſus à penultima dictione regredientes qualis eſt hic Hexameter.

Empyreum Deus his Sanctis exornat Olympum.

Qui à penultimâ rediens, dat hunc Pentametrum.

Exornat Sanctis his Deus Empyreum.

Dat hoc carmen, quod à penultimâ littera recurri videlicet,

GVST' ET SVGE.
9 8 7 6 5 4 3 2.1 10.

Et vt illud exornet Neomyſtam quemdam alloquitur, & hos numeros deuotè ingenioſus profundit.

Qui es ſacratus —A
Deo dicatus, —A.
Totumq; reliquiſti: —B
Tuo verbo raro —C
Fac adſit caro —C
Sanguiſq: IeſuChriſti: —B
A Mundo fuge, —D
Guſt', & ſuge. —D

Artificium metricum propoſuimus in margine

ne, & progrediendi, aut retrogrediendi modum expoſuimus hoc Diſticho.

Incipiens à G. percurras ſiue recurras,
Hoc in Deuoto Pegmate carmen erit.

De alijs Linguis.

☞ CCLXVIII.

DEdi exempla latina; potui illa ex alijs Idiomatibus ſumere; nec enim hæc Ars alicui linguæ, aut dialecto illigatur. D. Ioannes de Valdiuiero Madritenſis hoc Tetraſtichum per literas recurrens edidit.

Si amad' amiis
a los ſoles ſola,
yo ſoy eſe, yo ſoy,
adorada Roda.

Eum Galli, Itali, Germani, &c. poterunt imitari, & ſuis linguis numeros Retrogrados condere.

De Bilingui Retrogado.

ARtes promouentur quotidie, & ſunt laudabiles magnorum ingeniorum conatus, quæ omnem viam tentant, vt ad Sapientiæ Arcem perueniant. Retrograda fecerũt multi; Græca, Latina, &c. at quæ ad alterius linguæ leges fluerent, ad alterius refluerent, pauca vidi. Ex his paucis P. Dominici de S. Franciſco, Scholæ piæ Religioſi Diſtichũ Hiſpano-Latinum elegi, vt tibi proponerem. Eſt hoc.

Solo Pedro coge, ſi ſepa, de Roma Tiara. Hiſp.
Ara it amore dape, ſic ego corde Poles. Lat.

Dedicabatur Illuſtriſſimo D.D. Petro Vico, Archiepiſcopo Callerienſi, & quia ſenſum habet obſcurum, erit capax multiplicis expoſitionis.

MVSA II. SYLLABICA.

☞ CCLXIX.

AVDEREM dicere faciliùs poſſe fieri carmina regredientia per literas, quàm per ſyllabas: nam Literaria multa dedimus, & pauca ſumus daturi Syllabaria. Hanc ego regreſſionem apud Hiſpanos reperi, & ad Latinos tranſtuli. D. Ludouicus de Gongora, Poëta celeber, iterum, iterumq; nomen *Doctor* ſyllabatim inuertit: Do carmina.

Bien dixo, que Tordo *es*
Vn Dotorcillo hablador,
Cierto ingenio Cordoues:
Porq quien dixo Dotor,
Tordo *dixo del reues.*

Et iterum.

Ta que lo ſoy de la haz,
Hazedme de reues Tordo;
Dotor *digo. y ſea una verla*
Giralda del Capitolio.

Pentaſtichum eſt ex Gongoræ Comædiâ, quę inſcribitur *El Dottor Carlino*: Tetraſtichum ex iocis (nempe, *del Romance ſegundo burleſco.*) vbi vides nomen *Do-tor* redire ſyllabatim in *Tor-do* Sic etiam *Tha-ur* tranſit in *Hur-ta*; *Mon-ja* in *ja-mon*; & apud Latinos *Ro-ma* in *Ma-ro*; *Mo-ra* in *Ra-mo*, &c. Arte iam intellectâ, aliqua exempla ſubiungamus.

Sis De-a Te-myr-a; vi-ſis vi-a myr-te-a de-ſis.
Res fe-ra ſi va-no mi no-va ſi-ra fe-res.

Materiam laudo, & imitandam Lectori ſtudioſo propono; damno ſenſum, ſi damnari ille poteſt, qui nullus. Et eadem cenſurâ inuro lineas iſtas ſequentes.

Di-ui-no mi-ſe-ras ho-rto ho-ras ſe-mi-no; vi-di,
O-re re-fer-re (de-cor!) cor-de re-fer-re) re-o.

Summâ reducendi ſyllabas difficultate perterritus, mallem vnicam vrgere dictionem, & ſyllabatim ſcindere, quàm integra carmina texere. Dabo vnum, aut alterum exemplum, Gongoram imitatus.

NA-VA-LIS LIS-VA-NA.

Lite agis in terrâ, & bona tandẽ cauſa triumphat;
Et litem, haud vanam lucra fuiſſe probant.
Lite agis in pelago, tamen eſt ibi vana (Philarde)
Naualis lis. Hoc certa pericla probant.

MVSA III. DICTIONARIA.

CCLXX.

FREQVENTIOR eſt illius Muſæ concurſus, quo regeritur carmen & cogitur dictionatim recurrere. Eiuſmodi fluxus, refluxuſq; in linguâ Hiſpanâ Italâ, &c. ſunt faciles, frequentiſſimique. An-ne etiam in linguâ Gallicâ confici poterunt? Negant aliqui, exiſtimantes non poſſe aliter verſus recurrere, quam ſi numeri, & fluxus cogantur. Dominus Belleau, Poëta celeber, ſe Sonetum retrogradum feciſſe affirmat; primum eius Verſum Stephanus Tabourotius edidit. Ergo, ſicut vna linea potuit fieri ſine Grammaticæ, & Rhythmicæ iniuriâ, poterunt plures, ſi Philomuſi laborem adhibere voluerint. Exempla nonnulla produco.

Ludouicus Grotus, Adrienſis, Poëta celeber, fuit cœcus à natiuitate, ita tamen in Italorum numerorũ compoſitione excelluit, vt cum Homèro, Virgilio, & alijs veteribus meritiſſimè componeretur. Ipſius ſunt Retrogradi verſus, quos ſubijcio.

SONETTO.

Fortezza, e ſenno Amor dona non tolge,
Gioua non noce, al ben non al mal chiama.
Troua non perde honor, coſtumi, fama.
Bellezza, e caſtità lega non ſciolge.
Dolcezza non affanno l'huom ne volge,
Noua perfidia Amor rompe non trama,
Proua non crucia, il duol' odi, non ama,
Prezza non ſcherne in buon non in rio volge.
Vita non morte dà, gioia non pena,
Sorte buona non ria, frutta non danno,
Inuita al Ciel, non all'Inferno mena.
Accorte non cieche hor l'Alme ſi fanno,
Aita non offende, arma non ſ. ena,
Forte non molle Amor, Dio non Tiranno.

Fluunt ſuauiſſimè hæ lineæ, at in refluxu duriores aliquando videntur. In reciprocatione ſuâ Hiſpanici, qui ſequuntur, maiorem vniformitatem obſeruant.

SONETO.

Sagrado Redentor, y dulce Eſpoſo,
Peregrino y ſupremo Rey del Cielo,
Camino Celeſtial, firme Conſuelo,
Amado Saluador, y Sol hermoſo.
Prado ameno apacible deleitoſo,
Fino Rubi, engaſtado Fuego en Yelo,
Diuino amor, paciente, y ſanto Zelo,
Dechado perfectisſimo, y glorioſo.
Mueſtra de Amor, y Charidad ſubida
Diſtis Señor al Mundo haziendo-os hombre,
Tierra pobre y humilde à Dios juntando.
Veniſtis Honbre y Dios, Amparo y Vida,
Nueſtra Vida y Miſeria mejorando!
Encierra tal Grandeza, tal renonbre.

Hæc carmina recurrere poſſunt, ſeruato ſenſu, ſeruato rhythmo, ſeruatâ conſonantiâ: ſeruant enim hanc, cùm fluunt, ABBA. ABBA. CDE. CED. hanc, cum refluunt FGGF. FGGF. HIK. IHK. quòd ipſum clariſſimè patebit, ſi per ſingulas lineas recurramus.

SONETO.

Eſpoſo dulce, y Redentor ſagrado,
Cielo del Rey ſupremo, y peregrino,
Conſuelo firme y celeſtial camino,
Hermoſo Sol, y Saluador amado.
Deleitoſo apacible ameno Prado
Yelo, en Fuego engaſtado. Rubi fino,
Zelo ſanto y paciente, Amor Diuino,
Glorioſo y perfectisſimo dechado.
Subida Charidad, y Amor de Mueſtra,
Honbre os haziendo Mundo al Señor diſtis
Iuntando Dios a humilde y pobre Tierra.
Vida y Amparo, Dios y Honbre veniſtis,
Mejorando Miſeria y Vida nueſtra,
Renonbre tal, Grandeza tal encierra.

Vbi notandum eſt in linguâ Hiſpanicâ (quod idem accidet in Gallicâ, Italicâ, & alijs quibuſcumque, quæ carent nominum caſibus, & declinationibus) in refluxu mutari ſæpè ſenſum, & curandum, vt in meliorem, aut ſaltem in bonum, & nitidum tranſeat. Hinc eſt, quod in progreſſu dicatur à noſtro Poëta Chriſtus, *Rey del Cielo: engaſtado Fuego en Yelo; Mueſtra de Amor;* & addantur illa verba *Diſtis Señor al Mundo*, nec-non *Tierra à Dios juntando*; vnde conſtat noſtrum Redemptorem dulciſſimum eſſe *Regem Cœli, ignem inſertum Gelu, Specimen Amoris, dans Dominum Mundo, & Terram Deo coniungens*. Hæc omnia loquuntur, in fluxu; at verò in refluxu, eundem eſſe *Cœlum Regis; Gelu inſertum Igni, Amorem ſpeciminis, dantem mundũ Domino,*

atque

atque *Terræ Deum coniungentem*, quæ omnia debito ſenſu de Chriſto Domino verificantur.

Caſtalij Oceani fluxus, & refluxus Latini.

SIcut retrogredi Rhythmi Hiſpani potuerūt, ſic & Latini poterunt, ſi debitâ curâ condantur. Talia ſunt.

Atlantis ſplendor Phœbe, cum ſenſit eclipſim
Retraxit veneranda pedem, ceruice reflexâ
Reclamans titubare Polum, ſacra ſydera labi.

Recurrunt enim dictionatim ſenſu & metro ſeruato; poſſumus enim dicere.

Eclipſim ſenſit cùm Phœbe ſplendor Atlantis,
Reflexâ ceruice pedem verecunda retraxit,
Labi ſydera ſacra, Polum titubare reclamans.

Huc pertinet ille verſus, qui primorum fratrum (Caini, & Abelis) affectum erga Deum exponit. Dicebat Abel.

Sacrum pingue dabo, nec macrum ſacrificabo.

Et Cain contra.

Sacrificabò macrum, nec dabo pingue ſacrum.

PETIS, An Veteres verſus recurrentes condiderint? Reſpondeo fuiſſe olim aliquam verſuum recurrentium notitiam conſtare ex Martiale dicente. *Nec retro lego Soradem Cynedum.* Interim etiam video non arte, & voluntate, ſed caſu aliquos condidiſſe. Sic Virgilius; dicens,

Quid faciat lætas ſegetes, quo ſydere terram.

Noluit verſum recurrentem condere, condit tamen: nam iſte regreditur ſic.

Terram ſydere quo? ſegetes lætas faciat quid?

Impolitus, & inconcinnus eſt in recurſu. Talia omnia videntur, quæ fiunt naturâ, quā Ars perficit. Ergo, vt eleganter recurrant verſus, leges conuenientes ponamus.

Refluxuum Leges.

☞ CXLXXI.

FLuit, & refluit Oceanus; nec tamen æſtuum reciprocatio lege caret, pendet à cælo, à terrâ: à Lunâ, à Sole, ab aſtris: à montibus, oris, & ventis. Vnde mirum non erit, ſi Oceanum Metricum Legibus, Regulis, & Præceptis ſubdamus. Leges ergo Refluxuum inſcribamus his tabulis.

TABVLA I.

De Hexametris.

<table>
<tr><td colspan="4">A Monoſyllabo.</td></tr>
<tr><td>[;—;|;v;|oov|;vv;</td><td>(;——;)</td><td>1</td><td>D.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;vv—;)</td><td>2</td><td>G.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;'v'vv;)</td><td>3</td><td>K.</td></tr>
<tr><td colspan="4">A Diſſyllabo.</td></tr>
<tr><td>[;—v|;v|;—v|;vo</td><td>(;——;)</td><td>4</td><td>D.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;vv—;)</td><td>5</td><td>G.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;vvv;)</td><td>6</td><td>L.</td></tr>
<tr><td colspan="4">A Triſyllabo.</td></tr>
<tr><td>[;o——|;ϖ—v</td><td>(;v—?)</td><td>8</td><td>C.</td></tr>
<tr><td>[;o—v;</td><td>(;vv;)</td><td>9</td><td>A.</td></tr>
<tr><td></td><td>(——?)</td><td>10</td><td>F.</td></tr>
<tr><td></td><td>(vv—?)</td><td>11</td><td>G.</td></tr>
<tr><td>[o——?|;ϖ—v;
[o—v;|</td><td>(</td><td>12</td><td></td></tr>
<tr><td>[o—v;|;ϖ—v</td><td>(;vv;)</td><td>13</td><td>A.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;v—?)</td><td>14</td><td>E.</td></tr>
<tr><td></td><td>(vv—?)</td><td>15</td><td></td></tr>
<tr><td></td><td>(——?)</td><td>16</td><td>F.</td></tr>
<tr><td>[;*v;|;—v|;vo</td><td>(;vv—?)</td><td>17</td><td></td></tr>
<tr><td></td><td>(;vvv;)</td><td>18</td><td>L.</td></tr>
<tr><td></td><td>|(——?)</td><td>19</td><td></td></tr>
<tr><td>[*v;|;—v;vo</td><td>(;vv—;)</td><td>20</td><td>G.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;——;)</td><td>21</td><td>D.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;ϖ—;)</td><td>22</td><td></td></tr>
<tr><td>[;*v—|;—v|;vo</td><td>(;vvv;)</td><td>23</td><td>L.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;vv—?)</td><td>24</td><td></td></tr>
<tr><td></td><td>(;——?)</td><td>25</td><td></td></tr>
<tr><td>[;*—?|;—v|;o—</td><td>(;vv)</td><td>26</td><td>B.</td></tr>
<tr><td>[*—;|—v;|vv;</td><td>(;vv—;)</td><td>27</td><td>G.</td></tr>
<tr><td></td><td>(;——;)</td><td>28</td><td>D.</td></tr>
</table>

Diagramma Axium.

Diſſyllabi:

<table>
<tr><td>A.</td><td>(;vv;)</td><td>9. 13.</td></tr>
<tr><td>B.</td><td>(;vv)</td><td>26.</td></tr>
<tr><td>C.</td><td>(;v—?)</td><td>8. 12. 14.</td></tr>
<tr><td>D.</td><td>(;——;)</td><td>1. 4. 19. 22. 25. 28.</td></tr>
<tr><td>E.</td><td>(;——)</td><td>19. 25.</td></tr>
<tr><td>F.</td><td>(——;)</td><td>10. 16.</td></tr>
<tr><td colspan="3">Triſyllabi.</td></tr>
<tr><td>G.</td><td>(;vv—;)</td><td>2. 5. 17. 20. 24. 27.</td></tr>
<tr><td>H.</td><td>(;vv—)</td><td>17. 24.</td></tr>
<tr><td>I.</td><td>(vv—;)</td><td>11. 15.</td></tr>
<tr><td>K.</td><td>(vvv;)</td><td>3.</td></tr>
<tr><td>L.</td><td>(;vvv;)</td><td>6. 18. 23.</td></tr>
<tr><td>M.</td><td>(;———;)</td><td>7.</td></tr>
</table>

 Si hanc

Si hanc ſequaris Tabulam non poteris In Carminum refluxu oberrare. Rem exemplo aliquo dilucidemus. Sed in quo vis modo aliquod carmen retrocurſurum componamus? In quinto? Ego formam ſubſcribo.

I. II. III. IV. V.
[; — v |; v |; — v |; v o (; v v — ;)
'XI 'IIIA 'IIA 'IA 'A

Modò ſupereſt quærere conuenientẽ materiã quã numeri premiſſi informẽt. Sic modulor,

Sērtă-quĕ pŭlchră dīcŏ SVPERIS,

Sed quomodo carmen abſoluam? aut reſiliendo per eadem verba, aut per ſimilia, aut petendo à tabula Axium alios retrogrediendi modos. Primò igitur reſilio per eaſdem voces,

Serta-què pulchra dico SVPERIS dico pulchra-q; ſerta.

Secundò reſilio per æquiualentes, nimirùm per voces æquiformes, habentes eamdem quantitatem vocalium, & eamdem puritatem, aut impuritatem in terminis [illa enim dictio incipit purè, quæ à vocali; impurè, quæ à conſonã; & eodem modo loqui ſolemus, & debemus de fine.] Sic inquam;

Serta-que pulchra dico SVPERIS, peto, dona-que magna.

Prius Carmen, ſeu flueret, ſeu reflueret, erat idem: & hoc poſterius varietate non caret; nam ſi per illud recurramus, inueniemus;

Magnaq; dona peto, SVPERIS *dico pulchra-que ſerta.*

Tertiò conſiderato Axe, inquiro alios retrocurrendi modos: & inuenio hunc modum quintum notari litera G. quæ in tabula Axiũ me docet poſſe compleri refluendo per modos 2. 5. 17. 20. &c. Do formam.

[; — v |; v |; — v |; v o (; v v — ;) ; v v; | o o v |; v; |; — ;] 2
; v o |; — v |; v |; — v] 5
; v o |; — v |; * v;] 17
; — ? |; — v; | * v;] 20

Ecce quot poteſt compleri modis modus quintus. Formam habes ab oculos, materiam requiris: eam ſuppedito. Ad Angelorum Imperatricem mentem ſubrigo, & aio.

Flexa re-flexa Tibi RECITANS canit Oſanna cor flens,
Multa-que læta Tibi MODVLANS, mihi mœſta-que metra,
Dicta-que ſcita modò REFERENS, Tibi Virgo præhenſus
Feſta-que grata dico, MELIVS ſol ſpendet ijſdem.

Fluxi ad Mariam, cæleſtium perfectionum Oceanum vt iterum refluam; ergo linguâ reciprocâ eadem verba relegamus.

Cor flens Osãna canit, RECITANS *Tibi flexa, reflexa;*
Metraq; mæſta mihi, MODVLANS *Tibi, læta-q; multa*
Prænſus Virgo Tibi, REFERENS *modo, ſcita-q; dicta*
Ijſdem ſplendet Sol MELIVS, *dico grata-que feſta.*

Hæc de formâ, & præparatione materiæ adnotaſſe ſufficiat; cætera ab exercitatione dependent: progrediamur vlterius, & aliquid dicamus.

De Refluxu Pentametri.

☞ CCLXXII.

QVoniam etiam ad leges illud, & ad regulas certas reduco, & deſidero ſubſcriptos numeros attento animo conſiderari.

TABVLA II.

De Pentametris.

A Diſſyllabo.

[o v	; v — v;	o o ||	1.
[; o v; v — v |; o o ||	2.
|; o v ||	3.
[o v;	o — v;	o v; ||	4.
[o v	o — v; ' o v; ||	5.
[o —	o — v	; o v ||	6.
[o —	o — v;	o v; ||	7.
[* ;	o — v;	o v ; ||	8.
[* ;	o — v	; o v; ||	9.
[; * ; o — v |; o v; ||	10.
|; o v; ||	11.
	— v; ||	12.
|; o o ||	13.
[; *	o — v	— v ||	14.

A Triſyllabo.

[o v v |; — v v — ||	15.
[o o v?	— v v — ; ||	16.
[; o v v;	— v v — ? ||	17.
— v v o ; ||	18.
[; o o v |; — v v o ; ||	19.
	— v v o ; ||	20.
|; — v v — ? ||	21.
[; o o v; |; — v v — ? ||	22.
	— v v o ; ||	23.

A He-

A Tetraſyllabo.

Omnes Modi Triſyllabi inuerſi.

A Heptaſyllabo.

[? — ᴗᴗ — ᴗ ᴗ — ? || 24.

Habes Viginti quatuor modos conficiendi mediam partem Pentametri; debeſq; binas ſemiſſes ea cautela ponere, vt nec cæſura elidatur ſynalepha, aut Ecthlipſi nec maneat breuis; tametſi hoc vltimũ non ita vitari debebit.

Refluentium Dictionum Accidentia,

☞ CCLXXIII.

PRIMO in refluxu mutari poteſt quantitas indifferentium ſyllabarum. SECVNDO etiam accentus. TERTIO' poſſunt dictiones diuidi, & aliter iterum conſolidari. *Quæ omnia* meliùs exemplis poterunt dilucidari, quàm præceptis. Cõſiderentur hæc Diſticha.

Tum-ſacra Muſa piâ cantat piâ voce ſacra-tũ
Tum-ſacra voce piâ cantat piâ Muſa ſacra-tum
Et-Pater inde canit Phœbi, ſoror vnde Pater-&.
Et-Pater, vnde ſoror Phœbi canit, inde pater-et
Venimus alte Deus, rurſus Pater alme venîmus,
Venimus alme Pater, rurſus Deus alte venimus
Sacratus ſermo ſtellatum voluit Atlantem.
Atlantem voluit ſtellatum ſermo ſacratus.
Agreſtis, leporiſ-q; ſacrum fero; talia canto.
Canto Talia: fero ſacrum-que leporis agreſtis.
Iro-in certamen Iuuenes, certamen ad-ito.
Ito-ad certamen Iuuenes, certamen in-ito.
Flexa reflexa modò recitans canit O'ſana cor flens.
Flen cor Oſana canit, recitans modò flexa reflexa.
Ni-Pater ipſe decns populi colit ore pater-nam.
Nam Pater ore colit populi decus ipſe pater-ni.
At-decor inde tuus, multum decus vndè pater-num.
Num-Pater vnde decus multum? Tuus inde decôr-at.

Singuli verſus loco legum, & præceptorum poſiti, formam offerunt, ad quam poſſis materiam elimare.

De Refluxu a Pentametro.

☞ CCLXXIV.

VIdimus, quo impulſu, & motu Hexameter ſeorſim regreditur; quo Pentameter etiam ſeorſim, quin alter dictionem ſuffuretur ab altero: oportet examinare modò qualis ſit rĕcurſus à Pentametro, in quo iſte vltimam dictionem ſuffuretur ab altero: in quâ, ſicut in axe librentur Diſtichorum lances. Exempla adiungo,

REFLVENTIA MONOSTICHA.

Magorum ſermo crudelem turbat Herodem;
Præueniens mala Rex ſons bona dilacerat.
Herodem turbat crudelem ſermo Magorum:
Dilacerat bona ſons Rex, mala præueniens.

REFLVENTIA DISTICHA.


Diſtribuens benè ſol radios depingit Olympum,
Sydera cælorum, qui malè proripuit.
Proripuit male qui Cælorum ſydera Olympum
Depingit, radios ſol benè diſtribuens.

In primo exemplo Hexameter, etiam à Pentametro exciſus, fluit, & refluit: quod & facit Pentameter ab altero verſu non dependens: quam obrem eiuſmodi reciprocatio *Monoſticha* poterit dici. At in ſecundo fluxus, refluxuſq; non inuenitur in ſingulis, ſed in binis; ideo eiuſmodi reciprocario nominabitur *Diſticha*; & in præſentiarũm explicabitur. Et vt poſſit faciliùs, hæc ſunt exempla contemplanda.

I II. III. IV.
Sollicitudinibus grauibus torquetur Achilles.
VII, VI. V. IV.

Eſt Carmen reſiliens, & ex Hexametro in Pentametrum tranſiens, legi enim poteſt,
Sollicitudinibus grauibus torquetur Achilles,
Torquetur grauibus ſollicitudinibus.

Et hoc ipſum Diſtichum ab vltimâ Dictione redit, poteritq; ad apices ſequentes reduci.



In hoc Paradigmate non depinguntur conſonantes; illæ aut ex ſuperioribus, aut ex recurſu noſci debent. Prima illa dictio Heptaſyllaba -vv-vv- poterit diuidi iuxta regulas poſitas §. V. Addo exempla.

AD HOSTEM.

Innumerabilibus Mauors vexatur Iberus
Tempore tranquillo ſollicitudinibus.
Inſuperabilibus pilis, ſed tempore belli
Fulmina diſplodens te citò dilacerans.
Dilacerans citò te diſplodens fulmina belli
Tempore, ſed pilis inſuperabilibus.
Sollicitudinibus tranquillo tempore Iberus
Vexatur Mauors innumerabilibus.

De Contradictorio Refluxu.

☞ CCLXXV.

Reperiuntur carmina contrario ſenſu reuertentia. Monoſticus eſt fluxus, & refluxus in iſtis.

Reclamat generoſa Themis; Fortuna Tetrarchæ
Arua per ima iacet? victrix volat alta per aſtra.
Tetrarchæ Fortuna (Themis generoſa reclamat)
Aſtra per alta volat victrix? iacet ima per arua.

Diſtichus in ſequentibus, qui ideò ab vltimâ dictione leguntur.

Laus tua, nõ tua fraus; virtus, non copia rerũ,
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Conditio tua ſit ſtabilis, nec tempore paruo
Viuere te faciat hîc Deus omnipotens.
Omnipotens Deus hîc faciat te viuere paruo
Tempore, nec ſtabilis ſit tua conditio.
Eximium decus hoc fecit te ſcandere rerum
Copia, non virtus; fraus tua, non tua laus.

Nemo, quem ſciam plura huius vlt.mi generis compoſuit carmina, quàm Ioannes Sturmius Medicus Louanienſis, qui Ludum Fortunæ libris tribus complexus, vt nouus Apollo omni quæſtioni reſpondebat reddens Diſticha contrario ſenſu recurrentia à Pentametro. Tanto illo labore, & ſtudio, tam improbâ aſſiſtentiâ eiuſmodi metra componebat Sturmius, vt vniuerſis alijs curis Poëticen anteferret.

Potuit Sturmius eſſe diues, & noluit; noluit enim ingenium vendere, ſed ſtudere rebus quæ placebant ſibi, placerent, aut diſplicerent alijs. Eum ego laudo, & extollo, qui enim ſtudent, non vt ſciant & delitijs literarum fruantur, ſed vt ditescant tantum, liberales non ſunt, ſed mechaniei, adeòq; indigni, qui ſtudeant Artibus Liberalibus. Huius Viri, quidquid ſit de facultate Medicâ, in Metricâ, & Refluente præcipuè, facilè Principis habeo. Retrograda, quæ non extant in LVDO FOTVNÆ, ederem illa ne perirem, niſi editionem nouam ab hæredum diligentiâ exſpectarem: ſubſcribam nihilominus. Carmen reciprocum, quo Naturam, prodigiaq; Cometæ Anni M DC XVIII. expoſuit Diſtichis in ſenſum contrarium recurrentibus.

Porrò de Natura Cometæ multa Phyſici, multa Aſtronomi, & tamen Sturmius ſe expedit ab hac difficultate hoc Diſticho.

QVID EST COMETA?

Eſt mera ſtella ibi, non ardet ſic copia fumi;
Lumine fit ſolis, non ea barba flagrat.
Flagrat barba ea, non Solis fit lumine; fumi
Copia ſic ardet, non ibi Stella mera eſt.

In quo, vt videtur curſui contradicit recurſus. Et quidem plures conſentientes opiniones legi; tã de ſignificatione Cometarũ iſtorum: quam de eorumdem naturâ. Illos publica infortunia portendere tenet communis hodie opinio, quam tamen præiudicium Turcellinus appellat, & cœleſtes hos ignes eſſe feſtiuos, ait, & fati benigni præſagos. Vt puto annis ſingulis. *Sunt mala mixta bonis, ſunt bonâ mixta malis*; Et quia ab hiſtoriâ debet pendere reſolutio, tam multa, opinor, bona operire poterimus, quæ adpropriemus Cometæ, quàm mala. Dabo interim Iudicium Sturmij contrarias ſententias componentis. Si nouorum Ignium perterrearis aſpectu, tibi cõſonat Sturmius influẽs; ſi delecteris tibi addit Sturmius refluens, & recurrens ſolamen. Tu attentè lege carmina. Illa ſubſcribo.

HORRENDA COMETÆ PRODIGIA.

Interitum id Sidus radians, haud nunciat ortum.
Principis: ito retro, non bona vaticinor.
Occiduis nocet hæc lux, nec blanditur Eöis,
Infeſtat Boreos, non ea amica Noto eſt.
Teutonibus mala, nec Belgis fert proſpera, Iberis
Aſpera non populis hæc fauet Auſonia,
Fla[illegible] percutienda eſt, nec tuta Auſtria abibit,
Turbat non recreat fax noua Pannoniam
Hercyniam opprimet armatis, neque culta colonis
Arua dabit: perdet, nec ſata perficiet. (ipſos,
Quadrat ſtella male hæc Batauis, haud vniet
Puniet hos vndis, haud locus obſtat huic.

Is tur-

Iſturbas mare, nec toto finis orbe carinas
Ire: negas reditum, nec freta pandit ijs.
Agros perdet ibi, non tuto erit æquore inundans;
Submerget Batanos non mare placatijs.
Eſt fera vbique ea, non lampas ſatis æqua: ſepulchro
Orta datur ſoboles, hinc neque viua patri.
Deeſt illa auxilio haud infantem promouet ortum:
Impedit, aut fœtus, exitui apta præeſt.
Patrat monſtra, neque eſt inceptis: obſtat
Fructibus, haud teneris aſſiduo ipſa præeſt
Interimet priùs, haud nuptas dabit eſſe puellas
Ite facit ſteriles non citò fructiferas.
Lethiferas modo fert peſtes, nec pharmaca gignit.
Commoda dat calidas, haud ſine morte febres.
Replet cæde loca, haud tectis hæc abſtinet: ignem
Inijcit accenſum, non cauet ipſa ſacris.
Exitium parit, haud regnis proderit: Vrbes
Diruet excelſas, non (puto) reſtituet
Nobilibus mala, nec popula hinc optanda propinat:
Stella dat hæc inopem, fruge, nec implet agrū.
Euacuat ſtabula haud multis replet aucta iuuentis
Eſſe facit miſeros, haud fauet agricolis.
Eſt mala barba ea, non Superum hinc abit ira: Cometes.
Arma parat nobis non bona ſignificat.

ORACVLA EIVSDEM COMETÆ FALICIA.

Significat bona, non nobis parat arma Cometes:
Ira abit hinc Superum, non ea barba mala eſt
Agricolis fauet haud miſeros facit eſſe iuuencis:
Aucta replet multis, haud ſtabula euacuat.
Agrum implet, nec fruge inopem hæc dat ſtella propinat;
Optanda hinc populo, nec mala nobilibus.
Reſtituet (puto) non excelſas diruet Vrbes
Proderit hæc Regnis haud parit exitium.
Sacris ipſa cauet non accenſum inijcit ignem
Abſtinet hæc tectis haud loca cæde replet.
Febres morte ſine, haud calidas dat commoda gignit
Pharmaca, nec peſtes fert modo lethiferas.
Fructiferas citò non ſteriles facit ire puellas,
Eſſe dabit nuptas haud prius interimet.
Præeſt ipſa aſſiduò teneris haud fructibus: obſtat
Vtilis inceptis eſt neque monſtra patrat.
Præeſt apta exitui fœtus haud impedit ortum
Promouet infantem haud auxilio ipſa deeſt.
Patri viua neq; hinc ſoboles datur orta ſepulchro
AEqua ſatis lampas non ea vbique fera eſt.
Iis placat Mare non Batanos ſubmergit inundans,
AEquore erit trito, non ibi perdet agros.
Iis pandit freta nec reditum negas ire carinas
Orbe finis toto, nec mare turbat ys.

Huic obſtat locus haud vndis hos puniet ipſos
Vniet haud Batanis hæc male ſtella quadrat
Perficiet ſata nec perdet, dabit arua Colonis
Culta neque armatis opprimet Hercyniam.
Pannoniam noua fax recreat, non turbat abibit
Auſtria tuta nec eſt percutienda flagro
Auſoniæ fauet hæc populis, non aſpera Iberis
Proſpera fert Belgis, nec mala Teutonibus.
Eſt Noto amica ea non Boreos infeſtat Eöis
Blanditur, nec lux hæc nocet occiduis.
Vaticinor bona non retrò ito Principis ortum.
Nunciat haud radians ſidus id interitum.

ADdam Morale Octaſtichum; quod in Capellâ S. Benigni Diuionenſis (*de Dyon*) etiamnum extſtat, quod Angelus ab initio, & Diabolus à fine legi præcipit. Verſus ſubſcribo.

Delicias fuge, ne frangaris crimine, verùm
Cælica tu quæras, ne male diſpereas.
Reſpicias tua, non cuiuſuis quærito geſta
Carpere, ſed laudes, nec preme veridicos.
Iudicio fore te præſentem conſpice toto
Tempore nec Chriſtum te rogo deſpicias:
Saluificum pete, nec ſecteris dæmonia Chriſtum
Dilige, nequaquam tu mala concupito.

Author creditur eſſe P. Iacobus Perchet, qui in eadem tabulâ monet Lectorem dicens.

Lis à l'endroict ſauué ſeras.
Lis à l'enuers, damné ſeras.

Et cur hoc vltimum? quia à fine ſunt ſacrilegi, & reddunt hunc pernitioſum ſenſum.

Concupito mala tu, nequaquam dilige Chriſtum,
Dæmonia ſecteris, nec pete ſaluificum:
Deſpiciam rogo te Chriſtum, nec tempore toto
Conſpice præſentem te fore iudicio:
Veridicos preme, nec laudes, ſed carpere geſta
Quærita cuiuſuis, non tua reſpicias,
Diſpereas male, nec quæras tu Cælica verum
Crimine frangaris, ne fuge delicias.

Numeralium, & Marinarum Dearum Synodus.

☞ CCLXXVI.

COactę in eâdem multicollis Parnaſſi Vallem Deæ communi influxu mentem labium, & calamum Ioannis Sturmij direxerunt, vt Etheoſtica Retrograda modularetur. Neſcio eiuſmodi carmina reperiri apud alium; Ego hæc ſubijcio.

IVDI-

IVDICIVM DE VBERTATE.

Anni M DC XXXII.

TerrIgenis MaLa non Donans eſt frugIfer annVs:

LæſerIt has gentes paX, neqVe fIet IIs.

Anni MDCXXXIII.

Eſt noVa proIICIenDa hIC ſors, non DIXero fIet

ILICò paX: anCeps eſt, neque CLara ſat eſt.

Anni MDCXXXIV.

IIs fIet, neqVe paX gentes has rIſerit: annVs

VtILIa eſt Donans, non MaLa terrIgenIs.

IVDICIVM DE PACE pro Anno MDCXXXIII.

OPINIO loquitur; utinam vera.

VatICInor bona, non beLLans hIC LabItVr annVs.

paCIfer eſt venIens, non maLa ContrIbVIt.

proVenIet, neqVe paX gentes hIC rIſerIt, anno

sIt præſente InIens, haVD patrIæ orDo Deeſt.

paX rata, neC fera faX aſſat pLena horrea: Ceſſant

TyMpana, neC CantVs fLat tVba terrICrepos.

TerrIgenIs bona Dans eſt, non hos proterIt annVs:

proDerIt hIs VenIens paX, neqVe DefICIet.

AgrIcoLIs faVet, haVD frVCtVs hIs DeſtrVet annVs:

VoLVItVr hVc popVLIs paX, neqVe reIICItVr.

IIs fIet, neque paX gentes has DeſerIt: annVs

frVgIfer It Labens, non MaLè terrIgenis.

Eſt ſat CLara, neqVe eſt anCeps paX: ILLICò fIet,

DIXero non ſors hInC proIICIenDa retrò eſt.

ContrIbVIt bona, non beLLans hIC LabItVr annVs:

paCIfer eſt VenIens, non MaLa VatICInor.

SVSPICIO Reſpòndet, Vtinam falſa!

VatICInor MaLa, non VenIens: eſt paCIfer annVs

LabItVr hIC beLLans non bona ContrIbVIt.

Eſt retrò proIICIenDa hInC ſors non DiXero, fIet

ILICò: paX anCeps eſt, neqVe CLara ſat eſt.

TerrIgenIs MaLè, non Labens It frVgIfer annVs:

DeſerIt has gentes paX, neqVe fIet IIs.

reIICItVr, neqVe pax popVLIs hVc VoLVItVr annVs

DeſtrVit hIs frVCtVs, haVD faVet agriCoLIs.

DefICIet, neqVe paX VenIens hIs proDerIt: annVs

proterIt hos, non eſt Dans bona terrIgenIs.

TerrICrepos tVba fLat CantVs, neC tyMpana Ceſſant:

Horrea pLena aſſat faX fera, non rata paX.

Deeſt orDo PatrIæ, haVD InIens præſente ſIt anno:

rIſerIt hIC gentes paX, neqVe proVenIet.

ContrIbVIt MaLa: non VenIens eſt paCIfer annIs.

LabItVr hIC beLLans, non bona VatICInor.

Heterometer retrogreſſus.

☞ CCLXXVII.

PVlchra quidem, ſed difficilia ſunt ea Carmina, quæ quando fluunt vnius generis ſunt, & quando refluunt, alterius toto cœlo diuerſi. Eiuſmodi eſt ſequens Hexametrum.

Agros Aprilis pinxit, concepit vt imbrem.

Imbrem vt concepit, pinxit Aprilis agros.

Quod quidem graditur ſex pedibus, & regreditur quinque. Hoc genus carminum pulchrum eſt, & poſſet hac ideâ conformari.

| o—;| o—v;|;—v;|;— —v;| v:|—v |

|;o—;| o —o |;—v,|;— —v;|vv;|— v |

Vltima dictio, nempe —v debet incipere à vocali, & debet etiam in vocalem deſinere; at poterit deſinere etiam in M. quia & hæc poteſt diglutiri in regreſſu.

Sunt hi Verſus difficiles, non enim ſemper occurrunt voces, quales deſiderantur: præponam nihilominùs aliquos, quos P. Nicolaus Lucenſis, Capuccinus, Concionator Eximius, & Poëta celeber, me poſtulante condidit: quos poteris imitari; nam ſub eâdem Ideâ ingenioſas continent differentias.

Horeb Hebræus Sanctus Mons ſurgit in altum.

Altum inſurgit Mons Sanctus hebræus Horeb.

Hebron agroſus, comis Vir, cultus & oſtro.

Oſtro & cultus Vir comis, agroſus Hebron.

Hebron Dauidis nota Vrbs, & Regia quondam.

Quondã Regia, & Vrbs nota Dauidis Hebron.

Hebron apricus flumen dat nomen & Vrbi.

Vrbi & nomen dat flumen apricus Hebron.

Atlas Eous fortis Vir portet vt Orbem.

Orbem vt portet Vir fortis Eous Atlas.

Atlas apricus celſus mons, tangat vt Aſtra.

Aſtra vt tangat mons celſus apricus Atlas.

Agris Hetruſcus Magnus Dux, diues & auro.

Auro & Diues Dux Magnus Hetruſcus agris.

Agros

Agros Hetruſcus ſeruat, cuſtodit vt Vrbem.
Vrbem, vt cuſtodit, ſeruat Etruſcus agros.
Agros Hetruſcus vaſtat, venatur, vt Aprum.
Aprum vt venatur, vaſtat Hetruſcus agros.
Agros Orion fœtat, demittit vt imbrem.
Imbrem, vt demittit, fœtat Orion agros.
Atrox Hebræus mactat, conculcat, & Agnum.
Agnum & conculcat, mactat Hebræus atrox.
Apros agreſtis ſternit venatur vt Vrſum.
Vrſum vt venatur, ſternit agreſtis Apros,
Apros Hetruſcus ſtrauit, Dux fixit, vt haſtâ.
Haſtâ, vt fixit Dux ſtrauit Hetruſcus Apros.

ADdam aliam ideam, quæ etiam Hexametrum in Pentametrum vertat.

|∪—|—∪|∪∪|—|∪—|—∪∪—∪|

Ad quam climatus eſt iſte verſus.
Patrum dicta probo, nec ſacris belligerabo.
Qui in ſenſum oppoſitum, & in hunc Pentametrum reſilit.
Belligerado ſacris, nec probo dicta Patrum.
Hi faciliores ſunt, & ideò plures id genus apud viros doctos inuenies.

SIcut hexameter recurrens dedit Pentametrum, ſic Pentameter dare poteſt Senarium Iambicum. Scaliger hoc exemplum poſuit.
Altera regreſſu metra recurſa meant.
Cuius recurſus dat hos numeros.
Meant recurſa metra regreſſu altera.
Idea, quam debet Poëta ab oculos habere, eſt hæc.

|—∪ ———| —| ∪—|∪—|

Omnes dictiones præter vltimam debent in ſenſum oppoſitum in vocalem deſinere: vltima poteſt deſinere in vocalem, aut conſonantem. Prima debet incipere a vocali, cæteræ à conſonante. Poterit fieri contrà, nempè vt pleræq; omnes voces, quæ à conſonante incipiunt, incipiantà vocali; & quæ in conſonantem deſinunt, deſinant in vocalem. Ideam ſubiungo

|∪— ———|—∪|∪—∪|∪—|

Et exemplum ſubſcribo.
Sacrant immenſas grandis honoris opes.
Ex quo Pentametro regrediendo Iambicum Senarium deducemus. Videlicet,
Opes honoris grandis immenſas ſacrant.

EX Senario Iambico conficere Trochaicum poteris, ſi hanc Ideam ſequaris.

|∪—∪|—|∪—∪|—|—|—∪—|

Dictionum initio, finiq; adde conſonas, quas quantitas ſyllabarum in curſu, & recurſu patiatur. Conſidera verſum ſequentem.
Diſerta vox, amica lex, ius optimum.
Qui eſt Iambicus, & in hunc Trochaicum conuertitur.
Optimum ius, lex amica, vox diſerta.
Poſſemus, & alia verſuum genera meditari, & eorum recurſus ad regulas, & leges reducere: ſed aliquid Lectoris ingenio relinquamus,

Recurſus a Dictione penultima!

☞ CCLXXXVIII.

VIdimus hucuſque carmina ab vltima voce regredientia; formemus modò nouũ methodum, ad quam noua climemus Carmina, quæ à penultima dictione retrocurrant. Omnium igitur primo Ideas exemplares proponamus.

I. |—∪|∪∪|——||∪∪—|—|—∪][∪—∪]
II. |—∪|∪∪|——||∪∪—|—|—∪][∪—∪]
III. |——∪|∪∪—||∪∪—|——∪][∪—∪]
IV. |——∪|∪∪—||∪∪—|——∪][∪—∪]
V. |—∪∪|———||∪∪—|—|—∪∪][—∪]
VI. |—∪∪|———||∪∪—|—|—∪∪][—∪]

Præter iſtas ſex, poſſem & alias, quæ in eaſdem ferè reciderent enumerare; nam || ſignificant Pentemimeſin, & carmen aliquo ex alijs modis poſſe claudi: ſed aliquid Lectori eſt relinquendum, vt exercendi ingenium, & nouos excogitandi modos habeat occaſionem, & anſam. Supereſt, vt aliquo exemplo ideas poſitas dilucidemus.

AD DEIPARAM.

——— ———Salue
Maxima Cœlorum Princeps; lux candida; Patris
Filia Diuini; Genitrix tu limpida Verbi;
Numine quam ditans exornat ſpiritus almus.
RECVRSVS ——— *Almus*
Spiritus exornat ditans quam Numine Verbi
Limpida tu Genitrix, Diuini filia Patris:
Candida lux, Princeps Cœlorum maxima ſalue.

AD CÆSAREM.

———Princeps,
Sydere ſub docto & forti qui es natus, abuſus,
Tollito Bellonæ; diſflato barbara caſtra;
Parcito ſubiectis, ſed debellato ſuperbos

Fernande Hæreticos; Chriſto dato Macte trium phos.
Laude, & auſpicij Maiorum prædite, ſæcla
Plurima victor age. Expoſitos Fernande periclis
Seruato Armipotens, Tecum nam ſydera pugnant.
RECVRSVS. ——— *Pugnant*
Sydera nam tecum, Armipotens ſeruato periclis
Fernande expoſitos. Age victor plurima ſæcla,
Prædite Maiorum auſpicys, & laude; triumphos
Macte dato Chriſto. Hæreticos Fernande ſuperbos
Debellato, ſed ſubiectis parcito; caſtra
Barbara difflato; Bellona tollito abuſus,
Natus qui es forti, & docto ſub ſydere Princeps.

Recurſus ab antepenultima.

☞ CCLXXIX.

TErtia antè finem eſto reflexionis initium; & penultima claudat ſingulos verſus regredientes; videlicet iuxtà hæc vel alia ſimilia Paradigmata.

|;— —υ;|; ϖ—?|;— —υ;] [υ—υ;|υ—υ;|
|?— —υ|; ϖ—;|;— —υ;] [υ—υ|;υ—υ;|

Quæ dilucidant ſequentia exempla.

AD VIRGINEM MATREM.

Æterni Genitrix Verbi: cor Atlantis; Amoris
Cæleſtis vinclum; ſolamen agonis; Olympus
Supremus lauros ſubiectat Honoris ouantis.
REGRESSVS ——— *ouantis honoris*
Subiectat lauros ſupremus Olympus; agonis
Solamen; vinclum Cæleſtis Amoris, Atlantis
Cor, Verbi Genitrix æterni ———

AD CÆSAREM.

——— Adorat honorat
Fernandus Chriſtum, dum rebus adhæret, amicus
Lucratur populos, Mauortis adeptus adoptat,
Cognomen; Patriam propugnat, honeſtat, adauget.
REFLVXVS. ——— *Adauget honeſtat,*
Propugnat Patriam, cognomen adoptat adeptus:
Mauortis populos lucratur, amicus adhæret
Rebus, dum Chriſtum Fernandus honorat adorat.

Recurſus ab ant'-antepenultima.

☞ CCLXXX.

ADhuc progrediamur vlteriùs, iubeamuſq; verſibus, vt ab ea dictione regrediantur, quæ antepenultimam immediatè præcedit; quam vocabulorum defectu ant'-ante-penultimam denominabimus. Conſidera Paradigma ſubſequens.

|?—;|;— —;|? ϖ—;?—;]|? — —;|?—υυ;|——;|
|;—?|;— —?|; ϖ—?|;—?] [;— —? |;—υυ |;- -?|

Quod plùs minùs ſequuntur exempla ſubſequentia.

AD CÆLORVM REGINAM.

——— Salue. Maxima ſalue
O Princeps Superum Dux; diues Numine Magnes.
Sol offert radios; Mars ſubdit fercula ſignis
Ac armis, ſertis, ac lauris conſita: laudat
Te Virgo recolit Te princeps Auſtria tota.
REGRESSIO. — *Tota Auſtria Princeps*
Te recolit, Virgo te laudat conſita lauris
Ac ſertis: armis ac ſignis fercula ſubdit
Mars: radios offert ſol. Magnes Numine diues,
Dux Superum; Princeps ô ſalue Maxima. Salue.

Recurſus a prima.

☞ CCXLXXXI.

DIctio quæ ant'-antepenultimam præcedit, frequentiſſimè eſt carminis prima: ergo, ne quidpiam remaneat intactum etiam ab illâ carmina noſtra reducamus; nempè directi hoc paradigmate.

|— ϖ—;] [— —;|; ϖ—υυ;|—υ,|*—;|
|— ϖ—;] [;— —?|; ϖ—υυ |;—υ|,υυ—;|

quod dilucidat exemplum ſubſequens.

AD CÆSAREM.

Fernande ô Princeps puriſſima laurus, & aulæ
Sol: & ſpes rerum tutiſſima: quando tenebris
Excuſſis Mundum Sanctiſſima Pax recreabit?
RECIPROC. — *Recreabit Pax Sãctiſſ. Műdũ*
Excuſſis tenebris, quando tutiſſima rerum
Spes, & Sol aulæ, & laurus puriſſima, Princeps
O Fernande Patris?

Recurſus per integros verſus.

☞ CCLXXXII.

POſſunt, & ſolent Rhythmi, quâ viâ proceſſerunt recurrere, non ſolum per literas, ſyllabas, & dictiones, ſed etiam per hemiſtichia, & vt patet in exemplis ſequentibus.

TEtraſticha minora Hiſpanus Redondillas appellat, & facili negotio funduntur, vt debeant reſilire, & refluere. Princeps de Eſquilache ſic cecinit.

De aqueſtas ramas colgado
Dexar quiero el inſtrumento,
Acordado con el viento,
Con tus mudanzas templado.

Concentus eſt retrogradus; videlicet, [ABBA] & verſus recurrunt hoc modo.

Con tus mudanzas templado,
Acordado con el viento,
Dexar quiero el inſtrumento
De aqueſtas ramas colgado.

Etiam poſſumus vti verſibus decaſyllabis(aut cuiuſcumq; menſuræ) vt patet in exemplo ſequenti.

Herido Seraphin, porque deſuias
El cuello humilde al premio de tu zelo,
Procurando que eclipſe obſcuro velo
La luz Diuina, que auſentar porfias?

Sunt verſus eiuſdem illuſtriſſimi Principis, Sancto Franciſco inſcriptis, & recurrunt hoc modo.

La luz Diuina, que auſentar porfias,
Procurando que eclipſe obſcuro velo,
El cuello humilde al premio de tu zelo
Herido Seraphin porque deſuias?

PEntaſticha non ſolent ſeruare eamdem formam in recurſu, quoniam hæc ſolùm forma [ABABA] eſt retrograda. Conſidera lineas ſequentes.

Entre eſtos ſauces ſombrios,
A la orilla de los rios
Donde canté mis engaños,
Lloraran ſus verdes años
Los canſados ojos mios.

Sic Princeps paginâ 379. Hoc Pentaſtichum in excurſu reſpondet huic Ideę [AABBA.] in recurſu autem iſti [ABBAA.] puta ſi reuertaris ad initium, & dicas.

Los canſados ojos mios
Lloraran ſus verdes años,
Donde canté mis engaños
A la orilla de los rios
Entre eſtos ſauces ſombrios.

OGdoaſticha Rhythmica non poſſunt per integros verſus recurrere, quia eorum concentus eſt iſte [ABAB AB CC.] quem, ſi recurras, deformabis. Oportet igitur diuidere in duas partes, quarum altera habeat quatuor ſyllabas, & vltimum accentum in tertiâ: altera autem ſeptem, & vltimum accentum in ſextâ conſidera verſus ſequentes.

*A Manrique * la gloria deſtos prados*
*Sacrifique * mill palmas y laureles,*
*Los dulces inſtrumentos * bien templados*
*Coronados * de flores y claueles*
*Se eſtiendan por los vientos * delicados*
*Los verſos conſagrados * à Cibeles,*
*Multiplicando accentos * con canciones,*
*Vencraran poſtrados * ſus blaſones.*

Si à fine incipias,& hemiſtichium poſt hemiſtichium legas hunc recurſum inuenies.

*Sus blaſones * veneraran proſtrados*
*Con canciones * multiplicando accentos*
*A Cibeles * los verſos conſagrados*
*Delicados * ſe eſtiendan por los vientos,*
*De flores y claueles * coronados,*
*Bien templados * los dulces inſtrumentos,*
*Mill palmas y laureles * ſacrifique,*
*La gloria deſtos prados * a Manrique.*

Idea verſuum horum eſt hæc [AD: AE: BD: CE: BD: CE: BF: CF:] ſingulis reſpondent duæ literæ: prior determinat primi hemiſtichij conſonantiam: & ſecundi poſterior.

DEcaſticha illa, quæ ab Spinele nomen habent, retrocurrere poſſunt ſeruatâ elegantiâ, & concentu, vt conſtat ex ſequentibus lineis.

A coſta de tantos daños
Engañome la afficion,
Que es forzoſa confeſion
Quando ſe muere de engaños.
No es el curſo de los años,
Lo que el Alma llora y ſiente:
Es en todo differente.
Y ſi cobra fuerza igual,
Accidentes tiene el mal,
Para matar de repente.

Sunt ex eodem Principe pag. 376. & iſti reſpondent Ideæ.

Directæ. ABBA. A CC DDC.
Retrogr. CDDC. CAABBA.

Illos à fine reſcribamus.

Para matar de repente
Accidentes tiene el mal,
Y ſi cobra fuerza igual,
Es en todo diferente.
Lo que el alma llora y ſiente,
No es el curſo de los años,
Quando ſe muere de engaños,
Que es forzoſa confeſion,
Engañome la affìcion
A coſta de tantos daños.

Id genus multa alia poſſunt cogitari, & ſcribi, ſed hæc pauca adnotaſſe ſufficiat, cætera poterit Lector ingenioſus ſine duce cognoſcere.

De inuerſione Retrograda.

☞ CCLXXXIII.

SI charta in menſâ iaceat, & vnus ab vno latere ſit,& alter ab alio, multæ literæ retinebunt, & multæ mutabunt valorem, & poteſtatem, & vtrinque poterunt legi: interim erunt aliæ, quæ ab vno latere erunt literæ notæ; ab alio autem viſæ erunt alogæ, & nihil omninò ſignificantes. Modus iſte retrogrediendi nominetur *Inuerſio*: literæ, quę priſtinum valorem retinent, *Conſtantes*: quæ mutant, *Transfigurabiles*: & omnes aliæ, *Inconuertibiles* vocari poterunt.

Literæ, quæ in conſiderationem vocantur, ſunt hæ.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

& Capitales dici ſolent, quibus reſpondent hæ minores,

abcdefghijklmnopqrsſtvuxyz

Conſtantes ſunt

HINOSXZ: *nec non* iosxz.

Transfigurabiles autem, vix inter Capitales inueniuntur, inter minores hæ ſuccurrunt.

bcdfhijlmnpqſu. ď

quæ, ſi inuertantur tranſire videntur in has;

qɔpɟɥʃɯ (ɯ,ıu) udbɟn. p

Porrò ɔ (ſiue c inuerſum) ſonat *con*; & ď ſonat *de*, ſed p ſonat *per*. [V per inuerſionem tranſit in Λ Græcorum literam, quæ λάμβδα dicitur: & M in Germanorum, VV, quæ Hiſpanis, Italis, & Gallis incognita.] Hac doctrinâ præmiſsâ inuerſiones aliquas conſideremus.

SIſon (Græcè Σίσων) inter Deos, aut Heroës à Syris cultus, quod de genere humano optimè meritus, grana multa in Chaldæam intulerit, indigenis vtilia & ignota: & inter alia illud quod σίσων dicitur,de quo agit lib.3. Dioſcorides. Huic illi Obeliſcos, Arces, & Templa dedicarunt. Et quid,ſi alicui ponti hanc inſcriptionem appoſuiſſent?

s. suo diuo sisoni pons s.

Qui è ſuperiori parte, & qui ex inferiori, eamdem ſententiam legerent: inuerte enim librum, & cætera patientur omnia præter hoc Lemma, quod eodem modo ex vno latere, & alio legetur.

In hanc ſpeculationem incidi valdè puer; & aliqua exempla in lucem miſi, quæ inter alias ſchedas veteres fortaſſis aliquando ſuccurrent. Illam honorarunt amici, ad illam verſus curioſos elimando.

INter alios recenſendus eſt mihi Ioannes Valentinius, Magiſter Capellæ Cæſareæ, inter Muſicos noſtri temporis facilè Princeps, qui anno 1647. Viennæ Auſtriæ, Verſus eruditos, & ingenioſos edidit, & inter alios aliquas inuerſiones retrogradas.

De Speculo Normali,

☞ CCLXXXIV.

SI ſupra menſam ad libellam conſtitutam ſpeculum ad rectos angulos erigas, non inuertes ordinem literarum, ſed figuram ſolummodò, & hanc alio modo, & valore, quàm in Nota præcedente expoſuimus. Porrò conſtantes literæ.

HINOSXZ, *nec non* IOSXZ.

Conſtabunt etiam uune; at eaſdem nunc addere poteris

BCDEK, *& ex paruis* c.

At verò Transfigurabiles, aliam poteſtatem, & valorem in ſpeculo adquirent. nam

b d ď l n p q q

Tranſibunt in has


p q q ɿ u b d ď

Et præter ipſas L, & V in Γ & Λ λάμβδα & γάμα Græcas cōuertētur. [Sanè ď ſonat *de*: q *qui*: ďď *dede*. qq *quibus*, &c.] Ex literis fiunt dictiones: & ex dictionibus carmina; dictiones nonnullas ſubiungam, tu poteris laborare, & metra, ſi volueris condere.


In Speculo DEus: bouE: ďs: nino: niui:
In Charta. DEns: ponE: qs: uiuo: uini:
DEuno: uos: bEs: pius: biuios:
DEuno: nos: pEs: bins: pini-os.

Hanc artem ad Muſicam tranſtuli, notæ enim percurrunt eodem ordine, ſed mutant in ſpeculo locum, vt patet in ſequentibus lineis.

In ſpeculo.



In chartâ.



Ad quarum fundamentum compoſuimus Bicinia, in quibus charta ante ſpeculum ponitur, & alter cantat, quæ legit in illâ, alter verò, quæ in illo conſpicit.

De ſpeculo parallelo.

SI in muro orientali ſit tabula, & in occidentali ſpeculum, ſuperiora manebunt ſuperius, & inferiora inferius: at dextera ibunt ſiniſtrorſum, initium in finem; & contrà. Porrò conſtantes erunt.

AHIMNOSTVXYZ.

nec non i l m n o s v u x y z.

illas conſtantes voco, quia non ita deformabuntur, vt valorem, & poteſtatem exuant. Erunt transfigurabiles

c: b c d p ꝑ q ꝗ *& in*

ɔ: d ɔ b q ꝗ p ꝑ

tranſibunt. Et hanc ob rē dictiones *Ap* (*aper*) in *qA* (*quia*) *odi* in *ibo*: *ſocys* in *ſiʒos* (ſi iconos) &c.

Hoc etiam ſpeculum tranſtuli ad Muſicam, & aliquos numeros compoſui, quos alter Chorus in chartâ, & alter canet in ſpeculo.

EPISTOLA

An verſus recurrentes per literas ſint inuenti, & conditi a Diabolo?

CCLXXXV.

LITERAS tuas accepi (ingenioſe Tidaure) & in ipſis fulgura ebullientis ingenij, & auidę curioſitatis. Theologiam in Grammaticis reperis, & altiore cothurno de rebus communiſſimis agis. Multa proponis dubia, quæ multum tempus, & otium requirunt, vt debitâ curâ exponantur. At, ne dicas te contemni, vel negligi, vnum diluam, quod inter cætera dignius ſolutione videtur. Interrogas, *An Idea cogendi carmina, vt per literas redeant, ſit ab Homine inuenta, an à Diabolo? Et, ſi Idea ab Homine: an ſaltem illud Diſtichum,*

Signa te ſigna temerè me tangis, & angis.
Roma tibi ſubito motibus ibit Amor.

quod omnes celebrant, à Diabolo confectum ſit?

Plurimi ſunt (Tidaure) qui omnia, quæ communes hominum vires excedunt, ſtatim accenſeant prodigio: & ſi miraculo nequeant, ſuperſtitioni, & pacto. Multa ego adhuc puer in Hiſpaniâ de Ideâ Carminum recurrentium per literas; multa etiam de illo Diſticho, quod tu proponis; multa audiui in Germaniâ, & Italiâ, at verò generoſis inſtitutus, aut pręuentus notitijs, iniurios Humano ingenio dixi, quotquot hoc verſuum genus illius vires ſuperare putabant. Carmina per literas recurrentia condimus, & alij viri ingenioſi. & curioſi noſtro iuſſu, aut hortatu: & ſicut nos hodie illa, ſic etiam olim eadem potuerunt noſtri Maiores conformare, quin eguiſſe dicendi ſint inſtitutore, à Principe tenebrarum legato. At illam Ideam ipſam potuit Diabolus docere hominem: ais. Et quid inde? Bona, & caſta Dialectica, hanc conſequentiam, *Potuit: Ergo fecit*. non approbat. Firmat hoc inuida rabies illa, quâ Stygis incolæ perſequuntur mortales. nam multi homines fuerunt, qui pacto expreſſo ſe Dæmonis commiſerunt imperio; hodie Magi, & Sagæ non Europam tantum, ſed Aſiam, & Africam etiam colluuie numeroſâ percurrunt, & tamen ſerpunt apud homines ſcientiæ, quas exactè percallet Diabolus. Cur non ſciunt iſti herbarum, & lapidum vires, & Medicam rem ægrotam adiuuant? Cur non mutant Quadrata Rotundis, rectiſque lineis metiuntur magnitudinem Circuli? Cur non cognoſcunt Cælorum, & Planetarum motus? Cur non Conſtellationum vires, & aſpectuum potentiam? Verbo dicam. Quia omne bonum Hominibus inuidet Diabolus. Qui ergo nulli Mathematico voluit notitias rerum ignotarum ſuggerere, cur vellet Ideas nobiles, & ingenioſas reuelare Grammaticis. Hinc ergo animo conſtanti pronuncio, *Carminum per literas (ſyllabas, aut dictiones) recurrentium Ideam, non eſſe ſuggeſtam à Diabolo.*

Ideam à verſibus ipſis diſtinguo: ſcio enim Dæmonem multa olim carmina condidiſſe: & licet Ideæ carminis Heroici Autor non fuerit, iuxta Ideam ab Homine inuentam, & ab ſcholis approbatam, verſus ingenioſè elimauit. Eiuſmodi carminibus ſunt libri pleni: illa enim frequenter reddiderũt Oracula: quæ minoris à Veteribus habita fuiſſent, ſi ſolutâ oratione æquiuocationes mendacijs fartas effutijſſent. Potuit igitur Diabolus aliquando componere verſus retrogrados. An & fecit? An & illud Diſtichum, de quo agebamus, eius eſt? Putabam aſſerentem ſententiam fundamento carere, & ſola vulgi ignorantiâ firmari: at modò ſubeſt ratio dubitandi non leuis: quoniam R.P. Ioannis Lallemanderij, cuius Philoſophiam cum fructũ legi, Theologiam quæro: & Tomo I. qui de Deo vno eſt; reperio Epiſtolam Nuncupatoriam à Reuerendiſſimo P. Claudio d'Orcamps Biſuntio, Ordinis Minimorum Generale ſcriptam, & in illâ hanc periodum. *Non omittendus veniret S. Antidius, quem* Egregium

Martyrem

Martyrem *vocant Tabulæ. Vulgatiſſima (eſt) ipſius per Dæmonem ad Vrbem tranſlatio : de quâ ſolemne Diſtichon.*

Signa te ſigna: temerè me tangis, & angis.
Roma tibi ſubitò motibus ibit Amor.

Mirabilius adhuc à Barbaris pro fide Chriſti abſciſſi capitis prodigiũ, quod narratur à corpore ſcilicet ſeparatum caput, ſine pectore, pulmone, & faucibus, laudes Deo perennes cecinisse. Hanc eamdem periodum recognoſcis, & illâ tuum præiudicium adfirmas, reponiſq; hoc Diſtichon à Dæmone fuiſſe compoſitum.

Sed hæreamus nonnihil; nam nimis feſtinas, Tidaure. Non aſſerit prudentiſſimus Claudius, hoc Diſtichon à Dæmone S. Antidio eſſe dictum, ſed occaſione huius tranſlationis, fuiſſe conditum: fortè ab aliquo huius Sancti Deuoto, qui Dæmonem ſic eloquentem introduxit. Quid, ſi à Dæmone? Non contradico: ſed ſaltèm id non aſſerit expreſsè Claudius: id non probant Hiſtoriæ; hoc ratio, quam ab inuido Dæmonum Genio ſub initium formabam, clariſſimè refutare videtur. Maneat igitur *hanc verſuum recurrentium Idæam humanitùs inuentam fuiſſe*, & hoc ſit apud omnes indubium. An homines imitatus ſit Dæmon, & aliquando verſus recurrentes condiderit, Hiſtoriographi examinent: qui tamen, ſi illud Diſtichum, *Signa te, ſigna*, &c. compoſuiſſe dicatur, non ideò magnâ gloriâ erit dignus; nam ſenſus, aut ſtridet, aut hiat, & multa reperiuntur meliora ab hominibus ſcripta. Sic cenſeo, *&c.* Vale, *&c.* Amicis communibus valere iubeo.

Vide Ioannem Baptiſtam Marinum in ſuis Rhythmis part. 2. Madrig. 204.

A P O L L O
F V L M I N A N S.

Fulminibus maleſuade meis, niſi Zoile parcas,
Inuidiæ haud parcent fulmina dira tuæ.

CCLXXXVI.

SVLPHVR, quod Pyriũ vocitant è rebus diuerſis paratur, ſed excellit virtute, cum è cupro, vel auro. Puluis Pyrius ex cupro ſurſum vehementer impetu erumpit: deorſum aureus. Sic multi Authores Chimici: ſic Crollius: cui Marcus Marinus Merſenus, & alij Doctiſſimi Viri fidem habent. Petrus Gaſſendus, & non pauci expertiſſimi Doctores contradicunt, oſtendentes ſurſum crumpere Solem, Venerem, & Martem fulminantes. Rem non examino, ſed Crollij, & Merſeni doctrinam ingenioſam ſuppono, & numeris noſtris adapto. Binæ, me conducente, Muſæ Appollini ancillabuntur fulminanti: Aurea, Cypria: altera Carmina deorſum impellet, ſurſum altera de eorumdem motu, & in luxu, à Veterum Muſarum motu, & influxu toto Cælo diſtinctis aliquando ſic cecini.

Arrojaba la fuente Cabalina
Chriſtal liquido ayer: fuego oy fulmina;
Y con claras eſtrellas
Al abyſmo profundo,
Que viene a sêr el corazon del Mundo,
Baxando, ſobrepuja las eſtrellas.
Ayer crecia y menguaba
Sujeta al orden, que ſu Apolo daba;
Mas oy re ida de diuerſo Apolo
Vuela de polo à polo,
Y por rumbo diuerſo,
En proſa, en rhythmo, en verſo,
Baxando ſe remonta al firmamento,
Subiendo baxa al infimo elemento.

Ergo præcedentis Apollinis impetu fluxerunt, & refluxerunt carmina; modò ſurgunt, deſcendunt; volant, ruunt, vt lineæ ſubſequentes nos docent.

MVSA

MVSA I. AVREA DESCENDENS.

☞ CCLXXXVII.

MVLTIFARIAM dimitti deorſum poteris; proſâ, rhythmo, metro; hęc enim Catabaſeos doctrina valdè eſt vniuerſalis. Sed & καταβασις (deſcenſus) contingit multifariam: nempe ſenſu; rhythmo; metro; ſenſu, & rhythmo; ſenſu & metro; & tandem ſenſu rhythmo & metro. Senſu. cum primæ dictiones leguntur, vt ſenſum ebibamus, poſteà ſecundæ, tertię, &c. ſed metri expertem: Metro, aut Rhythmo cum eædem numeris ſatisfaciunt, ſed carent ſenſu: Vtroque, cum deſcenſus eſt rhythmicus (vel metricus) & ſignificatiuus. Quam ob rem Muſam hãc in tria capita ſubdiuidemus.

NVllo alio meliùs modo potero primum Deſcenſum explicare, quàm exempla ponendo: eſt enim maior exemplis vis, quàm longiſſimis expoſitionibus. Hoc loquendi artificio Concionatores Veteres delectabantur, & Diuus Bernardus præcipuè. Videatur ſermo 1. de S. Andreâ, ex quo meus in Ieſu chariſſimus amicus, D. Carolus de Thomaſijs, ex Duce Palma Clericus Regularis, pijſſimi, & ſubriliſſimi ingenij Vir, hos per Crucem ad Cælum gradus, per quos adſcendere, aut deſcendere poſſis. religioſè deduxit.

Portant	*Domini*	*Crucem*,
Crucem	*ſequuntur*	*Ieſu*,
Chriſti	*Crucem*	*amplectuntur*
Incipientes,	*Proficientes*,	*Perfecti*,
viâ purgatina,	*viâ illuminatiuâ*	*viâ vnitiuâ*
neceſſitate,	*vtilitate*,	*voluntate*,
timore,	*ſpe*,	*charitate*,
patienter,	*fortiter*	*lætanter*.

Hæc Aſcetica veritas poteſt legi octo modis: &

Primò ab angulo *Portant*, progrediendo. videlicèt, *Portant Domini Crucem: Crucem ſequuntur Ieſu: Chriſti Crucem amplectuntur; incipientes, proficientes, perfecti; viâ purgatinâ, viâ illuminatiuâ, viâ vnitiuâ: neceſſitate, vtilitate, voluntate, (timore, ſpe, charitate) patienter, fortiter, lætanter*.

Secundo ab angulo *Crucem* regrediendo, vt ſi dicas. *Crucem Domini portant: Ieſu Crucem ſequuntur: Chriſti Crucem amplectuntur, &c.*

Tertiò ab angulo *Portant*: deſcendendo: nempe ſic. [A] *Portant Crucem Chriſti incipientes, viâ purgatiuâ, neceſſitate (timore) patienter* [B] *Domini ſequuntur Crucem proficientes viâ illuminatiuâ, vtilitate (ſpe) fortiter*. [C] *Crucem Ieſu amplectuntur perfecti viâ vnitiuâ voluntate (charitate) hilariter*.

Quarto ab angulo *Crucem* deſcendendo. Hæc lectio coïncidit cum præcedenti, ſi prius legas §. C. poſtea §. B. & tandem §. A.

Quintò ab angulo *Patienter* progrediendo, vt *Patienter, fortiter, lætanter, timore, ſpe, charitate; neceſſitate, vtilitate, voluntate, &c.*

Sextò ab angulo *Patienter* adſcendendo, vt *Patienter timore (neceſſitate) viâ purgatina incipientes, Chriſti Crucem portant. Fortiter ſpe (vtilitate) viâ illuminatina, &c.*

Septimò ab angulo *Lætanter* adſcendendo ſic. *Hilariter charitate (voluntate) viâ vnitiuâ Perfecti amplectuntur Ieſu Crucem. Fortiter ſpe (vtilitate) &c.*

Octauo ab angulo eodem recurrendo, vt ſi primam lectionem ab vltimâ voce recurras dicens, *Lætanter, fortiter, patienter, charitate, ſpe, timore; voluntate, vtilitate, neceſſitate; viâ vnitiua, &c.*

Huic curſui, & recurſui; deſcenſui, & adſcenſui, addit charites metrum. Numeros ſubſequentes conſidera, in quibus ad Cælum Planetarium oculos conuertemus: ſi enim in exemplo præcedenti è terris per Crucem tribus Curſibus (purgatiuo, illuminatiuo, vnitiuo) ad Empyreum percurrimus; honeſtæ diſtractionis gratiâ in exemplo ſequenti ex Empyreo per Orbes ſydereos, & Planetarios ad Terras iterum nos dimittemus.

Iuppiter atque Arcas, Satur & ſol, Lunaq; Marſq;
Caſtor, & Alcides, Flora, Minerua, Venus:
Rex, Athleta, Parens, Amphriſus, Cynthia. Sanus,
Tyndarides, Vltor, Caſta, Comata, Cypris,
Firmat, init, generat, componit, turbat, adauget,
Vinit, debellat, colligit, audit, amat:
Æthereos, orbes, Plutonem, carmina, nubes,
Bella, iterum, Tricanem, Lilia caſta, ſuos.

Primum Diſtichum complectitur nomina; ſecundum eorumdem appoſita; tertium verba; quartum obliquos, nempe caſus, qui ab his verbis reguntur. Vt ergo videas, quo primæ dictiones modo, quo ſecundæ, quo tertiæ cooptantur, eoſdem verſus reſcribo.

Iuppiter

Iuppiter	*atq; Arcas*	*Satur*	*& Sol*	*Lunaq;*	*Marſq;*	*Caſtor &*	*Alcides*	*Flora*	*Minerna*	*Venus.*
Rex	*Athleta*	*Parens*	*Amphriſus*	*Cynthia*	*Sæuus*	*Tyndarides*	*Vltor*	*Caſta*	*Comata*	*Cypris.*
Firmat	*init*	*generat*	*componit*	*turbat*	*adauget*	*viuit*	*debellat*	*colligit*	*audit*	*amat.*
æthereos	*orbes*	*Plutonem*	*carmina*	*nubes*	*Bella*	*iterum*	*Tricanem*	*Lilia*	*caſta*	*ſuos.*

In huius Carminis artificio duo ſunt conſideranda Metrum videlicet, & ſenſus. Metrum ſine ſenſu progreditur, Senſus ſine Metro deſcendit. Vnde ſi horum Carminum quæratur ſenſus erit hic.

Iuppiter Rex firmat Æthereos.
Arcas Athleta init orbes.
Satur Parens generat Plutonem.
Sol Amphriſus componit carmina.
Luna Cythia turbat nubes.
Mars ſæuus adauget bella.
Caſtor Tyndarides viuit iterum.
Alcides vltor debellat Tricanem.
Flora Caſta colligit Lilia.
Minerua comata audit caſta,
Venus Cypris amat ſuos.

Faciliora erunt eiuſmodi Carmina, ſi non iam ſingula Diſticha ſingulis Diſtichis, ſed ſinguli verſus ſingulis cooptentur, vt patet in exemplo ſequenti.

Marcus, Auguſtus, Lepidus, Quirinus;
Cautus, inſignis, generoſus, almus;
Militat, vincit, patitur, triumphat;
Semper in Vrbe.

In hoc Sapphico ſenſus deſcendit ſic. *Marcus cautus militat; Auguſtus inſignis vincit,* &c. aut adſcendit ſic. *Militat cautus Marcus: vincit inſignis Auguſtus; patitur generoſus Lepidus,* &c. Adonium poteris ſingulis columnis, aut vltimæ ſoli cooptare.

Hinc patet aptiora eſſe Hexametra, aut Diſticha Elegitica, vt ſenſus vel ſurſū, vel deorſum pellatur. Vberioris doctrinæ gratiâ aliud exemplum ſubijciamus.

Phœbus	*Muſa*	*Cygnus*	*Pélagus*	*Parnaſſus*	*Olympus.*
Pulcher	*docta*	*ſagax*	*vaſtum*	*Cirrhæus*	*amicus,*
Cingens	*dans*	*referens*	*conturbãs*	*nactus*	*honorans.*
Terras	*verba*	*lyram*	*naues*	*Phaëtonta*	*Mineruam.*
Omnes	*clara*	*ſacram*	*reſluas*	*Diuumq;*	*Deamque.*
Fortiter	*acrè*	*piè*	*breuiter*	*prudenter*	*apertè.*
Verſat	*obumbrat*	*agit*	*diſperdit*	*colligit*	*auget.*
Cælum	*hominem*	*choreas*	*fortunas*	*Lilia*	*fata.*
Celſum	*omnem*	*tremulas*	*felices*	*caſta*	*ſecunda.*
Fundens	*dantem*	*auidas*	*dandas*	*decorantia*	*formans.*
Fúlmina	*verſus*	*aui*	*tandem*	*Libetridas*	*annos.*
Dextrâ	*voce*	*vado*	*Neptuno*	*Numine*	*motu.*

In cuius primo verſu nomina ſunt ſubſtantiua: adiectiua in ſecundo: participia in tertio: in quarto eorumdem participiorum caſus: in quinto caſuum horū appoſita: in ſexto aduerbia: in ſeptimo verba: in octauo, & nono caſus verbi; ibi ſubſtantiui, hic adiectiui: in decimo participia, aut alia æquipoll[illegible]ia nomina eiſdem caſibus correſpondentia: in vndecimo horum participiorum caſus: & i[illegible]decimo inſtrumenta. Quo[illegible], o[illegible] Carminum ſenſus è deſcenſu colligitur: [illegible] mirum ſi legere placeat.

Phœbus pulcher cingens terras fortiter, verſat Cælum celſum, fundens fulmina dextra.
Muſa docta dans verba clara acrè, obumbrat hominem omnem dantem verſus voce. &c.

Adhuc multò erunt faciliora, ſi recta ſint pauciora: Seruato loco regularum hæc Diſticha, quæ ex Alſtedio ſubſcribo.

Chriſtus alloquitur homines.

Vos, quos includit, frangit, grauat, attrahit, vrit,
Hic carcer mæſtus nunc labor, exilium, dolor, æſtus:
—, lucem, requiē, patriā, medicamen, & vmbrā,
Quærite, ſperate, ſcitote, tenete vocate.

Ad Pios.

O pie grex, cum terrica lex eſt, nulla doli fex,
Qui via, qui lux, hic tibi ſit Dux, alma tegat crux.

Encomium docti cuiuſdam viri.

Muſicus, Orator, Vates, trahis, allicis, imples,
Saxa, animos, cælos, voce, lepore, modis.

Eraſmi Roterodami hoc eſt.

Ex minimis vitium, cælum, modulamina, caſtra,
Surgit, alit, penetrat, ſuſcitat, exuperat,
Seditio, requies, oratio, cœna, fauilla.
Maxima, longa, breuis, ſemibreuis, minima.

Notum quoque eſt illud:

Sus, pueri bini, puer vnus, nupta, maritus,
Vi, cultro, lymphâ, fune, dolore, cadunt.

De Chri-

De Chriſto, & hoſtibus ſpiritualibus;

Excrucias, perdis, ſanas, lue, cæde, cruore,
Mors, Sasanas, Chriſtus, pectora, mēbra animā.

Ioannes Lauterbachius ad Paulum Meliſſum.

Os Hermetis habes, modum Apollinis, harmoniaſq;
Orphei, tres vnus docte Meliſſe refers.
Ore, modo, harmonijs, Hermetis, Apollinis, Orphei,
Profer, conde, ſona, verba, poëma, melos.

Quatuor ordines dentium:

Incidit, terebrat, minuit, ſæpè indicat annos.
Cultellus, terebrum, mola, gnomon fixus in ore.

Cicero de ſe:

Defendi, tenui, vetui, face, cæde, cruore,
Ciuis, Dux, Conſul, tecta, lares, Latium.

Epithalamium.

Terra, Polus Tethys, fert, flores, ſydera piſces,
Vota, Deus, pietas, dant nuptam, gaudia, natos.

Carolus Vtenhofius in nuptias Margarethæ Franciæ:

Anna, Camilla, Lucretia, concinit, intonat, ornat,
Artemia, arma, Hymenem, carmine, voce, lyrâ,

Stigelius.

Vinitor, agricola, & vox, amputat, excitat, intrat,
Vites, rus, aures, falce, bidente, ſono.

Tritum Diſtichon.

Temporibus noſtris quicunque placere laborat,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

Muſicâ de ſe ipſa:

Vinco, flecto, rego, cantu, dulcedine, plectro,
Dira, cruenta, feros, tartara, monſtra, viros.
Languentes releuo, morituros excito, mæſtos
Erigo, pallentes munio, vinco Deos.

Docto, & deuoto calamo ſcriptus eſt ille Hymnus, *Lauda Sion Saluatorem*, qui canitur in Miſſa in Corporis Chriſti Solemnitate: qui ad verſus ſequentes ingenioſè reducitur.

Cœna,	*Sacramentum,*	*panis,*	*communio*	*Sanguis,*
Vltima,	*diuinum,*	*viuus,*	*Sanctiſſima*	*Chriſti,*
Viuificat,	*donat,*	*confortat,*	*deprimit*	*auget,*
Mentem,	*ſolamen,*	*mortales,*	*crimen,*	*amorem,*
Lætificat,	*ſpernit,*	*concludit,*	*pandit,*	*adunat,*
Mæſtos,	*elatos,*	*infernum,*	*ſydera,*	*amantem,*
Roborat,	*exaltat,*	*nutrit,*	*dilatat,*	*opimat;*
Infirmos,	*humiles,*	*pietatem,*	*pectora,*	*fructu:*
Coniungit,	*ſolidat,*	*ducit,*	*dulceſcit,*	*opacas,*
Credentes	*dubios,*	*errantes,*	*mentibus,*	*vmbra.*

Quod autem de cœnâ vltima Chriſti dicitur, dici non poteſt de cœnâ Lutheri, & Caluini, nam in illâ fuit vera panis, & vini in corpus, & ſanguinē Domini noſtri Ieſu-Chriſti tranſubſtantiatio; at in iſtis ſola repræſentatio, tum quia ipſi conſecrare nolunt, tum quia, cum non ſint Sacredotes, non poſſunt; &, quia hodie pręcipuè cum Lutheanis, & Caluiniſtis diſputamus, oſtendam breuiter, vt confundantur ipſi, ſufficere ſolam grammaticam.

Admittit conuerſionem Lutherus, non in conſecratione, ſed in ſumptione: vt hinc Venerabilis Sacramenti expoſitionem, & circūlationem condemnet. Sed argumentor cōtrà. Verba Chriſti. aut etiam Sacerdotis dicentis. *Hoc eſt corpus meum*, &c. *Hic eſt Calix Sanguinis mei, &c.* ſunt vera. At ſtante Lutheri interpretatione ſunt falſa. Ergo illa interpretatio eſt hæretica. Probo minorem: quia teſte Luthero; Hoc non eſt corpus Chriſti, ſed erit: Hic non eſt calix ſanguinis Chriſti, ſed erit.

Negat conuerſiouem, etiam in ſumptione, Caluinus, & aſſerit verba conſecrationis intelligi in metaphorico ſenſu debere: nos contra in ſenſu reali, & vero illa intelligimus. Porrò in ſenſu vero, & proprio Conſecratio Calicis reddit hunc ſenſum. *Hic eſt verus calix veri ſanguinis mei, qui verè effundetur in veram remiſſionem peccatorum verorum.* Si ſtetur à Caluino, hunc. *Hic eſt metaphoricus calix metaphorici ſanguinis mei, qui metaphoricè effundetur in metaphoricam remiſſionem peccatorum metaphoricorum.*

Et quis, quæſo, non videat interpretationē primam eſſe orthodoxam, veramq; & hanc ſecundam falſam hæreticam, & exorbitantem.

S. Chriſtophorus de ſe ipſo.

Deſerui, geſſi, docui, ſubijque, coloque,
Perfidiam, Chriſtum, ſydera, fata, polum.

Laus operis alicuius.

Admiror, ſtupeo, delector, comprobo, laudo,
Ornatum, eloquium, carmina, acumen, opus.

Dauid Crinitus in obitum Imperatoris.

Pannonij, Auſtriades, Bohemia, Sileſia, Cæſar.
Magnanimi, fortes, diues, amæna, potens:
Luctificos, largas, deiectos, triſtia, fato,
Edite, proferte, ſcinde, profunde, ſuo:
Singultus, lachrymas, vultus, ſuſpiria, clauſis,
Pectore, luminibus, vnguibus, ore, dies,
Luctifico, mæſtis, miſerantis, irriguo, at non
Aſſidui, ſubitò, continuò, vltro, obijt.
Exigit hoc, perſuadet id, hoc monet, id iubet, intrat,
Officium, pietas, gloria, amor, Superos.
Pannoniæ, Archiducis, regalis, principis, inter.
Extremum celebris ſplendida ſummus agis.

Epitaphium VVilhelmi Epiſcopi Olomucenſis.

VVilhelmus Princeps, quem Maximus Æmilianus
Ad ſua legatum ſceptra, Polone, dedit:
Hanc ædem, populum, Muſeum, Numen, Olympū,
Ornauit, docuit, ſtruxit, amauit, habet,

Ex puris nominibus eſt hoc Epitaphium Bernhardi,

Inſtructus, velox, ſublimis, pauper, abundans,
Artibus, ingenio, ſanguine, veſte, bonis.
Inſignis, pollens, largus, deuotus, abundans,
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis.

Inſignis alternatio eſt in ſequentibus.

Caſtus, egens, cæcus, domus, ſpreui, ſuperaui,
Corpus, opes, Satanam, verbere, corde, prece,

Item,

Gloria, mors, virtus, fortes, mortalia, iuſto,
Famâ; falce, aſtris, erige, ſterno, beo.

Minus luminoſum eſt hoc.

Qui cupit in placidâ longæuus viuere pace,
Det, capiat, poſcat, plurima, pauca, nihil,

Tetraſtichon de corruptis moribus.

Perditio, gladius, Peſtiſque ruina flagellum,
Subiectis, ſibi, mundo, patriæ, populo;
Iunior, effrænis, vanus, diuiſi, gubernans,
Princeps, rex, clerus, nobilitas, mulier.

His verſibus accidit hyperbaton, ſiue traiectio, qualis eſt in illo Editaphio,

Dura, malum, cunctos, tulit, horruit, ædificauit,
Vana, Deum, requiem, ſpreuit, amauit, habet,

Item in iſto Alciati.

Artis, honeſtatis, iuris, præcepta, decus, vim,
Conculcant, ſuperant, ſpernunt, vis, æra, potentes,

Item in hoc.

Dilige, luxuriam, vitium, cole, deſtrue, Sanctos,
Iuſtitiam, fuge, ſperne, Deum, Satanam, venerere,

Huiuſmodi veſus vſitatè vocantur hyperbati, & antithetici.

Correlatio multiplex eſt in iſto;

Sus, iuuenis, ſerpens, caſum venere ſub vnum,
Sus iacet ex ictu, pede ſperpens, ille veneno.
Anguis, aper iuuenis, pereunt vi, vulnere, morſu
Hic fremit, iſte gemit, ſed ſibilat ille nefandum,
Sus, ſerpens, iuuenis pariter perire vicisſim,
Dente perit iuuenis, ſerpens pede, porcus ab ictu,

Huc etiam ſpectant ſubſequentia,

Alter, Lector, Apis; paui, docui, fabricaui;
Agnos, cuncta, fauos; lacte, labore, labris,
Dux, Præſul, Genitor; conduxi, contuli, amaui;
Agmina, opem, natos; arte, fauore, ſinu.
Princeps, Rector, Amans; diſpono, coërceo, porto,
Res, duros, teneros; arte, rigore, manu,

CCLXXXVII.

STephanus Tabourotius eiuſmodi verſus nominat *vers rapportez*, & exempla non pauca producit, ex quibus nonnulla ſubſcribo arrogans mihi authoritatem aliqua caſtigandi, aut mutandi.

Paſtor, arator, eques, paui, colui, ſuperaui;
Capras, rus, hoſtes; fronde, ligone, manu;

Reperitur inter opera Virgilij; illud Officialis Langrenſis in Gallicum idioma tranſtulit.

Paſtre, laboureur, Duc, i'ay peu, beſche, ſubmis,
De rains, de pics, de mains, cheures, cāps ēnemis.

Nos in Hiſpanicum,

Paſci, cultiuê, venci;
Paſtor, labrador, ſoldato:
Cabras, campos, y enemigos;
Con la yerua, pala, y mano.

De vno, qui occiſus fuit glorioſè,

Atrox, excelſus, breuis, intulit, accipit, auget,
Mortem, animum, Famam; vulnus, Olympus honos,

Dum mediâ hyeme incautè bouē cultro quidam adoleſcens occidit, à boue occiditur apud ſtagnum. Accurrit feſtinus filius heri, & per glaciem in ſtagnum delapſus ſubmergitur; Pater, vt vidit, impos ſui reddita ſe ſuſpendit laqueo: & coniux dolore tabeſcens occumbit. Totam iſtam tragœdiam quidam complexus eſt hoc Diſticho,

Vnus bos, famulus, puer vnus, ſponſa, maritus,
Cultro, cornu, vndis, fune, dolore perit.

Huc pertinet Diſtichum ſubſequens,

Phœbus, Amor, Cypris; veut ſauuer, nourrir, & orner;
Ton vers, cœur, & chef; d'ombre, de flammes, de fleurs.

Numeros latinos imitatur, vt ſciamus Hexametra, & Pentametra poſſe etiam fieri Gallicè. ſubſequens Diſtichum Græcum eodem eſt artificio compoſitum.

Ζεὺς κύκνος &c.

Fit Cygnus, Taurus, Satyruſq; Aurumq; ob amorē,
Ledæ ac Europæ, ac Antiopæ, ac Danaæ,

Iouis amores præcipuos, & metamorphoſes recenſet. Verſio verbum pro verbo reddit, adnotando vocem Græcam Ζεὺς *Iuppiter*, in Hexametro latino ſubintelligi: & coniunctionem *ac*, quæ ponitur in Pentametro ad vitandas nominum ſynalœphas in Græco carmine deſiderari,

Iacobi aduerſus filium ſuum Ioſephum, quem mortuum, & à ferâ peſſimâ dilaceratum, & deuoratum opinabatur, affectum, & lachry-

Iachrymas numeri ſequentes deſcribunt.

Lumen, lingua, manus; fletu, clamoribus, hamo;
Ora, locum, crines; abluit, implet, arat.

Illos Tabourotius ex Bibliorum antiquo manuſcripto deſumpſit. inde etiam iſtos.

Vt Ionas, Iudith, Daniel; domo, lenio, ſeruo;
Monſtra, feras, ciues; ſpe, pietate, fide.

Incerti Authoris ſunt hi.

Nata, ſoror, genitrix; patrem, fratremq; virumq;
Scerpit, edit, calcat; unguibus, ore, genu.
Mus aquilam, cetus glyciram, riſen, Heliophorã;
Rodit, agit, terret; dente, volando, metu.

Sequens Diſtichum non multum ab eo abeſt, quod Leonardus de Vtino ſerm. 45. producit.

Corpus, famam, animam, vim, lumina, fœmina vocem.
Polluit, adnihilat, necat, eripit, orbat, aceruat.

Cui ſimile eſt illud, quod apud Rebuffum in tit. Concord. de publicis concubinarijs in 20. pœna reperitur.

Corpus, opes, animam, conſortia, fœdera, famã;
Debilitat, perdit, necat, odit, deſtruit, aufert.

Agit etiam de fœminâ, à quâ meliora nemo prudens ſperet.

In Morte Clementis Mâroti ante annos iã multos quidam ingenioſus Poëta hoc Tetraſtichum ſcripſit.

Quercy, la Cour, le Piedmont; l'Vniuers;
Me fit, me tint, m'enterra, me cognent;
Quercy mon los, la Cour tous mon temps eut,
Piedmon mes os, & l'Vniuere mes vers.

Qui plura Gallica habere deſiderat, adeat Caput XIII. Stephani Tabourotij, citari.

GAëtã tranſiuimus, audiuimuſque ibidem Bourbonij cadauer conſeruari, & hanc inſcriptionem habere.

Francia me diò la leche,
Eſpaña honor, y ventura.
Roma me diò la muerte,
Gaéta la ſepultura.

Et extemporaneo impetu diximus.

Francia, Iberia mi, Germania, Roma, Gaëta;
Lac, famam, lauros, mortem, tribuitq; ſepulchrum.

DE ſecundo Deſcensûs modò non eſt cur multis diſſeramus: tranſeamus igitur ad tertium, & exempla aliqua conſideremus. Dabo primo loco Vicellini Epiſcopi Epitaphium, quod eſt inciſum marmori, (ſi marmori) Bardeſholmiæ in Monaſterij templo, & inſcriptum chartæ in Encyclopædiæ Ioannis Alſtedij lib. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 22. & in Arte Poëtica Academiæ Giſſenæ, lib. 2. cap. 6. pag. 319.

Aldemurch	*Præſul*	*Holſatis*	*nobile*	*germen*
Præſul	*Finalis*	*præſtans*	*tutamen*	*alumnis;*
Holſatis	*præſtans:*	*lumen*	*puriſſima*	*Gemma.*
Nobile	*tutamen*	*puriſſima*	*Gemma*	*refulgens*
Germen	*alumnis*	*Gemma*	*refulgens*	*ò Viceline.*

Simile carmen legi olim Bruxellæ in Patrum Carmelitanorum Eccleſiâ in magnâ tabulâ: quo carere meus Lector poterit nõ enim verba occurrũt. Addo alia exempla ex Alſtedio. [Eſt Author curioſus, & diligẽs, & poteſt vtiliter legi, vbi non diſputat de Religione.]

Princeps	*Mauriti*	*Doctorum*	*Maxime*	*Tutor*
Mauriti	*Fidei*	*Protector*	*ſtrenue*	*vera*
Doctorum	*Protector*	*honorum*	*fulgide*	*Phæbe*
Maxime	*ſtrenue*	*fulgide*	*ſuſcipienda*	*celebris*
Tutor	*vera*	*Phæbe*	*celebris*	*Religionis*

His Carminibus Poëta quemdam Principem Catholicum, nomine Mauritium dilaudat. Vocum deſtinatio, in vltimis præcipuè verſibus, dura eſt. Meliores ſunt verſus ſequentes.

Chriſtus	*delitiæ*	*pax*	*cordis*	*gloria*	*mentis.*
Delitiæ	*Regum,*	*potus*	*fons*	*dulcis*	*imago.*
Pax	*potus*	*prudentia*	*ingis*	*vita*	*poteſtas.*
Cordis	*fons*	*ingis*	*proles*	*æternaq;*	*Patris*
Gloria	*dulcis*	*vita*	*æternaque*	*fulgida,*	*Porta*
Mentis	*imago*	*poteſtas*	*Patris*	*Porta*	*ſuprema.*

Græci hoc carmen, ait Alſtedius, vocant στιχοδιλικτον rationem vocis non examino, ſed exempla alia dabo maiori arte compoſita. Habeo in aduerſarijs meis, vnde hæc interlego, quatuor deſcendſus compoſitos in linguâ Syriaca, ſed quos etiam omittendos cenſui, ne Typographum, aut Sculptorem characteribus ignotis grauarem. Subſcribamus igitur ſola Latina.

AD DEIPARAM.

Spirituum	*Princeps:*	*Cælorum*	*candida*	*Lampas:*
Princeps	*Empyrei:*	*Mater*	*ſublimis*	*Amoris:*
Cælorum	*Mater,*	*ſi Mens*	*dicatur*	*Olympus,*
Candida:	*ſublimis*	*dicatur*	*ſi aurea*	*adeſſe*
Lampas	*Amoris,*	*Olympus*	*adeſſe*	*videtur Olympo.*

Legimus in deſcenſu eadem carmina; poſſemus, & diuerſa. ſi mutatâ materiâ numeros ſimiles conſeruaremus. De eadem igitur Reginâ Angelorum dicamus.

Cœlipotens	Princeps	dat nobis	ſydera	lumen
Phœnix	Empyrei	Cæli	dum ſplendor	Atlantis
Terrenis	Fauet, &	ſtellas	depingit,	adoptat:
Munera	conducit	generoſa	ſtemmata	Amoris
Donat:	ad Aſtra	reducit,	honorat	& arma miniſtrat.

In voce *generoſa* vltima ſyllaba producitur. Vide quæ ſuperiùs diximus *num.* 112. cum de poſitione diſſerabamus. Vide etiam Eraſmi Sidelmanni Proſodiam Græcã *pag.* 993. *Reg.* 3.

Hi verſus ſi deorſum legantur, erunt alij, ſed etiam ad gloriam Deiparæ. Sic inquam.

Cœlipotens	Phœnix	terrenis	munera	donat:
Princeps	Empyrei	fauet, &	conducit	ad aſtra
Dat nobis	Cæli	Stellas	generoſa:	reducit,
Sydera	dum ſplendor	depingit,	ſtemmata	honorat
Lumen	Atlantis,	adoptat,	Amoris	& arma miniſtrat.

Et in hoc Pegmate, vt vides etiam carmina leguntur duobus modis: videlicet, percurrendo, & deſcendendo, vt anteà.

Supereſt, vt verſuum præcedentium formam, & ideam ſubiungamus. Conſidera ſequentes notulas.

—ϖ—	—·—	———	—vv	—v
——	—ϖ—	——	——v	v—v
———	ϖ—	ϖ—	——v	v—v
—vv	——v	ϖ—o	—vv*	v—v
—v	v—v	v—v	v—v	v—vv—ϖ

* Illa dictio Dactylica, quæ notatur ſtellulâ, debet purè deſinere; & duæ immediatę (tam, quæ ſequitur, quàm quæ ſubeſt, quæ correſpondent pedi Amphibracho v-v) purè debent incipere, vt locum habeat ſynalœpha. Vel alias loco Dactyli, pone Trochæum, & eadem remanebit menſura.

SI faciliorem viam inire velis, ſume cuiuſcumque carminis ideam (quam volueris) & ſex, vel plures ad eam confice; & ſi carmen habeat quinque dictiones ſcribe in ſingulis lineis ſex: ſi illud habeat ſex. ſcribe in ſingulis lineis ſeptem, &c. Rem exemplo dilucido. Succurrit hic Virgilij verſus.

Sicelides Muſæ paulò maiora canamus.

Ergo patere, ſepties eum reſcribam, vt artem clariùs, & meliùs intelligas.

Sicelides	*Muſæ*	*paulò*	*maiora*	*canamus.*	*Sicelides*
Muſæ	*paulò*	*maiora*	*canamus.*	*Sicelides*	*Muſæ*
paulò	*maiora*	*canamus.*	*Sicelides*	*Muſæ*	*paulò*
maiora	*canamus.*	*Sicelides*	*Muſæ*	*paulò*	*maiora*
canamus.	*Sicelides*	*Muſæ*	*paulò*	*maiora*	*canamus.*
Sicelides	*Muſa*	*paulò*	*maiora*	*canamus.*	*Sicelides*

Quid

Quid in Mundo facilius? Ergo,ſi voces æquiſyllabas ponas, poteris conformare Biuium Metricum, nempe Epigramma, quod duplici via poſſit legi. Idea verſus eſt hæc.

—ϖ— ϖ— ϖ— ϖ—v v—ϖ

Et ad illam(vel ad aliam ſimilem potiùs;placuit enim mihi vocem -v in penultimo loco, & vocem ϖ-v, in antepenultimo ponere.) Numeros ſequentes conformo.

Empyrei	Soles	Sunt Chriſti	Mater	Ioſeph,	Sunt etiam
Stellæ	Benedictus,	Marcus,	Aquinas,	Ambroſius,	Stephanus,
Polycarpus,	Marcus,	Amandus,	Franciſcus,	Placidus,	Cyprianus,
Victor,	Vbaldus,	Bernardus	Simeon,	Zephirinus,	Gallus
Achilles,	Calixtus,	Petrns,	Damianus,	Vitus,	Hugoque
Iuſtinus.	Linus,	Auguſtini,	Xiſtus,	& omnes	Cæleſtes.

Illos progrediendo relego, & verſus ſequentes inuenio.

Empyrei Soles ſunt Chriſti Mater, Ioſeph:
Sunt etiam Stellæ Benedictus, Maurus, Aquinas.
Ambroſius, Stephanus, Polycarpus, Marcus, Amandus,
Francyſcus, Placidus, Cyprianus, Victor, Vbaldus,
Bernardus, Simeon, Zephirinus, Gallus, Achilles,
Calixtus, Petrus, Damianus, Vitus, Hugoque,
Iuſtinus, Linus, Auguſtini, Xiſtus, & omnes
Celeſtes,

Eoſdem deſcendendo reſumo, & hos verſus conformo.

Empyrei Stellæ, Polycarpus, Victor, Achilles,
Iuſtinus: Soles, Benedictus, Marcus, Vbaldus,
Calixtus, Linus; ſunt Chriſti Maurus, amandus,
Bernardus, Petrus, Auguſtini Mater, Aquinas,
Franciſcus, Simeon, Damianus, Xiſtus, Ioſeph,
Ambroſius, Placidus, Zephirinus, Vitus: & omnes
Sunt etiam Stephanus, Cyprianus, Gallus, Hugoq;
Celeſtes.

Habeat *Vbaldus* ſicut *vbi, vbique*, &c. primam breuem. *Linus* Pontifex primam indifferentem; nam Linus Vates habet breuem. Virgilius Eglogâ 4.

Orphei, Calliopeia, Lino, Formoſus Apollo.

Et Iacobus Falconius.

Cantorem genuit Cantor Apollo Linum.

Et Linus, de quo ad Coloſſ.4. & item Hiſtoricus Græcè Λῖνος, longam, aſſerente Bricciolâ. Auguſtini Mater S. Monicha. Achilles, à quo multi Epiſcopi, & Principes denominati, colitur die 12. Maij. Cætera non indigent expoſitione.

☞ CCLXXXVIII.

Sicut Hexametra, ſic etiam alia genera carminum poterit Philomuſus componere. Conſideret, & contempletur iſta Sapphica.

Numinis	*nobis*	*Genitrix*	*faueto*	*Numinis*
nobis	*Genitrix*	*faueto*	*Numinis*	*nobis*
Genitrix	*faueto*	*Numinis*	*nobis*	*Genitrix*
faueto	*Numtnis*	*nobis*	*Genitrix*	*faueto*
Numinis	*nobis*	*Genitrix*	*faueto*	*Numinis.*

Ergo ſi æquiſyllabas voces appoſuerit, poterit conformare carmina, quæ prorſum, & deorſum legantur. Parthenium hoc elogium perpendito.

Virginum	lauros	celebro	frequenter,	Vrſulæ
dotes	recito	coruſcas;	Cordulæ	robur
recolo	canoque	Candidæ	vitam	reboans
benignas	Luciæ	laudes	venerans	ſaluto
Barbaræ	mores	imit~ns,	adoro	Numen in illis.

Quod

Quod, ſi directè legatur, hos numeros, & ſenſum reddiderit.

Virginum lauros celebro frequenter.
Vrſulæ dotes recito coruſcas;
Cordulæ robur recolo; canoque
Candidæ vitam; reboans benignas
Luciæ laudes, venerans ſaluto
Barbaræ mores; imitans adoro
Numen in illis.

Si autem placeat deſcendere, hos verſus in eodem Pegmate repereris.

Virginum dotes recolo benignas.
Barbaræ lauros recito; canoque
Luciæ mores; celebro coruſcas
Candidæ laudes; imitans frequenter
Cordulæ vitam; venerans adoro
Vrſulæ robur; reboans ſaluto
Numen in illis.

☞ CCLXXXIX.

ADdamus, & aliud exemplũ, vt numeri pręcedẽtes melius intelligantur. Eſt ad laudẽ Marulli potẽtiſſimi, & doctiſſimi Principis,

Te Polus	*duplex*	*celebrat*	*Marulle:*	*Te Chorus*
cantat	*numeris*	*ſororum*	*Te melo*	*pangit*
Lyceus	*Parentem*	*Patriæ*	*laudat*	*cytharis*
potentem	*nuncupat*	*florem*	*ſtabilem*	*Magiſtrum*
Pan Deus	*laurum*	*vocat, &*	*Dynaſtam*	*nobilem.*

NOTA. *Polus* eſt duplex; Arcticus, & Antarcticus: ille ſeptentrionalis dicitur, hic Auſtralis: de quibus Virgilius Georg. 1. * *Pan* eſt Mundus: & ſeptem fiſtulas habere dicitur, hoc eſt, ſeptem Planetas: vnde orta fuit antiquorum ſententia de enarmonico Stellarum concentu. Legimus *Panes* in plurali apud Virgilium Æneid. 8. Ouidium Epiſt. 4. Propertium lib. 3. Sidonium, alioſq;

In hac Tabellâ ab angulo *Te polo* ad angulum *Nobilem* progrediendo, & deſcendendo: Lector ingenioſus procedit. Sit ergo.

LECTIO I.

Ab angulo *Te Polus* progrediens.

Te Polus duplex celebrat, Marulle:
Te Chorus cantat numeris ſororum:
Te melo pangit Lyceus Parentem
Patriæ laudat cytharis potentem:
Nuncupat florem ſtabilem, Magiſtrum
Pan Deus, laurum, vocat & Dynaſtam
Nobilem.

LECTIO II.

Ab eodem angulo *Te Polus deſcendens.*

Te Polus cantat Lyceus potentem:
Pan Deus duplex numeris Parentem
Nuncupat: laurum celebrat ſororum:
Patriæ florem vocat: & (Marulle)
Te metro laudat ſtabilem Dynaſtam:
Te Chorus pangit cytharis Magiſtrum
Nobilem.

☞ CCXC.

SCripſi ante annos multos Epitaphium; quod poſſet Marmori, quo tegitur D. Benedictus inſculpi. Illud exſcribo; fortè enim aliquibus placere poterit.

O peregrine	EPITAPHIVM.		* * * * * *
Hîc iacet	Cælo natus	Benedictus	Caſſini
Sol: vas datus	bonis, malis	Fax, Cæli	fulcimentum
Monachalis	Europæ	firmamentum	Chriſto addict'
Eremi	cultor, rector	bene dictus	ſeruator
ſpes; protector	ſpecialis	Poſſeſſor	huius montis
generalis	Patronus,	horizontis	radijs pictus,
Empyrei	lux, director	fons virtutis	Bellator
Lynx detector	generoſus	Humanus	ſplendor morũ
iam Diuinus	Defenſor	hortus florum	pons ſalutis
Ros Cæli	celebratus:	luminoſus	Præceptor
Dilaudatus	* * *	* * *	peregrinus
Empyreo plenus ſinus,			Quem monte hoc claudat marmore Caſſinus.

Eſt con-

Eſt conditum Rhythmicè, & poterit legi duobus modis; nimirùm, progrediendo, & etiam deſcendendo. Vtrouis modo habebitur Epigramma Rhythmicum ſcriptum illo genere verſuum, cui apud Hiſpanos nomen SONETO eſt. Clarioris eruditionis gratiâ vtramq; lectionem exſcribo.

INSCRIPTIO EPITAPHIA.
Hiſp. Soneto.

O Peregrine;
Hic Iacet Cælo natus BENEDICTVS;
Caſſini Sol; Vas datus bonis, malis
Fax Cæli fulcimentum Monachalis;
Europæ firmamentum Chriſto addictus.
Eremi Cultor; Rector; benè dictus
Seruator, ſpes, Protector; ſpecialis
Poſſeſſor huius Montis; generalis
Patronus. Horizontis radijs pictus.
Empyrei Lux: Director; fons Virtutis;
Bellator; Lynx, detector generoſus;
Humanus ſplendor Morum, iam Diuinus.
Defenſor: Hortus florum: Pons ſalutis;
Ros Cæli celebratus, luminoſus:
Præceptor dilaudatus: peregrinus:
Empyreo plenus Sinus,
Quem Mons hoc claudit marmore Caſſinus.

EIVSDEM INSCRIPTIONIS CATABASIS.

☞ CCXCI.

O Peregrine; hic iacet Sol: Vas datus;
Monachalis Eremi Spes; Protector
Generalis: Empyrei Lynx, Detector
Iam Diuinus. Ros Cæli dilaudatus.
Empyreo plenus Sinus Cælo: natus
Bonis, Malis: Europæ Cultor, Rector;
Specialis Patronus; Lux: Director
Generoſus: Defenſor celebratus.
Benedictus Fax; Cæli firmamentum:
Bene dictus Poſſeſſor Horizontis:
Fons virtutis; humanus hortus florum
Luminoſus. Caſſini Fulcimentum:
Chriſto addictus Seruator huius Montis:
Radijs pictus Bellator: ſplendor morum.
Pons ſalutis, Præceptor peregrinus,
Quem Mons hoc claudit marmore Caſſinus.

Si volueris eiuſmodi verſus (Sonetos) fabricare, primo debes ichnographiam in charta ductibus diſtinctis delineare, vt cellas habeas, quibus poſſis ſingulas dictiones inſcribere, contemplare ſubſequentem Tabellam: in cuius ſingulis cellulis ſingulas voces collocabis, quæ habeant accentum in penultimâ, & tot ſyllabas, quot numerus inſcriptus poſtulat; (4. enim quaternas poſtulat; 3. ternas; 7. ſeptenas, &c.) hac lege vt omnes, quæ eâdem literâ notatæ conſonent; diſſonent, quæ diuerſa.

4			*
3	^{4}F	$_{4}$A	3
$_{4}$F	$_{4}$B	3	$_{4}$I
$_{4}$B	3	$_{4}$I	$_{4}$A
3	$_{4}$G	$_{4}$A	3
$_{4}$G	$_{4}$B	3	$_{4}$K
$_{4}$B	3	$_{4}$K	$_{4}$A
3	$_{4}$G	$_{4}$C	3
$_{4}$G	$_{4}$D	3	$_{4}$H
$_{4}$E	3	$_{4}$H	$_{4}$C
3	$_{4}$F	$_{4}$D	3
$_{4}$F	*	*	$_{4}$E
$_{7}$E			$_{11}$E

☞ CCXCII.

HVic *Soneto* etiam legem dat poſitum Diagramma, fuit olim Muſis, & Pegaſo inſcriptum, & modo exercitij gratia reponetur.



Ad Muſas

Muſæ valles	Ad Muſas Caſtalias EPIGRAMMA.		* * *
has colunt	cryptas montis	immortales	Sorores
nunc Phaëtõtis	Nymphæ bellę	Parnaſſi	corruſcantes
Clari Stellæ	concentus	reſonantes	triumphales.
Iam Solis	luminare	rationales	occœpit
illuſtrare	lauros velle	dum laurum	ſplendores
optant bellè	Dum Phœbus	doctos flores	legit Pales
Parnaſſum	laudat mare	criminatur	vult vndam
decorare	multa pinus	Apollo	q; chriſtallum
monumentis	& Mundus	dum Caballum	admiratur
fulgentis	Horizontis	peregrinus	inſiſtens
huius fontis	* * *	* *	elementis
Hinc pergunt			quæ præſe tulit ſchola
beare Muſæ.			bonæ mentis.

Primò hoc Epigrãma ab angulo *Has colunt* legitur directè, & ad numeros ſequentes reducitur.

Has colunt cryptas montis immortales
Sorores nunc Phaëtontis, *Nymphæ bellæ*,
Parnaſi corruſcantes clari Stellæ,
Concentus reſonantes triumphales.
Iam ſolis luminare rationales
Occœpit illuſtrare, lauros velle.
Dum laurum ſplendores optant bellè
Dum Phœbus *doctos flores legit*. Pales
Parnaſſum *laudat, mare criminatur*;
Vult vndam decorare multa pinus;
Apolloq; chriſtallum monumentis.
Et Mundus dum Caballum admiratur
Fulgentis Horizontis peregrinus,
Inſiſtit huius fontis elementis

Et deſcendendo per primam columnam, & poſteà per ſecundam, tertiam, quartamq; inueniemus hos verſus.

Muſæ valles has colunt, nunc Phaëtontis
Claræ Stellæ, iam Solis illuſtrare
Optant, bellè Parnaſſum decorare
Monumentis fulgentis huius fontis.
Nunc pergunt beare Muſæ cryptas montis,
Nymphæ bellæ concentus luminare,
Lauros velle, dum Phœbus *laudat, mare*
Multa pinus, & mundus Horizontis.
Immortales Parnaſi *reſonantes*
Rationales dum laurũm doctos flores
Criminatur Apollo, dum Caballum.
Peregrinus *ſorores corruſcantes*
Triumphales occœpit, ſplendores
Legit Pales, vult vndam, quæ chriſtallum
Admiratur inſiſtens elementis,
Quæ per ſe tulit ſchola bonæ mentis,

Obſcura eſt vtraque lectio, & iſta ſecunda præcipuè; at hæc ipſa obſcuritas, dum Lectorem moratur, videtur iuuare, & prodeſſe.

☞ CCLXCIII.

OGdoaſticha ſunt in pretio apud Italos, Hiſpanoſque: *Octauas Rhymas* illa dicimus: quo genere multa olim ſcripſi dum feruebat iuuenilis ardor: occurrunt inter alia hæc Catabaſica, quæ fortè non ſunt tam occulta, & obſcura, ac alia Carmina, quæ in alijs Labyrinthis legimus, Scriptæ ſunt Louanij, & miſſa ad Cæſarem, quo natalem eius diem celebrabamus.

Rinda alos tuyos ſus laureles Marte	Palas ſus armas aunque peregrina	Suſpenda Apolo para celebrate	Con digna voz, ſu lyra Cabalina.	Y de la luz mas pura, que reparte,	Quando infantes los montes illumina	De á ſus Muſas eſpiritu y aliento	Para poder cantar tu naſcimiento.
Palas ſus armas aunque peregrina,	Sugete a tu valor, y el dulce monte	Con clara voz, y cithara divina	Pregonara per todo el Horizonte,	formando voz, y lengua chriſtalina,	Con los rayos lucidos de Phaetonte	Que tus hechos heroicos y inmortales	Ella ha de celebrar en ſus Annales.
Suſpenda Apolo para celebrarte	Cō digna voz, y cithara divina	(Ceſar invicto) pues que tuvo parte	Su eſplendor en tu Fama peregrina.	No quede en todo el Orbe alguna parte,	Deſde nueſtro Eſpañol al Indo o China,	Que con ſeñas de iubilo y contento	No ſe ponga á explicar ſu penſamiento.
Con digna voz, ſu lyra Cabalina	Pregonara por todo el Horizonte	Su eſplendor en tu Fama peregrina:	Y tu eſplendor en el Caſtalio monte,	Deſde elada region aſta la Auſtrina	En alado animal Belerophonte	Pregone tus hazañas celeſtiales,	Las que tienbla y admira Marte y Pales.
Y de la luz mas pura, que reparte	Formando voz y lengua chriſtalina	No quede en todo el orbe alguna parte.	Deſde elada region aſta la Auſtrina	Que de vos no pregone que ſoys Marte,	Que gozais de una eſtrella peregrina.	Que ſoys entre los honbres un portento	Por valor, y por entendimiento.
Quando infantes los montes illumina	Con los rayos lucidos de Phaetonte,	Deſde nueſtro Eſpañol al Indo, ò China.	En alado animal Belerophonte	Que gozais de una eſtrella peregrina,	Con ſuave voz pregona el dulce monte,	Y dexado alabanzas generales,	Que ſoys, diga, el valor de los Mortales.
De á ſus Muſas Eſpiritu y aliento	Que tus hechos heroicos y inmortales.	Que con ſeñas de iubilo y contento	Pregone tus hazañas celeſtiales,	Que ſoys entre los honbres un portento,	Y dexando alabanzas generales,	Diga que vueſtros rayos y eſplendores,	Son en la guerra rayos matadores.
Para poder cantar tu naſcimiento.	(Ella ha de celebrar en ſus Annales)	No ſe ponga a explicar ſu penſamiento.	Las que tienbla y admira Marte y Pales.	Por valor, y por entendimiento,	Que ſoys, diga el valor de los Mortales.	Son en la guerra rayos matadores,	Los que en la paz ſon premios y favores.

Leguntur directè, deorſumq; eodem ſenſu, imò, & eiſdem verbis. Si quis voluerit hoc Diagramma imitari conſideret hæc bina ſchemmata: ſi voluerit verſus progredientes, & decidentes eoſdem eſſe, primum; ſin minus, ſequatur ſecundum.

Opus eſt, vt ſummâ vigilantiâ verſuum concurſum meditetur, ne ſenſus frangatur, aut hiet: in omnibus enim Metametricis verſibus ſe obſcuritas quædam inſinuat, quę ſi nimia non ſit, nec careat conceptu, commendatur: at curandum, ne ita culta litera ſit, vt inintelligibilis, & occulta dicatur.

PRIMVM.

A	B	A	B	A	B	C	C
B	D	B	D	B	D	E	E
A	B	A	B	A	B	C	C
B	D	B	D	B	D	E	E
A	B	A	B	A	B	C	G
B	D	B	D	B	D	E	E
C	E	C	E	C	E	F	F
C	E	C	E	C	E	F	F

SECVNDVM.

A	B	A	B	A	B	C	C
D	E	D	E	D	E	F	F
A	B	A	B	A	B	C	C
D	E	D	E	D	E	F	F
A	B	A	B	A	B	C	C
D	E	D	E	D	E	F	F
G	H	G	H	G	H	I	I
G	H	G	H	G	H	I	I

☞ CCXCIV.

HVC pertinent *Verſus ſciſſi*, quos Gallus *Vers coupez*, Hiſpanùs *Verſos cortados* nominat. Multa exempla ſuccurrunt; vnum aut alterum ſubſcribo.

Apud Rengifum cap. 67. pingebatur pulcherrimus fons, duos habens oculos, à quorum altero aqua turbida ab vſque mundi initio fluebat: ab altero incipiebat tunc aqua puriſſima

riſſima defluere. Prior oculus communem omnium conceptionem, Marianam poſterior denotabat. Subſcribebantur verſus, qui lecti directè, & ad longum conſtant numeris, quas *Coplas de Arte mayor* vocamus, & laudant oculum poſteriorem fontis: lecti deorſum pertinent ad eos, quos vulgo *Endechas* dicimus, & oculum priorem condemnant. Labyrinthum ſubijcio.

O fuente tu embias —En agua ſin cieno
Liquor Pónzoñoſo —Por ti nunca paſſa
Vnguento oloroſo —Derramas ſin taſſarr
Ni tienes, ni crias —El ſuzio veneno
Las lagrimas mias —No eſtan en tu ſeno
De ti han procedido —Mi bien y riqueza
Sin mezela has corrido—De lodo y torpeza
Del bien que podias. —Tu caño va llenn
De ti es deriuada —O fuente, la vida
O fuente la muerte —De ti ſe ha alexado
Viuir y no verte —Es miſero hado
Es dicha doblada —Ser tu conocida
La noche cerrada —Por ti es excinida
Produce tu caño —La luz del Oriente
Mi pena y mi daño —Eſtà de ti auſente
Por ti tiene entrada —La paz prometida

Prima Lectio procedit hoc modo. *O fuente tu embias en agua ſin ciene: Liquor ponzoñoſo por ti nũca paſa: Vnguẽto oloroſo derramas ſin taſſa;* &c. At ſecunda deſcendit per columnas ſic, *O fuente tu embias liquor ponzoñoſo; Vnguento oloroſo, ni tienes, ni crias: &c.*

☞ CCVC.

EAdem arte diuerſos Labyrinthos Stephanus Tabourotius compoſuit: tres edidit capite xviij primum ſubjcio.

Ie ne veux plus —La Meſſe frequenter
Pour mon repos —C'eſt choſe bien loüable
Des Hugue nots —Les preſches eſcouter
Suiure l'abus —C'eſt choſe miſerable
Ores ie voy —Combien eſt deteſtable
Ceſte fineſſe —En ce ſiecle mondain
Parquoy ie doy —Voyant la ſainčte Table
Tenir la Meſſe —En horreur, & deſdain,

Si legas verſus integros, alium; ſi hemiſtichia deorſum alium (nempe, oppoſitum) ſenſum inuenies.

MVSA II. CYPRIS: ADSCENDENS.

☞ CCXCVI.

IN Carminibus aſcendere poteſt ſenſus, Metrumq;: ille tunc maximè aſcendit cùm deſcendit. Hæc eſt Aſcetica, & Politica veritas, quam multis poſſem exemplis rationibuſq; dilucidare. Tractent Theologi Ethica, nos Metametricæ terminos non egrediamur: oſtendamuſq; Adſcenſum Metricum in Deſcenſu conſiſtere: hoc enim Diſtichum.

Dux	*Præſul*	*Genitor*
conduxi	*contuli*	*amaui*
Agmina	*opem*	*Gnatos*
arte	*fauore*	*ſinu.*

Sicut deorſum, ſic etiam ſurſum ſenſum habet. Nam, ſi Muſa aurea legerit,

Dux conduxi agmina arte.
Præſul contuli opem fauore.
Genitor amaui gnatos ſinu.

poterit Cypris eadem legere carmina ſurſum, & dicere.

Arte agmina conduxi Dux.
Fauore opem contuli Præſul.
Sinu Gnatos amaui Genitor.

Tota ergo difficultas ad eos veſus deuoluitur, in quibus, & ſenſus, & Metrum aſcendit.

FEſtiuam nuper noctem, diei æmulam, artificialium ignium apparatu tonãtem, fulminibus amicis grauidam, multi panegyricis, & carminibus concelebrarunt: Proſtant varia illuſtrium ingeniorum Poëmata, quæ in libris diuerſis leguntur. De Pace ipsâ multi (Theologi, Canoniſtæ, Iuriſtæ, Politici, Hiſtorici) in oppoſitas ſententias acti eruditiſſimè ſcripſerunt: ego etiam ſcripſi accuratè de Pace: nocturnamque hanc inſtitutam ob gaudium publicum ſolennitatem, deſcripſi Carmine Anabaſico, quod ſubſcribo.

NOX FESTIVA,

Qua Pax Germano-Suecica fuit publicata; Pyrobolis Metricis deſcripta.

Poſt triginta annos, poſt plurima funera, tandem
Reddita Germanis Pax aliquando fuit.
Perſonat hanc totum volitando fama per orbem;
Applaudit diues, adſtipulatur inops.
Iam fruitur meliore die defuncta pericl'is
Res, & ab Imperio gens inimica fugit.
Lætitiâ ſummi ſepelit Germania Martem,
Extincta & celebrat fulmina fulminibus,
Multi hæc mentito celebrarũt fulmina Olympo;
Arx micat altitibus Cæſariana focis
Gandia flãmiuoma hæc vidi dũ ſydera adirent
Deſcripſi & metris gaudia flammiuoma.

Ingenio Artificis	ſuccenſo	& machina	multa	Puluere	ſumma petens	* * *
Poſtea lapſa tonat.	Luce, corruſcat Humus	fundit ſe	lumina	& auras	flammula	* * *
condecorat	Lucis honore ſuæ	Puluis vbiq; crepans	diſpergit	fulmina	& vrget	* * *
phaſinata	noctem armat	flammi vomente pyrâ.	ſylua repoſta ſonat,	Iouis effert	Numina	———
ouantis	Bellica	ſplendorem	Puluis adulta facit	Fulmina pacifici	Martis nox	* * *
machinæ	adornat	vrbem	& aſtricomâ	reddita nocte dies	Nox fouet igni potẽs,	* * *
cæleſti	lumine	pingens	ſydera	facta manu	Cælica, & aſtra iuuant	———
æmula arena fuit	pulchro ardens	flumine	flãmma :	vndique	læta ſonant	nocte redire diem.

Hoc Carmen bifariam poteſt legi; progrediendo videlicet, & adſcendendo: progrediendo quidem, quia ſingulæ dictiones ſunt ſagittæ ad ſcopum ſuum per lineas horizonti parallelas proueniunt, & adſcendendo, quia ſingulæ dictioues ſunt pyroboli, qui manu miſſi impulſu perpendiculari ſumma petunt. Audiamus ergo priùs Sagittas, & poſteriùs Pyrobolos.

Puluis vbique crepans diſpergit fulmina, & vrget
Phaſmata, noctem armat flammi vomẽte pyrâ.
Sylua repoſta ſonat, Iouis effert Numina ouantis
Bellica ſplendorem puluis adulta facit.
Fulmina pacifici Martis! nox Machinæ! adornat
Vrbem & aſtricomâ reddita nocte dies.
Nox fouet ignipotens, cæleſti lumine pingens
Sydera: facta manu, Cælica, & aſtra iuuant.
Æmula arena fuit, pulchro ardens flumine flãma
Vndique læta ſonant, Nocte redire diem.

SAGITTÆ METRICÆ.

☞ CCXCVII.

INgenio Artificis, ſuccenſo, & Machina multa
Puluere, ſumma petens, poſtea lapſa, tonat.
Luce corruſcat humus: fundit ſe, lumine, & auras
Flammula condecorat lucis honore ſuæ.


PYROBOLI METRICI.

☞ CCXCVIII.

AEmula arena fuit Cæleſti machina ouantis
Phaſmata condecorat, poſteà lapſa tonat.
Ingenio Artificis pulchro ardens, lumine adornat
Fulgura, noctem armat lucis honore ſuæ.

Luce corruſcat humus: ſuccenſo fulmine pingens
Vrbem, ſplendorem flammiuomente pyrâ.
Pulnis vbiq; crepans, ſfundit ſe, & machina; flãmâ
Sydera & aſtricomâ puluis adulta facit.
Sylua repoſta ſonat; diſpergit lumina multa,
Vndique, facta manu reddita nocte dies.
Fulmina pacifici Iouis effert; fulmina, & auras.
Puluere læta ſonant cælica, & aſtra iuuant.
Nox fouet ignipotens: Martis nox Numina; & vrget
Flammula ſumma petens, nocte redire diem.

Qui eiuſmodi Pyrobolos, Sagittaſq; fabricare voluerit, chartam paret, & in ſeptem columnas diſtributæ, tales voces inſcribat, quales numeri ſubſequentes poſtulant.



Characteres ſunt noti: ſtellulæ ** loca vacua ſignificant. Conſonantium rationem non expreſſimus, illam Poëtæ progreſſum, & adſcenſum curioſè collaturo relinquimus.

☞ CCIC.

DEdi Diſticha: dabo Hexametra, quæ facillimè poterunt condi, & tandè valeant prorſum, & ſurſum legi. Pono ob oculos hunc verſum:

Numinis æterni Genitrix ſuccurre miſellis.

poſſem alium quemcunque, ſed hunc ſuggeſſit & deuotio, & facilitas, & hunc iterum, atque iterum ſcribo.

Numinis æterni Genitrix ſuccure
miſellis Numinis æterni Genitrix
ſuccurre miſellis Numinis æterni
Genitrix ſuccurre miſellis Numinis
æterni Genitrix ſuccure miſellis
Numinis æterni genitrix ſuccurre miſellis.

Ecce carmen excurrit, & adſcendit ſurſum. Ergo, ſi mutata dictionum materiâ, voces æquiſyllabas ponas, ſummâ facilitate numeros volantes, & ſurſum adſcendentes conficies. Subſequens exemplum contempleris.

Ad Marchionem de Aïtona Belgij Gubernatorem
EPIGRAMMA.

Marchio	Bellipotens	Terras	ſubiectat	*	*
& vndas	Marchio	Magnanimus	Victor	*	*
ſupponit	honorus	Plurima	Caſtrapedi	*	*
ceu Mars	peſſumdat	& vrget	Agmina,	*	*
caſtra, premit	turmas,	deuincit	& hoſtes,	*	*
Nomine	& Hæreticum	fugat ac	diſperdit	vbique.	

Et ſi illud directè legeris, inuenies ſequentes Hexametros.

Marchio Bellipotẽs Terras ſubiectat, & Vndas.
Marchio Magnanimus Victor ſupp n t honorus
Plurima caſtra pedi, ceu Mars peſſundat, & vrget
Agmina; caſtra premit, turmas deuĩcit, & hoſtes;
Nomine: & hæreticũ fugat, ac diſperdit vbique.

Quod ſi malueris per ſingulas columnas aſcẽdere, reperies alios etiam Hexametros eidẽ Excellentiſſimo Viro accinentes. Illos ſubſcribo.

Nomine caſtra premit, ceu Mars. ſupponit & vndas
Marchio & Hæretici cũm turmas peſſũdat honorus
Marchio Bellipotens, fugat, ac deuincit, & vrget
Agmina magnanimus: terras diſperdit, & hoſtes;
Perfida caſtra pedi Victor ſubiectat vbique.

Vt eiuſmodi Anabaſes fiant, debent paginę iuxta poſitum exemplum delineari, & ſingulis cellulis voces conuenientes inſcribi; quas habebit, qui materiam attemperet formulæ ſubſequenti.

[—ϖ|—ϖ—|ϖ—|ϖ—υ|υ—ϖ]

Conſonantium, quas exprimere nolui, habeas magnam rationem, ne earumdem defectu vocales aliquæ loco inconueniente elidantur.

APOLLO

IOANNIS CARAMVELIS PRIMVS CALAMVS SECVNDAM PARTEM METAMETRICAE EXHIBENS.

A P O L L O
C E N T R I C V S.

Ingredere audacter: Metametricus oſtia Nilus
Octo aperit, latice & tuto naues excipit omnes;

CCC.

HVc pertinent carmina, quæ à centro, aut etiam in centrum procurrunt: & quia fabricari poſſumus, quæ per literas, ſyllabas, aut dictiones à centro legantur, debebo diſſerere de ſingulis. Conſidera Tettagonum, quod Figura VIII. & XI. Tabulæ XX. proponit. In latrunculorum luſu ſunt calculi, qui non niſi in planum & rectà mouentur: ſunt & alij qui per angulos obliquè currunt: illos *Roques* Hiſpanos vocat; hos *Delphines*. Sunt & alij, qui vtroque modo currunt, quos *Damas* dicimus: quolibet modo ex iſtis poteris procedere, ſi ab Apolline Centrico conducaris. Figuram IX. & X. Tabulæ XX. debitâ attentione mediteris. Vt meliùs vtrumque motum intelligas, & nullum errorem in excurſu committas adnotato in altero Diagrammate motu plano à centro haberi vocem IESVS: in altero motu, qui ex plano & obliquo compoſitus ſit, à centro haberi vocem MARIA. Duo Diagrammata adhuc ſunt iterum recognoſcenda, videlicet illa, quæ Figura XIII. & IX. Tabulæ prædictæ præſeferunt.

Si vtamur dictionibus vtrinque peruijs, omnia in melius vertent: tales ſunt AMA FAMA: LVX EXVL: ATLAS AMAS ALTA: ALTA SIDIS ALTA; SINE LEGE LENIS. *&c.* [*Atlas* habet in vocatiuo *Atlas* more Latino; & *Atla* more Græco.]

MVSA I. SIMPLEX

CCCI.

PRIMVS procedendi & legendi modus, quem planum diximus, hodie communis eſt, & frequenter à Iunioribus Poëtis exercetur. Reperimus etiam aliqua antiquorum Diagrammata, quæ non carent labore & ingenio. Interim, vt habeat Lector, quos imitetur, hoc propono:

s u d n a n a n d u s
u d n a n i n a n d u
d n a n i d i n a n d
n a n i d r d i n a n
a n i d r e r d i n a
n i d r e F e r d i n
a n i d r e r d i n a
n a n i d r d i n a n
d n a n i d i n a n d
u d n a n i n a n d u
s u d n a n a n d u s.

Nominis F medium, initium notat ominis: unde
Quatuor in partes fama canora fluit.

Sicut hoc nomen *Ferdinandus*, ſic etiam alia quælibet laberynthæis ambagibus hæc Muſa implicat: ſic etiam interdum verſus integros Hexametros, Pentrametros, Sapphicos. &c. quorum Author admirationem apud indoctos plurimam, non verò apud doctos magnam laudem lucrabitur.

Hic ſcribendi modus ſtatim impingit in oculos, cùm prima linea ſit aloga & ineffabilis: hanc ego ob rem, cùm eiuſmodi carmina aut diagrammata volui condere, vſus ſum vocibus recurrentibus; conſidera Diagramma ſubſequens. Exhibitum in fuit promotione cuiuſdam amici, qui locum primum, quem calculo integerrimo Iudicum obtinuit, iure meruit.

I u r e m e r u i
u r e m e m e r u
r e m e r e m e r
e m e r u r e m e
m e r u I u r e m
e m e r u r e m e
r e m e r e m e r
u r e m e m e r u
i u r e m e r u i.

Hoc Paradigma multò eſt pulchrius antecedenti; quoniam non ſolùm à centro, ſed ab omnibus extremitatibus, currendo, recurrendo, aſcendendo, & deſcendendo legitur *Iure meruì*.

MVSA II. INGENIOSIOR.

☞ CCCII.

SECVNDVS modus multò eſt nobilior primo, & poterit carminum interiecto profluuio concatenari & elucidari. Ponamus aliquod exemplum. Eſt apud Pragam Albus Mons, in quo ille generalis conflictus inter Catholicos & Lutheranos habitus. Actum ibi de ſummâ rerum omnium: victoria obtenta: Hæretici deleti, trucidati, fugati. In quo belli loco, non Marti, ſed Chriſto, bellorum ſummo Deo, ſacellum erectum & dicatum: cui multas alij Inſcriptiones aptarunt, hanc Ego ſculpi volui: nimirùm, AMA·FAMA. eſt in manibus omnium, nec debuit ſecundò recundi; maximè, cùm libeat eius loco reponere Epicedium, quod Carolo Philippi I. II. & III. nepoti filio & fratri ſcripſi: quod quia nunquam impreſſum, huc adſcribo. (Vide Tabulam XXIX.

Hoc Epicedium indigere aliquâ explicatione videbatur, & ideò potuiſſent in altero Vrnæ latere verſus ſequentes, illud exponentes, inſculpi.

Siſte gradum, quiſquis venias ad limina Templi,
Et Fama CAROLVM, *disito;* SEMPER AMA.
Hoc ipſum reſonant lapides, hoc ſculpta ſepulchro
Grammata: & hoc ipſum nobile marmor ait.
Angulus omnis AMA *reboat, centrumque viciſſim,*
Quocumque aduenias, FAMA *reclamat* AMA.
Intertecta etiam minor addit litera verſus,
Quos lachrymas inter pagina noſtra dabit.
Ante dieM cArolus(Ferat vndAs Mæſtus Amaro
Maximus oceAnus. Ferat, inFerat ArMa dolori.)
Mortuus ante diem Fuit infans cArolus: hūc Fors
Abſtulit è Mundo, quiA Fortè timebAt euAntem.
FortunA carolus mAior Fuit, omniA MAgnos
proFundAnt elegos, proFundAt Mūdus AmarAs
pectore ab aFFlicto lAchryMAs. MonumētA Fatiſ-
FlētcArolu M. MuſAe Flētet caroli Aurea Fata. (ūt
spes erAt Mundi hiſpAni, FrAterq; monArcha:
parcA illum FallAx rApuit Fœlicibus Annis
Marti infenſA Fero: carolus nAmq; ipſe Fuiſſet
Ante dieM victor: turMAs eFFudiſſet iniquAs
hæreticuM, caſſoſque AniMos. dic ergo viator,
TerrA leuis carolo; FrAtri ſit Maxima vitA.
Iſta tibi dicturus eram: nunc perge: remotis
Dicere, ſi libeat, gentibus iſta potes.

FLoret hodie, & inter ſublimia Ingenia Europæ non occupat ſecundum locum D. Petrus Franciſcus Paſſerinus, Vir doctiſſimus & eruditiſſimus; quem à Viris Magnis celebratum Tabula XVIII. Orbi literario commendat. Multa ſcripſit, in quibus artificioſæ ideæ relucent, ex quibus etiam hic aliqua proprijs locis interſerentur. Interim, vt illa Lamina intelligatur, verſus inſculptos æri ſubtraho, & vt faciliùs legi poſſint exſcribo. Igitur

Eximium & Clariſſimum Dominum Magiſtrum noſtrum Petrum Franciſcum Paſſerinum.

AMA FAMA.

Aurea iaM redeunt sAturni tempora: Florent
ItAlia Muſæ: ecce plAcentiA MagnA: reFertA eſt
Fauſtis AuthoruM numeris, vAryſque cAMœnis.
At Flores inter dAt FructuM AcadeMicus Almŭ
Phœnix, FrAnciſcus Laudenſis gloria gentis.
Fūdit ab ore Melos, nAm FloridA carMinA fūdit
Qualia fAtidica vates MirAntur amantque
caſtalij Fontis fæcunda numine Muſæ. (*fert*
Hic linguA, hic calaMo chArites ſuper æthera pro-
Hoc florente Aula exiMia dominAntur Athenæ:
Hocque FacultAtes Majores Auſpice firmAs
Radices Mittunt, ſchola dAret FAMA peritA
plaude, faueque viro Angelico: facunda Magiſtri
cinge triumphAnti FeliciA tеMporA lAuro.
FortunaM superAt meritis; nam candida reFfert
ExemplA exiMiAe virtutis, cArMine digno
Vt laudare queAt, Famam iuuat AlMA Minerua.

☞ CCCIII.

EIuſdem artificij eſt Tabella olim ad laudem Regis Hiſpani (noſtri Clementiſſimi Domi-

Domini Ianua cuius Clauim torquebimt iſti
Verſus

Vndique Pracr svvs Magni clarit acta Philippi,
Vr svx Lavs generoſa quater ſit nota per orbem:
A centro svx Lavs venit itvri atque viciſsim
In centrum svx Lavs reſilit iamq; omnia Quarto
Soli ſtq Centro Recolvnt ſecta Philippo.

In hoc igitur labyrintho, in quo lineæ extenſiores dant vocem svvs, à centro quocumque dirigantur oculi, legitur Lavs: & ab angulo quocumque ad oppoſitum inuenitur svx Lavs. Cùm illum Regi adhuc puer conſecrarem, verſus hos interſerui.

Sacrabant Veteres Vertumno lAudis (2) honores
Vt piA votA DeVs redderet (3) Vndipotens :
ErrabAnt; ſiquidē ſAcra debVit (4) orbis Adorans
Laudibus hac quArta (5) Vertere ad Auſtriacū.
Accipiet Verſus (6) generosVm munus ab illo,
Vertumni ſiquidem nVmina Vincit ouanS.

Fuit Vertumnus Hetruriæ antiquiſſimus Rex (aut etiā Deus, iuxta Ethnicorum Theologiam.) Dictus à vertendo, quòd in omnes figuras commutaretur, vt Nymphæ Pomonæ placeret. Vide Ouidium *Transformationum lib.* 14. Horatium *libr. 2. ſerm.* Varronem *libr. 4. de lingua Lat.* & alios, qui de illo ſcripſerunt. Tiberius Donatus vocari *Vertumnum* non putat; ſed *Vertunum*: & probat, quia dicimus *Neptunum* & *Portunum*, non autem *Neptumnum* & *Portumnum*. Vocantur *Vndipotens*, quia ſupra omnem ſpem lacum Curtium aperuit, fecitque vt in Tiberim exoneraret: vt *Faſtorum ſexto* inquit Ouidius. Hinc putarunt nonnulli *Vertumnum* & *Neptunum* duo eſſe nomina, & vnam rem: imò & nonnulli eſſe vnicum nomen. & differentiam à Græcis characteribus ortam: nam *υ* Græcè eſt *ι* hoc eſt *n*: & *p*. Græcè *ρ*, hoc eſt *r*. quam ob rem, ſi prima proferatur vt *v* erit *Vertunus*: & ſi tertia proferatur vt *p*. erit *Neptunus*.

Rex eſſe debet quidam Politicus Vertumnus; omnibus omnia, vt ſingulos in obedientiâ contineat. Debet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: &c. At non eſt iſte locus, vt conceptum hunc ſtylo vberiore exponamus.

CCCIV.

EODEM Lemmate vſus fuit D. Claudius Clemens, noſtri Emauntini Cœnobij Religioſus à nobis iuſſus Abbatem Altenburgenſem celebrare. Vterque eſt iam (ſic ſpero) Cœli incola; at illorum memoria perennat in Tabulâ XXIII. ex quâ Carmina ſequentia deſcribo.

Summa Viri magni lAus eſt, & gLoriA VirtuS.
(2) QuæVelut Auricomus ſoL in te cLarA corVſcat,
(3) QVā mea muſA cupit ceLebrAre: ſed ilLa fAte-
(4) HAnc Laudare ſuū tenuē ſuperAre cothurnū (tVr
nam tuA te quantō virtus ſubLimAt honore,
(5) Aſpicit, & veLuti ſtellAm fVlgere decorAm
pLaudAt (6) nūc LAetus, quiſVis virtVtis amAtor
Præſulis vnius (7) cLArs, Vt corde coru(S)cet
fVlgentis ternAi radios (8) Laudemq; recLuſAm
præsVle prVdenti; quo nunc fAcer ordo refuLget?
cui doctrina (9) meL eſt, fauus & ſApientia, virtVs
Digna viris mAgnis, aterna Laude perennās (des;
(10) Et quAnta pietate vaLet, quAs e Armine Lan-
vt vAntare (11) qVeam digno, mea muſA fateto.
Hic vigilans, fidei cuſtos, hic denique pAſtor
Laud Anda (12) Vitæ meritis, in eoqVe relucent
AngeLici mores, cui Laus, cui gloriA in æVum (13)
Sit, qVod demōſtrArit, vaLeAt quid vi Vida virtuS.

CCCV.

EIVSDEM D. Claudij eſt Labyrinthus, quem exhibet Tabula XXII. vnde numeros ſequentes exſcribimus.

Auguſtum cernEns vultum, maceRataquE mēbrA,
(2) ſuſpicor angElicam foRmatum ex aeRE corpus.
(3) ExploRo mEltās, miroR ſimilem eſſe columnaE
(4) Quā iuſſit Dominus pRaE caſtris iſraeL iRe.
(5) Recto hac cōducEt nos tr(A)mite in aſtra sEqua
(6) flectūt aRdEntEm mixucula caſaRis irā (muR.
(7) Exilium iniuſtum Renuit cùm pEnna notaRE,
(8) Doctorū hic ſplEndoR, pateR eximiuſquE magiſter
(9) Atque aſcEtaRū phoEnix, laus, gloria, normA.

In voce *Iſraël*, iuſſit vltimam corripi, quod multi fecerunt & faciunt. Singulas Labyrinthi lineas ſingulis Hexametris concatenauit, quod in altero Labyrintho non fecerat. Diſcrimen ob oculos paret; nam vtrobique Arithmetici numeri lineas Labyrinthi diſtinguunt, & tamen tantùm in hoc vltimo in carminum initia incidunt.

CCCVI.

SICVT ex quatuor angulis maiores literæ, ſic & minores, quæ illas vinciunt, poſſent legi, ſi debito modo ſcribantur. Hanc ob rem Tabulam XXI. addidimus, in quâ noſtri Monaſterij Studioſi Reuerendiſſimi D. Ioſephi Coſtaltæ optimi mei Domini & amici virtutes celebrant. Conſidera igitur qua arte & modo ſequentia ibi Carmina concatenantur.

SuſpiciVnt Vulgò (2) SVblimes, pVrior aVtem
(3) sedVctos gentVs iVdicat eſſe (4) Viros.
cVlmina (5) VeteſsV eximio linqViſqVe fVgiſque
(5) qVos fortVna sVıS, Vult tribViſſe thronoS.

Hæc eadem, vt in Pegmate videris, Diſticha, ex omnibus angulis, progrediendo, recurrendo, deſcendendo, & etiam adſcendendo leguntur.

CCCVII.

ARGVMENTI ſimilitudo poſtulare videtur, vt hanc addam Tabellam tetragonicam, quam ante annos multos, adhuc adoleſcens, ſcripſi, ad laudem Reuerendiſſimi D. Petri Solis y Co-

 ronel,

ronel, Sacræ Theologiæ Doctoris, in trium Studioſorum promotione, quos Academico ritu Doctorali Laureâ coronauit; Adludens ad promouentis nomen reduxi ad Labyrinthum Lemma quod Tabulæ XX. figura XIV. repræſentat; quod ipſum, legebam diuerſimodè: hoc videlicet, aut illo modo, dictiones diuidendo aut diſpungendo. Vnam aut alteram Lectionem ſcribo.

Solos(nom.) coronare mirè (Corona) ſoles (verb.)
Solos (nom.) coronare mirè corona ſoles (verb.)
Sol es: coronare: mirè corona: Sol es. &c.

Prima linea reddit hunc ſenſum. *Tu, qui es corona & honorificentia populi noſtri ſoles (aſſoles) mirè (mirabiliter) coronare & laurea redimire eos, qui in Orbe literario ſunt Soles.* Secunda parum differt à primâ: vocem enim Corona; quam illa in Vocariuo voluit eſſe, vt ipſum Promouentem afficeret: hæc ad Ablatiuum reducit, vt inſtrumentum coronationis oſtendat. An non omnes, qui coronantur, coronâ coronantur? minimè: nam multi carcere, multi compedibus, & multi laqueo coronantur. Tango conceptum curioſum, quem alibi vberius edissero, oſtendens præmia omnia eſſe corona, & debere capitibus, hoc eſt, meritis proportionari corona enim, ſi ſit capite maior aut cadet ad humeros, & erit collo annulus, qui hominem ambitioſum ſtrangulet: aut per humeros tranſiens deſcendet ad tibias, & compedum more hominem ambitioſum in captiuitatem & ſeruitutem reddet. Ergo præmium, vt corona ſit, debet eſſe tantis per minus meritis. Et hunc conceptum paucis inſinnaſſe ſufficiat.

Tertia linea ſic poteſt explicari. *Tu es Sol coronator (nempe radys ſplendore, fama, opinione, authoritate) & poſtquam coronatus fueris alios mirè corona (nempe etiam fama & ſplendore) nemo enim, niſi qui lucet, poteſt illuminare. Ergo tu, vt hoc facias, Sol es.*

His ergo præmiſſis ipſummet Labyrinthum ponamus & dilucidemus.

SOL ES	Petra	*CORO NA*	*ſchola, quem dulcis be*	RE MIRE	replet Amor lauris, quemque	*CORO-NA*	t Honos	SO-LES.
upet de	*CORO NA*	*tus celebra be*	RE MIRE	Docta	RE. MIRE	ſedes are	*CORO-NA.*	Iouis. Flore
CORO-NA	*ſti Muſas Regaus be*	RE MI RE	mque	*CORO NA*	bus lucis honore tuæ. Opta	RE MIRE	tuos (de	*CORO-NA*
m lumine fulgent. Opta	ſ b MIRE	tuos ſacra	*CORO NA*	Lares. Vota	*CORO-NA*	ſtent Muſæ, quæ pange.	RE MIRE	occiſi que
RE MIRE	gia fata ſolent. Eſto	*CORO NA*	feruut	SO-LES	tibi namque	*CORO-NA*	s. Heſpere	RE MIRE
rudes: Phoſpho	RE MIRE	nouas. Viue	*CORO NA*	poſt, iuuenis doctoſque	*CORO-NA*	Cui in	RE MIRE	*quo multa*
CORO-NA	*patet. Gaude*	RE MIRE	tibique pias offerre	*CORO NA*	s. Gaude	RE MIRE	*tum docte*	*CORO-NA*
ſcho las. ſalue: viue	*CORO-NA*	*loci, laus dulcis be*	RE MIRE	gis Oliua:	RE MIRE	*gia Atlantis bonos. Viue*	*CORO-NA*	ſcholæ
SO-LES	orpare	*CORO-NA*	*Opta*	RE MIRE	*etiam ſumma*	*CORO-NA*	::::::	SO-LES.

Hoc modo placuit Labyrinthum diſponere, ne Sculptori & Typographo moleſti eſſemus: nam in Manuſcripto ſingula curioſiſſimè repræſentantur: loco enim vocis SOLIS, duo ſoles pinguntur: & loco vocis CORONA ponitur ipſamer Corona: & loco vocum RE MIRE, notæ Muſicæ illis correſpondentes.

Fortè non omnes ſcient hoc Pegma legere: Ergo maioris claritatis gratiâ, ſecundum ſumo calamum, & verſus diſtinctius reſcribo.

SOL ES, *Petre;* CORONA *ſchola, quem dulcis be*REMI
  RE*plet Amor lauris quemq;* CORONAT *honos.*
SOLE *super*(2) *de*CORO NA*tus, celebrabe*RE MIRE,
  Docta REMI RE*ſides arce,* CORONA *Iouis.*

Flore

Flore (3) CORONASTI Muſas Regalis heREMI,
REMque CORONABIS lucis honore tua.
OptaREM IRE tuos (deCORO nam lumine fulgent)
(4) OptaREM IRE tuos ſacra CORONA Lares.
Vota CORONAſſent Muſæ, qua pangeRE MIRE
Occiſique (5) REMI REGIA fata ſolent.
Eſto CORONA: ferunt SOLES tibi namq; CORONAS
HeſpeRE MIRE vides (6) Phoſphore MIRE nouas.
Viue CORONA poli; iuuenes doctoſque CORONA,
Ecce REMI REgno (7) multa CORONA patet.
GaudeREM IRE, tibique pias offerre CORONAS,
GaudeREM IRE tuas; docta CORONA ſoboles.
Salue (8) Viue CORONA loci: laus dulcis heREMI,
REGIS Oliua: REMI Regia; Atlantis honos.
Viue CORONA: ſcholæ SOLES ornare CORONA
(OptaREM IRE etiam) ſumma CORONA SOLES.

Si non obſcurus, & vario errori obnoxius, Labyrinthus non eſſet: hanc ob rem, niſi errare volueris, & nunquam ad lucem redire, filo indiges: quale Ariadna dedit Theſeo: Ariadna, inquam, cui coronam nouem ſtellis formatam, quam à Venere Bacchus receperat, dono dedit. Hanc ob rem & Epiſtolam addo, quam tunc ſcripſi.

CCCVIII.

TIBI Præſul Reuerendiſſime, ſalutem dico, Xenium mitto, & quia obſcurum & obnoxium erroribus, conſilij mei rationem addo. Eſt Labyrinthus locus obſcurus ambagibus mæandris & erroribus plenus; in quo, qui Ariadnæ ſtellis coronatæ filo careat, periclitabitur, & inextricabilem errorem experietur. Tibi ergo, cui à Sole & à Coronâ nomen, Labyrinthum hunc conſecro, vt tanquam Sol, illum radijs illumines, & vt Corona honores Dædalum, qui illum conſtruxit: Ariadnen quæ filum inuenit, & Theſeum, qui illo fuit vſus.

Sol es, Petre, Corona ſcholæ; quem dulcis heremi
Replet Amor; lauris quemque coronat Honos.

Et meritò te dico *Solem*: nam ſicut ille in Orbe æthereo, ſic tu in Orbe literario es ſolus. Iudithæ triumphanti acclamabant Hebræi, *Tu Corona Iſraël: tu honorificentia populi noſtri*. & nos tibi poſt tot victas in arenâ ſcholaſticâ difficultates, acclamamus. *Tu Corona ſchola, & honorificentia noſtra Vniuerſitatis*. Quietis amore afficeris: &, vt tibi viuas, ſolitudinem amas, & ad heremi delitias & tranquillitatem anhelas. Sed fruſtrà. quoniam non tibi ſoli, ſed toti Europæ natus, eſſe debes, qui tuæ ſcientiæ radijs vniuerſam illuſtres. Alios lauro coronauerit Honos; te lauris: quoniam in Philoſophiâ, in Theologiâ, & in Iure Canonico lauream indeptus, es noſtræ ætatis Triſmegiſtus, ter maximus.

Sole ſuper decoro natus: celebrabêre mirè
Docta Remi reſides arce, Corona Iouis.

Fumoſa alij oſtendant ſuorum atauorum ſtemmata: tua fumo carent, luce exuberant, nam à Sole proueniunt. Familia enim *Solis*, è quâ tu es natus, *Solis* familia eſt: quot enim illa filios, tot Reſpublica Parhelios habuit. Celebrari mereris, at non vulgari labio: nam miræ & heroicæ virtutes tuæ, miram & peregrinam eloquentiam poſtulare videntur, vt dignè poſſint dilaudari. Iuppiter multas coronas habet: alias diuites, alias ſplendidas, alias doctas & eruditas. Ex harum cenſu es tu, qui doctis tuis ſpeculationibus & obſeruationibus Iouis Theoricam dilucidaſti:

Sed cur diceris in arce Remi reſidere? cur non potiùs in Romuli? Reſpondebo duos Iuriſtarum terminos tanquam duas Herculis columnas, noſtro Labyrintho imponendo. *Ius in re, & Ius in rem*, ſunt illi: Ergo *non plus vltra*; Iam meam mentem capis, & expoſitione vlteriore non indiges. At quia iſta fortè epiſtola ad manus aliorum perueniet, patere, vt duas periodos etiam illis ſcribam, nam & ipſis ſum debitor. Romulus Remuſque ad coronam ius habent: ille in re, iſte in rem. Ergo Principes ſunt in ſolio Romuli: Doctores verò in ſolio Remi; coronas enim, quas ſapientibus adſignauit Aſtræa, Fortuna conſignauit diuitibus: quoniam, ſi aſſerente Platone, populus ille felix eſt, in quo aut philoſophantur Reges, aut Philoſophi regnant, Reſpublica, quæ habet ius, vt ſit felix; habet ius, vt doctos ad coronam promoueat. Hanc ergo ob cauſam Tu

Flore coronaſti Muſas Regalis heremi,
Remque coronabis lucis honore tua.

in adoleſcentiâ enim, dum in monaſterio tuo, quod ſicut pleraque omnia noſtri Ordinis, in deſerto eſt erectum, priuatum ageres, vitam Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, floridiſſimis verſibus ediſſeruiſti; iam ſenior, regimini admotus, labio & calamo, non ſolùm Ordinem, ſed etiam Hiſpaniam honoras.

Optarem ire tuos (decoro nam lumine fulgent)
Optarem ire tuos ſacra Corona Lares.

Laræ & Mercurij filij Lares eſſe antiquitatis monumenta me docent: quod hodie eſſe verum percipimus, cùm Angelus Manrique, Lara ſit & Marcurius (illud familiæ, iſtud ingenij nomine) cuius diſcipuli ſunt illi Collegij Salmanticenſis Lares, ad quorum conditionem & conſortium anhelo. Sed ſtandum eſt auitis Ordinis inſtitutis, qui Philoſophicas ſententias in alijs Collegijs à Iuuentute Monaſticâ addiſcendas diſponit. Et quidem hæc mea

Vota

Vota coronaſſetus Muſa, qua pangere miré
Occiſique Remi Regia fata ſolent.

Et quidem Remi fata Regia ſunt mira. Rex fuit creatus & coronatus poſt mortem; mortuuſque æquè regnabat ac Romulus, qui viuus erat. Fratricidij enim ſcelus lues peſtifera ſequuta eſt, nec aliter ſedari potuit, quàm corona Manibus Remi dedicatâ; vnde Virgilius in Operis Diuini primo: *Remo cum fratre Quirinus Iura dabant*. Et hæc mira Remi fata manent vniuerſos Doctores, qui libris clarent: quoniam in Tribunalibus ius dicunt populo, etiam mortui: Principes enim qui debent coronam Fortunæ, regnant dum viuunt: Periti, qui Lauream debent doctrinæ, regnant mortui; nam viti Principes ex Doctorum mortuorum conſilio iura dabunt. Tu igitur, qui eſt Corona ſapientia, Theologiæ Candidatis, quos promoues,

Eſto Corona: ferunt Soles tibi namque Coronas.
Heſpere mire rudes: Phoſphore mira nonas.

Profectò mira eſt Stella, quam Veneri ethereæ conſecrauit antiquitas; quæ Solem antecedens mane, *Lucifer*; & ſequens veſpere, dicitur *Heſperugo*. quam hodie imitari videris; nam Theologicum diem aperis, claudiſque; aperis enim claris & acutis ingenijs; obſcuris & obtuſis occludis. Ergo

Viue Corona Poli; iuuenes doctoſque corona:
Ecce Remi regno multa corona patet.

verè in Remi regno; in Maieſtate, quæ ſapientiæ potius quàm Fortunæ debetur: nam Coronas tres poſſides, & in millenas alias habes ius: quod viuas, quiuas, ſemper es habiturus. Sabæa Regina ſapientiæ Salomonis optabat eſſe diſcipula & auditrix: & Ego illius exemplo, quia Tu vt Literarij Orbis ſecundum Salomonem veneror,

Gauderem ire; tibique pias offerre coronas:
Gauderem ire tuas docta Corona Scholas.

Scholas, inquam, non Scholam: iam enim vniuerſale ingenium debes Deo, vt non vnâ ſcientiâ aut ſcholâ contentum, totam artium & Facultatum Encyclopædiam ſine vllâ confuſione aut perturbatione complectatur. Ergo

Salue, Viue Corona loci: laus dulci heremi:
Regis Oliua: Remi Regia: Atlantis honos.

Alios honorat dignitas, tu ſemper locum & dignitatem, ad quæ promouêris, honoras. Heremi es laus & gloria: quoniam Deo & Tibi viuens, in foro es ſolus; & in Muſæo multos eoſque illuſtriſſimos Comites habes, vt nunquam minùs ſolus ſis, quàm cùm ſolus. Coronæ ex oleis Mineruæ; militibus, Idibus Iulij; & aliàs Ouantibus Principibus datæ: Regia Remi dignitas eſt poſthuma: & Atlantis honos æthereus. Tu igitur es Oliua ſcientiarum Numini dedicata: quæ hodie milites veteranos ouantes & triumphantes laureâ Doctorali coronas; quos admones, vt reſpiciant Atlantem & Remum: Hunc, quia *eſſe beatus, ante obitum nemo ſupremaque funera debet*: illum, *quia vera beatitudo in cœlis eſt*, ergo

Viue Corona: Scholæ Soles ornare Corona
(Optarem ire etiam) ſumma Corona ſoles.

Scholæ dixi ſoles: nam te promouente nullus vnquam Laureâ coronatur indignus. Viue igitur: & illuſtriſſima ingenia, quæ vt Soles in academiâ fulgent, honorare & lauru redimire perge: & diligere tuarum laudum præconem: &c.

MVSA III. LEXICA.

CCCIX.

LITERIS hucuſque ſumus vſi, vt Diagrammata Centrica componeremus: Vnde Muſam I. quam ſimplicem diximus, *Literariam* potuiſſemus vocare. Scholam ingenioſiorem adeo, & Muſæ Lexicæ numine & influxu promotus, Carmina centrica ſubſcribo.

Poſſem illa multis modis componere: at, quia mihi arrident diſticha: aio ea futura eſſe pulchra, ſi ad iſtam ideam reducantur.

I II III IV

VII VI V IV

Habeatur ratio conſonantium tanta, quantam recurſus poſtulet, ne fortè aliqua vocalis per ſynalœpham importunè elidatur. His apicibus hæ voces poterunt adnumerari.

Innumerabilibus curis torquetur Achilles:
Vexatur morbis immedicabilibus.

quæ recurrunt à fine Pentametri, vt vides,

Immedicabilibus morbis vexatur Achilles:
Torquetur curis innumerabilibus.

Dictiones poſſunt eſſe compoſitæ, & omnes, quæ in vnam cellam cadunt, debebunt etiam ſimul legi. Laudemus ergo Sanctos Martyres,

qui

qui oderint animas ſuas in hoc mundo; & gloriâ æternâ coronantur.

Arma viroſq; canit		numeris		Diuinus		Apollo
	metris		laudatus		Homerus	
modulis		diſcretus		Arator.		Parnaſſus
	facundus		Eraſmus		Lucanus	
cœleſtis		Amœnus		Solinus		cytharis
	Ianus		Crinitus		rhythmis	
Aplanes		Bettinus		fidibus		Sydera celſa Poli

Huic Labyrintho eſt ſimilis, quem Tabula XIV. exhibet.

Hoc carmen centricum non eſt, ſed angulare: quoniam ab angulo *Arma*. ad angulum *Sydera*, & contrà, procurrit per omnia media. Qui igitur eiuſmodi Diagramma vult concedere primò componat vnum diſtichum iuxta ideam præmiſſam. quale eſt hoc:

[Sãguine-ſtelligerum] Petrus mercator Olympum:
Matthaus, paſſus [Vulnera-multa, polum.]

Deinde *Sanguine ſtelligerum* ſcribat in primo angulo: & *Vulnera multa polum* in vltimo. Poſteà reliquas voces per cellas ſuperioris lineæ & vltimæ columnæ alternatiuè, vt reſpicis: Vox *Olympum* cadet in angulum ſuperiorem dexterum, & ab illo angulo ad angulum è diametro oppoſitum debebunt ſingulis cellis inſcribi dictiones æquiſyllabæ, huic quãtitati ∪ - - reſpondentes. His notatis facile erit per parallelas vias voces cæteras multiplicare. Et, vt maneamus in exemplo poſito, vt Philomuſus ſciat, quot dictiones, & qualium ſingulas ſyllabarum debeat colligere, vt huiuſmodi labyrinthum conformet, eumdem ſimpliciter reſcribo.

- ∪ ∪ - ∪ ∪ -	∪∪ -	- - ∪	∪ - ∪∪	- - ∪		- ∪ ∪ - ∪ ∪ -
Arma viroſq; canit.	*numeris metris modulis*	*Diuinus laudatus diſcretus facundus cæleſtis*	*Apollo Homerus Arator Eraſmus Amænus Ianus Aplanes*	*Parnaſſus Lucanus Solinus Crinitus Bettinus*	*cytharis rhythmis fidibus*	*ſydera celſa poli*

Oportet igitur, vt huius menſuræ - ∪ ∪ - ∪ ∪ - habeat dictiones duas: huius ∪∪ - ſex; & huius - - ∪. decem: & tandem huius ∪ - ∪∪ ſeptem.

Prima 1
Secunda 3
3
Tertia 5
15
Quarta 7
115
Quinta 5
575
Sexta 3
1725
Septima 1
1725

Hic poſſet aliquis inquirere, Quot carmina hoc Diagramma contineat? Cui reſpondendum, mille illud ſeptingenta & viginti quinque complecti: hæc enim dat exactè compùtus. Dictio enim prima (- ∪ ∪ - ∪ ∪ -) ſemel ponitur, & multiplicata per dictionem (∪∪ -) quæ ponitur ter; dat tria. & hæc multiplicata per tertiam dictionem (- - ∪) quæ quinquies ponitur, dabunt quindecim: Et hæc 15. ducta in dictionem quartam (∪ - ∪∪) quæ ſepties reponitur, dabunt centum-quindecim: Et hæc ipſa 115. ducta in dictionem quintam (- - ∪) quæ quincupla eſt, dabunt quingenta ſeptuaginta quinque. Quæ ducta in ſextam dictionem (∪∪ -) quæ triplex eſt, dabunt mille ſeptingenta & viginti-quinque carmina Diſticha retrograda, vt dicebamus: vltima enim dictio, cùm ſemel tantùm ponatur, non auget numerum.

Hinc tranſeo ad Carmen Centricum, cuius gratiâ hæc ſunt dicta. Conſidera igitur diagramma præcedens, quod *Carmen angulare* vocaui: & ſcias Carmen Centricum nihil eſſe aliud, quàm quoddam compoſitum ex quatuor Angularibus. Sumo igitur calamum liberum, & quintam-decimam ad Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi D. D. Thomæ Sarriæ Archiepiſcopi Tranenſis & Salpenſis, mei amici chariſſimi laudem delineo. Eam attentè conſidera.

Ecce Centricum paradigma è quatuor Angularibus conformatum. Hic curioſitate arithmeticâ illectus interrogat Candidus Lector, Quot verſus contineat hoc Diagramma? *Prima*

Re-

A

Reſponſio eſſet hæc. Præcedens (hoc eſt Angulare) complectebatur 1725. diſticha retrograda: hoc eſt 3450. ſimplicia: & quia ſingula retrocurrentia binis æquiualent, complectetur 6900. Cùm autem hoc quadruplo numeroſius ſit, continebit verſus viginti-nouem mille ſexcentos. Dices hunc numerum eſſe vero-ſimilem: multæ enim voces in compoſitione coincidunt: carmen enim Angulare habet ſeptem canones & ſeptem columnas, & hoc Centricum non quatuordecim, ſed tredecim canones & tredecim columnas tantùm, adeoque multò pauciores verſus.

1725
4
6900
4
29600

Prima	1		4480
Secunda	8	Quinta	20
			89600
Tertia	20	Sexta	12
	160		179200
Quarta	28		89600
	1280		1075200
	320	Septima	4
	4480		4 300, 800
			17 203, 200

Sit igitur *vera reſponſio*: primam dictionem (- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -) in centro poni ſemel; ſecundam (ᴗᴗ-) octies: tertiam (— ᴗ,) vicies: quartam (ᴗ - ᴗᴗ) vicies-octies: quintam (-- ᴗ,) vicies: ſextam (ᴗᴗ-) duodecies: & ſeptimam (- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -) quater: & facta ſucceſſiua multiplicatione reſultare 4; 300, 800. hoc eſt quatuor milliones trecenta millia & octingenta diſticha retrograda. Et quia ſingula diſticha retrograda quatuor carmina complectuntur, continebit hoc Centricum Diagramma verſus 17, 203, 200. hoc eſt ſeptemdecim milliones ducenties & ter mille & ducentos.

Modus vtendi hoc labyrintho, & legendi iſta carmina eſt facilis & hoc ſapphico expreſſus.

Angule à quouis properante curſu,
Lector, ad centrum venias, vel ipſos
Prapes à centro repetas, notabis
Diſticha multa.

Senſus eſt liber: multa enim in ſpecie poſſent dici, ſed tantum generalia tetigimus, vt facilitati carminis conſuleremus. Sufficiat hoc exemplum poſuiſſe; tu poteris alia meliora ad gloriam Cœlitum aut etiam Principum Politicorum conformare.

A P O L L O
MVLTIFORMIS.

Pictoribus atque Poëtis
Quaslibet ornandi in tabulis aut ære figuras,
Zoile crede mihi, ſemper fuit æqua poteſtas.

CCCX.

VARIÆ, ſpecioſæ, & pulchræ ſunt figuræ, quas curioſus penicillus conformat. Omnes poſſumus transferre ad Metametricam, & omnibus varios verſus aptare. Tabula prima, &c. ob oculos ponit nonnullas, quas volo breuiter dilucidare. Reperies in eâ Carmina Triangularia, Quadrangularia, Quinquangularia, Sexangularia, Septangularia, Octangularia, &c.

Licèt magna ſit horum carminum, ſi lineas & picturam ſpectes, varietas; Idea eſt eadem, ſi metricè conſideretur: omnia enim huic poſſunt reſpondere:

A	B	C	D
- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ ᴗ,	ᴗᴗ ᴗ,	— ᴗ,	ᴗ - ᴗ
Innumerabilibus	*numeris*	*laudetur*	*Homerus.*

& quia difficile eſt ideam: - ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ ᴗ, in vnicâ voce reperire, poſſumus & ſolemus vti voce compoſita, quales ſunt, [*Ætheris aſtra vide;*] *Militis acta cano*; [*Martyris exubias;*] &c.

MVSA I. TRIANGVLARIS.

☞ CCCXI.

TABVLAS, laminaſque II. & III. ob oculos eruditorum pono: in quibus cellulæ A.B.C.D.Ç.B.A. complectuntur integrum diſtichum, iuxta valorem ſyllabarum, quem nuper dedimus. In figurâ ſecundâ cellulæ, quæ charactere C. notantur, communes ſunt, cæteræ ſunt ſpeciales. Ne igitur Sculptorem nimio labore grauem, vnicam tantùm delineationem pingo, quam cæteræ poterunt imitari. Sumo ergo ſtilum & Tabulam tertiamdecimam ad Ideam Tabulæ ſecundæ conformo: & in ipsâ hæc Carmina labyrinthica exhibeo.

A	B	C	D
Innumerabilibus	* * * *metris*	* * * *laudetur*	
Irreuocabilibus	*verbis* *modulis*	*dicatur* *cantetur*	
Ingenerabilibus	*palmis* *radijs*	*donetur* *ornetur*	
Innumerabilibus	*ſtellis* * * *	*pingatur* * * *	A--
Amplificabilibus	* * * *gazis*	* ! * * *ornetur*	QVI- NAS,
Condecorabilibus	*lauris* *gnomis*	*donetur* *cantetur*	
Inſuperabilibus	*linguis* *numeris*	*dicatur* *laudetur*	
Amplificabilibus	*calamis* * * *	*pingatur* * * *	

Sunt diſticha retrograda à fine Pentametri, & licèt hîc ſatis connexa & concatenata videantur, pulchriùs diſponuntur in Tabulâ XIII. quam, vt hæc bene intelligas, ob oculos habere debes. Interim, quia ſapientibus & inſipientibus deuinctores ſumus, maioris claritatis gratiâ eadem carmina ad longum reſcribamus.

Innumerabilibus metris laudetur AQVINAS,
Dicatur verbis irreuocabilibus.
Irreuocabilibus modulis cantetur AQVINAS,
Donetur palmis ingenerabilibus.
Ingenerabilibus radijs ornetur AQVINAS,
Pingatur ſtellis innumerabilibus &c.
Amplificabilibus gazis ornetur AQVINAS,
Donetur lauris condecorabilibus.
Condecorabilibus gnomis cantetur AQVINAS,
Dicatur linguis inſuperabilibus.
Inſuperabilibus numeris laudetur AQVINAS
Pingatur calamis amplificabilibus. &c.

Omnia Hexametra claudit hæc vox AQVINAS: poſſent aliæ, ſed meam ſum ego deuotionem ſequuntus: tu, ſi ſimile Diagramma condere placeat, pone, ſi volueris, diuerſas. Ego vlteriùs progredior, & quia hæc Carmina ſunt retrograda, ab vltimâ dictione initium ſumens, per ſingulas recurro; & ſic inquam.

Amplificabilibus calamis pingatur AQVINAS,
Laudetur numeris inſuperabilibus.
Inſuperabilibus linguis dicatur AQVINAS,
Cantetur gnomis condecorabilibus.
Condecorabilibus lauris donetur AQVINAS,
Ornetur gazis amplificabilibus. &c.
Innumerabilibus Stellis pingatur AQVINAS,
Ornetur radijs ingenerabilibus.
Ingenerabilibus palmis donetur AQVINAS,
Cantetur modulis irreuocabilibus.
Irreuocabilibus verbis dicatur AQVINAS,
Laudetur metris innumerabilibus. &c.

[De vocum ſignificatione nihil occurrit, omnes enim ſunt peruiæ: & *Ingenerabile* in Peripateticorum ſchola, quam profitetur & promouet Doctor Angelicus, eſt *cæleſte, perpetuum*, & *incorruptibile*, non enim Ariſtoteles admittit corruptiones aut generationes in cœlis.]

MVSA II. VARIA.

☞ CCCXII.

TABVLA, XIII. quæ ad iſtam Muſam pertinet, Carmina Triangularia propoſuit: imò etiam Sexangularia: nam duo implexi Trianguli figuram componunt Hexagonam. Eâdem arte poterimus condere & formare metricas quatuor aut plurium angulorum figuras, quales Tabulæ quarta & quinta proponunt, quæ etiam Octangulares dici poterunt, ob repetitionem Quadranguli. Modus conficiendi hæc carmina, vt iam ſæpe inſinuaui, eſt facillimus. Debet

B enim

enim delineari charta, & poſteà in ſingulis cellulis inſcribi dictio, qualem literæ inſcriptæ poſtulant: ſunt enim quatuor & reſpondent his numeris,

A.G. - ◡ ◡ - ◡ ◡ -	1 7 *Innumerabilibus*
B.F. ◡◡ -	2 6 *Stellis, vel facula.*
C.E. - - ◡	3 5 *ornatur*
D.D. ◡ - -	4 4 *Olympus.*

& poſtquam inſcriptæ dictiones conuenientes ſint, relege vndique, vt ſenſus fluat; quem, ſi hiare repereris, poteris alicuius æquiſyllabæ vocis ſubſtitutione reformare. Eâdem arte & ingenio quinque, ſeptem, nouem aut plurium angulorum figuræ metricæ conformabuntur; retine & obſerua præcedentes Regulas; & conſidera Figuras, quæ pertinent ad præſentem Apollinem.

CCCXIII.

PORRÒ carmina figurata antiquiſſima ſunt. Symmias Rodius aliquas figuras carminibus ſuis delineauit: laudantur inter alias, *Ouum, Ara, Securis, Fiſtula*. Hanc Metrametricæ partem Ioannes Alſtedius *Technopagnion* appellat, & Encyclopædiæ libr. 10. ſect. 5. cap. 5. *Aræ, Calicis, Centauri, Clepſydræ, Clypei, Cocleæ, Columna, Cordis, Crucis, Cubi, Fuſi, Organi, Oui, Pilei, Poculi, Pyramidis, Quadrati, Roſtri, Rota, Scala, Securis, Serpentis, Serræ, Talarium, Trigoni, Tripodis, Turris*, & aliarum imaginum, quas exprimunt carmina, meminit.

Samuel Pomarius carmina ſcripſit, quæ characterum varietate omnis Paſſionis inſtrumenta ob oculos ponerent. Illa omiſit Alſtedius; & addidiſſet ſuæ Poëticæ, ſi chalcographum idoneum fuiſſet nactus.

Balthaſar Bonifacius imaginibus carminicis delectabatur. Ab eo compoſitam Aquilam coram ponit Alſtedius vbi ſupra *pag.* 549. Aram. *pag.* 550. Calicem, Clepſydram, Clypeum *pag.* 551. Columnam Cubumque *pag.* 552. Fuſum *pag.* 552. Adduntur Rabani Cruces *pag.* 553.

Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris memoriæ æternæ Pyram Parnaſſus Viennenſis conſecrauit: illam P. Eugenius à S. Ioſepho Carmelita excalceatus, Vir vere ingenioſus & doctus, compoſuit, & edidit Viennæ in Auſtriâ anno 1657.

Hiſpani etiam interdum ita verſus ſcribunt, vt figuram aliquam repræſentent. Vnde Ioannes Diaz Rengifus Artis Poëticæ cap. 66. ſic inquit. *Los Laberinthos de letras ſe componen, neceſſitandoſe el Poëta à meter en los verſos las letras que quiere, y en los lugares que conuiene, ſegun la figura, que à de llevar el laberintho: porque vnos ſe hazen en forma redõnda, otros en quadrada, otros pintando vn aue, ò vn arbol, ò vna fuente, ò vna Cruz, o vna eſtrella, ò otras figuras de eſta manera, proporcionando las coplas y las letras con aquella figura.*

Hæ imagines duplici poſſunt modo confici. nempe, vel Carmine communi, vel Centaurico. De hoc agit Alſtedius *pag.* 551. & ait illud eſſe poëma, quod ex diuerſis verſuum generibus componitur: nam cùm alia breuiora ſint, longiora alia, debent neceſſario ſuâ inæqualitate conformare figuram. Vnde P. Eugenius à S. Ioſepho in Cæſareâ Pyra, vt de more ſciens à maioribus, ſupponit verſus hoc ordine. Arbitrarium: Trochaicum tetrametrum: Iambicum tetrametrum: Spondaicum, Hexametrum: Scazontem: Iambicum Timetrum: Sapphicum: Phaleucium: Aſclepiadeum: Anapæſticum: Iambicum Anacreonticum: Iambicum Dimetrum catalecticum: Glyconium: Adonium: &c. Si aliam vellet confirmare figuram, aliter verſuum iſta genera coordinaret.

Hic modus tametſi admiſſus ab omnibus, mihi non placet propter duo: cum, quia eſt moleſtum & difficile tam varia verſuum genera conformare: tum quia diſſonant inter ſe, & auri videntur ingrata: demus ergo ſecundum.

Scribantur carmina æqualia, & diuerſo colore illæ literæ, quæ debent imaginem formare: aut ſaltem charactere curſiuo, vt in Pegmate ſequenti videre eſt.

Æter	n o e	*s radio ſtant in te nam p*	i e u	*incta*
Ædes t	u r r	*ita ex hoc dudum eſt no*	n n e	*beata*
Machi	n a e	*t ipſa Dei ara & quius t*	t ſ u	*prima*
Lar ho	c n e	*ſt & mira lucorna hoc*	o t i	*a tot*
Agni ho	c ſ t	*atust ſignans quoque ri*	r e v	*sandoa*

Vera ſ	a l u	s iſta	*quos verus*	fons b	o n i	tatis
Eſt be	n e d	ictio	*q; ſacrauit*	amor p	i e t	aſque
Sanct	a ſ a	luris	*lux & vita*	redem	p t i	o vera

Inque do	m u p	*rinceps donum dat paci*	s i n	*oriem*
Iuraque	a m i	*citia hinc firmauit d*	e p o	*ſuitque*
Aſſci	t a a	*ntiqui uiſus qua texit ie*	m s m	*orſum*
In lec	e b r	*i luſu circa ignem noxi*	a e n	*im ſic*
Pella	x d c	*cipit & ſocordem vbi i*	n q i	*etato*

Eſt Rabani, ex Benedictinâ religione ad Archiepiſcopatum Moguntinum aſſumpti, & adducitur a Ioanne Alſtedio, loco citato, *pag.* 551. Hoc exemplum iterum poſuimus ſuperiùs, at hic alio illud modo expreſſimus, vt ſciat Lector, eiſdem carminibus diuerſas figuras & imagines, aut caſdem diuerſo modo delineare. In ſtipite primæ Crucis legitur

Nūc canā,at exorās leſum abdere & vda piare.
& in brachio.

Vera ſalus iſta eſt, benedictio ſancta ſalutis.
in alterius Crucis trunco,

In toto ipſe manens, tenet, ipſeque viuit in omni.
in brachio autem.

Fons bonitatis, amor, pietaſque redemptio vera.
Nec eſt omninò neceſſarium, vt literæ quibus Crux conformatur, ſenſum ſeorſim ſumptæ conficiant, nam manebit figura, quæ quæritur, licèt ſemper pulchrius & melius ſit, ſi illæ ſeorſim poſſint legi. Conſidera ſequentes numeros.

En eſte leño	por mis	*culpas veo*
La luz ſin	reſ[illegible]or,	*muerta la vida,*
Y que de aquel	coſtado	*fue la herida*
Puerta de la	heredad,	*que en Fee poſeo.*
Quien dirà, que ſu	afrenta	fuè rropheo,
Y venciendo la	muerte	fuè vencida,
Y que leuanta	al hombre	ſu cayda,
Y el Iuſto	pone en	libertad al reo?
Efectos tuyos ſon	Leño	*ſagrado.*
Reparador	glorioſo	*de la offenſa*
De aquel primero,	en que	*nacio el peccado.*
Enti el caſtigo ſo	v luiò	*defenſa*
Y del yerro en que	Adan	*viuiò culpado*
Con uxero ſe	diò la	*recompenſa.*

Vide Tabulam XIX. quæ Euchariſticum Pegma exhibet, quod anno M. D. LXXX. VIII. Reuerendiſs D. Georgius Lemens, Abbas Vlirbacenſis, Ordinis S. P. N. Benedicti compoſuit, & ſculpi curauit Louanij anno M. DC XXIII. quod nos tandem curauimus iterum ſculpi Pragæ anno MDCLIX. Iuſſimuſque noſtro optimo Domino & Amico Petro Franciſco Paſſerino dicari

Vide etiam, ſi reperire poſſis, nam raræ ſunt, Rabani Mauri, etiam noſtri Ordinis Religioſi, & Moguntini Archiepiſcopi Pegmata, [illegible]o ſtudio & labore compoſita, in quibus varias figuras carminibus expreſſas inuenies.

APOLLO
QVADRANGVLARIS.

Quadrandi verſus methodum h[illegible]ne contemnere noli:
Arte quadra verſus vel meliore tuos.

CCCXIV.

CIRCVMFERTVR ſigillum, quod videtur non omninò vanitate vacare (vanitatem à ſuperſtitione diſtinguo) accenſere enim vim aliquam realem & phyſicam characteribus ſcriptis, ſculpt[illegible] ue, ſæpe ſuperſtitioſ[illegible]m, ſemper vanum & illicitum eſt. Sigi[illegible]i igitur, cuius fit mentio, potentiam & vires omittamus, & literas conſideremus:

S	A	T	O	R
A	R	E	P	O
T	E	N	E	T
O	P	E	R	A
R	O	T	A	S

Eſt mirabilis literarum concurſus, cui ſ[illegible]milem vix alibi in aliquâ linguâ reperias; eſt enim figura quædam quadrangularis, quæ à quolibet angulo ſurſum deorſum directè & retrogradè poterit legi.

Et quid voc[illegible]s iſtæ ſignificant? Sanè, ſi liceat barbaras voces conformare, facile erit eiuſmodi multa & varia delineare ſigilla [illegible] at, ſi debeamus vti vocibus purè latinis, expe[illegible] m[illegible]r ſummas difficultates. Ergo vt ſententi[illegible]m h[illegible]nc myſterioſam exponam, [illegible]m nol[illegible]is n[illegible] ſufficiat Latina, ad alias linguas rec[illegible]rramus.

SATOR, Hebraicè סתור, à ra[illegible]ce סתר *ſatar*, quæ eſt *abſcondi* ded[illegible]ctu[illegible] & [illegible] h[illegible]c eſſe nomen Dei co[illegible]ſtat ex Prop[illegible], *Ve[illegible] tu es Deus abſconditus*.

AREPO, Heb[illegible] רפוא *Medicina* [illegible]ce רפא *Rapha*: D[illegible] nomen [illegible] ſumit: ait eni[illegible] [illegible]. *Non eſt opus* [illegible] *en tibus Medicus* [illegible] 1[illegible] *Non nece*[illegible]*e habent ſani Medico*. Nec [illegible]c inferat Pe[illegible]anus, non indigera[illegible] [illegible]eo [illegible]te[illegible] ſanoſqu[illegible] R[illegible]demptor & Conſeruator eſt; Reden[illegible]o[illegible] à corporis & m[illegible] e[illegible]t c[illegible], [illegible] gratiâ aut etiam corporis [illegible]nitate c[illegible]ſeruat.

TENET, Lat[illegible]um eſt, *ſuſtinet, continet, ſuſtentat, &c.*

OPERA, *actione, ſtudio, auxilio*: & hoc contra Durandum qui concurſum naturalem negauit; & Pelagium, quia ſupernatural[illegible] auxilia non admiſit.

ROTAS, *orbes, cælos*, iuxta illud Ciceronis in Arati Phænomenis, *Hunc tangit rota feruida Solis*.

Vnde ſententia integra erit hæc, *Deus abſconditus, ſalus & medicina potent[illegible]ma, ſuſtinet & conſeruat auxilio & operatione ſua cælos*. Cui responde[illegible]it iſtud Di[illegible]ic[illegible]m:

Rex [illegible]oſter, Medicin[illegible] ſalus, abſcondita Cauſa
rerum, [illegible]rum ſuſtinet ipſe polos

CCCXV.

DIXI c[illegible]di tabulas eſſ[illegible] d[illegible]fficiles, nec [illegible]s exemplis purè Latinis illuſtrari. Addo alterum,

Conuenere ſimul duo mundi lumina magna.
Virgi[illegible]us fuerat primus, & alter Amor.
Limitibus progreſſa ſuis Vrbs inclyta Roma
Ad mare [illegible] littora viſit Oram.
Concurſus ſiqu[illegible]em rarus fuit, omnia pulchrè
Inſcripta æterno nomina ſunt lapidi.

A	M	O	R
M	A	R	O
O	R	A	M
R	O	M	A

E	R	A	M
R	O	M	A
A	M	O	R
M	A	R	E

[illegible]tera nomina ſunt nota: tertium explico, [illegible] R[illegible] [illegible]o[illegible]æ con[illegible]toris a[illegible]t [illegible]ſtaura[illegible] v[illegible] & dicta *Hora*, v[illegible] *Ora*, [illegible]c enim [illegible]nus,

[illegible]eq[illegible]trine pater veneror, [illegible] amq; Quirini.& [illegible] s ha[illegible], n[illegible]c De[illegible] n[illegible]ui adſc[illegible]a ant[illegible] Aug[illegible]um. Ou[illegible]ius, Metamorph. [illegible].

Pri[illegible]cum pariter cum corpore nomen [illegible]*rino eſt.*
Muta[illegible]ramque [illegible]cat qua nunc Deq iun[illegible]a [illegible]

nota [illegible] etus N[illegible], [illegible] I[illegible]us [illegible]uiſſet. Cre[illegible] quò fortè re[illegible]xit

xit Virgilius *Æneid*, *9*. dicens,

Et mecum ingentes Oras euoluite belli.

Quintilianus *præfatione ad Triphonem* Oram Numinibus marinis adfingit, illamque in naufragijs imploratam à periclitantibus a[illegible]it, dicens, *Permittamus vela ventis, Oram ſoluentibus bene precemur*. vbi ſi *ora* non [illegible] intelligere *littus* volueris, tecum non d[illegible]tabo. Sed cur hæc Dea in obliquo, cùm alia nomina componuntur in recto? An hoc nomen potiùs eſt Africanæ vrbis, quam Arab[illegible] Oram, Latinè verò *Oramum* dicimus? quã tandem furorem inſultantis Agareni frænamus. Tu videris.

Hæ & aliæ voces, quæ à Romã [illegible] ſequentibus ve[illegible]us apud Ioannem A[illegible]ium *lib.* 10. *ſect.* 4. *ca.* 5. *num.* 36. dilucidantur.

ROMA vocor, tanto me Romulus auxit honore,
Nomine magnifico gaudeo ſæpe meo:
Litera quæque licet fuerit tranſpoſta ſubinde,
Certa tamen remanent ſignificata mihi.
Conueniunt ſeptem voces quas procreo ROMA,
Ceu ſeptem colles diliↄo ſede mea.
Ad me qui veniunt tractare negotia ſumma.
His loquor, expecta, ſit quoque parua M[illegible]A
Et MARO percelebrem R[illegible]manam red[illegible]dit O[illegible]AM,
Poſt oram Troiæ ſepius A[illegible]MA canens
Flumina fluxerunt terra hac imitantia M[illegible]RA
Ob varias cædes martyriumque ſacrum,
Inque vno RAMO [illegible] viteſ[illegible]:
Eſt in me fluxus detrade beatus AM[illegible]

Explicatio.

ROMA eſt principium, ſoret vltima di[illegible]io Romæ,
Si vertatur AM[illegible]R R[illegible]ma [illegible] amans.
In reliquis lateo, me [illegible]
Arma, Oram, Ramo, [illegible] Amor.
Res mira eſt [illegible] ROMA
[illegible]

In Diagr[illegible] voces [illegible]ficatiuæ, *M[illegible]re &* [illegible] variam pariunt [illegible]catione[illegible]modo.

Eſt MARE, quod nauis penet[illegible] ampl[illegible],
ERMA niſi tuſſit non ben[illegible] tuta [illegible]olat.
Orta maris [illegible]ma Venus Aphrodita putatur,
Fœmina MERA ideo ſacra parabit ei.
Quando pla[illegible]tiam ſpernens EMAR vndiq; duxi?
Æterna noctis quis negat eſſe REAM?
Haud Amor [illegible] mari [illegible] AM[illegible]
Arridens [illegible]
Si modò ſemper AR[illegible]M terra, MERA [illegible]
Non quod ERAM, [illegible] MARE ſemper er[illegible]
Er[illegible] [illegible] maris horrida re[illegible]
Sub RAM[illegible] totius tale [illegible] carmen amo.

Rame, arem, eram, ream, am[illegible], mera, mera mare, erma, emar, arme,

Quid ſibi vor[illegible]ulus [illegible] habere cupis?

Quæ præceſſerunt ex hoc deſumta fuere.
Vnica vox peperit bis MARE quinque ſonos.

CCCXVI.

De Syllabis.

SICVT tabellæ iſtæ procedebant per literas, poterunt aliæ per ſyllabas huc illuc diſcurrere, & eſſe ſimiles ſequenti exemplo.

MI	RA	VI	RA	MI
RA	DIO	VI	DIO	RA
VI	VI	XI·I	VI	VI
RA	DIO	VI	DI.O	RA
MI	RA	VI	RA	MI

quod à ſingulis, hinc inde excurrendo, pote[illegible]s legere, hanc ſemper ſententiam reperturus. videlicet, *Mira vi* (virtute efficaciâ & potentia) R[illegible] radio (coruſco, ſplendeo.) *Vidi ora viui Chriſti. Viui radio* (hoc eſt, Chriſti viuentis concurrente luce & ſplendore) *vidi ora* [illegible] nimirùm hæc [illegible] Chriſtum, ipſe [illegible] ipſe eſt radius, [illegible] Ora Chriſti, & hoc *mira vi ramis*, [illegible] eſt, [illegible] Crucis virtute. Huic radio radium etiam dare poſſunt [illegible] Diſticha.

Cernans aſpicio ra[illegible]rucis, auſpice Chriſto,
Immenſas vires arbor[illegible] experior.
Mira [illegible] Ram[illegible]
Lumine & excel[illegible]
Audiui dulcem [illegible]
Chriſti guſtaui [illegible] ium.
Cur viui radi[illegible] vidi [illegible]lympi?
Cur [illegible] am?
Olim clauſus erat, [illegible] pat[illegible]bat Olympus.
Crux hodie cunctis [illegible] Cœlum erit.

CCCXVII.

QVANTVM faciat [illegible]ibendi modus, ſedulò an[illegible]madu[illegible], quando Muſis Aureæ & [illegible] po[illegible] i[illegible]ud carmen,

Sicelides Muſæ paulò maiora canamus,

& [illegible]

Numinis æterni G[illegible] [illegible]currere miſil[illegible]

in Pegmat[illegible] quadrato ſcr[illegible]us. Ponamus modò [illegible]en Retrogradum. & quid inde poſſit [illegible]tare videamus. Sic [illegible]quam.

Mage-

A *Magorum*	*ſermo*	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*
ſermo	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*	*ſermo*
crudelem	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*	*ſermo*	*crudelem*
turbat	*Herodem.*	*Magorum*	*ſermo*	*crudelem*	*turbat*
Herodem.	*Magorum*	*ſermo*	*crudelem*	*turbat*	*Herodem*
Magorum	*ſermo*	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum.* B

Ab angulo A poteris prorſum & deorſum procedere, & ſemper verſus legibus conſtantes inuenies & ab angulo B. poteris retrorſum & ſurſum percurrere, & ſemper numeri legibus præ[illegible] ipſis conſtabunt. Poſ[illegible]et [illegible]petiui eumdem verſum, vt clarius euidentiúſque cognoſceretur artificium, quod non à vocum varietate, ſed à quātitatum ſimilitudine prorſus dependet.

Ver um hunc ad Aureæ Muſæ mentem in ſex columnis ſcripſimus, quid erit, ſi ad Cypriæ Muſæ imperium exſcribatur in quatuor? Faciamus, & ſtatim videbimus.

Porro ab angulo A. poſſumus omnia directo curſu legere: ab angulo B omnia retrogrado. Ab angulo C. omnia adſcendendo: & ab angulo B omnia deſcendendo.

A *Magorum*	*ſermo*	*crudelem*	*turbat* B
Herodem.	*Magorum*	*ſermo*	*crudelem*
turbat	*Herodem.*	*Magorum*	*ſermo*
crudelem	*turbat*	*Herodem.*	*Magorum*
ſermo	*crudelem*	*turbat*	*Herodem.*
C *Magorum*	*ſermo*	*crudelem*	*turbat* D

Ergo, ſicut iſtæ lectiones ſunt in hoc carmine, erunt in alijs diuerſis, ſi verba conuenientia ponantur. Hac doctrinâ præmiſsâ, ingrediamur interiùs, & ſingulas Muſas audiamus.

MVSA I. HEXAMETRA.

CCCXVIII.

Sicvt per literas & ſyllabas, ſic etiam per dictiones procedimus & carmina varia conformamus: quorum faciliùs ideas exprimas numeris, quam verbis Latinis exomnes[illegible] Hoc enim negare nemo poterit [illegible] et, in [illegible]ano idiomate non eſſe tantam verborum, ab Ideà requiſitarum, copiam, quantam Metrometrica poſtulat. Græca lingua eſt copioſior, & his formandis labe-rinthis & ambagibus aptior.

At[illegible]etam	*Agreſtis*	*Iudas*	*reclamat*	*Ieſum,*
Agreſtis	*mortis*	*diſcrimen*	*quando*	*reclamat,*
Iudas	*diſcrimen*	MVNDI	diſcrimen	Iudas
Reclamat	quando	diſcrimen	mortis	agreſtis
Ieſum	reclamat	Iudas	agreſtis	Athletam.

Senſus eſt difficilis; at illæſo metro lectio eſt octuplex ex quocunque enim angulo po[illegible]s currere, recurrere, aſcendere & deſcendere.

Huic ſimile eſt Pentaſticum iſtud, quod ſequitur.

Vtrimque	*agreſtis*	*[illegible]bas*	*propagat*	*Iuli*
Agreſtis	*nomen,*	*certamen*	*quando*	*propagat*
Iarchas	*certamen*	CELEBRAT	certamen	Iarchas
P[illegible]agat	quando	certamen	nomen	agreſtis
Iuli	propagat	Iarchas	agreſtis	vtrimque

In his duobus exemplis procurrendo a[illegible] deſcendendo ab [illegible], & aſcendendo a[illegible] recurrendo a fine, ſemper inuenies eadem carmina.

Miſi hanc Ideam ad P. Nicolaum Lucenſem Capucinum, qui non ſolùm in Theologicâ ſcholâ, ſed etiam in Parnaſſo eſt celeber. Hic ſcirè in Epiſtolâ Viennæ in Auſtriâ 4. Mai, 1658. ſcripſit ſic loquens: *Sunt huiuſmodi Ideæ, quas exemplificandas tranſmiſiſti, quò nobiliores, eò difficilioris ſtructuræ; procul dubio ob meam imperitiam, ingeniique ariditatem; ſed auſim etiam addere ob penuriam vocabulorum, vt ita dicam, ſtrict[illegible] ris o[illegible]ruantia. adeo, vt non conceptui voces, ſed vocibus conceptum opus ſit accommodare:*

unde

vnde nec mirum ſi ſubinde carmen non ita fluat, aut ſenſus ſterilior appareat, verbiſque minùs reſpondeat: quamuis benigniùs interpretari volentibus non omninò ſenſu careant Et exempla ſubſequentia tranſmiſit.

Adamo	Abramus	Iacob	Iſachus	Abramo
Abramus	Natus	Prognatus	Gnatus	Iſachus
Iacob	Prognatus	IESVS	Prognatus	Iacob
Iſachus	Gnatus	Prognatus	Natus	Abramus
Abramo	Iſachus	Iacob	Abramus	Adamo

Claudit hoc Labyrintho Author Domini noſtri Ieſu-Chriſti genealogiam, illumque hoc Tetraſticho dilucidat.

Adamo Abramus genitus, Iſachus Abramo,
Iſacho & Iacob Dux Patriarcha fuit.
His igitur Patribus prognatus Dauide Iesvs
Dicitur, & Iesvs *Filius ipſe Dei.*

Vocis *Dauid* incrementum fere ſemper producitur; ſed, quia vox eſt Hebræa, ſicut alijs producere, ſic alijs corripere placuit.

Illa Apoſtoli verba 1. Corinth. 3. 6. *Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque, qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed, qui incrementum dat, Deus.* hoc Tetraſtico dilucidauit, & D. Friderico Aprili Parrocho Soremundano inſcripſit.

Aprilis rorat ſegetes, maturat Iesvs,
Quas nuper cultis iecit agreſtis agris.
Nempe nihil platans, nec Apollo rigans, ſed Iesvs
Eſt aliquid, latas creſcere dans ſegetes.

& ad ſequentem Labyrinthum reduxit.

Vtraſque	Aprilis	IESVS	agreſtis	agriſque
Aprilis	rorat,	maturat,	iactat	agreſtis,
IESVS	maturat	ſegetes,	maturat	IESVS
Agreſtis	iactat,	maturat,	rorat,	Aprilis,
Agriſque	agreſtis	IESVS	Aprilis	vtraſque

Erat perilluſtris D. Ioſeph Creſcuntius annonæ Præfectus, vir pius & bonus, qui vtriſque (pauperibus & diuitibus) ſatisfaciebat. Illum noſter Poëta cum Ioſepho, Ægypti Prorege compoſuit, et cecinit,

Aprilis fructus præbet; cum diuite pauper
Indiget: hos Prorex ſeruat vtrique Ioſeph.

et hanc ſententiam in ſubiecto Labyrintho concluſit.

Vtroſque	Aprilis	IOSEPH	agreſtis	vtriſque
Aprilis	pandit,	conſeruat,	plantat,	agreſtis
IOSEPH	conſeruat	Fructus,	conſeruat	IOSEPH,
Agreſtis	plantat,	conſeruat,	pandit	Aprilis.
Vtriſque	agreſtis	IOSEPH	Aprilis,	vtroſque

Perilluſtris D. Ioannes Agroſus, Nobilis Florentinus, ut Aſtronomus, ſic et venatione ſummoperè delectatur. Illum quidam Poëta celebrarat hoc Diſticho,

Venatu inſequitur ceruos, proſternit Ianus
Vrſos, aprinas mactat athleta feras.

In illo Minotaurum abſconditum detexit noſter Nicolaus, eumdemque in mæandros Pegmatis ſequentis innexit.

Athleta	Hetruſcus	IANVS	Agroſus	aproſque
Hetruſcus	ſternit	venatur.	mactat	Agroſus
IANVS	venatur	Ceruos,	venatur	IANVS
Agroſus	mactat	venatur	ſternit	Hetruſcus
Aproſque	Agroſus	IANVS	Hetruſcus	Athleta.

Erant in Regio Sacello tres Cantores: Martinus Acuña, Franciſcus Oroſcus, et Ildefonſus Iaſon. de quibus circumferebatur hoc Diſtichon.

Pangit Acuña melos: carmen decantat Oroſcus:
Sed Iaſon numeros pangit vtroſque ſimul.

Hos ergo ad Palatium Dædali, vt Minotauris modulentur, mittamus. Formemus labyrinthum ogdoamorphum, qui laudes illorum ediſſerat. Voces ſubſequentes conſidera.

Vtrumque	Oroſcus	Iaſon	Acuñus	Vtrumque
Oroſcus	carmen	decantat,	pangit	Acuñus
Iaſon	decantat	numeros,	decantat	Iaſon
Acuñus	pangit,	decantat	carmen	Oroſcus
Vtrumque	Acuñus	Iaſon,	Oroſcus	Vtrumque

Claudat hunc articulum Pegma eiuſdem P. Nicolai contra Iudam, et Hebræos carnifices delineatum, cuius argumentum exhibet ſequens Diſtichon.

Proditor en Ieſum Iudæis vendit Iudas;
Emptum autem Chriſtum cædit Hebræus atrox.
Vocum ſyntaxin ſubſequentem conſidera.

Athletam	aprinus	Iudas	Hebræus	atroxque
Aprinus	tradit,	diuendit:	cædit	Hebræus:
Iudas	diuendit	Chriſtum	diuendit	Iudas.
Hebræus	cædit,	diuendit,	tradit	Aprinus
Atroxque	Hebræus	Iudas	aprinus	Athletam.

Ecce hucuſque habuiſti 25. locos; at tamen non niſi 9. dictiones, vt omnes impleas; nam, vt omittam cætera, quæ OMOMETPA ſunt, hæc eſt materies vltimi.

Athletam aprinus Iudas Hebræus atroxque
o-◡, *tradit*, *diuendit*, *cædit* o-◡,
i-, , --◡, *Chriſtum*, --◡, i -,

Horum ergo carminum gratia in hoc conſiſtit, primò, quod nouem tantùm vocibus viginti verſus conſtruat: ſecundò, quod, ſiue curras, ſiue recurras; ſiue deſcendas, ſiue adſcendas, ſemper eadem carmina reperiantur. Sed, quia varietas delectat, alio modo eamdem ideam ex potentiâ ad actum reducamus.

SI in ſingulis locis Metametricis diuerſas dictiones conſtituas prodibunt 20. verſus diuerſi: et hi dabunt 8. lectiones, et ſingulæ ſuum etiam Pentaſtichum. Sequentem Inſcriptiones conſidera, quam Circo Herculeo appendi iuſſimus.

Quis longam hanc poterit Circi percurrere arenam?				
Athleta	Eous	Iolaus,	Gradiuus,	Iaſſus,
Hetruſcus,	Sardus,	Germanus,	Teuto,	Silenus,
Iazyx,	Cretenſis,	Siculus,	Chaldæus,	Iader,
Britannus,	Saxo,	Romanus,	Gnoſis,	Acræus,
Ionus,	Sebritus,	Iapyx,	Agræus,	Odryſa.

Sunt octo huius Pentaſtichi Lectiones, quæ omnes reſpondent Lemmati et Proſodiæ. Illas doctrinæ vberioris gratiâ ſubſcribo.

I. *Athleta Eous, Iolaus, Gradiuus, Iaſſus, Hetruſcus, Sardus, Germanus, Teuto, Silenus, Iazyx, Cretenſis, Siculus, Chaldæus, Iader, Britannus, Saxo, Romanus, Gnoſis, Acræus, Ionus, Sebritus, Iapyx, Agræus, Odryſa.*

II. Athleta Hetruſcus, Iazyx, Britannus, Ionus, Eous, Sardus, Cretenſis, Saxo, Sebritus, Iolaus, Germanus, Siculus, Romanus, Iapyx, Gradiuus, Teuto, Chaldæus, Gnoſis, Agræus, Iaſſus, Silenus, Iader, Acræus, Odryſa

III. *Iaſſus, Gradiuus, Iolaus, Eous Athleta, Silenus, Teuto, Germanus, Sardus, Hetruſcus, Iader, Chaldæus, Siculus, Cretenſis, Iazyx, Acræus, Gnoſis, Romanus, Saxo, Britannus, Odryſa, Agræus, Iapyx, Sebritus, Ionus.*

IV. Iaſſus, Silenus, Iader, Acræus, Odryſa, Gradiuus, Teuto, Chaldæus, Gnoſis, Agræus, Iolaus, Germanus, Siculus, Romanus, Iapyx, Eous, Sardus, Cretenſis, Saxo, Sebritus, Athleta, Hetruſcus, Iazyx, Britannus, Ionus.

V. *Ionus, Britannus, Iazyx, Hetruſcus, Athleta, Sebritus, Saxo, Cretenſis, Sardus, Eous, Iapyx, Romanus, Siculus, Germanus, Iolaus, Agræus, Gnoſis, Chaldæus, Teuto, Gradiuus, Odryſa, Acræus, Iader, Silenus, Iaſſus.*

VI. Ionus Sebritus Iapyx Agræus Odryſa, Britannus, Saxo, Romanus, Gnoſis, Acræus, Iazyx, Cretenſis, Siculus, Chaldæus, Iader, Hetruſcus, Sardus, Germanus, Teuto, Silenus, Athleta, Eous, Iolaus, Gradiuus, Iaſſus.

VII. *Odryſa, Agræus, Iapyx, Sebritus, Ionus. Acræus, Gnoſis, Romanus, Saxo, Britannus, Iader, Chaldæus, Siculus, Cretenſis, Iazyx. Silenus Teuto, Germanus, Sardus, Hetruſcus, Iaſſus, Gradiuus, Iolaus, Eous, Athleta.*

VIII. Odryſa Acræus Iader Silenus Iaſſus, Agræus, Gnoſis, Chaldæus, Teuto, Gradiuus, Iapyx, Romanus, Siculus, Germanus, Iolaus, Sebritus, Saxo, Cretenſis, Sardus, Eous, Ionus, Britannus, Iazyx, Hetruſcus, Athleta.

Tam

☞ CCCXIX.

TAm eſt difficilis modus præcedens, vt vix vnicum exemplum potuerimus conformare, quod ſenſum apertum haberet. Iubeo modo ſeptem carmina confici æquiſyllaba, quæ ſenſum ſimilem reddant, qualia ſunt, quæ ſequûntur.

Concelebrat	*veteres*	*generoſus*	*Teuto*	*Monarchas.*
Collandat	*faciles*	*animoſus*	*Perſa*	*Dynaſtas.*
Clarificat	*celebres*	*decumanus*	*Cauſo*	*Tyrannos.*
Dinumerat	*porriles*	*clypeatus*	*Mygdo*	*Coraules.*
Commemorat	*ſteriles*	*malefidus*	*Panno*	*fauiſſas.*
Fortificat	*fragiles*	*ſpecioſus*	*Briſto*	*phalanges.*
Amplificat	*celeres*	*inuictus*	*ſaxo*	*triumphos.*
ſemper agens.				

Si ſemel ſint perſecta hæc carmina, debebunt ſcribi in tabellâ quadratâ in ſex columnis, prout ſequens figura repræſentat.

Concelebrat	*veteres*	*generoſus*	*Theuto*	*Monarchas.*	*Collaudat*
faciles	*animoſque*	*Perſa*	*Dynaſtas*	*Clarificat*	*celebres*
decumanus	*Cauſo*	*Tyrannos.*	*Dinumerat*	*pariles*	*clypeatus*
Mygdo	*Coraules.*	*Commemorat*	*ſteriles.*	*malefidus*	*Panno*
fauillas.	*Fortificat*	*fragiles*	*ſpecioſus*	*Biſto*	*phalanges.*
Amplificat	*celeres*	*inuictus*	*Saxo*	*triumphos.*	*ſemper inops.*

Iſta eſt facillima carmina deſcendentia componendi methodus; conſidera attentè Diagramma: in progreſſu carmina illa, quæ paulò antè dedimus, inuenies: in deſcenſu verò, quæ ſequuntur.

Concelebrat faciles decumans Mygno fauiſſas.
Amplificat veteres animoſus Cauſo Coraules.
Fortificat celeres generoſus Perſa Tyrannos.
Commemorat fragiles inuictus Teuto Dynaſtas.
Dinumerat ſteriles ſpecioſus ſaxo Monarchas.
Clarificat pariles malefidus Biſto triumphos.
Collaudat celebres clypeatus Panno phalanges
Semper inops. &c.

Hinc duo colligo. Alterum quamcumque carminum normam, modò in omnibus obſeruetur ſimilitudo, daturam carmina deſcendentia. Alterum, hæc darmina eadem ſi eſſent retrograda, fore progredientia, deſcendentia, retrocurrentia, & aſcendentia. Vtrumque eſt certum, ſed hoc vltimum faciliùs numeris demonſtratur, quàm exemplis et verbis. Dixit olim Iacobus Fulco

Magorum ſermo crudelem monit Herodem.

et hunc ego verſum retrogredientem imitans, ſic inquam.

Britannus turbo graudanos torſit Eoos.
Sebrites prado famoſos monit Hetruſcos.
Silenus ſermo feſtinos vicit Hebraos.
Grandinus mango funeſtos duxit agraos.
Pachinus mucro mendaces fixit odryſos.
Diana praeo pugnaces traxit athletas.
Cyana lurco furtiuos cepit agreſtes.

Igitur iſti verſus, ſi ad ſex columnas reducantur, vt priores reduximus, habebimus Carmen tetramorphon, quod ab initio progrediendo et deſcendendo: et à fine regrediendo et aſcendendo cantari poſſit.

A Britannus	turbo	grandæuos	torſit	Eoos.	Sebrites
prædo	famoſos	mouit	Hetruſcos.	Silenus	ſermo
feſtinos	vicit	Hebræos.	Gradiuus	Mango	funeſtos
dux t	Agræos.	Pachinus	mucro	mendaces	fixit
Odryſos.	Dianæ	præco	pugnaces	traxit	Athletas.
Cyanæ	lurco	furtiuos	cepit,	agreſtes	* * * B

Ab angulo A. directè progredi, et etiam deſcendere poteris: et ab angulo B. regrediens, et aſcendens totum Pegma percurrere. Progredieris ab angulo A. dicendo:

Britannus turbo grandæuos torſit Eos,
Sebrites prado famoſos mouit Hetruſcos. etc.

Deſcendes ab ipſo angulo A. per has dictiones.

Britannus prado feſtinos duxit Odryſos
Cyana turbo famoſos vicit Agros. etc.

Et ab Angulo B. recurrens pronuntiabis hos numeros.

Agreſtes cepit furtiuos lurco Cyana,
Athletas traxit pugnaces praco Diana,
Odryſos fixit mendaces mucro Pachinus. etc.

Et tandem ab eodem angulo B. rurſus volans

lans verſus hos modulaberis.
Athletas fixit funeſtos fermo, ſebrites.
Agreſtes traxit mendaces mango Silenus. etc.

Vidimus, quid hæc carmina per ſex columnas diſtributa dederint, modo eadem in quatuor columnis reſcribamus.

A	Britannus	turbo	graudæuos	torſit	C
	Eoos.	ſebrites	prædo	famoſos	
	mouit	Hetruſcos.	Silenus	fermo.	
	feſtinos	vicit	Hebræos.	Gradiuus	
	mango	funeſtos	duxit	Agræos	
B	Pachinus	mucro	mendaces	fixit	D

Ab angulo A. incipit lectio directa: videlicet,
Britannus turbo grandæuos torſit Eoos.
Sebrites prædo famoſos mouit Hetruſcos. etc.
Ad angulo D. incipit retroeurſus.
—— *Finxit mendaces mucro Pachinus.*
Agræos duxit funeſtos mango Gradiuus. etc.
Ab angulo B. adſcenditur per dictiones ſequentes.
Pachinus mango feſtinos duxit Eoos.
Britannus mucro funeſtos vicit Hetruſcos. etc.
Et tandem ab angulo C. deſcenditur hoc modo
—— *Torſit famoſos fermo Gradiuus.*
Agræos fixit grandæuos prædo Silenus. etc.

Porrò voces illæ triſyllabæ, quæ ab initio et fine verſum claudunt, omnes habent primam ſyllabam indifferentem: ſunt enim propria nomina, in quibus non conueniunt Authores, quod, ſi ſcrupuloſior ſis, et aliqua tibi diſpliceat, illam exelſe iube, et aliam eius loco repone. Ego enim in exemplis non tam nitorem, quàm claritatem quæro. Tu in Labyrinthis tuis grandiorem, ſenſum numeroſque curare poteris: longa enim reſtat via, et feſtino.

MVSA II. NVMEROSIOR.

CCCXX.

VOx eſt duplex: ſimplex, compoſita. Labyrinthos conformare ſimplicibus, valde eſt difficile (non enim ſemper ſunt in linguâ Latinâ dictiones ſimplices, quæ Metricæ Ideæ correſpondeant.) at compoſitis vti, et Poëtæ erudito facilius, et linguæ Græcæ et Latinæ accommodatius eſt. Hanc ob rem Muſam iſtam addidimus, quæ erit numeroſior et clarior. Dictionum ergo loco hemiſtichijs vtemur; et, vt nos imitari poſſis, incipio; et Labyrinthum hunc, qui plurimis modis legi poteſt, ſcribo. Eleuo igitur ad Empyreum oculos, Reginam Angelorum veneror, et ſit inquam:





Ad

AD LAVDEM SANCTISSIMÆ VIRGINIS MATRIS.		
Pulchrior Empyreo	rutilis fulgentior Aſtris	Purior Ambroſia
dulciſſima Virgo Maria	ſydere nobilior.	quam Sol ſplendore coronat.
Sancta Dei Genitrix,	Cœli pulcherrima Luna	Phoſphorus æthereus
terrenæ Aurora ſalutis	Candida ſtellâ maris	Diuinâ luce coruſcans
Tu Paradiſus eris	porta & ſublimis Olympi	Pneumate plena Dei
miſerûm medicina ſaluſque	Tuque coruſcâ Pharos	Fidei ſecura columna
Tu Cynoſura maris	ſiquis ſit naufragus, vndis	Soleque lucidior.
quum vecors turbat Auernus.	Lucis honore micas	vitam vt bene claudere diſcam
Numine plena Dei	gratIs decorata coruſcis	Tu mihi Cygnus eris
modò peccatoribus adſis	Dulce iubar miſeris	dum tempero gaudia luctu
ſis pretioſa Charis	cui gnatus Rector Olympi	ſis valor atque vigor
Sis dux ad gaudia vitæ	Sis via vita ſalus	capiar ne Dæmonis aſtu
Sis miſerûmque memor	pueroque viroque ſenique	Iuſtitiæ ſpeculum
Procerum Regina beatûm	Lætitiæ initium	Diuini Solis imago
Tu ſchola ſola mihi	Lasga et menſura fauorum	Pulchra Corona Poli
Virtutum ſumma Magiſtra	Gemma nitore micans	tu ſummi Numinis ara
Dux pia, tuta Comes.	Cœlorum porticus alma	Proſpice Virgo-Parens.
ſis peccatoris aſylum	Virginitatis honos	Terræ ſpes : Iris Olympi :
Candida Luna faue	ſuſpiria fundimus ad te	Gloria ſpirituum

Vt vſus et lectio huius diagrammatis innoteſcat, hæc paucula Diſticha ſcribo.

Vt labyrinthaos poſſis deducere flexus,
Quos varia noſter Dædalus arte regit.
Multiplici curſu Pegma hoc tibi carmina præbet;
Carmina, quæ Diuæ lilia pura canent.
Tu lege progrediens, lege (ſis) à fine recurrens:
Hoc lege Pegma cadens. hoc lege Pegma volãs.
Ecce viam duplicem dat quilibet angulus; intra;
Et varios verſus ſemita quæque dabit.

Intremus igitur, et per varias progreſſi vias præſentem Labyrinthum percurramus.

LECTIO I. Continua.

Ab angulo Pulchrior, *directo & continuo motu progrediens.*

Puichrior Empyreo, rutilis fulgentior Aſtris
Purior Ambroſiâ dulciſſima Virgo Maria
Sydere nobilior, quum Sol ſplendore coronat
Sancta Dei Genitrix, Cœli pulcherrima Luna
Phoſphorus Empyrei, terrenæ Aurora ſalutis
Candida Stella maris Diuinâ luce coruſcans
Tu Paradiſus eris, porta et ſublimis Olympi
Pneumate plena Dei, miſerûm medicina ſaluſque
Tuque coruſca Pharos, Fidei ſecura columna
Tu Cynoſura maris, ſiquis ſit naufragus, vndis
Soleque lucidior ſi vecors turbat Auernus.
Lucis honore micar vitã vt bene claudere diſcã
Numine plena Dei, gratIs decorata coruſcis
Tu mihi Cygnus eris, modò peccatoribus adſis
Dulce inbar miſeris dum tempero gaudia luctu
Sis pretioſa Charis, cui gnatus Rector Olympi
Sis valor atque vigor ſis dux ad gaudia vitæ
Sis via vita ſalus, capiar ne Dæmonis aſtu
Sis miſerûmq; memor, pueroque, viroque, ſeniq;
Iuſtitiæ ſpeculum, Procerum Regina beatûm
Lætitiæ initium, Diuini Solis imago
Tu ſchola ſola mihi, larga et menſura fauorum
Pulchra Corona Poli, Virtutum ſumma Magiſtra
Gemma nitore micans, tu ſummi Numinis ara
Dux pia, tuta Comes, Cœlorum porticus alma
Proſpice Virgo-Parens, ſis peccatoris aſylum
Virginitatis honos, Terræ ſpes : Iris Olympi :
Candida Luna faue, ſuſpiria fundimus ad te
Gloria ſpirituum

Nota.

EX quâlibet continuâ lectione naſcuntur tres modi amœbæi, ſeu alternatiui; quos expono.

Verſus è duobus hemiſticijs componitur, quorum prius vocetur A. poſterius B. aio igitur per alternationem ex Hexametris fieri Diſticha Elegiaca: bina videlicet ex ternis. hac lege. *Retineantur omnia hemiſtichia priora, & poſteriora omittantur in verſibus ſecundo & tertio.* Conſidera characteres ſequentes.



	Hexametra Continua		Disticha Modus I.		Disticha Modus II.		Disticha Modus III.	
1	A	B	A	B	A		A	
2	A	B	A		A	B	A	
3	A	B	A		A		A	B
4	A	B	A	B	A		A	
5	A	B	A		A	B	A	
6	A	B	A		A		A	B
7	A	B	A	B	A		A	
8	A	B	A		A	B	A	
9	A	B	A		A		A	B

Primus Amœbaeorum Modus legit verſum primum completè, ſecundum et tertium incompletè: quartum completè, quintum et ſextum incompletè: etc. *Secundus Modus*, legit ſecundum verſum completè, tertium et quartum incompletè: quintum completè, ſextum et ſeptimum incompletè. etc. *Tertius Modus*, tertium verſum completè, quartum et quintum incompletè: ſextum completè, ſeptimum et octauum incompletè: etc. *Quartus Modus*, ſi poneretur, in primum neceſſariò recideret. Nunc igitur Amœbæa ex Lectione continuâ deducamus.

Amœbaeum I.

Pulchrior Empyreo, rutilis fulgentior aſtris,
Purior Ambroſiâ, ſydere nobilior.
Sancta Dei Genitrix, Cœli pulcherrima Luna,
Phoſphoros Empyrei, candida Stella maris.
Tu Paradiſus eris, porta et ſublimis Olympi
Pneumate plena Dei, Tuque coruſca Pharos.
Tu Cynoſura maris, ſiquis ſit naufragus, vndis
Soleque lucidior lucis honore micas.
Numine plena Dei, gratis decorata coruſcis
Tu mihi Cygnus eris, Dulce iubar miſeris
Sis pretioſa Charis, cui gnatus Rector Olympi
Sis valor atque vigor, ſis via vita Salus.
Sis miſerûmq; memor, pueroque, viroque, ſeniq;
Iuſtitiæ ſpeculum, Lætitiæ initium
Tu Schola ſola mihi, Larga et menſura fauorum
Pulchra Corona Poli, Gemma nitore micans
Dux pia, tuta Comes, Cœlorum porticus alma
Proſpice Virgo-Parens Virginitatis honos
Candida Luna faue, ſuſpiria fundimus ad te
Gloria Spirituum.

Amœbaeum II.

—— Pulchrior Empyreo.
Purior Ambroſiâ, dulciſſima Virgo Maria,
Sydere nobilior: Sancta Dei Genitrix.
Phoſphorus Empyrei, terrenæ Aurora ſalutis
Candida Stella maris, Tu Paradiſus eris
Pneumate plena Dei, miſerûm medicina ſaluſq;
Tuque coruſca Pharos, Tu Cynoſura maris
Soleque lucidior quod vecors turbat Auernus
Lucis honore micas Numine plena Dei.
Tu mihi Cygnus eris modo, peccatoribus adſis
Dulce iubar miſeris, ſis pretioſa Charis
Sis valor atque vigor, ſis dux ad gaudia vitæ
Sis via vita ſalus, ſis miſerûmque memor.
Iuſtitiæ ſpeculum Procerum Regina beatûm
Lætitiæ initium, tu Schola ſola mihi.
Pulchra Corona Poli, virtutum ſumma Magiſtra
Gemma nitore micans, Dux pia, tuta Comes.
Proſpice Virgo-Parens, ſis peccatoris aſylum
Virginitatis honos, candida Luna faue.
Gloria Spirituum.

Amœbaeum III.

Pulchrior Empyreo, purior Ambroſiâ,
Sydere nobilior, quum Sol ſplendore coronat
Sancta Dei genitrix, Phoſphoros Empyrei.
Candida Stella maris, Diuina luce coruſcans
Tu Paradiſus eris, Pneumate plena Dei.
Tuque coruſca Pharos, Fidei ſecura columna
Tu Cynoſura maris, Soleque lucidior.
Lucis honore micas, vitâ vt bene claudere diſcã
Numine plena Dei tu mihi Cygnus eris.
Dulce iubar miſeris, dum tempero gaudia luctu
Sis pretioſa Charis, ſis valor atque vigor.
Sis via vita ſalus, capiar ne dæmonis aſtu
Sis miſerûmque memor, Iuſtitiæ ſpeculum.
Lætitiæ initium, Diuini Solis imago
Tu Schola ſola mihi, pulchra Corona Poli.
Gemma nitore micans, tu ſummi Numinis ara
Dux pia, tuta Comes, proſpice Virgo-Parens.
Virginitatis honos, Terræ ſpes: Iris Olympi:
Candida Luna faue, gloria ſpirituum.

LECTIO II. Continua

Ab eodem anguio, Pulchrior, *deſcendens*.
Pulchrior Empyreo, dulciſſima Virgo Maria
Sancta Dei genitrix, terrena aurora Salutis
Tu Paradiſus eris, miſerûm medicina ſaluſque
Tu Cynoſura maris, quũm vecors turbat Auernus
Numine plena Dei, modò peccatoribus adſis
Sis pretioſa Charis, ſis dux ad gaudia vitæ
Sis miſerûmq; memor, Procerum Regina beatûm
Tu Schola ſola mihi, virtutum ſumma Magiſtra
Dux pia, tuta Comes, ſis peccatoris aſylum
Candida Luna faue, rutilis fulgentior Aſtris
Sydere nobilior Cœli pulcherrima Luna
Candida Stella maris, porta et ſublimis Olympi
Tuque coruſca Pharos, ſiquis ſit naufragus, vndis
Lucis honore micas, gratis decorata coruſcis
Dulce iubar miſeris, cui gnatus Rector Olympi
Sis via vita ſalus pueroque, viroque, ſenique
Lætitiæ initium, Larga menſura fauorum
Gemma nitore micans, Cœlorum porticus alma
Virginitatis honos ſuſpiria fundimus ad te
Purior Ambroſiâ, quam Sol ſplendore coronat
Phoſphorus Empyrei Diuinâ luce coruſcans
Pneu-

Pneumate plena Dei,Fidei ſecura columna
Soleque lucidior vitam vt bene claudere diſcam
Tu mihi Cygnus eris,dum tempero gaudia luctu
Sis valor atque vigor,capiar ne Dæmonis aſtu
Iuſtitiæ ſpeculum, Diuini Solis imago
Pulchra Corona Poli,tu ſummi Numinis ara
Proſpice Virgo-Parens,Terræ ſpes:Iris Olympi:
Gloria ſpirituum

Amœbæum I.

Pulchior Empyreo,dulciſſima Virgo Maria
Sancta Dei Genitrix, tu Paradiſus eris.
Tu Cynoſura maris, quû vecors turbat Auernus
Numine plena Dei, ſis pretioſa Charis.
Sis miſerûmq; memor Procerû Regina beatûm
Tu Schola ſola mihi, Dux pia, tuta Comes.
Candida Luna faue rutilis fulgentior Aſtris
Sydere nobilior, candida Stella maris.
Tuque coruſca Pharos,ſiquis ſit naufragus,vndis
Lucis honore micas, dulce iubar miſeris.
Sis via vita ſalus pueroque, viroque, ſenique
Lætitiæ initium,Gemma nitore micans.
Virginitatis honos ſuſpiria fundimus ad te
Purior Ambroſiâ,Phoſphorus Empyrei.
Pneumate plena Dei,Fidei ſecura columna
Soleque lucidior:tu mihi Cygnus eris.
Sis valor atque vigor,capiar ne Dæmonis aſtu
Iuſtitiæ ſpeculum,pulchra Corona Poli.
Proſpice Virgo-Parens Terræ ſpes:Iris Olympi:
Gloria ſpirituum.

Amœbæum II.

—— Pulchrior Empyreo.
Sancta Dei Genetrix, terrenæ Aurora ſalutis,
Tu paradiſus, eris tu Cynoſura maris.
Numine plena Dei,modò peccatoribus adſis:
Sis pretioſa Charis,ſis miſerûmque memor.
Tu Schola ſola mihi, virtutum ſumma Magiſtra
Dux pia, tuta Comes Candida Luna faue.
Sydere nobilior,Cœli pulcherrima Luna
Candida Stella maris,tuque coruſca Pharos.
Lucis honore micas,gratis decorata coruſcis
Dulce iubar miſeris ſis via vita ſalus.
Lætitiæ initium,Larga & menſura fauorum
Gemma nitore micans Virginitatis honos
Purior Ambroſiâ,quam Sol ſplendore coronat
Phoſphorus Empyrei,Pneumate plena Dei.
Soleque lucidior:vitam vt bene claudere diſcam
Tu mihi Cygnus eris, ſis valor atque vigor.
Iuſtitiæ ſpeculum, Diuini Solis imago
Pulchra Corona Poli,proſpice Virgo-Parens.
Gloria ſpirituum.

Amœbæum III.

Pulchrior Empyreo,Sancta Dei genetrix.
Tu Paradiſus eris, miſerûm medicina ſaluſque
Tu Cynoſura maris, Numine plena Dei.
Sis pretioſa Charis, ſis dux ad gaudia vitæ
Sis miſerûmque memor,tu Schola ſola mihi.
Dux pia, tutà Comes, ſis peccatoris aſylum
Candida Luna faue ſydere nobilior.
Candida Stella maris,porta & ſublimis Olympi
Tuque coruſca Pharos lucis honore micas.
Dulce iubar miſeris,cui gnatus Rector Olympi
Sis via vita ſalus,lætitiæ initium.
Gemma nitore micans,Cœlorum porticus alma
Virginitatis honos,purior Ambroſiâ
Phoſphorus Empyrei Diuinâ luce coruſcans
Pneumate plena Dei,ſoleque lucidior.
Tu mihi Cygnus eris,dum tēpero gaudia luctu
Sis valor atque vigor,Iuſtitiæ ſpeculum.
Pulchra Corona Poli,tu ſummi Numinis ara
Proſpice Virgo-Parens,gloria Spirituum.

LECTIO III. Continua.

Ab angulo, Purior, *regrediens.*

Purior Ambroſia,rutilis fulgentior Aſtris
Pulchrior Empyreo,quam Sol ſplēdore coronat
Sydere nobilior,dulciſſima Virgo Maria
Phoſphorus Empyrei,Cœli pulcherrima Luna
Sancta Dei Genetrix,Diuinâ luce coruſcans
Candida Stella maris,terrenæ Aurora ſalutis
Pneumate plena Dei,porta & ſublimis Olympi
Tu Paradiſus eris,fidei ſecura columna
Tuq;coruſcâ Pharos,miſerûm medicina ſaluſque
Soleque lucidior, ſiquis ſit naufragus vndis
Tu Cynoſura maris,vitā vt bene claudere diſcā
Lucis honore micas,quû vecors turbat Auernus
Tu mihi Cygnus eris,gratis decorata coruſcis
Numine plena Dei, dum tempero gaudia luctu
Dulce iubar miſeris,modò peccatoribus adſis
Sis valor atque vigor,cui gnatus Rector Olympi
Sis pretioſa Charis,capiar ne Dæmonis aſtu
Sis via vita ſalus,ſis dux ad gaudia vitæ
Iuſtitiæ ſpeculum pueroque, viroque, ſenique
Sis miſerûmque memor Diuini ſolis imago
Lætitiæ initium Procerum Regina beatûm
Pulchra Corona Poli,Larga & menſura fauorum
Tu Schola ſola mihi,tu ſummi Numinis ara
Gemma nitore micans virtutū ſumma Magiſtra
Proſpice Virgo-Parens Cœlorum porticus alma
Dux pia, tuta Comes, Terræ ſpes:Iris Olympi:
Virginitatis honos ſis peccatoris aſylum
Gloria Spiritum,ſuſpiria fundimus ad te
Candida Luna faue.

Amœbæum I.

Purior Ambroſiâ,rutilis fulgentior Aſtris
Pulchrior Empyreo,ſydere nobilior.
Phroſphorus Empyrei Cœli pulcherrima Luna
Sancta Dei Genetrix,candida Stella maris.
Pneumate plena Dei, porta & ſublimis Olympi
Tu Paradiſus eris,tuque coruſca Pharos.
Soleque lucidior,ſiquis ſit naufragus vndis
Tu Cynoſura maris lucis honore micas.
Tu mihi Cygnus eris,gratis decorata caruſcis
Numine plena Dei,dulce iubar miſeris.

Sis

Sis valor atque vigor,cui gnatus Rector Olympi
Sis pretioſa Charis,ſis via vita ſalus.
Iuſtitiæ ſpeculum pueroque, viroque, ſenique
Sis miſerûmque memor,lætitiæ initium.
Pulchra Corona Poli,larga & menſura fauorum
Tu Schola ſola mihi,Gemma nitore micans.
Proſpice Virgo-Parens,Cœlorum porticus alma
Dux pia, tuta Comes, Virginitatis honos.
Gloria Spirituum ſuſpiria fundimus ad te:
Candida Luna faue.

Amœbæum II.

—— Purior Ambroſiâ.

Pulchrior Empyreo,quum Sol ſplẽdore coronat,
Sydere nobilior, Phoſphorus æthereus.
Sancta Dei genetrix Diuinâ luce coruſcans
Candida Stella maris,Pneumate plena Dei.
Tu Paradiſus eris fidei ſecura columna
Tuque coruſca Pharos,ſoleque lucidior.
Tu Cynoſura maris,vitã vt bene claudere diſcã
Lucis honore micas,tu mihi Cygnus eris.
Numine plena Dei,dum tempero gaudia luctu
Dulce iubar miſeris ſis valor atque vigor.
Sis pretioſa Charis,capiat ne Dæmonis aſtu
Sis via vita ſalus,Iuſtitiæ ſpeculum.
Sis miſerûmque memor diuini Solis imago
Lætitiæ initium,pulchra Corona Poli.
Tu Schola ſola mihi,tu ſummi Numinis ara
Gẽma nitore micans,proſpice Virgo-Parens.
Dux pia,tuta Comes,Terræ ſpes: Iris Olympi:
Virginitatis honos,gloria Spirituum.
Candida Luna faue.

Amœbæum III.

Purior Ambroſiâ, pulchrior Empyreo.
Sydere nobilior, dulciſſima Virgo Maria,
Phoſphoros æthereus,ſancta Dei genitrix.
Candida Stella maris,terrenæ Aurora ſalutis
Pneumate plena Dei,tu Paradiſus eris.
Tuq; coruſca Pharos,miſerûm medicina ſaluſq;
Soleque lucidior,tu Cynoſura maris.
Lucis honore micas, quũ vecors turbat Auernus
Tu mihi Cygnus eris,Numina plena Dei.
Dulce iubar miſeris modò peccatoribus adſis
Sis valor atque vigor ſis pretioſa Charis.
Sis via vita Salus ſis dux ad gaudia vitæ
Iuſtitiæ Speculum,ſis miſerûmque memor.
Lætitiæ initium,Procerum Regina beatûm
Pulchra Corona Poli,tu Schola ſola mihi.
Gemma nitore micans,virtutum ſumma Magiſtra
Proſpice Virgo-Parens,Dux pia,tuta Comes.
Virginitatis honos ſis peccatoris aſylum
Gloria Spirituum candida Luna faue.

LECTIO *IV. continua*

Ab angulo, Purior, *deſcendens*.

Purior Ambroſiâ,quam Sol ſplendore coronat
Phoſphorus æthereus Diuinâ luce coruſcans
Pneumate plena Dei,Fidei ſecura columna
Soleque lucidior vitam vt bene claudere diſcam
Tu mihi Cygnus eris,dũ tẽpero gaudia luctu.*&c.*
Parum differt a prima, nam verſus quos illa præmittit, hæc poſtponit; & ideò non eſt neceſſarium totam ſcribere.

LECTIO *V. Continua*

Ab angulo, Candida, *adſcendens*.

Candida Luna faue,ſis peccatoris aſylum
Dux pia,tuta Comes,virtutum ſumma Magiſtra
Tu Schola ſola mihi,Procerum Regina beatûm
Sis miſerûmque memor, ſis dux ad gaudia vitæ
Sis pretioſa Charis,modò peccatoribus adſis
Numine plena Dei, quũ vecors turbat Auernus
Tu Cynoſura miſerûm medicina ſaluſque
Tu Paradiſus eris,terrenæ Aurora ſalutis
Sancta Dei Genetrix,dulciſſima Virgo Maria
Pulchrior Empyreo ſuſpiria fundimus ad te
Virginitatis honos,Cœlorum porticus alma
Gemma nitore micans,Larga & menſura fauorũ
Lætitiæ initium pueroque, viroque, ſenique
Sis via vita Salus,cui gnatus Rector Olympi
Dulce iubar miſeris,gratIs decorata coruſcis
Lucis honore micas, ſiquis ſit naufragus, vndis
Tuq, coruſca Pharos,porta & ſublimis Olympi
Candida Stella maris,Cœli pulcherrima Luna
Sydere noblior,rutilis fulgentior Aſtris
Gloria Spirituum,Terræ ſpes: Iris Olympi:
Proſpice Virgo-Parens, tu ſummi Numinis ara
Pulchra Corona Poli,Diuini Solis imago
Iuſtitiæ ſpeculum,capiat ne Dæmonis aſtu
Sis valor atque vigor,dum tempero gaudia luctu
Tu mihi Cygnus eris vitã vt bene claudere diſcã
Soleque lucidior,Fidei ſecura columna
Pneumate plena Dei Diuinâ luce coruſcans
Phoſphorus æthereus quũ Sol ſplendore coronat
Purior Ambroſiâ.

Amœbæum I.

Candida Luna faue,ſis peccatoris aſylum
Dux pia, tuta Comes,tu Schola ſola mihi.
Sis miſerûmque memor, ſis dux ad gaudia vitæ
Sis pretioſa Charis,Numine plena Dei.
Tu Cynoſura maris, miſerûm medicina ſaluſque
Tu Paradiſus eris,Sancta Dei Genitrix.
Pulchrior Empyreo ſuſpiria fundimus ad te
Virginitatis honos,Gemma nitore micans.
Lætitiæ initum pueroque, viroque, ſenique
Sis via vita Salus dulce iubar miſeris.
Lucis honore micas ſiquis ſit naufragus, vndis
Tuque coruſca Pharos,candida Stella maris.
Sydere nobilior,rutilis fulgentior Aſtris
Gloria Spirituum,proſpice Virgo Parens
Pulchra Corona Poli,Diuini Solis imago
Iuſtitiæ ſpeculum ſis valor atque vigor.(ſcam
Tu mihi Cygnus eris,vitã vt bene claudere di-
Soleque lucidior,Pneumate plena Dei.
Phoſphorus æthereus quũ Sol ſplẽdore coronat
Purior Ambroſiâ. *Amœ-*

Amœbæum II.

---- Candida Luna faue.

Dux pia tuta comes,virtutum ſumma Magiſtra,
Tu Schola ſola mihi ſis,muſerûmque memor.
Sis pretioſa Charis,modò peccatoribus adſis
Numine plena Dei,tu Cynoſura maris.
Tu Paradiſus eris,terrenæ aurora ſalutis
Sancta Dei Genitrix, pulchrior Empyreo.
Virginitatis honos,Cœlorum porticus alma
Gemma nitore micans,lætitiæ initium.
Sis via vita Salus,cui gnatus Rector Olympi.
Dulce iubar miſeris lucis honore micas.
Tuque coruſca Pharos,porta & ſublimis Olympi
Candida Stella maris Sydere nobilior.
Gloria Spirituum, Terræ ſpes: iris Olympi:
Proſpice Virgo-Parens,pulchra Corona Poli.
Iuſtitiæ Speculum,capiar ne Dæmonis aſtu
Sis valor atque vigor,tu mihi Cygnus eris
Soleque lucidior,Fidei ſecura columna
Pneumate plena Dei,Phoſphorus æthereus.
Purior Ambroſiâ.

Amœbæum III.

Candida Luna fare, dux pia, tuta comes.
Tu Schola ſola mihi,Procerũ Regina beatûm,
Sis miſerumque memor, ſis pretioſa Charis.
Numine plena Dei, quũ vecors turbat Auernus
Tu Cynoſura maris,tu Paradiſus eris.
Sancta Dei Genitrix, dulciſſima Virgo Maria
Pulchrior Empyreo Virginitatis honos.
Gemma nitore micans,Larga & menſura fauorũ
Lætitiæ initium,ſis via vita Salus.
Dulce iubar miſeris gratIs decorata coruſcis
Lucis honore micas tuque coruſca Pharos.
Candida Stella maris, Cœli pulcherrima Luna
Sydere nobilior gloria Spirituum.
Proſpice Virgo-Parens,tu ſummi Numinis ara
Pulchra Corona Poli,Iuſtitiæ Speculum.
Sis valor atq; vigor,dum tempero gaudia luctu
Tu mihi Cygnus eris,Soleque lucidior.
Pneumate plena Dei,Diuinâ luce coruſcans
Phoſphorus æthereus purior Ambroſiâ.

LECTIO VI. *Continua.*

Ab angulo, Candida, *progrediens.*

Candida Luna faue,ſuſpiria fundimus ad te
Gloria Spirituum ſis peccatoris aſylum
Virginitatis honos, Terræ ſpes: Iris Olympi
Dux pia, tuta Comes, Cœlorum porticus alma
Proſpice Virgo-Parens,virtutũ ſumma Magiſtra
Gemma nitore micans,tu ſummi Numinis ara
Tu Schola ſola mihi,Larga & menſura fauorum
Pulchra Corona Poli Procerum Regina beatûm
Lætitiæ initium, Diuini Solis imago
Sis miſerûmque memor,pueroque, viroq;ſeniq;
Iuſtitiæ Speculum ſis dux ad gaudia vitæ
Sis via vita Salus, capiar ne Dæmonis aſtu
Sis pretioſa Charis,cui gnatus Rector Olympi
Sis valor atque vigor,modò peccatoribus adſis
Dulce iubar miſeris,dum tempero gaudia luctu
Numine plena Dei gratIs decorata coruſcis(nus
Tu mihi Cygnus eris, quũ vecors turbat Auer-
Lucis honore micas,vitã vt bene claudere diſcã
Tu Cynoſura maris,ſiquis ſit naufragus, vndis
Soleque lucidior,miſerûm medicina ſaluſque
Tuque coruſca Pharos,Fidei ſecura columna
Tu Paradiſus eris,porta et ſublimis Olympi
Pneumate plena Dei,terrenæ Aurora ſalutis
Candida Stella maris,Diuinâ luce coruſcans
Sancta Dei Genitrix,Cæli pulcherrima Luna
Phoſphorus æthereus dulciſſima Virgo Maria
Sydere nobilior,quum Sol ſplendore coronat
Pulchrior Empyreo,rutilis fulgentior Aſtris
Purior Ambroſiâ.

Amœbæum I.

Candida Luna faue,ſuſpiria fundimus ad te
Gloria Spirituum,Virginitatis honos.
Dux pia, tuta Comes,Cœlorum porticus alma
Proſpice Virgo-parens,Gemma nitore micãs.
Tu Schola ſola mihi, Larga & menſura fauorum
Pulchra Corona Poli,lætitiæ initium.
Sis miſerûmque memor,pueroque,viroq;ſeniq;
Iuſtitiæ ſpeculum,ſis via vita ſalus.
Sis pretioſa Charis,cui gnatus Rector Olympi
Sis valor atque vigor,dulce iubar miſeris.
Numine plena Dei,gratIs decorata coruſcis
Tu mihi Cygnus eris,lucis honore micas.
Tu Cynoſura maris,ſiquis ſit naufragus, vndis
Soleque lucidior tuque coruſca Pharos.
Tu Paradiſus eris,porta & ſublimis Olympi
Pneumate plena Dei candida Stella maris.
Sancta Dei Genitrix,Cœli pulcherrima Luna
Phoſphorus æthereus Sydere nobilior.
Pulchrior Empyreo,rutilis fulgentior Aſtris
Purior Ambroſiâ.

Amœbæum II.

---- Candida Luna faue.

Gloria Spirituum ſis peccatoris aſylum,
Virginitatis honos, Dux pia. tuta Comes.
Proſpice Virgo-Parens,virtutũ ſumma Magiſtra
Gemma nitore micans,Tu Schola ſola mihi
Pulchra Corona Poli,Procerum Regina beatûm
Lætitiæ initium,ſis miſerûmque memor.
Iuſtitiæ ſpeculum,ſis dux ad gaudia vitæ
Sis via vita Salus, ſis pretioſa Charis
Sis valor atque vigor,modò peccatoribus adſis
Dulce iubar miſeris,Numine plena Dei. (nus
Tu mihi Cygnus eris, quũ vecors turbat Auer-
Lucis honore micas,tu Cynoſura maris.
Soleque lucidior,miſerûm medicina ſaluſque
Tuque coruſca Pharos,tu Paradiſus eris
Pneumate plena Dei,terrenæ Aurora Salutis
Candida Stella maris,Sancta Dei Genitrix
Phoſ-

Phoſphorus æthereus,dulciſſima Virgo Maria
Sydere nobilior,pulchrior Empyreo.
Purior Ambroſiâ.

Amœbaum III.

Cendida Luna, faue,gloria Spirituum.
Virginitatis honos, terræ ſpes. Iris Olympi,
Dux pia, tuta comes, proſpice Virgo-Parens.
Gemma nitore micans,tu ſummi Numinis ara
Tu Schola ſola mihi pulchra Corona Poli.
Lætitiæ initium,Diuini Solis imago
Sis miſerûmque memor,Iuſtitiæ Speculum
Sis via vita Salus capiat,ne Dœmonis aſtu
Sis pretioſa Charis,ſis valor atque vigor
Dulce iubar miſeris,dum tempero gaudia lu&tu
Numine plena Dei.tu mihi Cygnus eris
Lucis honore micas,vitâ vt bene claudere diſcâ
Tu Cynoſura maris, Soleque lucidior.
Tuque coruſca Pharos,Fidei ſecura columna
Tu Paradiſus eris,Pneumate plena Dei
Candida Stella maris Diuinâ luce coruſcans
Sancta Dei genitrix,Phoſphorus æth:reus.
Sydere nobilior,quum Sol ſplendore coronat
Pulchrior Empyreo,puriot Ambroſia.

LECTIO *VII. Continua*

Ab angulo, Gloria, *regrediens*.

Gloria ſpirituum ſuſpiria fundimus ad te
Candida Luna faue,Terræ ſpes : Iris Olympi :
Virginitatis honos ſis peccatoris aſylum
Proſpice Virgo-Parens,Cœlorum porticus alma
Dux pia,tuta Comes,tu ſummi Numinis ara
Gemma nitore micans, virtutū ſumma Magiſtra
Pulchra Corona Poli,Larga & menſura fauorum
Tu Schola ſola mihi,Diuini Solis imago
Lætitiæ initium,Procerum Regina beatûm
Iuſtitiæ ſpeculum.pueroque,viroque, ſenique
Sis miſerûmq memor,capiar ne Dœmonis aſtu
Sis via vita Salus ſis, dux ad gaudia vitæ
Sis valor atque vigor,cui gnatus Rector Olympi
Sis pretioſa Charis,dum tempero gaudia luctû
Dulce iubar miſeris,modo peccatoribus adſis
Tu mihi Cygnus eris,gratis decorata coruſcis
Numine plena Dei,vitam vt bene claudere diſcâ
Lucis honore micas, quū vecors turbat Auernus
Soleque lucidior,ſi quis ſit naufragus, vndis
Tu Cynoſura maris,Fidei ſecura columna
Tuq; coruſca Pharos,miſerûm medicina ſaluſq;
Pneumate plena Dei,porta & ſublimis Olympi
Tu Paradiſus eris,Diuinâ luce coruſcans
Candida Stella maris,terrenæ Aurora Salutis
Phoſphorus ætherens,Cœli pulcherrima Luna
Sancta Dei Genitrix,quā Sol ſplendore coronat
Sydere nobilior, dulciſſima Virgo Maria
Purior Ambroſiâ,rutilis fulgentior Aſtris
Pulchrior Empyreo.

Amœbaum I.

Gloria Spirituum ſuſpiria fundimus ad te
Candida Luna faue,Virginitatis honos.
Proſpice Virgo-Parēs,Cœlorum porticus alma
Dux pia, tuta Comes,Gemma nitore micans
Pulchra Corona Poli,Larga & menſura fauorū
Tu Schola ſola mihi,lætitiæ initium.
Iuſtitiæ ſpeculum,pueroque, viroque,ſenique
Sis miſerûmque memor, ſis via vita Salus.
Sis valor atque vigor,cui gnatus Rector Olympi
Sis pretioſa Charis,dulce iubar miſeris.
Tu mihi Cygnus eris,gratis decorata coruſcis
Numine plena Dei,lucis honore micas.
Soleque lucidior,ſiquis ſit naufragus, vndis
Tu Cynoſura maris,Tuque coruſca Pharos
Pneumate plena Dei,porta & ſublimis Olympi
Tu Paradiſus eris,candida Stella maris.
Phoſphorus æthereus,Cœli pulcherrima Luna
Sancta Dei Genetrix,Sydere nobilior
Purior Ambroſiâ,rutilis fulgentior Aſtris
Pulchrior Empyreo.

Amœbaum II.

---- Gloria Spirituum.
Candida Luna faue, terræ ſpes. Iris Olympi,
Virginitatis honos; proſpice Virgo Parens.
Dux pia, tuta Comes,tu ſummi Numinis ara
Gemma nitore micans,pulchra Corona Poli
Tu Schola ſola mihi, Diuini Solis imago
Lætitiæ initium,Iuſtitiæ ſpeculum.
Sis miſerûmqe memor,capiar ne Dœmonis aſtu
Sis via vita Salus,ſis valor atque vigor
Sis pretioſa Charis dum tempero gaudia luctu
Dulce iubar miſeris,tu mihi Cygnus eris.
Numine plena Dei,vitâ vt bene claudero diſcā
Lucis honore micas,ſoleque lucidior
Tu Cynoſura maris Fidei ſecura columna
Tuque coruſca Pharos,Pneumate plena Dei.
Tu Paradiſus eris,Diuinâ luce coruſcans
Candida Stella maris Phoſphorus æthereus.
Sancta Dei Genitrix,quam Sol ſplēdore coronat
Sydere nobilior Purior Ambroſiâ
Pulchrior Empyreo.

Amœbaum III.

Gloria Spirituum,candida Luna faue.
Virginitatis honor, ſis peccatoris aſylum,
Proſpice Virgo-parens,Dux pia,tuta Comes.
Gemma nitore micans,virtutum ſūma Magiſtra
Pulchra Corona Poli, tu Schola ſola mihi
Lætitiæ initium Procerum Regina beatûm
Iuſtitiæ Speculum,ſis miſerûmque memor.
Sis via vita Salus, ſis dux ad gaudia vitæ
Sis valor atque vigor, ſis pretioſa Charis
Dulce iubar miſeris,modò peccatoribus adſis
Tu mihi Cygnus eris,Numine plena Dei.(nus
Lucis honore micas, quū vecors turbat Auer-
Soleque lucidior tu Cynoſura maris

Tu-

Tuq; coruſca Pharos, miſerûm medicina ſaluſq:
Pneuma, e plena Dei, tu Paradiſus eris
Candida ſtella maris, terrenæ autora ſalutis
Phoſphorus æthereus, Sancta Dei Genitrix
Sydere nobilior, dulciſſima Virgo Maria
Purior Angelis, pulchrior Empyreo.

LECTIO III. *continua.*

Ab eodem angulo Gloria adſcendens

Gloria Spirituum, Terræ ſpes: Iris Olympi
Proſpice Virgo-Parens, tu ſummi Numinis ara
Pulchra Corona Poli, Diuini Solis imago
Iuſtitiæ ſpeculum capiar, ne Dœmones aſtu
Sis valor atq; vigor, dũ tẽpero gaudia luctu. *&c.*

Vix differt à quinta, & ideo non debuit *ad longum ſcribi: verſus enim qui in quinta præcedunt, in octaua ſequuntur; & contrà. Ergo, ſi Lectiones completa & Heroica ſunt octo: & vnicuique tres correſpondent Amœbæ, nempe Elegiacæ: omnes Lectiones ſimul ſumpta erunt triginta duæ: omneſque Deiparæ gloriam & prærogatiuas reſonantes.*

EXEMPLVM II.

CCCXXII.

POST Dinam veneramur Confeſſorem Sanctiſſimum Monachorum Ducem & Patrem BENEDICTVM; ad cuius etiam debemus gloriam Labyrinthum ſequentem fabricari. Illum ad Ideam præcedentem formabo: materia erit diuerſa: vt diſcat Philomuſus non ſolùm transformari poſſe Poëmata, ſed etiam tranſmaterializari. Sequentium verſuum fluxum & refluxum conſidera.

Huius Quadrangularis Labyrinthi materiã dederunt antiqui nonnulli ſcriptores: quam nuper collegit ... Benedictinus. Ha[...] fi[...]e vitæ S. Benedicti formam e[...]. Et, vt illam intelligis, pauca hæc ſubſcribo.

Singul[...] eius [...] partibus conſtant, quarum duos pedes & dimidium ſibi arrogat prior, & reliquos [...]les poſterior. Patet his Labyrinthus multis viis: pono notabiliores.

PRIMO. Ab angulo *O Benedicte*. poſſumus legere omnes lineas ſucceſſiuè vſque ad finem.

SECVNDO Poſſumus ab angulo *Vir bene*. Recurrendo hæc omnia carmina reſumere.

TERTIO. Ab angulo *Nomine* poſſumus regrediendo omnes lineas perlegere.

QVARTO. Et poterimus hanc etiam lectionem contrario ordine perſequi ab angulo *Nomine* incipiendo.

QVINTO. Poterimus deſcendendo per columnas incipere ab angulo *O Benedicte*. Legendo primam ſecundam tertiam. Et poterimus SEXTO, deſcendere ab angulo *Nomine*, legendo columnam tertiam ſecundam primam.

SEPTIMO, poterimus aſcendendo per columnam primam, ſecundam, tertiam incipere ab angulo *Nomine*: aut OCTAVO, incipiendo ab angulo *Vir bene* aſcendere per columnam tertiam, ſecundam, primam.

Hæ octo lectiones dant Hexametra addamus lectiones alias, quæ dent Diſticha. Poſſemus procedere eodem modo quo in præcedenti Labyrintho, vt ex Hexametris Diſticha Elegiaca exueremus, proceſſimus: at quia varietas delectat & inſtituit, aliam ineamus viam, & aliud genus verſuum tranſeamque Ergo.

NONO incipiendo ab angulo *O Benedicte*, directè, & DECIMO incipiendo ab angulo *Nomine* retrogradè, poterimus totam paginam legere omittendo hemiſtica, quæ ſunt curſiuo charactere expreſſa.

VNDECIMO, & DVODECIMO poterimus has ipſas lectiones recurrere, incipiendo ab angulis *Nomine* & *Vir bene*.

TERTIO-DECIMO, incipiendo ab angulo ſuperiore ſiniſtro (videlicet, *O Benedicte*) poterimus per columnas deſcendere, & omittere hemiſtichia illa omnia, quæ ſignata ſunt cruce. Et QVARTO-DECIMO omittere quæ ſtellis notata. Et tandem QVINTO-DECIMO legere cætera omnia, & omittere, quæ ornata hoc ſigno ☽.

Si incipiamus ab angulo dextero ſuperiori (videl. *Nomine*) & obſeruemus crucis ſtellæ & Lunæ (☽) differentias habebimus lectionem XVI. XVII. & XVIII.

Si etiam a dextero inferiori, (*Vir bene*) & habeatur ratio crucium ſtellarum & lunularum, reſultabit lectio XIX. XX. & XXI.

Et tandem, ſi eadem crucium, ſtellularum & lunularum obſeruatione & conſideratione præmiſsâ ab angulo ſiniſtro inferiori (*Nomine*) qui *Vir bene*. eſt, incipiamus, ingrediemur lectionem XXII. XXIII. & XXIV.

Superſunt & aliæ lectiones, quas etiam addere placet. Iube, vt ſint Heroica Triſticha carmina, quæ dedit prima lectio: etiam quæ dedit ſecunda, tertia, & quarta. Et, ſi omiſeris clauſulas cuiuſcunque ſecundi & tertij carminis, redibunt lectiones nona, decima, vndecima, & duodecima. Si autem omiſeris clauſulas primi & ſecundi cuiuſcumque, inueniemus lectionem XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII. & vltimò, ſi omiſeris clauſulas primi & vltimi, habebis lectiones XXIX. XXX. XXXI. XXXII. [*clauſulam* voco partem ſecundam verſûs; nempe illam, quæ addita penthemimeri complet Hexametrum.] Plures adhuc quærere & inuenire poſſem: ſed hæ triginta duæ ſufficiant, vt ſciat meus Lector poſſe eiuſmodi Lectiones & Carmina multis

modus & vicibus multiplicari.

Vt igitur noſtrum aduerſus D. Benedictum oſtendamus affectum, carmina omnia exſcribamus.

O Benedicte Pater.	Salue ſanctiſſime Præſul. ↄ	Nomine digne tuo:
Diuini nominis hæres. * ↄ	Dux noue militiæ	† *Nomen virtutibus æquans.* *
Nobilitatis honos,	† Nurſinæ gloria gentis. *	Vir ſimul atque ſenex,
† *Trāſcendens moribus annos.* *	Delicias fugiens,	† *Mundū cū flore relinquēs.* * ↄ
Vas prece comminuens.	†Reſtaurās vas prece [illegible] ↄ	Cui ſtudium omne Deus,
†*Rigida ſub rupe quieſcens.* ↄ	Nil niſi Numen amans	*Romani pauper alumni.* ↄ
Sancte Magiſter auc.	Squalentis cultor heremi * ↄ	Vas ſine labe nitens.
Fundens è vulnere vulnus. * ↄ	Cyprida vepre domans	† *Roſa duris eruta ſpinis.* *
Carni inimice tuæ.	† Sæcli calcator & hoſtis.	Grandis amice Crucis.
† *Supremi culminis oſor.* *	Crux via trita tibi	† *Crucifixi in vulnere degēs.* * ↄ
Corde humili patiens.	†Mundani pulueris expers * ↄ	Simplicitate lucens.
†*Cupidus præ laude labores.* ↄ	Cui fauor omnis onus.	*Morum præclare Magiſter.* ↄ
Plebis origo nouæ	Viuæ virtutis imago. * ↄ	Religionis apex.
Vir pauperſtatis amator. * ↄ	Sobrie, iuſte, pater,	† *Taciturni norma ſilenti.* *
Gemma pudicitiæ.	† Miſerorum factus aſylum	Vincere docte malos
† *Scelerati funere plangens* *	Maxime ſpretor opum.	† *Verum ſolamen egentum.* * ↄ
Firma columna domus.	† Sanctiſſime contemplator * ↄ	Peruigil in precibus
† *Diuino accenſe calore.* ↄ	Saucie amore Dei	*Columen lumenque tuorum.* ↄ
Præſidium populi.	Pullus cui ceſſit Apollo. ↄ	Fana profana mouens.
Tellus cui paret & vnda * ↄ	Colli ſuperba domans	† *Totila formido tyranni.* *
Cordis aperta videns.	† Verbo [illegible] dæmona pellēs. *	Cui nigra paret auis.
† *Venturi præſcius æui.* *	Quem Stygis antra timent.	† *Nummos cui miſit Olympus.* * ↄ
Qui capis æthire dapes.	†Qui obtutu vincula [illegible] * ↄ	M[illegible]s ol[illegible]m.
†*Morbi genus omne repellēs.* ↄ	Mortua viuificans	*Requiem [illegible] carne ſ[illegible]tis.* ↄ
Dæmona calce premens.	Sacri bone Paſtor ouilis. ↄ	Candida forma gregis.
Veterum pius aſſecla Patrū. * ↄ	Prole Abraham referens.	† *Ceu Moyſes leg[illegible] alter.* *
Dux Gedeona ſequens.	† Mitis Dauidis [illegible]inſtar. *	Nec Salomone minor.
† *Thesbitæ imitator Eliæ.* *	Verbo operâque potens.	† *Qui Eliſæi ſ[illegible]a reducis.* * ↄ
Spiritualis homo.	†Renouās miracula priſca * ↄ	Cum cruce victor o[illegible]ns.
† *Cæleſtis tramitis Index.* ↄ	Regulæ imago tuæ.	*Totus cui paruit orbis.* ↄ
Cui patet aula Dei.	Rutilans & amabile ſydus ↄ	Lucifer exoriens.
Face fulgens Cynthia plena. * ↄ	Fax noua, Solque poli	† *Rutilis fulgentior aſtris.* *
Sal medicina ſoli.	† Fuluo vas dignius auro. *	Fructuum o[illegible]x.
† *Rectiſſima Regula vitæ.* *	Nardus odora nimis.	† *Specu[illegible]* * ↄ
Fons ſalientis aquæ.	† Vitæ quoq; nobile lignū. * ↄ	Flo[illegible]s.
† *Spacioſo palmite vitis.* ↄ	De Libano alta Cedrus.	*Myrrham re[illegible] arena.* ↄ
Thuris odore fragrans.	Lumen venerabile Mundi. ↄ	Gloria magna [illegible]
Cherubinū adiūcte cateruis. * ↄ	Vir ſpecie Angelicâ.	† *Caput Or[illegible] Patriarcha.* *
Magne Propheta Dei	† Vitæ ſectator Ieſu. *	Docto Apo[illegible].
Lux ſplendida Confeſſorum. *	Martyribus ſimilis	† *Prælatum Idea bonorum.* * ↄ
Cœnobiale Iubar.	† Monachorū cincte corona * ↄ	Præſul Dux O[illegible]m.
† *Non læſe Cupidinis arcu.* ↄ	Virginitate potens.	*Iuſtorum Pneumate plene.* ↄ
Numine Plene Dei.	Sanctiſſime Cœnobiarcha. ↄ	V[illegible]ene dicte Deo.

Lectio I. *Ab angulo, o Benedicte, progrediens.*
O Benedicte Pater, Salue Sanctiſſime Præſul,
Nomine digne tuo: Diuini nominis hæres,
Dux noue militiæ, [illegible] bus æquans.
Nobilitatis honos, Nurſinæ gloria gentis,
Vir ſimul atq; ſenex, tranſcēdens moribus annos.
Delicias fugiens, mundum cum [illegible],
Vas prece comminuens: [illegible]
Cui ſtudiū omne Deus, rigida [illegible] rupe quieſcens
Nil niſi Numē amans: Romani pauper alumnus.
Sancte Magiſter, aue, ſqualentis cultor heremi,
Vas ſine la[illegible] fundens è vulnere vulnus,
C[illegible] dulcis eruta ſpinis.
C[illegible] ſæcli c[illegible]r & hoſtis.
G[illegible] Crucis, ſupremi culminis oſor;
C[illegible] Crucifixi vulnere degens,
C[illegible] humili [illegible] pulueris expers.
Simplicitate [illegible] præ laude laboris.

Cui

Cûi fauor omnis onus: morũ præclare Magiſter.
Plebis origo nouæ: vitæ virtutis imago,
Religionis aper, vir paupertatis amator,
Sobrie iuſte pater, taciturni norma Silenſi.
Gemma pudicitiæ, miſerorum factus aſylum.
Vincere docte malos; ſcelerati funera plangens.
Maxime ſpretor opum, verũ ſolamen egentûm;
Firma columna domûs. Sanctiſſime contẽplator,
Per vigil in precibus, Diuino accenſe calore,
Saucie amore Dei: columen lumenque tuorum,
Præſidium populi, pulſus cûi ceſſit Apollo;
Fana profana mouens; tellus cûi paret & vnda.
Colla ſuperba domans, Totilæ formido Tyranni:
Cordis aperta vidẽs, verbo cacodæmona pellẽs;
Cui nigra paret auis: vẽturi præſcius æui, (pus;
Quẽ ſtygis antra timent: nũmos cui miſit Olym-
Qui capis æthre dapes: qui obtutu vincula ſoluis.
Multiplicans oleũ, morbi genus omne repellens.
Mortua viuificans, requiem dans carne ſolutis,
Dæmona calce premẽs. Sacri bone Paſtor ouilis;
Candida forma gregis: veterũ pius aſſecla Patrũ.
Prole Abrahã referens, ceu Moyſes legifer alter:
Dux Gedeona ſequens; mitis Dauidis adinſtar,
Nec Salomone minor, Thesbitæ imitator Eliæ.
Verbo operâq; potens; qui Eliſæi ſæcla reducis:
Spiritualis homo, renouans miracula priſca.
Cum Cruce victor orãs, cœleſtis tramitis Index;
Regulæ imago tuæ, totus cui panditur orbis.
Cui patet aula Dei: rutilans & amabile Sydus,
Lucifer exoriens, face fulgens Cynthia plena:
Fax noua Soleque poli, rutilis fulgentior aſtris,
Sal medicina Soli. Fuluo vas digniùs auro:
Fructuum oliua ferax: rectiſſima Regula vitæ.
Nardus odora nimis; ſpeculum pietatis auitæ.
Fons ſalientis aquæ: Vitæ quoq; nobile lignum;
Flos Cypariſſe virẽs, ſpacioſo palmite vitis. (ma;
De Libano alta Cedrus Myrrhã redolens & aro-
Thuris odore fragrãs: lumen venerabile Mundi,
Gloria magna Poli, Cherubimũ adiũcte cateruis:
Vir ſpecie Angelica, Caput Ordinis et Patriarcha
Magne Propheta Dei, vitæ ſectator Ieſu,
Doctor Apoſtolicus, lux ſplendida Cõfeſſorum,
Martyribus ſimilis, Prælatum Idea bonorum,
Cœnobiale iubar, Monachorum cincte coronâ,
Præuie Dux Ouium, non læſe Cupidinis arcu,
Virginitate potens: iuſtorum Pneumate plene,
Numine plene Dei, Sanctiſſime Cœnobiarcha;
Vir benedicte, Deo. &c.

Lectio II. *ab angulo,* Vir, *retrò cedens.*

Vir benedicte Deo, Sanctiſſime Cœnobiarcha,
Numine plene Dei, iuſtorum Pneumate plene.
Virginitatis potens, non læſe Cupidinis arcu;
Præuie Dux Ouium, Monachorũ cincte coronâ,
Cœnobiale Iubar, Prælatum Idea bonorum:
Martyribus ſimilis, lux ſplendida Confeſſorum;
Doctor Apoſtolicus, Vitæ ſectator Ieſu, (cha;
Magne Propheta Dei, Caput Ordinis & Patriar-
Vir ſpecie Angelicâ, Cherubimũ adiũcte cateruis
Gloria magna Poli, lumen venerabile Mundi:
Thuris odore fragrãs, Myrrhâ redolẽs & aromá;
De Libano alta Cedrus, ſpacioſo palmite vitis:
Flos Cypariſſe virens; vitæ quoq; nobile lignum.
Fons ſalientis aquæ: ſpeculum pietatis auitæ.
Nardus odora nimis: rectiſſima Regula vitæ.
Fructum oliua ferax; fuluo vas dignius auro.
Sal medicina Soli, rutilis fulgentior aſtris,
Fax noua Solq; Poli, face fulgens Cynthia plena,
Lucifer exoriens, rutilans & amabile Sydus;
Cûi patet aula Dei; totus cui panditur orbis.
Regulæ imago tuæ, cœleſtis tramitis index:
Cum Cruce victor orãs; renouãs miracula priſca.
Spiritualis homo, qui Eliſæi ſæcla reducis,
Verbo operâq; potens, Thesbitæ imitator Eliæ;
Nec Salomone minor, mitis Dauidis adinſtar,
Dux Gedeona ſequẽs, ceu Moyſes legifer alter;
Prole Abrahã referẽs, Veterũ pius aſſecla Patrũ.
Candida forma gregis, ſacri bone paſtor ouilis;
Dæmona calce premẽs: requiẽ dãs carne ſolutis;
Mortua viuificans, morbi genus omne repellẽs;
Multiplicans oleum, qui obtutu vincula ſoluis:
Qui capis æthre dapes, nũmos cui miſit Olympus.
Quẽ ſtygis antra timent. venturi præſcius æui:
Cui nigra paret auis: verbo cacodæmona pellẽs,
Cordis aperta videns, Totilæ formido Tyranni;
Colla ſuperba domans, Tellus cui paret & vnda:
Fana profana mouens, pulſus cui ceſſit Apollo:
Præſidium populi, columen lumenque tuorum
Saucie amore Dei, Diuino accenſe calore
Peruigil in precibus, Sanctiſſime contemplator
Firma columna domus, verum ſolamen egentum
Maxime ſpretor, ſcelerati funera plangens
Vincere docte malos, miſerorum factus aſylum
Gemma pudicitiæ taciturni norma ſilentI
Sobrie iuſte Pater, vir paupertatis amator
Religionis apex, viuæ virtutis imago
Plebis origo nouæ morum præclare Magiſter
Cui fauor omnis onus, cupidus pr̨ laude laboris
Simplicitate placens mundani pulueris expers
Corde humili patiẽs, Crucifixi in vulnere degẽs
Crux via trita tibi ſupremi culminis
Grandis amice Crucis, ſæcli calcator & hoſtis
Carni inimice tuæ, roſa duris eruta ſpinis
Cyprida vepre domãs fundens e vulnere vulnus
Vas ſine labe nitens, ſqualentis cultor heremi
Sancte Magiſter aue, Romani pauper alumni
Nil niſi Numẽ amãs, rigida ſub rupe quieſcẽs (ctũ
Cui ſtudiũ omne Deus, reſtaurãs vas prece fra-
Vas prece cõminuens, mundũ cũ flore relinquẽs
Delicias fugiens, tranſcendens moribus annos
Vir ſimul atque ſenex, Nurſinæ gloria gentis
Nobilitatis honos, nomen virtutibus æquans

 Dux

Dux noue militiæ,Diuini nominis hæres
Homine digne tuo,ſalue Sanctiſſime Prçſul
O Benedicte Pater &c.

Lectio III. *ab angulo* Nomine *recurrens*.

Nomine digne tuo,ſalue Sanctiſſime Præſul
O Benedicte Pater,nomen virtutibus æquans
Dux noue militiæ, Diuini nominis hæres
Vir ſimul atque ſenex,Nurſinæ gloria gentis
Nobilitatis honos,mundum cum flore relinquēs
Delitias fugiens,trāſcendēs moribus annos (ctū
Cui ſtudiū omne Deus,reſtaurās vas prece fra-
Vas prece comminuens,Romani pauper alumni
Nil niſi numen amans,rigida ſub rupe quieſcens
Vas ſine labe nitens,ſqualentis cultor heremi
Sancte Magiſter are,roſa duris eruta ſpinis
Cyprida vepre domās,fundens è vulnere vulnus
Grandis amice Crucis,ſæcli calcator & hoſtis
Carni inimice tuæ,Crucifixi in vulnere degens
Crux via trita tibi,ſupremi culminis oſor
Simplicitate placens,mundani pulueris expers
Corde humili patiens,morum præclare Magiſter.
Cui fauor omn s onus,cupidus præ laude laboris
Religionis apex,viuæ virtutis imago.
Plebis origo nouæ,taciturni norma ſilenti
Sobrie iuſte pater,vir paupertatis amator
Vincere docte malos miſerorum factus aſylum
Gemma pudicitiæ, verum ſolamen egentum
Maxime ſpretor opum, ſcelerati funera plangēs
Peruigil in precibus, Sanctiſſime contemplator
Firma columna domus,columen lumenq; tuorū
Saucie amore Dei,Diuino accenſe calore
Fana profana mouens,pulſus cui ceſſit Apollo
Præſidium populi,Totilæ formido Tyranni.
Colla ſuperba domans,tellus cui paret & vnda
Cui nigra paret auis,verbo cacodæmona pellēs,
Cordis aperte videns,nūmos cui miſit Olympus
Quem ſtygis antra timent,venturi præſcius æui
Multiplicans oleum,qui obtutu vincula ſoluis
Qui capis æthre dapes,requiē dans carne ſolutis
Mortua viuificans morbi genus omne repellens
Cādida forma gregis,ſacri bone paſtor ouilis ter
Dæmona calce premens ceu Moyſes legifer al-
Prole Abrahā referēs,veterū pius aſſecla. Patrū
Nec Salomone minor,mitis Dauidis adinſtar
Dux Gedeona ſequens,qui Eliſæi ſæcla reducis
Verbo operaq potens Thesbytæ imitator Eliæ
Cū Cruce victor ouās,renouans miracula priſca
Spiritualis homo,totus cui panditur orbis
Regulæ imago tuæ,cœleſtis tramitis index
Lucifer exoriens,rutilans & amabile ſydus
Cui patet aula Dei,rutilis fulgentior aſtris
Fax noua ſolq; poli,face fulgens Cynthia plena
Fructuum oliua ferax,fuluo vas dignius auro
Sal medicina ſoli,ſpeculum pietatis auitæ
Nardus odora nimis,rectiſſima Regula vitæ
Flos Cypariſſe virens,vitæ quoq; nobile lignum
Fons ſalientis aquæ,Myrrham redolens & aromā
De Libano alta Cedrus,ſpacioſo palmite vitis
Gloria magna Poli Lumen venerabile Mundi
Thus odore fragrās,Caput Ordinis & Patriarcha
Vir ſpecie Angelicā,Cherubimū adiūcte cateruis
Doctor Apoſtolicus vitæ Sectator Ieſu
Magne Propheta Dei,Prælatûm Idea bonorum
Martyribus ſimilis,lux ſplendida Confeſſorum
Præuie Dux ouium,Monachorum cincte corona
Cœnobiale iubar,Iuſtorum Pneumate plene
Virginitate potens,non læſe Cupidinis arcu
Vir benedicte Deo,Sanctiſſime Cœnobiarcha
Numine Plene Dei &c.

Lectio IV. *ab angulo*, Numine, *progrediens*.

Numine Plene Dei,Sanctiſſime Cœnobiarcha
Vir benedicte Deo,non læſe Cupidinis arcu
Virginitate potens,Iuſtorum Pneumate plene
Cœnobiale Iubar,Monachorum cincte corona
Præuie Dux ouium,lux ſplendida Confeſſorum
Martyribus ſimilis,Prælatûm Idea bonorum
Magne Propheta Dei,Vitæ Sectator Ieſu (uis
Doctor Apoſtolicus,Cherubimū adiuncte cater-
Vir ſpecie Angelica,Caput Ordinis & Patriarcha
Thuris odore fragrans,lumen venerabile Mundi
Gloria magna Poli,ſpacioſo palmite vitis (ma
De Libano alta Cedrus,Mirrhā redolens & aro-
Fons ſalientis aquæ,vitæ quoq; nobile lignum
Flos Cypariſſe virens,rectiſſima Regula vitæ
Nardus odora nimis,ſpeculum pietatis auitæ
Sal medicina Soli,fuluo vas dignius auro
Fructuū oliua ferax,face fulgens Cynthia plena
Fax noua ſolque poli,rutilis fulgentior aſtris
Cui patet aula Dei,rutilans & amabile ſydus
Lucifer exoriens,cœleſtis tramitis Index
Regulæ imago tuæ,totus cui panditur orbis
Spiritualis homo,renouans miracula priſca
Cum cruce victor ouans,Thesbitæ imitator Eliæ
Verbo operaq; potens,qui Eliſæi ſæcla reducis
Dux Gedeona ſequens,mitis Daridis adinſtar
Nec Salomone minor, veterū pius aſſecla Patrū
Prole Abrahā referens,ceu Moyſes legifer alter
Dæmona calce premens,ſacri bone Paſtor ouilis
Cādida forma gregis,morbi genus omne repellēs
Mortua viuificans,requiem dans carne ſolutis
Qui capis æthre dapes,qui obtutu vincula ſoluis
Multiplicans oleum,venturi præſcius æui (pus
Quem ſtygis antra timēt,nūmos cui miſit Olym-
Cordis aperta vidēs,verbo cacodæmona pellēs
Cui nigra paret auis, tellus cui paret & vnda
Colla ſuperba domans,Totilæ formido Tyranni
Præſidium populi,pulſus cui ceſſit Apollo
Fana profana mouens, Diuino accenſe calore
Saucie amore Dei,columen,lumenque tuorum
Firma columna domus, Sanctiſſime contēplator
Peruigil in precibus,ſcelerati funera plangens
Maxime ſpretor opum,verum ſolamen egentum

Gem-

Gemma pudicitiæ,miſerorum factus aſylum
Vincere docto malos,vir paupertatis amator
Sobrie iuſte pater,taciturni norma ſilenti
Plebis origo nouæ,viuæ virtutis imago
Relligionis apex,cupidus præ laude laboris
Cui fauor omnis,onus morum præclare Magiſter
Corde humili patiens, mundani pulueris expers
Simplicitate placens,ſupremi culminis oſor
Crux via trita tibi,Crucifixi in vulnere degens
Carni inimice tuæ,ſæcli calcator & hoſtis
Grandis amice Crucis,ſundens è vulnere vulnus
Cyprida vepre domans roſa duris eruta ſpinis
Sancte Magiſter aue,ſqualentis cultor heremi
Vas ſine labe nitens,rigida ſub rupe quieſcens
Nil niſi numen amans,Romani pauper alumni
Vas prece cõminuens,reſtaurãs vas prece fractũ
Cui ſtudium omne,Deus tranſcendens moribus
Delitias fugiẽs,mũdũ cũ flore relinquẽs (annos
Nobilitatis honos,Nurſinæ gloria gentis
Vir ſimul atque ſenex,Diuini nominis hæres
Dux nouæ militiæ,nomen virtutibus æquans
O Benedicte Pater, ſalue Sanctiſſime Præſul
Nomine digne tuo &c.

Lectio *V. ab angulo*, O Benedicte, *deſcendens*.

O Benedicte Pater,Diuini nominis hæres
Nobilitatis honos, tranſcendens moribus annos
Vas prece cõminuens,rigidâ ſub rupe quieſcens
Sancte Magiſter aue,fundens è vulnere vulnus
Carni inimice tuæ, ſupremi culminis oſor
Corde humili patiẽs,cupidus præ laude laboris
Plebis origo nouæ,vir paupertatis amator
Gemma pudicitiæ,ſceleratí funera plangens
Firma columna domus,Diuino accenſe calore
Præſidium populi,tellus cui paret & vnda
Cordis aperta videns,venturi præſcius æui (lens
Qui capis æthre dapes,morbi genus omne repel-
Dæmona calce premẽs,veterũ pius aſſecla Patrũ
Dux Gedeona ſequens,Thesbitæ imitator Eliæ
Spiritualis homo,cœleſtis tramitis index
Cui patet aula Dei,face fulgens Cynthia plena
Sal medicina Soli,rectiſſima Regula vitæ
Fons ſalientis aquæ ſpacioſo palmite vitis (uis
Thus odore fragrãs,Cherubim ũ adiuncte cæter-
Magne propheta *Dei*,lux ſplendida Confeſſorũ
Cœnobiale Iubar,non læſe Cupidinis arcu
Numine Plene *Dei*,ſalue Sanctiſſime *Præſul*
*D*ux nouæ militiæ,Nurſinæ gloria gentis
*D*elitias fugiens,reſtaurans vas prece fractum
Nil niſi Numẽ amans,ſqualentis cultor heremi
Cyprida vepre domans,ſæcli calcator & hoſtis
Crux via trita tibi,mundani pulueris expers
Cui fauor omnis,onus viuæ virtutis imago
Sobrie iuſte pater,miſerorum factus aſylum
Maxime ſpretor opum, Sanctiſſime contẽplator
Saucie amore *Dei*,pulſus cui ceſſit Apollo (lens
Colla ſuperba domans,verbo cacadæmona pel-
Quem ſtygis antra timẽr,qui obtutu vincula ſol-
Mortua viuificans, ſacri bone paſtor ouilis (uiſ
Prole Abraham referens,mitis *D*auidis adinſtar
Verbo operaq;potens renouans miracula priſca
Regulę imago tuæ,rutilans & amabile Sydus
Fax noua ſolque *P*oli, fuluo vas dignius auro
Nardus odora nimis,vitæ quoq; nobile lignum
De Libano alta Cedrus,lumen venerabile mũdi
Vir ſpecie Angelicâ,vitæ ſectator Ieſu
Martyribus ſimilis,Monachorum cincte corona
Virginitate potens,Sanctiſſime Cœnobiarcha
Nomine digne tuo,nomen virtutibus æquans
Vir ſimul atq;ſenex,mundũ cum flore relinquens
Cui ſtudium omne *De*us,Romani pauper alũni
Vas ſine labe nitens , roſa duris eruta ſpinis
Grandis amice Crucis,Crucifixi in vulnere degẽs
Simplicitate placens,monum præclare Magiſter.
Relligionis apex,taciturni norma ſilentI
Vincere docte malos, verum ſolamen egentum
*P*eruigil in precibus,columen lumenq; tuorum
Fana profana mouens Totilæ formido Tyranni
Cui nigra paret auis nummos,cui miſit Olympus
Multiplicans oleum,requiem dans carne ſolutis
Candida forma gregis, ceu Moyſes legifer alter
Nec Salomone minor, qui Eliſæi ſæclà reducis
Cum Cruce victor ouans totus cui panditur orbis
Lucifer exoriens rutilis fulgentior aſtris
Fructuum oliua fetax ſpeculum pietatis auitæ
Flos Cypariſſe virens,myrrhâ redolens & aroma
Gloria magna Poli, Caput Ordinis & Patriarchà
*D*octor Apoſtolicus,*P*rælatum Idea bonorum
Præuie dux ouium, Iuſtorum Pneumate plene
Vir bene dicte *Deo* &c.

Lectio *VI. ab angulo*, Nomine, *deſcendens*.

Nomine digne tuo nomen virtutibus æquans
Vir ſimul atq;ſenex mundũ cum flore relinquens
Cui ſtudium omne *Deus*,Romani pauper alumni
Vas ſine labe nitens,roſa duris eruta ſpinis
Grãdis amice CrucisC,rucifixi in vulnere degẽs
Simplicitate placẽs motũ præclare Magiſter.&c.

Non eſt neceſſarium vlteriùs progredi; quoniam hac ſexta Lectio parum differt à quinta: ponit etiam in initio, qua altera in fine, & è conuerſo.

Lectio *VII. ab angulo*. Numine, *adſcendens*.

Numine plene *Dei*,non læſe Cupidinis arcu
Cœnobiale Iubar,lux ſplendida Confeſſorum
Magne Propheta *Dei*,Cherubimũ adiũcte cæter-
Thus odore fragrans,ſpacioſo palmite vitis (uis
Fons ſalientis aquæ,rectiſſima Regula Vitæ
Sal medicina ſoli,face fulgens Cynthia plena
Cui patet aula Dei cœleſtis tramitis Index
Spiritualis homo,Thesbitæ imitator Eliæ
*D*ux Gedeona ſequẽs,veterũ pius aſſecla *P*atrum
*D*ęmona calce premẽs,morbi genus omne repel-
Qui capis ęthre dapes,venturi præſcius æui (lẽs

Cor-

Cordis aperta videns, tellus cui paret & vnda
Præſidium populi, *Diuiuo* accenſe calore
Firma columna domus, ſcelerati funera plangẽs
Gemma pudicitiæ, vir paupertatis amator
Plebis origo nouæ cupidus piæ laude laboris
Corde humili patiens, ſupremi culminis oſor
Carni inimice tuæ, fundens è vulnere vulnus
Sancte Magiſter aue, rigida ſub rupe quieſcens
Vas prece cõminuens, trãſcẽdens moribus annos
Nobilitatis honos, *Diuini* nominis hæres
O Benedicte Pater, ſanctiſſime Cœnobiarcha
Virginitate potens, Monachorum cincte coronâ.
Martyribus ſimilis, vitæ ſectator Ieſu
Vir ſpecie angelicâ, lumen venerabile Mundi
De Libano alta Cedrus, vitę quoq; nobile lignũ
Nardus odora nimis fuluo vas dignius auro
Fax noua Solq; Poli, rutilans & amabile Sydus
Regulæ imago tuæ, renouans miracula priſca
Verbo operaque potens, mitis *Dauidis* adinſtar
Prole Abraham referens ſacri bone Paſtor ouilis
Mortua viuificans, qui obtutu vincula ſoluis
Quẽ ſtygis antra timẽt, verbo cacodęmona pellẽs
Colla ſuperba domans, pulſus cui ceſſit Apollo
Saucie amore *Dei*, Sanctiſſime contemplator
Maxime ſpretor opum, miſerorum factus aſylum
Sobrie iuſte pater, viuæ virtutis imago
Cui fauor omnis onus, mundani pulueris expers
Crux via trita tibi, ſæcli calcator & hoſtis
Cyprida vepre domans, ſqualentis cultor herẽmi
Nil niſi Numẽ amãs, reſtaurãs vas prece fractum
Delicias fugiens Nurſina gloria gentis
Dux nouæ militiæ, ſalue Sanctiſſime *Præſul*
Vir bene dicte *Deo*, Iuſtorum Pneumate plene
Præuie *Dux* Ouium, Prælatum Idea bonorum
Doctor Apoſtolicus, Caput Ordinis & Patriarcha
Gloria magna Poli, myrrham redolens & aroma
Flos Cypariſſe virens, ſpeculum pietatis auitæ
Fructuum oliua ferax, rutilis fulgentior aſtris
Lucifer exoriens, totus cui panditur orbis
Cum Cruce victor ouans, qui Eliſæi ſæcla redi cis
Nec Salomone minor, ecu Moyſes legifer alter
Candida forma gregis, requiẽ dans carne ſolutis
Multiplicans oleum, nummos cui miſit Olympus
Cui nigra paret auis, Totilæ formido Tyranni
Fana profana mouens, columen lumenq; tuorum
Peruigil in precibus verum ſolamen egentum
Vincere docte malos, taciturni norma ſilentI
Relligionis apex, morum præclare Magiſter
Simplicitate placens, Crucifixi in vulnere degẽs
Grandis amice Crucis, roſa duris eruta ſpinis
Vas ſine labe nitens, Romani pauper alumni
Cui ſtudiũ omne *Deus*, mundũ cũ flore relinquẽs
Vir ſimulatque ſenex, nomen virtutibus æquans
Nomine digne tuo. &c.

Lectio *VIII. ab angulo* Vir, *adſcendens*.
Vir bene dicte *Deo*, Iuſtorum Pneumate plene
Præuie *Dux* Ouium, *Prælatum* Idea bonorum
Doctor Apoſtolicus, Caput Ordinis & Patriarcha
Gloria magna Poli, myrrham redolens & aroma
Flos Cypariſſe virens, ſpeculũ pietatis auitę. &c.

Nota.

Hucuſque dedimus Hexametra: hinc incipiemus lineas metiri altero pede & *Diſticha* Elegiaca proferre. *Altera hinc dicemus, amant alterna Camœnæ*.

Lectio *IX. ab angulo primo procedens*.
O Benedicte *Pater*, ſalue Sanctiſſime *Præſul*
Nomine digne tuo, *Dux* nouæ militiæ
Nobilitatis honos, Nurſinæ gloria gentis
Vir ſimul atque ſenex, delitias fugiens
Vas prece cõminuẽs, reſtaurans vas prece fractũ
Cui ſtudium omne *Deus*, nil niſi Numen amãs
Sancte Magiſter aue, ſqualentis cultor heremi
Vas ſine labe nitens, Cyprida vepre domans.
Carni inimice tuæ, ſæcli calcator & hoſtis
Grandis amice Crucis, Crux via trita tibi.
Corde humili patiens, mundani pulueris expers
Simplicitate placens, cui fauor omnis onus.
Plebis origo nouæ, viuæ virtutis imago
Relligionis apex, ſobrie iuſte pater
Gemma pudicitiæ, miſerorum factus aſylum
Vincere docte malos, maxime ſpretor opum
Firma columna domus, ſanctiſſime contemplator
Peruigil in precibus, ſaucie amore *Dei*
Præſidium populi, pulſus cui ceſſit Apollo
Fana profana mouens, colla ſuperba domans
Cordis aperta videns, verbo cacodæmona pellẽs
Cui nigra paret auis, quem ſtygis antra timent
Qui capis ęthere dapes, qui obtutu vincula ſoluis
Multiplicans oleum, mortua viuificans
Dæmona calce premens, ſacri bone paſtor ouilis
Candida forma gregis, prole Abraham referẽs
Dux Gedeona ſequens, mitis *Dauidis* adinſtar
Nec Salomone minor, verbo operaque potens
Spiritualis homo, renouans miracula priſca
Cum Cruce victor ouans, Regulæ imago tuæ
Cui patet aula Dei, rutilans & amabile ſydus
Lucifer exoriens, fax noua ſolque Poli.
Sal medicina Soli, fuluo vas dignius auro
Fructuum oliua ferax nardus odora nimis
Fons ſalientis aquæ, vitæ quoque nobile lignum
Flos Cypariſſe virens, de Libano alta Cedrus
Thus odore fragrans, lumen venerabile Mundi
Gloria magna Poli, vir ſpecie Angelicâ.
Magne Propheta Dei, vitæ Sectator Ieſu
Doctor Apoſtolicus, Martyribus ſimilis
Cœnobiale iubar, Monachorum cincte corona
Præuie Dux Ouium, virginitate potens
Numine plene Dei, Sanctiſſime Cœnobiarcha
Vir bene dicte Deo &c.

Lı-

Lectio X. *ab angulo*, Nomine *recurrens*.
Nomine digne tuo, ſalue Sanctiſſime Præſul
O Benedicte Pater, Dux noue militiæ
Vir ſimul atque ſenex, Nurſinæ gloria gentis
Nobilitatis honos, delitias fugiens (ctum
Cui ſtudiũ omne Deus, reſtaurans vas prece fra-
Vas prece comminuens, nil niſi numen amãs.
Vas ſine labens nitens, ſqualentis cultor eremi
Sancte Magiſter aue, Cyprida vepre domans
Grandis amice Crucis ſæcli calcator & hoſtis
Carni inimice tuæ, Crux via trita tibi.
Simplicitate placens, mundani pulueris expers
Corde humili patiens, cui fauor omnis onus
Relligionis apex, viuæ virtutis imago
Plebis origo nouæ, ſobrie iuſte pater
Vincere docte malos, miſerorum factus aſylum
Gemma pudicitiæ, maxime ſpretor opum
Peruigil in precibus, Sanctiſſime contemplator
Firma columna domus, ſaucie amore Dei
Fana profana mouens, pulſus cui ceſſit Apollo
Præſidium populi, colla ſuperba domans
Cui nigra paret auis, verbo cacodæmona pellẽs
PINGVNT Cœlos Aſtronomi circulis ſe claudentibus & continentibus: quorum diuerſas opiniones in Tabulâ XVI, quę *Cœlum Lilineldenſe* inſcribitur, delineauimus. Illam exornauimus diuerſis Syſtematibus: quorum prius menti Ptolemæi, & antiquorum correſpondet: ſecundum Tychonis Brahæi ſuppoſitiones repræſentat: tertium Samiorum eſt, à Pythagorâ aut inuentum aut traditum: ab Ariſtarcho illuſtratum, & ante aliquot ſæcula à Nicolao Copernico reuocatum & reſtitutum: quod hodie omnes aut ferè propugnant Acatholici; quod Catholici iam omnes condemnamus. Quartum & vltimum Aſtronomiæ Rectilineæ reſpondet, & eſt ſpecimen maioris Operis.

Terram in centro Mundi poſuit Deus, & illam circumdedit ſphæris: potuit Solem, aut aliam ſtellam quamcumque: nos imitantes, aut mundum quem Deus condidit, aut quem potuit, deſideramus; vt contempleris tabulam XV. b. Quatuor circulos in ſyſtemate Metrico poſuimus, quibus poſſumus à centro ad circumferentiam, aut ab illâ ad centrum tranſire, carmine non retrogrado, ſi communes admittantur ideæ: poſſumus & retrogrado, & id meliùs & pulchriùs, ſi ſeruentur ſequentes, quæ mihi ſunt in vſu, cùm eiuſmodi machinas fabricor.

A B C D

:–∪ ∪–∪ ∪–,	, – – –	, – ∪,	∪ – –:
:–∪ ∪–∪ ∪–,	, – – –	, – o	, ∪ – –:
:–∪ ∪–∪ ∪–,	, – –,	, – – ∪,	∪ – –:
:–∪ ∪–∪ ∪–,	, – –	, – – o	, ∪ – –:

Poſſibiles ſunt aliæ ſimiles, ſed hæ diſcipulis noſtris ſint ſatis.

Recognoſco igitur ideas poſitas, & tertiam eligens, hoc retrogradum carmen efformo.

I II III IV
| *Virginis-eximias* | *laudes* | *decantat* | *Olympus*. |
VII VI V IV

quod retrogradum eſt ſic legitur.

Virginis-eximias laudes decantat Olympus:
Decantat laudes Virginis eximias.

Inſcribo igitur exteriori circulo hanc penthemimerim *Virginis eximias*: ſecundo hanc vocem. *Laudes*: tertio hanc *decantat*: & iubeo vt occupet centrum *Olympus*; vt hoc Aſtronomis relinquatur Paradoxum, quod phyſicè exponi non poſſit. Regredior iterum ad primum circulum & dictiones æquiſyllabas addens illum compleo dicens.

Virginis eximias
Martyris egregias
Præſulis ambroſias. &c.

Eodem operor modo in ſecundo: eodem in tertio: & ſic totum illud Diagramma compleo.

☞ CCCXLV.

Primus	60
Secundus	40
	00
	240
	240·
Tertius	20
	0000
	4800
	48000
Quartus	
Tertius	20
	00000
	96000
	96000
Secundus	40
	00000·
	3840000
	3840000
Primus	60
	00000000
	2304·0000
	2,304;000,000
	4,608;000,000
	9,216;000,000

ET quot quæſo carmina in illo paruo Pegmate continebuntur? Ediſſeram. Primus circulus habet voces 60. ſecundus 40. tertius 20. quartus vnicam: et factâ multiplicatione, quando venitur ad *Olympum* hoc eſt, ad interiorem circulum, numerantur 48,000. carmina Hexametra: & quia cuilibet ſuum reſpondet Pentametrum. aut ſucceſſiuè 48, 000. per 20, & poſteà per 40, & tandem per 60: aut immediatè 48,000. per 48,000. multiplica, & habebis 2, 304; 000,000. diſticha retrograda; adeoque verſus ſimplices, 9, 216; 000, 000. hoc eſt, *Nouies mille, ducenti & ſedecim Verſuum milliones*.

Placuit hæc Muſa Cæleſtis Viris doctis, & quia aliqui ingenioſi Poëtæ illa ſunt vſi, vt meus Lector exemplorum varietate delectetur iuueturque, alia exempla curioſa ſubijcio.

☞ CCCXLVI.
De Cœlo Lilineldenſi.

EST Monaſterium *Lilienfelds* in Auſtriâ, deuotiſſimum, doctiſſimum & opulentiſſimum: quia enim huius Cœnobij Religioſi primò quærunt regnum Dei & iuſtitiam eius

eius, cœtera omnia adijciuntur illis. Præerat Reuerendiſſimus D.D.Cornelius, ſummæ eruditionis & ingenij vir: & quia.

Præſulis exemplo totus componitur Ordo. habuit ſub ſe Viros doctiſſimos & eruditiſſimos, tot & tantos vt anno M.DC.IL. ſex ſimul ad Lauream Doctoralem in Viennenſi Academiâ promouerit. Fuit dies verè ſolennis: nõ enim vnquam Vniuerſitas illa, non Vniuerſitas alia, ſex ſimul Religioſos, eiuſdẽ Monaſterij filios, omnes doctiſſimos & ingenioſiſſimos, ad gradum Doctoralem euexit. Tunc Monaſterij apud Sanctam Crucem Iuniores, Philoſophiæ ſtudentes Viennæ iuſſi applaudere, ediderunt pulchrum & ingenioſum Pegma, quod ſubiungo.

☞ CCCXLVII.

COELVM LILIVELDENSE

Sole Reuerendiſſimo & Ampliſſimo D.D. Cornelio apud Campum Liliorum meritiſſimo Præſule; Sacri Ordinis Ciſtertienſis per Germaniam, Hungariam, &c. Commiſſario Generali: Sacræ Cæſ. Maieſtatis, & Sereniſſimi Archiducis Leopoldi Conſiliario &c.

Suarum Intelligentiarum: hoc eſt

Eruditiſſimi & eximy D.D. Magiſtri noſtri.	*D.Alberici Burghoff, Prioris*	*hodierna die ad Theologicam Lauream euectis*
	D.Guilielmi Glöcker, Suppr.	
	D.Edmundi Prym.	
	D.Malachiæ Roſental	
	D.Matthæi Kolvveis	
	D.Hilgeri Burghoff.	

Carminibus 8, 599; 633, 920. *nimirùm, Octomillibus quingentis nonaginta nouem millionibus, ſexcentis triginta tribus millibus, nongentis & viginti Triumphum celebrans:*

Labore & induſtria Philoſophorum, apud S.Crucem Ciſtertienſem Ordinem Profeſſorum, & in Academia Viennenſi ſtudentium.

☞ CCCXLVIII.

De Campo Syderum
Seu Cælo Liliorum.

Cœli enarrant Gloriam Dei, & opera manuum eius adnunciat Firmamentum. *Pſalm.* 18. *verſ.* 1.

Sydera erant Cælo, ſed iam ſunt Lilia: Campo
Lilia erant, ſed iam Sydera Campus habet.
Sydera torquentur motu, ſed Lilia viuunt,
Et vita eſt motu luceque nobilior.
Si Campus Cælo hæc fulgentia Sydera debet,
Hæc debet Cælum Lilia pura Solo.
Cælo igitur Campus plus dat, quàm ſuſcipit; ipſa
Lilia ſunt vita prædita, & Aſtra carent.

S O L I,

Et ſex alijs Heliocyclijs Syderibus.

☞ CCCXLIX.

SAMIVS Pythagoras Italicæ Sapientiæ Princeps, vt Transformationum Diuinarum libro XV. habet Ouidius,

Mente Deos adijt, & quæ natura negauit
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Imò etiam, ſi ſincerè loquamur,

Mente Polos adijt, & quæ Natura negauit
Senſibus humanis, ea pectoris auribus hauſit.

Syſtema enim ille Cœlorum, omni mortali inuiſum & incognitum, iuſſit eſſe Heliocentricum, & Orbes ſingulos enarmonico concentu & motu Fata Hominum vaticinari. Ad Pythagoræ igitur mentem aureamque hoc Nos Cœlum artificiale effinximus, & indiximus PRÆSVL REVERENDISSIME, vt Tibi SOLI, imò etiam tibi ſoli noſtræ Hypotheſes, cœleſtes & immortales gratias agerent: ſubiunximus, EXIMII DOMINI MAGISTRI NOSTRI, vt innumerabilibus numeris gratularetur Vobis, Decumanis huius SOLIS Clariſſimi, Cornelij Cœli Planetis omnis erroris neſcijs, aut Planetarum potiùs Cœleſtibus INTELLIGENTIIS, in hac fœliciſſimâ & antiquiſſimâ Vniuerſitate Theologicam Lauream adeptis.

Septem profectò INTELLIGENTIAS, ſi credimus Peripateticis, Cœlum æthereum habet, & ſimiliter Liliueldenſe inſignitur & ornatur ſeptenis. *In medio reſidens complectitur omnia Phœbus*, videlicet CORNELIVS SOL, cuius recepto lumine ſunt alij ſex Planetæ, vt vulgari dicam vocabulo, RESOLES. Luce SOLIS ætherei in Firmamento fulgent Sydera, & STELLAE Corneliæ; dum SOLIS ſui admirantur ingenium, cui hæc olim ipſa Vniuerſitas in numeroſâ Promotione primas detulit; dum pietatem doctrinamque imitantur, radios ebibunt, & in Parelios, ſeu Imagines Solares tranſeunt. *Magni intereſt*, ait Quintilianus, *quos quiſque audiat quotidie, quibus-cum loquatur à puero; quemadmodum Patres, Pædagogi, & Matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum Mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit.* Porrò Gracchi. (Tiberius Caiuſque) ab eloquentiâ & labij puritate laudantur; at dicuntur vtramque ebibiſſe à Parente Corneliâ. Et Vos, EXIMII DOMINI, ab eloquentiâ; à labij, & quod nobilius eſt, à vitæ puritate laudamus, & Vos vtramque aſſerimus ebibiſſe à Parente Cornelio. Magni intereſt quos quiſque audiat & obaudiat quotidie; quibus-cum agat, ab eo tempore, quo potiùs agi-

tur,

tur, quàm agit. Pater, Mater & Pædagogi multum conferunt; & Vobis contulerunt Cornelius Pater, Liueldenſis Mater, & Magiſtri Academici, quorum pietate & doctrinâ inſtituti, Theologicâ Laureâ redimiti, triumphum hodie celeberrimum agitis.

Illum nos accuratè deſcripſimus, & Pythagorico Cœlo donauimus. Sed cur collocauimus SOLEM in centro? An fortè, quoniam.

— — Victoribus atque Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas,

maximè cùm in creatione & exornatione huius ingenioſi Syſtematis ſimus Poetæ & Pictores? Non ſanè: ſed quia quidquid de Æthereo decrepitus Ariſtarchus, Iunior Copernicus, & cœteri Pythagorici Aſtronomi metiri aut mentiri dicantur, Heliocentricum eſt Cœlum Liliueldenſe. Chriſtus Iuſtitiæ Sol in medio Diſcipulorum pacem dixit; & Macrocoſmi, Sol, cor mundi, ſi non in medio figuræ, vt Copernicus vult, ſaltem in medio Syſtematis, vt Tycho habet, pugnaces motus Syderum ad harmoniam & cõcordiam reducit. Et Microcoſmi Cor, (Sol eſt Humani Mundi) in medio pectore ſuum ſolium habet. Et Cornelius, quia eſt Sol, iuxta decretum Regulæ Benedictinæ in centro reſidet, & radio æquali omnibus fauet, fouetque: omnibus adeſt; nulli propinquior aut remotior. Hunc (præter Intelligentias, ortis à Lilijs, et apud Summates lauris arctas) Nos SEPTEM GENII, veneramur, hunc colimus, hunc celebramus. Oportet enim, vt ſi ſeptenæ Intelligentiæ Cœlos mouent, ſeptenis ſepteni Genij ſeruiant, ad nutum et imperium parati: SOLIS Cornelij ΠΑΡVΡΑΝΟΝ formamus; illumque donamus tanto linguarum apparatu, vt quæ vno intuitu Vir curioſus reſpiciat, multis id ſæculis nec legere nec exſcribere valeat. Volumus affectum, et ingenium proferre, ideòque ingenioſè, affectum, et ingenium affectuosè monſtramus. Vos vtrumque recipite, totque annis fœlices et incolumes viuite, quot carmina repræſentabimus.

☞ CCCL.

Liliueldenſis Cœli Forma informans.

SVNTO Aſſiſtentes Orbium veterum Formæ: Ecce Cœlos creamus nouos et Terram nouam, illoſque Forma informante et vocali inſignimus: et contra dicimus Peripateticis aſſerentibus Quantitatem ſpectare ad Materiam, Qualitatem ad Formam: quoniam Cornelij Cœli Formam, quam proponimus, in merâ Quantitate conſiſtit. Lector optimus Paradigma ſuppoſitum ſpeculetur.

I	II	III	Axis IV	V	VI	VII
[- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -]	- - -	[- ᴗ]	ᴗ - -	[- ᴗ]	- - -	[- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -]
ㄥ	9	ϛ	ㄣ	Ɛ	ᘔ	1

Ecce ſeptem partiales Intelligentiæ, perfectam vnam et totalem conſtituunt; numero omnes et quantitate ſyllabarum diuerſæ. Pono exemplum.

I	II	III	IV
Inſuperabilibus	*Victoris*	*donet,*	*Olympus*
ㄥ	9	ϛ	ㄣ

V	VI	VII
Ornet	*Germanos*	*innumerabilibus.*
Ɛ	ᘔ	1

Vbi, vt facile obſeruare quis poterit, vel primum Carmen reſilit, vel totum regreditur Diſticum. Pono ob oculos Carmen Reſiliens.

Vox *Olympus* eſt reſultantiæ terminus; nam Carmen mox vbi in eam impingitur, reſilit. Videamus quo regrediatur modo illud Diſticum? ſanè Hoc.

Intelligentia Secunda et Tertia, manentibus cœteris vt antè, non incommodè variari poterunt: poſſumus enim vti vel diagrammate.

- - - [- ᴗ] vt *Germanos ducit.*
vel - - [- - ᴗ] vt *Turcas deuincit.*
vel ᴗ ᴗ - [- - ᴗ] vt *Lasios defendit.*

Imò poterit loco - - - [- ᴗ] poni - - - [- ᴗ ᴗ] ſi tertia purè deſinat, et quarta purè incipiat à conſonâ, tunc enim in quinto pede ſemper erit ſynalcepha, et nunquam in primo. Contingit crebrò Intelligentiæ Formulam non capi voce ſimplici, ſed complexâ; et ideò in cellulas voces poſuimus, vt ſciamus vnam-ne an duas ſimul legere dictiones debeamus. Prima enim intelligentia videlicet [- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -] non ſolùm reperitur in ſimplicibus *Innumerabilibus*, et *Inſuperabilibus*; ſed etiam in compoſitis *Arma Virumque cano*; aut etiam, *Lilia laurus amat*: aut tandem *Lilia iuncta Graci*, et ſimilibus.

Hus

Huc pertinet ipſamet Cœli Liliueldenſis delineatio, quam Tabula V. repreſentat, Addebantur nonnulla Carmina, quæ etiam debent ſubſcribi.

Soli Liliueldenſi,

☞ CCCLI.

Aſtrorum Princeps proprio Sol lumine fulget,
Mutua ſed Stella lumina Solis habent.
Hoc veniente, Dies multos illuminat Orbes:
Nox veniente fugit, Nox fugiente venit.
Non aliter noſtri Cœli Cornelius eſt Sol,
Aſtra à quo Eximium cætera lumen habent.
Eſt doctrina Dies, Nox ignorantia: & ipſo
Nox veniente fugit, Lux veniente manet.

Lunæ Liliueldenſi.

☞ CCCLII.

Lucis in imperio eſt Luna (vt ſic dixero) Pro-
Abſentiſque Dei, fertque refertque vices. (Sol:
Vnde Alberico, qui eſt inter Sacra Pro Abbas
Lilia, iam Lunæ Nomen & omen erit. (mas
Hoc tamen haud capio. Innouat inter Sydera for-
Luna, eademque inter Lilia Luna manet,
Sed iam rem capio. Eſt conſtans Cornel a, Terra
Firmior, & Luna Phœbade Luna PRIOR.

☞ CCCLIII.

Liliueldenſium Luminarium nulla Eclipſis.

Solis ſplendori eſt Luna Inuida & æmula: opaca
Candida nonnunquam lumina mole tegit.
Sed non impunè in pœnam nam Stelliger illam
Obſcuro vmbrarum vertice mergit Atlas.
Non tamen in noſtro Eclipſis cognoſcitur Orbe;
Neutra poteſt lucis perdere lampas opes.
Sincera eſt Pietas; caret vmbris; lucida tota eſt:
Et ſub Sole pio crimine Luna caret.

Sex Intelligentijs Liliueldenſibus hodie ad Lauream promotis.

☞ CCCLIV.

Ventum ad ſupremum eſt. Stupet Orbis Stelliger,
Nobile quidquid habet Mũdus vterq; ſilet. (atq;
Iam NON PLVS VLTRA. Fuit vltima meta triũ-
Atq; vltra Laurum gloria nulla micat. (phus,
Dogmata Pythagora meliùs Schola docta reſumit:
Quæ Natura nequit, Mens generoſa facit.
Geryones habuere olim tria corpora Iberi,
Vnicus & ternis Spiritus intùs erat.
At Vos ſex eſtis, (magis hæc miracula mira)
Vnicus & ſenos Spiritus intùs alit.
Vnica laus Vobis, eadem doctrina, triumphus
Vnus, idemque decus, competit vnus honos.
Vnicus an-ne Animus, cuncta vt ſint vnica, ſenis
Eſt etiam? Mens-ne eſt vnica, & vnus Amor?
Omnia concedit Samius, negat omnia Vulgus;
Nos media volumus tutiùs ire via.
Naturam & mores diſtinguimus. Omnia ſenſu
Morali (eſt Phyſico dignior) aſſerimus.
Vnus ineſt Animus ſenis virtute refulgens,
Vnica Mens cunctis, omnibus vnus Amor.
Vnicus eſt cunctis, quem dat Schola noſtra, trium-
Qui licèt eſt vnus, plurimus eſſe poteſt. (phus;
Auſtria enim euehitur, ſub qua pia tempora lauro
Cinctos ſex nunquam viderat vna dies.
Tota Viennenſis Schola, nec non tota triumphat
Religio, è cœlis quam Benedicte foues.
Mellea Bernardi inuictè defenſa triumphant
Dogmata, Theologos quæ latuere prius.
Præcipuè & Campo, qui hæc Cœlica Lilia gignit,
Competit Eximij totus honoris honos.
Ac ideo totus (Campi Moderator opimi
CORNELI) applauſus, gloria tota Tibi.
Surculus inſeritur, rami miracula promunt,
Vnicus & claudit fructus vtrumque genus.
Lauri iam Lilis miſcentur, Lilia Lauris: (buit?
Quam tamen hinc fructum Fata benigna da-
Iam video. Famam & plauſum CORNELIVS inde
Cum ſummo ſummæ laudis honore metit.
Ecce coronantur Lauris pia Lilia, Lauro
Contexta è Lilis ecce corona datur. (ſum
An-ne eſt PLVS VLTRA? Nihil in Tellure. Seor-
Ad Cœlos animos tollere niſus erit.
Aſt etiam Cœli celebrant Te (Maxime Præſul)
Dux ſenos gñatos perſonat Æthra tuos.
Sint licèt elingues, celebrant Tua geſta, tuorum
Gloriam & Eximiam carmine enarmonico.
Et tanto numero, Stellæ vt Atlantis, arena
Oceani, nequeant verſibus eſſe pares.
Plurimũ Aſtra mouet rutilãtia plurima Olympus,
Sed tamen ipſe loquax carmina plura canit.
Vnde loqui didicit? Crux eſt doctiſſima, quæ nunc
Debebit Cœlum præcipiente loqui.
Sumpſimus Authores Liliueldenſis Olympi
Diuina fœlix à Cruce principium.
Si ſumus errantes, non mirum eſt; namque Planeta
Errore incerto cum caret, errat iners.
Si non erramus, ſumus omnes Sydera fixa;
Si non fixa Polo Sydera, fixa Cruci.
Qualiacumq; tamen Veſtri ſumus Ominis omnes,
Cultores Veſtri Nominis atque ſumus.
Et tot Olympiadas vitæ, tot ſæcla vouemus,
Carmina quot vobis ingenioſa damus:
Viuite fœlici auſpicio: & poſt ſera triumphum
Sæcula Cœleſtem ducite in Empyreum.

NO-

NOTA: In nomine adiectiuo *Liliueldenſis*, quantæ ſint tertia & quarta non peris, illas enim producit duarum conſonantium poſitio: primam eſſe longam ſupponis, nam in *Lilia* producitur. Virgilius. *tibi Lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis*. Sed quanta erit ſecunda? Puto in compoſitione vocum merè Latinarum fore longam, quia coëunt duo II. hanc enim ob cauſam *Tibicen* habet ſecundam longam, ob duarum vocalium concurſum: eſt enim *Tibicen* Tibia-canens. Ergo, qui in voce *Liliger* puto ſecundam eſſe longam. [illegible] in voce Germanica *Liliuelde*, putare potero ſecundam eſſe breuem. Stat igitur erraſſe, quotquot aliquando & alicubi illam ſecundam is eſſe correptam contenderunt.

SVPPVTATIO.

☞ CCCLV.

Dic Mihi quot tandem Verſus modulatur Apollo,
Cùm verbis celebrat Lilia noſtra ſuis?
Quanto illos Genius percurrere tempore poſſit?
Quanto Homo mortalis ſcribere vel legere?
Dic Mihi, quot Folijs? Manibus quot? dic mihi Char
Carmina quot Ramis ſcribere cuncta queas? (te
Adde, quot expenſas faceret, qui ſoluere dignè
Et mercatori velles & artifici?
Et tandem metire locos, & dicito, cuncta
Qui capiat Pluteus Carmina, quantus erit?
Singula qui expedias fueris Mihi magnus Apollo;
Nam nullus numerus concipit iſta breuis. (Ector,
R. Subſcribo optatos numeros Lege Candide Le-
Excelſum mentem ſubrige ad Empyreum:
Et ſic diſcurras. Si ſunt tam multa legenda
In paruo hoc circo, quem manus vna capit:
Quanta olim in Sphera, ſtat centrum cuius vbiq;
Nullibi & exterior terminus, ipſe legam.

Nomen *Folium*, ſeu *Phylum* notum eſt. Folia 25 Manum ſeu Librum conſtituunt: Manus autem 20. ſeu Folia 500. Ramum, qui ab Hiſpanis dicitur *Reſma*.

Mercurius Trimegiſtus, *Deum*, ait, *ſpharam eſſe, cuius centrum vbique eſt, & nullibi circumferentia.*

Sunt igitur in iſto Liliueldenſi *Syſtemate Diſticha Retrograda*
4, 299; 816, 970.
Hoc eſt, ſimplicia carmina
85, 996, 633, 920.
Legenda ab immortali Genio
1035. ann. 13. dieb. hor. 1. 55. 22.
At ab homine non niſi
3270. ann. 26. dieb. hor. 1. 55. 32.
Quæ occuparent pluteum longum
3. milliarib. 2. ſtad. 224. paſſ. 3. ped. 15. dig.
Et valerent florenis Germanicis
5, 439, 852. ſi deberent exſcribi.

☞ CCCLVI.

Damus Diſticha à centro Syſtematis ſeu Sole iuxta dictionum numerum, quæ in ſingulis Orbibus ſunt, multiplicanda: & computus facillimus eſt, ſi numerus primus in ſecundum, & reſultans in tertium, &c. accuratè ducatur. Sic procedimus.

Orbis I. Soli proximus habet dictiones 12 *ducta in*
Orbis II. dictiones 24
48
24
dabunt numerum 288 *ducendum in*
Orbis III. dictiones 36
1728
864
dabunt numerum 10368 *ducendum in*
Orbis IV. dictiones 48
82944
41472
dabunt numerum 497664 *ducendum in*
Orbis V. dictiones 60
000000
2985984
dabunt numerum 2985984 *ducendum in*
Orbis VI. dictiones 72
5971968
20901888
dabunt numerum 214990848

Sunt igitur in hoc Liliueldenſi Cœlo Epigrammata Diſticha 2 1 4 9 9 0 8 4 8 0: & quia ſunt Retrograda, complectentur. 4 2 9 9 8 1 6 9 6 0, Diſticha, hoc eſt, 8 5. 9 9 6 3 3 9 2 0 ſimplicia carmina.

☞ CCCLVII.

Sed quanto hæc eadem tempore poterunt vel legi vel ſcribi?

Si dena iubeantur reſpondere, minuto, facillimus eſſe poterit computus.

Dies.	*Horæ.*	*Min.*	*Carmina.*
0	0	1	10.
0	1	0	600.
1	0	0	14, 400.
2	0	0	28, 800.
3	0	0	43, 200.
4	0	0	57, 600.
5	0	0	72, 000.
6	0	0	86, 500.
7	0	0	100, 800.
8	0	0	115, 200.
9	0	0	129, 600.
10	0	0	144, 000.

1 1 1 1 1
3 0 2 3 9 1 1
9 3 8 9 7 1 5
1 4 4 | 8 5 9 9 6 3 3 9 1 2 0
0 0 5 9 7 1 9 6

Legi ergo poterunt annis 1635.
diebus 13. hor. 1. min. 55. & ſec. 12.

Nam	14 6 1. - -	*ſunt anni* IV.	
	1 5 6 1 0. -	*ſunt anni* XL.	
	1 4 6 1 0 0	*ſunt anni* CD.	
Ergo	*anni* MDC.		5 8 4 4 0 0.
	anni XXXII.		1 1 6 8 8.
	anni	III.	1 0 9 5.
	anni	XIII.	1 3.
			5 9 7 1 9 6.

Vna hora - - -	6 0 0.
55 *minuta* - - -	5 5 0.
12 *ſecunda* - - - -	2.
	1 1 5 2.

Annis igitur 1635. diebus 13. horâ 1. 55. 12. legi aut ſcribi hi verſus poterunt ab infatigabili Genio, qui irrequieto labore noctu diuque potuerit chartis impalleſcere. Quodſi mortalis ſit, & ſommo & aliis humanæ fragilitatis oneribus etiam obnoxius, ſi dicatur quotidie vacare huic miniſterio horis duodenis, abſoluet penſum annis ,270, diebus 26. horâ 1. 55. 12.

Quid ſi & ipſe Feſtiuitatum cultor ſit, & Faſtorum dierum obſeruator? Quoniam plurimos dies cultus Sacer intercipit, adhuc tempus protraheret, penſumque ſuum pluribus annis accuraret.

CCCLVIII.

Quanto hæc ſcribi tempore poſſint Carmina breuiter expoſuimus; ſed quia multum chartæ impenderetur, quantam poſtulemus, inquiris.

Porrò, ſi in ſingulis folij paginis 50. ſcribantur (vix tot poſſunt, ſi calamus ſit liberalis) ſingulis folijs adſerentur ducenta. Cùm igitur Manus ſeu Liber habeat 25 folia, & Ramus 20 Manus, ſeu folia 500. capiet Ramus Carmina 1 0 0, 0 0 0. Ergo ſcribi poterunt.

Verſus	8 5 9 9 6 3 3 9 2 0.
Folijs	4 2 9 9 8 1 6 9.
Manibus	1 7 1 9 9 2 6. & 19. *fol.*
Ramis	8 5 9 9 6. *man.* 6. & 19. *fol.*

CCCLIX.

Poſſemus quærere, quòt aureis hæc ipſa chartæ vis emi poſſet? quot ſcribi? ſed quia ſumma eſt pretij & ſtipendij varietas, ſufficit confusè proponere neutrum præſtari poſſe, ſine ſummis impenſis nam ſi liber chartæ beneſcriptæ duobus Germanicis florentis væniat (vænit pluris) conſtabit vt minimùm Liliueldenſe hoc Cœlum ad longum eleganter ſcriptum, 3; 439. 852. florenis Germ. ſeu imperialibus 2; 293, 234. $\frac{2}{3}$ Sed quia nummariæ computationes animos generoſiores decedent, progredimur vlterius & inquirimus.

CCCLX.

Quàm ſit longus futurus ille Pluteus, qui omnes hos libros decenter compactos comprehenderet?

Si Ramus chartæ contineri queat quinque digitis; Rami 8 5, 9 9 6. man. 6. & fol. 19. ad digitos 429, 980. ſeu pedes 26, 873 & 15. dig. reducentur. In quâ igitur capi poterit Bibliothecâ, aut etiam Palatio tantus Pluteus? Nam ſi Palmus conſtet 4. digitis, Pes 4. palmis, paſſus 5. pedibus, & tandem Milliarium 1000. paſſibus, Pluteus noſter, 5 3 7 4 paſſibus 3. pedib. & 15. dig. hoc eſt 5 milliarijs. 2 ſtadijs; 124. paſſib. 3. pedib. & 15. dig. extenditur.

CCCLXI.

Hæc omnia dicta ſint ſupponendo nos Diſtica tantùm exhibere, & à Saturno aut orbe extimo ad Solem ire, aut contrà, per lineas, quas Geometræ Radios appellitant. At ſi vellemus vnicâ ſolâ dictione additâ diametros emetiendo modulari Tetraſticha, (bone Deus!) in tantam ſummam multitudo iſta excreſceret, vt vileſcerent poſiti numeri, cum illis, qui ponerentur, comparati. Sed ſufficiat impræſentiarùm hos dediſſe, quos ſi ſemel legendo obſolueris, [Lector diligentiſſime,] numeroſiores meritò poſtulabis.

CRVX COELESTIS.

אדון עולם אשר מלך * בטרם כל יציר נברא * לעת נעשה בחפצו כל * אזי מלך שמו נקרא * ואחרי ככלות הכל * לבדו ימלוך נורא *

Adon h4ol4m haſzer malaK * beterem Kol jezairnibra, * Leh4eth nah4ſza beh3ebzau Kol * hazaj meleK ſzemo niqra * vehah3a-rej Ki-Keloth haaKol * lebado jimelok norra. *Dominus Mundi, qui regnauit* antequam vlla creatura eſſet * Quo tempore factum eſt per voluntatem eius omne * tunc Rex nomen eius vocatum eſt. * Et poſtquam abſoluit omnia * ipſe ſolus regnabit reuerendus.* Sic Rabbi Chai in illo celeberrimo Carmine, quod, מוסר השכל במליצה, vocatur.

Porrò Deus eſt Rex per eſſentiam, quo nomine Rex erat antequam Mundum conderet ab initio. Rex eſt per potentiam: & hoc nomine Rex fuit cùm Angelos & Homines condidit: quorum eſt dominus; ſicut enim liberè eos condidit, ſic & ipſos liberè conſeruat, & poteſt redigere in nihilum. Peccauit homo: & tandem Deus, Rex eſt nomine miſericordiæ, illum fuſo ſanguine redimens, vnde cantat Eccleſia, *Dominus regnauit à ligno*. Hoc olim lignum (nempe D. N. Ieſu-Chriſti Crucem) carminibus dilucidandum ſuſcepi: & quia materia tantùm non infinita erat, carminibus tantùm non infinitis.

Præſidebat ſub illud tempus Religioſiſſimo & doctiſſimo Sanctæ Crucis Monaſterio Reuerendiſſimus D. D. Michaël: Sacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor: Ordinis Ciſtercienſis Vicarius Generalis: Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius: &c. Vir optimus, & amicus meus ſingularis: [Si illud aliquando initias ſtupentem in ipſo obſeruantiam & pietatem inuenies, vt non poſſis non exclamare, *Hoc ſignum Crucis erit in Cœlo*: qui enim hodie per gratiam ſunt Mundo crucifixi in cellâ, erunt olim per gloriam cum Crucifixo conregnantes in Cœlo.] Huic igitur Sanctæ Crucis pientiſſimo & vigilantiſſimo Antiſtiti, hoc anno M. D. LIII. Archangeli Michaëlis die, mei Monſſerratenſis Monaſterij Iuniores, Philoſophiæ ſtudentes, Crucem Cœleſtem dedicarunt, & in ipsâ 9, 644: 117, 432; 715, 608. hoc eſt: nouies mille ſexcentos & quadraginta quatuor billiones (ſeu millionum milliones.) centies decies ſepties mille quadrigentos triginta duos milliones; ſeptingenta quindecim millia ſexcenta & octo carmina. [Vide Figuram XVII.] quod ſic demonſtro.

Circulus I.	36
Secundus	24
	144
	72
	864
Tertius	24
	3456
	1728
	20736
Quartus	36
	124416
	62208
	746496
Quintus	4
	2985984

Et hic clauditur Diſtichum primum.

Secundum Diſtichum per eoſdem gradus, ſed per triplicem circulū adeoque numeros maiores progreditur: videlicet.

	2985984
Primus Circulus	4
	11943936
Secundus	108
	95551488
	000000000
	11943936
	1289945088
Tertius	72
	2579890176
	9029615616
	92876044672
Quartus	72
	185752089344
	650132312704
	6687075723264
Quintus	108
	53496605786112
	6687075723264
	722204178112512
Quia ſunt retrogr.	2
	1444408356225024
Quia ſunt Tetraſtich.	4
	9,644:117,432;715,608

Vt hi numeri intelligantur addere debebo hoc Tetraſtichon.

(ſtes [*Caſtra-inimica-Cruci*] *Bernardus* [*ſtrauit,* & *ho-*
[*Fudit,*] *Norbertus* [*Cæſaris-arma-fouens.*]
[*Protegit auſtriacos* [*iuſtos,* [*defendit*] *inermes:*
[*Propugnat*] *fortes* [& *fouet Empyreum.*]

Et incipiendo ab initio, illâ penthemimeris, *Caſtra inimica Cruci* ſemel poſita per vocem *Bernardus* multiplicatur, cuius loco 36 poſſunt ſubſtitui. Hæ 36 voces multiplicantur in voce *ſtrauit*, cuius locum occupare poſſunt omnes & ſingulæ quæ ſunt in ſecundo circulo. Intimus circulus vnicam continet dictionem, & ideo complet Hexametrum, & numerum augere non poteſt. Prima vox Pentametri *Fudit*, ha-

habet 24. ſimiles : ſecunda 36. & ſic tranſitur ad circellum, qui in centro Crucis eſt; & quatuor complectitur voces, quæ & claudere Pentametrum poterunt, & ſequentis Diſtichi aperire Hexametrum. Hinc ad tres circulos patet aditus, vt inire poſſis quem velis, cumque ſinguli habeant 36 voces, omnes ſimul 108 complectentur: eadem triplicatio ſeruatur in ſecundo circulo, vt det 72.

Ex his patet horum carminum enumerationem eſſe hanc: Debet duci numerus emergens in iſtos. 36. & 24.& 24.& 36. & 4. & hic finitur primum Diſtichum. Poſtea hic numerus, quotuſcumque ille ſit, multiplicabitur per 4 (totidem enim eſſe poſſunt initia ſecundi Tetraſtichi) & quia inde ad vnum è tribus Crucis brachijs tranſitur, numeri triplicabuntur, & fiet multiplicatio per 108. per 72. per 72. et per 108. Et quia hæc Carmina Retrograda ſunt, poterunt duplicari: et quia Tetraſticha quadruplicari, vt numerus ſimplicium habeatur.

Hæc idea nota videtur fuiſſe Veteribus, non vſus: nam apud Iuſtum Lipſium in Epiſtola Dedicatoria Commentarijs in Tacitum præfixa, Poëta vetus loquitur. *Caneſcet iactus innumerabilibus.*

☞ CCCLXIII.

De Cœli & Crucis Metrica comparatione.

DEDIMVS Crucem Cœlumque; vtrumque numeroſâ Carminum multitudine ornauimus, nunc componimus. Complectebatur

illud 8, 599; 633, 920.

hæc autem 9, 644: 117, 432; 715, 608.

Crux igitur pluſquam millies-millies eſt Metrico Cœlo numeroſior. Sumamus ergo facilioris calculi gratiâ proportionem eſſe, vt 1. ad 1; 000,000. & ex reſolutionibus paulò antè poſitis, cùm de Cœlo ageremus, conſtabit liquidò; quanto hæc Crucis Metricæ Carmina poterit ſcribi, vel legi? quor illa chartæ libris, ramis-ue? quot aureis redimi? & quanto pluteo in aliqua Bibliotheca reponi? Scriberentur enim

3,270:000,000. *annis*
42:998,169;000,000. *folijs.*
1:719.925;000,000. *manibus*
85,996;000,000. *ramis*
5;000,000. *milliarijs*
} *et mul tò plu ribus.*

Dedi numeros minores veris; non enim volui numerationis & computationis rigoroſæ laborem & moleſtiam ſubire. tu, ſi vacat, numeros exactos ſubſcribe.

☞ CCCLXIV.

FLORVERVNT ſemper in Seraphicâ Patrum Capucinorum Religione omnes ſcientiæ. Liberales, Mathematicæ, Philoſophicæ, necnon Theologicæ; et P. Antonius Reita mihi, etiamnum in Cœlo (ſic ſpero) amiciſſimus, ingenio magno polluit, in omnibuſque eminuit, vt libri in lucem emiſſi teſtantur. Si ſingulos viros illuſtres, quos dedit Orbi literario hæc Religio recenſere voluero, non Catalogum, ſed librum vaſtiſſimum fecero. Ergo tempori et loco ſtylum et labium attemperans, omiſſis cæteris quos alij dignè celebrent, P. Nicolai Lucenſis, mentionem faciam. Eſt ipſe Virorum Eximiorum ſententiâ, Lucæ celeberrimæ Ciuitatis gloria, Seraphici Ordinis decus, optimus Theologus, et ſeueris ſcientijs eruditè verſatus. Cum magno applauſu et fructu Conciones Euangelicas habet, et à claris et illuſtribus viris collaudatur. Sublimiores Scientias Charitibus Caſtalijs exornat: et quia Veteres noſtras ideas nouis verſibus exornare dignatus eſt, volui ſuo labore et ingenio Cœleſtem hanc Muſam honorare. Scripſit, vt ſuperiùs adnotaſſe me memini, MARIANAM CYNOSVRAM, in quâ quàm ſit ingenioſus Poëta, et quàm ſubtilis Mathematicus, tota Schola videt, ſuſpicit, et applaudit. Hunc numeroſum ille Labyrinthum edidit Viennæ anno 1655. auctioremque recudi curauit ibidem anno 1657. Eamdem vt curioſus Lector, ſuſpiciat ad mireturque huc adponi curaui.

☞ CCCLXV.
CYNOSVRA,

Seu MARIANA STELLA POLARIS, *Ieſu Chriſto Sole amicta, exornata, illuſtrata Tetraſtichis, 4. 886. 321, 411, 464, 740, 269, 168, 464, 075, 161, 600, eundo, & quia retrograda, totidem redeundo; hoc eſt Carminibus 78, 181, 142. 583. 435, 844, 306, 695, 425, 202, 585, 600. Numero propemodum ineffabili & incomprehenſibili: Numero ſupra numerum arenæ maris, aquarumque guttas, nec non eſt Stellas, quæ lucent in firmamento Cœli, quaſi totidem Radijs in hac ſecunda Editione locupletata, Dilucidata nouo ſtudio & labore Fr. Nicolai Lucenſis Capucini Concionatoris. [Anno à DoMInICa ſaLVte.] Superiorum permiſſu. Viennæ Auſtriæ, Typis Ioannis Iacobi Kürner, Procerum ibidem Typographi.*

CCCLXVI.

Huius Cynoſuræ deſcriptio.

ERAT ſimilis Cœlo Liliueldenſi delineatio: duplex tamen; nam altera Chriſto Soli, et altera Mariæ Cynoſuiæ (maris Stellæ) dedicabat. Vnde non ſolùm ſingula Syſtemata ſeorſim ſumpta in numerum verſuum maximum adſcendebant: ſed alterum in alterum ſe inſinuans, exereſcebat in multitudinem fere infinitam.

In centro Liliueldenſe Cœlum habuit Solem et Hemiſtichium hoc, *Lilia Phœbus amat*, immobile; at Solem ipſum voluit P. Nicolaus Lucenſis radiorum numero multiplicari. Illos exſcribo.

Chriſtus		*ouans.*
Sydus		*ineſt.*
Germen		*honor.*
Nectar		*amans.*
Lumen		*amor.*
Nomen	IESVS	*ibi eſt.*
Numen		*adeſt.*
Sol vbi		*hic eſt.*
Gnatus		*olens*
Sponſus		*agens*
Matris		*hauens*
Ieſus		*auens*

Quamobrem, cùm ſingulis vocibus primæ columnæ poſſint reſpondere ſingulæ tertiæ, 12 ducuntur in 12. et in ipſo Syſtematis centro includuntur hemiſtichia 144. [Nota tamen orbes hos, ſi mobiles fiant, quales in Cœlo ſunt, et eſſe in chartâ debent, multiplicationem hanc in praxi ſubire non poſſe.]

Pari artificio in centro Syſtematis Parthenij alia etiam 144 hemiſtichia claudebantur, Voces ipſas conſidera.

Stella		*Rei.*
Virgo		*ſoli.*
Porta		*ſalus.*
Gemma		*Ieſeph.*
Palma		*Parens.*
Scala	MARIA	*Dei.*
Vita		*Maris.*
Diua		*Potens.*
Vera		*Poli.*
Sponſa		*micans.*
Carta		*crucis*
Gnata		*Iacob.*

Hæc omnia in circulo intimo. Circa hunc mouetur alius orbis, qui habet 24. voces. Orbis tertius continet voces 36: Quartus 48: Quintus 60: Sextus 72: et Septimus 84.

Verſuum forma non eſt omninò eadem, nam in Solari Syſtemate ſeruatur hæc

I   II   III   IV
[- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -] - - - [- ᴗ] ᴗ - -
VII   VI   V   IV

In Mariano autem hæc,

I   II   III   IV
[- ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -] - - - [- ᴗ ᴗ] - -
VII   VI   V   IV

Erat Inſcriptio. *Cynoſura, ſiue Stella Polaris, Chriſto-Ieſu Sole amicta, exornata, & locupletata.* Et quia infinitum fere verſuum numerum complectebatur, inſtituendos computus ad ſynopſim & verba ſequentia reducebat.

Dum Sphæram Aligeri voluunt, iterumque reuol-
Atq; modis varijs vndiq; in Axe rotant: (uunt,
Virgineum celebrant Nomenq; Decuſq; MARIÆ,
Dic mihi quot voluant Carmina? quanta putas?
Quanto illos Genius percurrat tempore Verſus?
Quanto Homo mortalis Carmina ſcripta leget?

R.

Clauditur hac theca Verſum integra Bibliotheca;
Quæ metra nec ſæclis ſcandere mille queas.
Quæſitos numeros poſui, lege, candide Lector,
Mentemquè excelſum ſubleua ad Empyreum.
O Deus! ò Numen! (ſi ſic diſcurrere fas eſt)
In paruo hoc Circo tot modò metra lego;
Quanta olim in Sphæra, ſtat centrũ cuius vbiq; (a)
Nullibi & exterior terminus ipſe legam?
Quantaque Virgineo deſcripta legentur in Orbe?
Quæ Sphæram tantam clauſit in Orbe Parens?

(a) Mercurius Triſmegiſtus, aſſerit, *Deum Sphæram, cuius centrum vbique eſt, & nullibi circumferentia.* Ita Cœlum Liliueldenſe. Vide ſupra num. 355.

Et in ipsâmet Laminâ diſtinctiùs clariùſq; legebatur. Cynoſura quidem ſeorſim ſumpta, Diſtichis: 69, 602, 227, 514, 327, 040. eundo; & quia retrograda, totidem redeundo, hoc eſt Carminibus: 279. 608, 910, 057, 160. dico: Ducentis ſeptuaginta nouem millibus, ſexcentis & octo millionum millionibus, nongentis quoque & decem millibus quinquaginta ſeptem millionibus; & inſuper trecentis & octo millibus, centum & ſexaginta. Sol itidem ſeorſim ſumptus, totidem planè vt Cynoſura numero Carminibus, Vtraque verò, nempè Cynoſura Soli vnita Tetraſtichis: 4, 886, 321, 411, 464, 740, 269, 168, 464, 075, 161, 600. eundo, & quia retrograda, totidem redeundo; hoc eſt Carminibus: 78, 181, 142, 583, 435, 844, 306, 695, 425, 202, 585, 600. Numero propemodum ineffabili, & incomprehenſibili:

Nu-

Numero ſupra numerum arenæ maris, aquarumque guttas, nec non & ſupra numerum Stellarum, quæ lucent in Firmamento Cœli. Quæ ab immortali & inſatigabili genio die nocteque indeſinenter legendo, non niſi annis: 14, 864, 770, 700, 973, 984, 867, 522, 969, 600, abſolui poſſent. Quæ inter 100, 000, 000, 000, 000, dico: Centum milliones millionum cœleſtium Beatarum Mentium ad legendum, modulandumue diſtributa, quælibet penſum ſuum perſolueret non minùs quàm annis propè 148, 647, 707, 00. 90740, computando ſiagmenta pro vno anno. Quæ exſcripta, abſumerent chartæ Ramos numero: 781, 811, 425, 834, 358, 443, 066, 954, 252, 926. Exhaurirent omnium Fluminum, lacuum, & ipſius Oceani vndas, ſi in atramentum verterentur. Detererent quoque ac facilè conſumerent calamos numero: 781, 811, 425, 834. 358, 443, 066, 954, 252. Qui Rami in totidem libros decenter compacti ac per longum ſuper Pluteo collocati, occuparent Milliaria Italica: 52, 120, 761, 722, 290, 562, 871, 130, 283. & Paſſus 468 $\frac{2}{7}$ replerentque integras Terræ, Cœlorumque omnium Planeticorum, Firmamenti quoque ac primi mobilis, nec non & ſupra hoc plures circumferentias, Areas & ſuperficies: hiſque repletis vaſtiſſimis ſpatijs, nec dum vel ſic dimidia pars collocandorum voluminum eſſet abſumpta: prout hæc omnia ſuis locis Arithmetico-Aſtronomicâ demonſtratione fuſiùs exponuntur. Prædictis Carminibus fulgentiſſimum Mariæ Nomen, quaſi totidem diffuſis Radijs, longiùs, latiùs, penitiùſque magis ac magis explicans, & illuſtrans. Vniuerſis præcelſa Ieſus & Mariæ Nomina piè colentibus ad ſpectandum & obſeruandum delineata, propoſita, atque oblata ab omnium infimo tantæ Reginæ Cliente Nicolao Lucenſi Fr. Min. Capucino Concionatore. Anno MarIæ LVCIDo.]

D. Bernardus Homil. 2. ſuper Miſſus eſt.

Loquamur pauca & ſuper hoc nomine (Maria,) quod interpretatum maris ſtella dicitur, & Matri Virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa namque optimè ſyderi comparatur: quia, ſicut ſine ſui corruptione ſydus ſuum emittit radium, ſic abſque ſui læſione Virgo parturit filium. Nec ſyderi radius ſuam minuit claritatem, nec Virgini filius ſuam integritatem. Ipſa eſt igitur nobilis illa ſtella ex Iacob orta, *Num.*24. cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipſa, inquam, eſt præclara & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum & ſpacioſum neceſſariò ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in huius ſœculi profluuio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius ſyderis, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iactaris ſuperbiæ vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo, cogita Mariam. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam ſequens non deuias: ipſam rogans non deſperas: ipſam cogitans non erras. Ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia peruenis. *Hæc ille.*

EPIGRAMMA
Ad Lectorem.

Eſſe mari fluxus, miraris, & eſſe refluxus:
Quæ tibi, quæ res eſt prodigioſa mihi.
Fluxus, refluxus mireris ineſſe Mariæ,
Quæ maria illuſtrat Cælica Stella maris.
Quæ fluit, & refluit, cæloque charismata portans
Larga, replet donis pectora digna ſuis.
Symbola ſacra ſuæ celſa fero debita laudi:
Quæ repetita redux: itque reditque gradu.
Myſtica ſunt greſſu, Maris inſtar, metra regreſſu:
Queis fluat, & refluat Nomen, *&* Omen *habes.*

ALIVD
Ad B. Virginem.

In terris luces, Superis Cynosvra *coruſcas:*
Te duce Nauta maris ſulcat & ora rate.
Illuſtras, ardes, inflammas corda Clientum:
Inſluis, accendis, ducis ad Aſtra Poli.
Ad te ſuſpiro, per te reſpiro Maria:
Flammas concipio cordis, amore tui.
Si te reſpicio, me reſpicis, atque ſereno
Vultu, das Iesvm *cernere Filiolum.*
Fulgida Stella maris, noſtra in diſcrimine vita
Adſis, luminibus cinge, recinge tuis.

Vt

CCCLXVII.

Vt noua conformare poſſis Cœlorum, Metamet-icorum Syſtemata, materiam ſubminiſtrat idem Author (R. P. Nicolaus Lucenſis) ſequentem exhibendo Tabulam, in quâ verſus 25 5;8, 273; 369, 088. videlicet duos bilionés, trecenta & quadraginta octo millia, ducenta ſeptuaginta tria millionum: trecenta ſexaginta nouem millia octoginta et octo carmina.

[Sanè Millionis nomine 1; 000, 000.
Billionis verò 1: 000, 000; 000, 000.
Trillionis autem 1; 000, 000: 000, 000; 000, 000.
intelligimus. & ſic loqui cum Marco Marino Merſeno volumus, compendij eruditioris gratia.]

I	II	III	IV	V	VI	VII
7	6	5	4	3	2	1
Sponſa Maria Dei	te laudent	Flamina	Cæli	Lumina	Sol, Stellæ,	Sydera, Pontus, Aquæ
Natio quæque Soli	te exaltent	Flumina	campi	Te juga	Luna, ignes,	Tellus, & Aſtra colant
Quot tibi Virgo parent	tot Reges	Fulmina	fontes	Te mare	Neptunus	Iupiter ipſe colat
Cuncta creata colant	tot Gentes	Dæmona	abyſſi	Stemmata	tot mentes	Terrigenæ, Superi
Gnata Maria Dei	te exornent	Culmina	Olympi	Tot ſua	quot Cælis	Lumina pulchra micant
Quotquot in Axe nitēt	te illuſtrent	Nomina	Regna	Numina	Diuiduntur	Cælicolæ, Aligeri
Paſcit Olympus ouans	quot Stellas	(Lux mea)	luces	Fulgura	quot tellus	Gramina quotquot habet
Nomen amanda tuum	tot laudent	Lucida	Soles	Tot pia	ſplendores	Sol quot ab Axe trahit
Caſta Maria Parens	circundent	Fulgida	Stella	Sydera	quot Stellis	Fulget Olympus amans
Quot Paradiſus alit	conſpergãt	Germina	amoris	Germine	quot rident	Florida prata vago
Nomen amanda pium	te ſtringãt	Splendida	in hortis	Te vaga	quot flores	Florida Flora parit
Virgo Maria tuum	præcingant	Grammata	Nomen	Nobile	quot florũ	Nomina campus habet
Sponſa Maria Ioſeph	tot cingant	Tempora	Flores	Tot vaga	tot lauri	Vellera fert quot Ouis
Muſa canora colit	totſtringãt	Vertice	crines	Sertaque	tot plumas	Quot vaga veſtit auis
Quotquot Apollo canit	quot Verſus	Myſtica	frontem	Te Roſa	quot ſquãis	Piſcis adornat aquas
Quot colis ipſa Deum	te cingant	Florida	myrti	Lilia	quot metris	Cælica honorat apis
Vera Maria ſalus	dilaudent	Pneumata	voces	Tot metra	quot flãmas	Quot vomit Æthna focos
Plurima penna nequit	collaudent	Te fide	Gentes	Cordeque	quot gẽmis	Nix ruit alba Polo
Non capit Orbis inops	quot ſæclis	Carmina	Linguæ	Diſtica	quot guttis	Nix regit alta Solum
Laus tibi tanta manet	tot Verſus	Scribere	Mundus	Promere	quot ſtillas	Tellus & vnda ferunt
Diua Maria Soli	proponant	Candida	honores	Symbola	quot frõdes	Ligna, nemuſque colunt
Gloria, Laus, & Honor	perſtringãt	Pneumate	linguis	Cantica	quot crines	Bruta, piloſque gerunt
Centuplicando melos	ſint pſalmi	Maxima	gemmas	Dogmata	quot ſpicas	Fæta quot arua ferunt
Congeminando vices	tot cantus	Sint tibi	amores	Tot ſacra	nec deſint	Vota, preceſque piæ
Vita Maria Rei	conclament	Carmine	Diuam	(Spes mea)	quot pœnas	Dæmon & Orcus habet
Terror & ipſe luit	proclament	Laudeque	& hymnis	Te pia	damnatos	Quotquot Auernus alit
Sint tibi Virgo Parens	quot virgas	Lætaque	cantus	Gloria	quot plãct	Miſcet Auernus inops
Virga Maria Stygis	tot cantus	Tot propè	vitæ	Tartara	quot mores	Dant & in igne Reis
Scala Maria Iacob	diſponant	Munera	Diuæ	Regia	dẽt palmas	Quot pluit imber aquas
Serta, roſaſque tibi	comportent	Pignora	Lauros	Dent tibi	dent gẽmas	Germina quotquot habẽt
Virgo colenda mihi	dẽthymnos	Munia	Ciues	Præmia	quot portãt	Cælitus Aligeri
Præmia digna tibi	dent cordis	Iubila	Vates	Pſallada	quot votis	Gens, populique colunt
Palma Maria Crucis	perfundant	Nunc tua	lætis	Pectora	tot ſtillas	Salſa quot vnda capit
Miſceat ipſe Deus	ſuffundant	Gaudia	donis	Tot noua	nũc hymnis	Quotquot arena maris
Miſceat ipſe tuo	nunc lætis	Millia	riſu	Vulnera	quot cordi	Crux dedit alta tuo
Crux & [illegible] dedit	nunc cordi	Dulcia	cantu	Viſcera	quæ plãctu	Miſcuit enſis atrox
Stella Maria Maris	non ceſſent	Votaque	& hymnos	Reddere	Mortales	Multiplicando modos
Pectine, voce, melo	non ſiſtant	Tot tibi	pſalmos	Pangere	quot ſtillas	Nubila denſa gerunt
Diua Minerua docet	quotpſalms	Lemmata	laudes	Dicere	quot mixtũ	Granula Tellus babet
Peruariando fides	componant	Texere	Verſus	Voluere	quot cælum	Puncta, atomoſque capit
Porta Maria Poli	contexant	Claſſica	palmas	Ponere	quot Mẽtes	Cælicus Æther alit
Nobiliore metro	concinnent	Cælica	laudum	Pſallere	quot dulcis	Pangere Muſa nequit
Nobiliore melo	dilaudent	Mellea	dignis	Scandere	cœleſtis	Muſa canora canat
Te Veneranda Parens	collaudent	Pectine	Matrem	Pallade	condigna	Conditor ipſe colat
Virgo Maria Potens	cõmendent	Plurima	Gnatam	Sæcula	tot laudes	Concelebrentque tuas
Sic Cynoſura decus	producant	Te ſacra	Sponſam	Gratia	Te magnã	Virgineumque decus
Magnificentque Poli	laus, nomẽ	Fœdera	Magnam	Tempora	Te Matrem	Dulcis IESVS amet
Stelligeræque Rota	quotvoluũt	Climata	plaudant	Laus tibi	ſic ſemper	Viue MARIA DEO.

SO-

CCCLXVIII.

SOLIS et Cynoſuræ Syſtemata recognouit R. P. Nicolaus, et addidit in ſecunda Editione nouam Tabulam, copioſiorem videlicet: vnde (vt ipſe ſupputat) à primo ad ſeptimum Orbem progrediendo, et contrà à ſeptimo ad Primum regrediendo, Tetraſticha 9. 772; 642, 822: 929, 480; 538, 336: 928, 150; 323, 200. hoc eſt 78. 181; 142, 583: 435, 844; 306, 695: 425, 202; 585, 600 numero propemodum ineffabili et incomprehenſibili: numero ſupra numerum arenæ maris, aquarumque guttas; nec non et Stellas, quæ lucent in Firmamento Cœli (ant lucere etiam poſſunt.) Omnia ad Deiparæ, et noſtri Redemptoris laudem.

Solis Orbis I. Cynoſuræ VII.	Solis II. Cynoſ. VI.	Solis III. Cyn: V.	Solis & Cyn: IV.	Solis V. Cynoſ: III.	Solis VI. Cynoſ: II.	Solis Orbis VII. Cynoſuræ I.
I. Sidera, Signa Poli Pontus, & Aſtra ſimul Mercuriuſque canat Iupiter ipſe colat Terrigenæ, Superi Quot tibi Virgo patẽt cuncta creata colant	Sol, Stellæ Terra, ignes Neptunus Te exultent Te exornent Te illuſtrẽt	Cynthia Fulmina Fulgura Stemmata Tartara	Cœli Campi fonte s abyſſi	Flamina Flumina Lux, Mare	Te laudent Tot Mentes	Stella MARIA Maris
II. Chriſtus IESVS adeſt	Sol lucens Lux Mundi	laudat cantat plaudit	& affert & effert & infert & offert	Carmine Flamine Lumine Luſtrat ſpectat	maternum ſtellatum ſpectandum præclarum famoſum ſupremum	Nomẽ honorat Amãs Nomẽ Amator amat Nomen et vrit Amor Nomen et vngit olẽs Nomen et omen auct Nomen adauget ibi Nomen et indit idem
III. Lumina pulchra micãt Cælicolæ, Aliger. Gramina læta gerunt Sol quot ab Axe trahit Tot quot in Axe nitẽt Paſcis Olympe micãs Nomen in Orbe tonã	quot cælis Diui omnes quot tellus ſplendores quot Stellas tot laudent	Lumina Numina Fulgida Sol, freta Lucida	Olympi Regna Luces Soles	Mons, iuga Culmina Nomina	Plebs, Gẽtes Te Reges	Gnata MARIA Dei
IV. Ieſus IESVS ibi eſt	Sons lucis ſpes fulgẽs	Fædus Pignus Pondus	in altum in oras in annos in æuum	Ducit Portat Condit Scandit Ponit	prælucens conſeruans perfundens conducens conſcendẽs prælibans	Digna MARIA decus Sancta MARIA tuum Pulchra MARIA iubar Pura MARIA nitens Blanda MARIA pium Grata MARIA beans Chara MARIA cõlens
V. Fulget Olympus ouã Ge mine prata vag Florida Flora parit Nomina cãpus habet Quot Paradiſus alit Numen amata pium Virgo MARIA tuum	quot Stellis quot rident quot flores quot florum circundent præcingant	Sydera Viuida Flammea Gramina Grammata	Stellæ amoris in hortis Nomen	Germina Splendida Fax noua	Te flectant tot paſcant	Caſta MARIA Parens
VI. Matris IESVS Amor	Flos campi Ros cæli	Pectus Numen Nomen	adornat adimplet adorans adurens	Cernit Texit Nectit Lingit Stipat	mirandum diuinum Sacratum ter ſanctum ter pulchrũ ter caſtum	Mater amanda iubet Suauis amata fouet Dulcis et illa fauet Fortis amica nitet Mitis amæna fruens Matris amore petit Germen honore beat
VII. Vellera fert quot Ouis Quot vaga veſtit auis Piſcis adornat aquas Cælica honorat apis Caſta Sybilla colit Quotquot Apollo canit Quot colis ipſa DEVM	tot lauros quot plumas quot ſquãis quot metris quot Verſus conſpergant	Dent tibi Sertaque Lilia Florida Myſtica	flores crines frontem myrti	Tempora Vertice Te Roſa	Sic cingant tot ſtringãt	Sponſa MARIA Ioſeph

Spon-

VIII.						Solis et alma Parens
Sponſus Iesvs amans	Cor Matris	Præſtat	adoptat	Carmen	Conclamās	Nomen vbiq; ſonans
	Laus Nati	Reddit	adaptat	Voceque	dilaudans	Numē Olympe tenēs
		Fundat	ad Aſtra	Munere	decantans	Lumen idemq; micās
			ad Axem	Poſcit	perluſtrans	Nectar et vnde trahit
				Flectit	perquirens	Fædus et inde trahēs
					promanans	Sydus ad Aſtra vocās
IX.						
Quotvomit Ætna focos	tot cantent	Cordaque	Voces	Pneumata	iam Verſus	Vera Maria Salus
Nix pluit alba Polo	quot gēmas	Diſticha	Gentes	Carmina	tot dicant	
Nix tegit alta Solum	quot ſparſim	Pneumate	Linguæ	Quot metra		
Mons, Pelaguſq; tegūt	quot mixtim	Promere	Mundus			
Plurima pēna nequit	quot ſæcl is	Scribere				
Nō capit Orbis inops	quot laudes					
Laus tibi tanta manet						
X.						Limen adorat humi
Gnatus Iesvs amans	Vox Patris	Fulget	et ardet	Stemmate	ſperandum	Pectus adurit ouans
	Vir ſeruans	Paſcit	et ambit	Nomine	non ſpretum	Nectit et ornat agens
		Nutrit	et vngit	Lemmate	non tetrum	Feruet et ardet auens
			et vrit	Lucet	ſperatum	Poſcit et vrget Honor
				Lambit	ſpectatum	Ditat et implet opus
					laudatum	Firmat et addit opes
XI.						
Ligna, nemuſq; fouent	quot frōdes	Symbola	honores	Sors ſacra	Sint pſalmi	Diua Maria Soli
Bruta piloſq; gerunt	quot crines	Cantica	linguis	Candida	tot cantus	
Fæta quot arua ferūt	quot ſpicas	Dogmata	gemmis	Metrica		
Vota preceſque piæ	nec deſint	Lætaque	amores			
Gloria, Laus, et honor	proponant	Sint tibi				
Centuplicādo modos	perſtringant					
Milleplicando vices						
XII.						Lucis amica bonæ
Sol vbi Iesvs ineſt	Fax mōſtrās	Lumen	amicum	Pangit	ditatum	Pacis amica meæ
	Vis Solis	Sydus	amandum	Pſallit	munitum	Regis amica ſui
		Limen	amatum	Quærit	gemmatum	Cordis amica mei
			amænum	Manat	conditum	Cordiū amica tuûm
				Seruat	flammatum	Vita et amica Gregis
					reſpectum	Spes et amica Piûm
XIII.						
Tartara, et Orc⁹ habēt	quot pœnas	(Pax mea)	Diuam	Mens pia	Te clament	Vita Maria Rei
Tormina quotquot alit	quot flāmas	Maxima	et hymnis	Laudeque	Mox lætam	
Miſcet auernus atrox	quot plāctus	Millia!	cantus	Gaudia		
Dant et in igne Reis	quot morſus	Pignore	Vitæ			
Tortor et ipſe luit	quot virgas	Tot propè				
Sint tibi Virgo Parēs	quot mortes					
Virga Maria Stygis						
XIV.						Pignus amās redamat
Numen Iesvs ouans	Pan formās	Geſtat	amictum	Sydere	reſplendens	Carmen ouās reſonat
	Mars firmās	Voluit	adornans	Fænore	præfulgens	Iesvs Amor recolit
		Spargit	et ornat	Fædere	contextum	Germen idē redolet
			in orbem	Fulcit	depingens	Pondus item remicat
				Format	proponens	Munus habēs fruitur
					comportans	Flamen vbi renitet
XV.						
Quot pluit Iber aquas	diſponant	Regia	Diuæ	Munera	dent palmas	Scala Maria Iacob
Germania quotquot	dent gēmas	Muniā	Lauros	Pignora	dēt hymnos	
Cælitūs Aligeri (alūt	quot portāt	Præmia	Ciues	Gens vaga		
Gens populiq; fauent	quot votis	Pſalmata	Vates			
Serta, roſaſque tibi	comportent	Iubila				
Virgo colenda mihi	dent cordis					
Præmia digna tibi						
XVI.						Iesvs amāddns Heros
Nomen Iesvs habens	Rex Regum	Vincit	et armat	Numine	contexens	Iesvs amator Herus
	Dux Fortis	Cingit	et audit	Culmine	connectens	Iesvs amicus init
		Stringit	et implet	Nectare	conuoluens	Iesvs amatus vbi eſt
			obarmat	Curat	circundans	Iesvs amoris adeſt
				Pulſat	facundum	Iesvs amantis opem
					fæcundum	Iesvs honoris opum

Salſa

XVII. Salſa vel vnda fluit Quotquot arena maris Crux dedit alta tuo Miſcuit enſis atrox Miſceat ipſe DEVS Nectat et ille tuo(dit Crux quot amara de-	quot guttis perſundant quot cordi quæ planctu nunc lætis ſint cordi	Pectora Vulnera Crux tua Viſcera Dulcia	lætis donis riſu cantu	Carmine Mellea Nunc propè	mox fundāt nūc hymnis	Palma MARIA Cruci.
XVIII. Lumen IESVS auens	Sal Terræ Sors felix	Donat Mulcet Signat	Amator et addit et indit et orat	Pectore Gutture Grammate Firmat Geſtit	conſcribens præſcribens præcingens perſtringens conſurgens collucens	Splēdida Virgo Potēs Candida Gnata Dei Fulgida Stella Maris Lucida Gēma Nitens Feruida Spōſa Ioſeph Gemmea Porta Poli Myſtica Scala Iacob(b)
XIX. Multiplicando melos Nubila denſa gerunt Grāula fert quot hum' Puncta atomoſq; capit Diua Minerua docet Congeminando fides Viue MARIA DEO	non ceſſent quot rores quot ſtillas quot cœlum neç ſiſtant ſic dicant	Reddere Pangere Dicere Voluere Texere	et hymnos pſalmos laudes verſus	Votaque Lemmata Tot tibi	mox cæli nunc tellus	Gēma MARIA Micans
XX. Nectar IESVS agens	Mons diues Mēs luſtrā	Germen Littus Flumen	adauget adunat et amplum adortum	Guſtat Fingit Pingit Scribit Miſcet	mellitum delectum contutans complectens tranquillum prædicens	Chriſtus honoſq; tuus IESVS Heruſque pius Gnatus honore tui Natus amore mei Mentis opuſque tuæ Sponſus et ille meus Charus itemque mihi
XXI. Cælicus Æther alit(a) Pangere Muſa poteſt Muſa canora canit Conditor ipſe colat Nobiliore metro Pectine, voce, melo Te Veneranda Parēs	quot Mētes quot dulcis cæleſtis componant tot laudes collaudent	Ponere Pſallere Scandere Pallade Pectine	pangant laudum texant Matrem	Feruida Cælica Pax bona	Te Sanctam tot plauſus	Porta MARIA Poli
XXII. Germen IESVS olens	Pax ditans Dis IESVS	Guttur Vellus Nectat	honorans et optat et albat et afflat	Plantat Gignit Lêgit Libat Ditat	formoſum perfragrans confirmans conſignans conſcriptum procurans	Fronte nitente patet Crine patente nitet Laude tonante canit Voce canente tonat Pace ferente colit Mente colente ferens Iure iubente vocat
XXIII. Concelebrentq; tuas Virgineumque decus Magnificentque Poli Stelligeræque Rotæ Flammigeræq; Faces Sit Cygnoſura decor Dulcis IESVS amet	Hilaudent nunc charā Te gratam dum voluūt Laus, Nomē Sic ſemper	Sæcula Gratia Tempora Climata Sic benè	Gnatam Sponſam Magnam plaudant	(Spes mea) Plurima Fœdera	Te dignam Te Matrem	Virgo MARIA Potens
XXIV. Sydus IESVS hic eſt(c)	Ius dicens Lex ſaluans	Munus Culmen Flamen	ad altum ad Aulam ad Vrbem ad Arcton	Monſtrat Pandit Munit Sacrat Promit	præcellens pergratum perpulchrū perblandum collaudans proclamans	Sole fouente micans Luce micante fouens Rege fauente calens Mente calente fauens Gente petente valens Speq; valente petens Fonte perenne ſalit

Hæc pauca hic adnotare circa aliquas voces, quæ fortè non bene menſurari credideris.

(a) *Aether*, vltimam habet longam apud Græcos: etiam apud Latinos. Sic etiam *Aër*, Lucretius.

Inde mare, inde aër, inde æther igniſer ipſe.

Ecce vbiq; pronuncitur ER. At corripuit Claudianus dicens,

Lucidus vmbroſo miſcebitur Aër Auerno.

Vnde & P. Nicolaus auſus fuit etiam corripere. Dicunt aliqui Critici, corruptum illum verſum eſſe & loco vocis *aër*, debere legi vocem *Axis*, dicunt, fateor, ſed debent probare, quæ dicunt.

(b) In vocibus *Ioſeph*, *Iacob*, & ſimilibus, cum apud Virgilium, Ouidium & Veteres Scriptores non exſtent, ſumma libertas eſt.

(c) Vocem *Ieſus* iam ſuperius dimenſi ſumus, & habere vltimam, indifferentem multis teſtimonijs ſuaſimus.

Omnia hæc Diſticha recurrunt à fine Pentametri: quam ob rem P. Nicolaus ſecundam addidit Tabulam, quæ illa ob oculos poneret: quam ego tanquam minùs neceſſariam omiſi: nam cuicumque Lectori erit liberum aut ab initio, aut à fine voces ſucceſſiuè colligere: ſi enim primam Tabulæ lineam in exemplum ponamus, qui dixerit,

[Sydera, ſigna Poli] Sol, Stella [Cynthia] Cæli [Flamina] Te laudent [Stella Maria maris]

poterit etiam à fine recurrere, et dicere,

[Stella Maria maris] Te laudent [Flamina] Cæli, [Cynthia] Sol, Stella [Sydera, ſigna Poli.]

PLVS VLTRA

Proponitur & dilucidatur Circularium carminum Idea pulchrior & numeroſior.

ΦΥΣΙΣ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΔΙΔΟΙ ΜΑΤΩΝ ΚΡΑΤΕΙ: *Natura omnibus Doctrinis (Artibus, & Scientys) imperat.* inquit Menander: at hodie mutatis vicibus obedire iubetur: nam ΔΩΓΜΑ ΤΗΣ ΦΥΣΕΟΣ ΚΡΑΤΕΙ. *Ars imperat ipſi Naturæ.* Sanè, ſi Veteribus fides, Cœli ſunt ſeptem, nam & ipſi licèt terram in centro Mundi conſtituerent, ΑΠΛΑΝΗΝ vocarunt Stelligerum (Latinè *Firmamentum*) quòd omni illud motu deſtitui crederent. Solem immobilem in Mundi centro iuſſerunt hærere Pythagorici, quibus olim Ariſtarchus & nuper Copernicus adſenſum præbuit, & ſyderibus fixis, fixis & immobilibus eſſe permiſſis, ſeptem orbes mobiles debitis diſtantijs fuerunt imaginati. Nos in Phyſicis terram quieſcere dicimus: at in Metametricis, nam & Pictorum pennæ, & Poëtarum calamo multa fingere licet, aut Solem circa terram imitando Naturam, aut Terram circa Solem naturæ inferendo violentiam Sphæras circumuoluere perinde fuit. Hæ nobis olim erant ſeptem: quales Cœlum Liliueldenſe, Cynoſura, & aliæ Tabulæ repræſentarunt: quales ob oculos ponet Idea prima, quam ſtatim pingemus. Iuniores poſt Regem Alphonſum, vt motus varios Syderum ſaluarent & exponerent, decem duxerunt globos, & his, Empyream Arcem ſuperponentes, Cœlos dixerunt eſſe vndecim. Etiam his ſatisfaciet Idea ſecunda, Metametricum Mundum Cœlis vndecim fabricans. Quo plures ſint in Artificiali Mundo Sphæræ, plures erunt Planetæ, & maiori verſuum multitudine gloriam Omnipotentis Dei, laudeſque hominum illuſtrium celebrabunt. Ars ergo ſuperet Naturam, Cœlumque ditius & numeroſius conſtruat, & circa Mundi centrum tredecim Sphæras mobiles circumducat. Formam Idea tertia exhibebit. Illâ nunquam in globis aut circulis vſi ſumus; &, ne pereat, eamdem impræſentiarùm, & laminis, & notis illuſtrabimus. [Et vel hinc collige Metametricam, ſicut & omnes alias ſcientias & Artes, eſſe Infinito ſimiles, nam humanitùs nec comprehendi, nec exhauriri poſſunt: & quantumcumque Rationalia ſe fatigent ingenia, ad illarum vltimos fines & metas peruenire non poſſe.] Ideas ſubſequentes conſidera. *Vide Tabulam* XVI. *B.*

IDEA PRIMA.

I	VI	III	IV	V	VI	VII
Innumerabilibus	metris	ludetur	IESVS.	ornetur	lauris	inſuperabilibus.
VII	VI	V	IV	III	II	I

IDEA SECVNDA.

I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI
Angelicæ	beat	has	Muſas	virtutis	honore	Bernardus,	campos	hos	fouet	Eliſios.
XI	X	IX	VIII	VII	VI	V	IV	III	II	I

IDEA

IDEA TERTIA.

I II III IV V VI VII VIII IX X XI XII XIII
Auricomus fauet his Studijs Sol, laudat Aplanes, munit Mars radijs, et colit armipotens.
XIII XII XI X IX VIII VII VI V IV III II I

Ideâ primâ vſi frequenter ſumus. Eâdem R. P. Nicolaus Lucenſis Capucinus hac etiam alij. Secunda & Tertia in retrograda carmina ſe inſinuarunt interdum, at nondum fuerunt ad Cœlos Æthereos tranſlatæ: & ideo, ne quidpiam in hoc Volumine deſideraretur, ad has ipſas ingenioſas ideas, Tabulas XVII. B. & XVII. C. delineauimus.

Vocum menſuræ notæ ſunt, & ſeruandæ: at notandum omninò eſt voces II. & VI. in primâ Ideâ; IV. & VIII. in ſecundâ; IV. & X. in tertiâ eſſe [ϖ -] ſpondeas, aut Anapæſtas; nam cæteræ nullam patiuntur varietatem.

PARS II.

POLYCYCLICA.

CCCLXX.

MVLTAE et variæ figuræ ſunt, quæ è circulis confici poſſunt, et omnibus poterimus cooptare dictiones, quæ correſpondeant diuerſis generibus Carminum. Vtimur Diſtichis elegiacis præcipuè, ſunt enim dulciora cæteris et in maiori apud nos gratiâ, et poſſunt meliùs et curioſiùs poliri. Et quidem, duobus aut tribus circulis nimis ſimplex Pegma componeretur; quatuor, quinque, vel ſex, aut pluribus poſſet curioſum et ingenioſum.

Porrò ingenium & calamum ad paginam vnam coarctari: qui chartâ Regiâ, quam vocant, aut tabulâ maiori vti voluerit, poterit multiplicare circulos & figuras vberiores formare.

MVSA III. PENTACYCLIA.

CCCLXXI.

TABVLA vndecima exhibet Paradigma, quinque circulis conformatum, in quo ingenioſè agitur de Philoſophicis Scholis (Reali, Modali, Formali, Expreſſiuâ, Diurnâ, Negatiuâ, etc.) quas Patribus et Doctoribus (Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Bernardo, Thomæ, Scoto, etc.) debemus. Vndecumque inceperis, et quocumque progreſſus fueris carmina diſticha retrograda adinuenies. Illa ſubſcribo.

Aurelius fouet has libris Diuinis Athenas,
Impugnat cunctos, & premit hæreticos.
Indomitos terit & ſcrupulos componit: Athenas
Cæleſtis ſtellis has fouet Ambroſius.
Altiloquus beat hic cunctos Bernardus, Olympo
Conformat dociles, & terit indociles.
Æthereis litat hoc ſtellis, ſubtilis Aquinas
Muſæon libris hoc beat Angelicis.
Impariles premit, & dociles ſuccellat Hiberna
Gentis Sol, ſcrupulos hic litat eximios.

Modus componendi iſta carmina ex ipsâmet conſideratione et collatione patêre poterit, nam ſingula diſticha vndecim dictionibus conſtant, quarum numeros et menſuram ſubſcribo.

[- ∪ ∪ -] ∪ ∪ [-] ϖ - [- - ∪,] ∪ - ϖ
[- - ∪,], ϖ - [-] ∪ ∪ [- ∪ ∪ -]

Dictio quinta eſt [- ∪ ∪,] *Diuinus* et poteſt eſſe [-] - ∪, *Sol clarus*, ſi placeat eam in duas diuidere. Septima etiam eſt [- ∪ ∪,] *Diuinus*, et poteſt in duas diuidi, ſed modo contrario; hoc videlicet, [- ∪,] -, *Clarus Sol*, vt bene refluat. Pono exemplum.

Angelico datus eſt Thomas Diuinus Olympo,
Diuinus Thomas eſt datus Angelico.

Poſſet enim quinta et ſeptima vox diuidi, vt conſpicis:

Angelico datus eſt Thomas Sol *clarus Olympo,*
Clarus Sol Thomas eſt datus Angelico.

Coniungo dictiones quartam et quintam, et aliquas notandas varietates ſubijcio.

[--] -- ∪ , *Thomas Diuinus*
[-] -] -- ∪ ,] *Sol nam Diuinus*
[-] -- [- ∪ ,] *Sol mundi clarus.* dura in regr.
[---] - ∪ , *Diuinus Phœbus*

Omnes hæ quatuor differentiæ , et aliæ , quas adiungere poſſem , ſunt æquiſyllabæ , et poſſunt penthemimerim ſequi . Alias varietates curioſus Philomuſus inueniet , non enim volo , aut poſſum , omnes perſequi . Et quia hæc omnia Carmina ſunt retrograda , ſupereſt , vt eadem ab vltimâ dictione relegamus. Sic inquam.

Eximios litat hic ſcrupulos Sol Gentis Hiberus ;
Succollat dociles, & premit impariles .
Angelicis beat hos libris Muſæon Aquinas
Subtilis: Stellis hoc litat æthereis .
Indociles terit & dociles conformat Olympo
Bernardus: cunctos hic beat altiloquus .
Ambroſius fouet has Stellis Cœleſtis Athenas ,
Componit ſcrupulos & terit indomitos .
Hæreticos premit, & cunctos impugnat : Athenas
Diuinus libris has fouet Aurelius .

Confer ſingula , et videbis dictionum omnimodam æquipollentiam .

CDXXIII.

IN ſchedis antiquis habeo aliud exemplũ,quod ante multos annos,aut puer aut adoleſcens ſcripſi:ſeruat rationem metri:at ſenſum negligit, aut qualemcumque recipit. Illud ſubſcribo.

Æminius fluit hinc partes illapſus Eoas :
Sublimis Proceres hic regit Antipater .
Antimachus canit, & Græcos, contemnit honores
Syluanus magnos : hac fluit Aſterion .
Imperium Ducis vt proceres firmemus Apollo
Succurrit: populos ars canit Archiloqui .
Alcidamas pugil vt magnos proſternat athletas
Declinat partes in Ducis ambiguas :
Antiochus regit hos populos , perturbat Achilles :
Oppugnat Græcos: eſt pugil Amphimedon .

Et incipiendo ab vltimâ dictione poterimus regredi et dicere :

Amphimedon pugil eſt: Græcos oppugnat: Achilles
Perturbat populos, hos regit Antiochus .
Ambiguas Ducis in partes declinat: athletas
Proſternit magnos vt pugil Alcidamas .
Archiloqui canit ars populos, ſuccurrit Apollo,
Firmemus proceres vt Ducis imperium .
Aſterion fluit hac; magnos Syluanus honores
Contemnit: Græcos & canit Antimachus .
Antipater regit hic proceres ſublimis : Eoas
Illapſus partes hinc fluit Æminius .

MVSA IV. HEXACYCLIA.

CCCLXXII.

SYNTAXIS carminum,quæ dedimus Tabulâ XII. facillima eſt:nulla enim eſt dictio, quæ plutibus verſibus inſeruiat præter primam : nam in verſuum concurſu ſolet reperiri difficultas non leuis , vt ſenſus interruptus diſcurrat .

Continet igitur Tabula XII. pretioſæ Thecæ (in quam Apoſtolorum , Euangeliſtarum , nec non multorum Martyrum et Confeſſorum Reliquias cum veneratione recondo) Epigraphen artificioſam , in quâ hæc Carmina directa lego .

℞ *Petrus , Iacobus , Amandus ,*
Martinus , Lucas ℞.
℞ *Thomas , Paulinus , Vbaldus ,*
Syluester , Clemens ℞.
℞ *Magnus , Franciſcus , Amicus ,*
Robertus , Carolus , ℞.
℞ *Matthias , Marcus , Adauctus ,*
Bernardus , Fœlix , ℞.
℞ *Ianus , Norbertus , Aquinas ,*
Thadæus , Paulus ℞.
℞ *Vitus , Marcellus , Ioſeph ,*
Matthæus , Simon

Character ℞ ſignificat *Regnat in Empyreo* , quæ penthimetis in centro poſita , omnes Hexametros aperit , et Pentametros claudit .

Eodem impetu, quo inſilierunt, reſiliunt : et à Pentametri vltimi fine recurrunt ſic .

℞ *Simon , Matthæus , Ioſeph ,*
Marcellus , Vitus , ℞.
℞ *Paulus , Thadæus , Aquinas ,*
Norbertus , Ianus ℞.
℞ *Fælix , Bernardus , Adauctus ,*
Marcus , Matthias ℞.
℞ *Carolus , Robertus , Amicus ,*
Franciſcus , Magnus ℞.
℞ *Clemens , Syluester , Vbaldus ,*
Paulinus , Thomas ℞.

Lucas

℞ *Lucas, Martinus, Amandus,*
Iacobus, Petrus ℞.

Seruo in nominandis Cœlitibus ordinem, quem quantitas ſyllabarum pe:miſit. Omiſimus *Philippum* & *Bartholomæum*, quia nonnihil varietatis hæc nomina viderentur inducere: potuimus tamen dicere.

℞ *Priſcus, ſuper aſtra Philipphus*
Atque Linus ſummo ℞.
℞ *Bartholomæus, Amatus,*
Froilanus, Coſmas ℞.

Et retrocurrendo ſubiungere:

℞ *Coſmas, Froilanus, Amatus,*
Bartholomæus ℞.
℞ *Summo Linus, atque Philippus,*
Aſtra ſuper Priſcus ℞.

CCCLXXIII.

MVLTA id genus, in tribus libris, quos ſcripſi adoleſcens, & penes me retineo, curiosè delineata reperio; nolo illa ſculpi in ære, ſunt enim Diagrammati dato ſimilia: &, ſi dentur verba, poterunt à quocumque Philomuſo ad circulos & ornatum reduci. Imitatus fui illud Martialis Epigramma, quod incipit *Rumpitur inuidia*: & ſic cecini.

(R) *Summos Caluinus honores*
Cernit dum Maria, (R)
(R) *Maria quod ſubdat Olympus*
Sydera, quòd ſtellas (R)
(R) *Mariam Gens Cælica pulchro*
Carmine quòd laudet (R)
(R) *Diua quòd Thaumata Tellus*
Maxima nunc celebret (R)
(R) *Fidei quòd Dogmata vterque*
Propugnet Mundus, (R)
(R) *Diuos inſcribat Olympo*
Chriſtus quod noſtros (R)

Et quidem magnum eſt Hæreticorum (et Caluinianiſtrarum præcipuè, in Diuos, et maximum in Diuam odium: et inuidia exſecrabilis: crepant enim, dum illos vident aut honorari cœlitùs, aut coli humanitùs. Carmina, quibus hanc Inuidiam expreſsimus retrograda ſunt, et poſſunt per ſuorum Epicyclorum ductus oculis recurrentibus legi. Retrocurſum exſcribo.

(R) *Noſtros quòd Chriſtus Olympo*
Inſcribat Diuos (R)
(R) *Mundus propugnet vterque*
Dogmata quòd Fidei (R)
(R) *Celebret nunc maxima Tellus*
Thaumata quòd Diua (R)
(R) *Laudet quòd carmine, pulchro*
Cælica gens Mariam (R)
(R) *Stellas quòd ſydera, Olympus*
Subdat quòd Maria (R)
(R) *Maria dum cernit honores*
Caluinus ſummos (R)

In omnibus his carminibus ille character (R) ſignificat *Rumpitur inuidia*: quod in centro Labyrinthi inſcriptum debet omnia aperire hexametra, & omnia Pentametra claudere.

MVSA V. HEPTACYCLIA.

CCCLXXIV.

ARTE, quâ ſex delineauimus circulos, poſſumus ſeptem, aut octo, aut etiam plures conformare; & inſcribendo verba exhibere Polycyclia Diagrammata. Habeo ob oculos Pegma ſeptem Epicyclis compoſitum, & in ipſo hæc Carmina in laudem Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

℣ *Virtutes canto Maria:*
Dilaudo dotes ℣.
℣ *Lauros cantabo, triumphos*
Laudabo celebres ℣.
℣ *Terra Reſpondet Olympus*
Sydera reſpondent ℣.
℣ *Formant tibi Diua coronam,*
Diua tibi ſertum ℣.
℣ *Lauros cano Virgo Maria:*
Dilaudo palmas ℣.
℣ *Laudes tibi Terra ſacrauit*
Flora tibi ſummas ℣.
℣ *Plures ſunt Virgo, flauiſſa*
Diua tibi dotes ℣.

Sunt ſeptem Diſticha, ſeptem inſcribenda epicyclis: & poterunt plura eſſe, & pluribus etiam inſcribi. Ille character ℣ dat penthemimerim, quæ centro Pegmatis inſcribitur, videlicet, *Verſibus innumeris*, quæ hexametros vniuerſos aperit, & pentametros terminat. Recurſum ad longum exſcribo.

Verſibus innumeris dotes tibi Diua: flauiſſe
Virgo ſunt plures verſibus innumeris.
Verſibus innumeris ſummas Tibi Flora ſacrauit:
Terra Tibi laudes verſibus innumeris.
Verſibus innumeris palmas dilaudo Maria:
Virgo cano lauros verſibus innumeris.

Ver-

Verſibus innumeris ſertum Tibi Diua: coronam
Diua Tibi formant verſibus innumeris.
Verſibus innumeris reſpondent Sydera: Olympus
Reſpondet terra verſibus innumeris.
Verſibus innumeris celebres laudabo triumphôs;
Laudabo lauros verſibus innumeris.
Verſibus innumeris dotes dilaudo Maria:
Canto virtutes verſibus innumeris,

In hoc Labyrintho dixi *Mariam* mediâ longâ: in præcedenti *Mariam* mediâ breui, vt me opinioni diuerſorum attemperem; rigor enim & regulæ petere viderentur, vt media eſſet breuis; at vſus obtinuit in contrarium, ſaltem in ſolutâ oratione. Fui ſemel in pueritiâ reprehenſus à Magiſtro doctiſsimo, quòd *Maria* nomine hexametrum clauſerim: ſed neque hunc rigorem laudo: puto enim alterum dici poſſe, & eſſe melius propria Diuorum nomina more communi pronunciare,

QVÆSTIO INCIDENS.

An veteres Carmina Circularia condiderint?

CCCLXXV.

BRevia ſunt omnium linguarum Lexica, ſi cum Naturæ comparentur theſauris: millenæ res carent nominibus, & multæ vno et eodem vocabulo ſignificantur: hanc ob rem tametſi apud Veteres hanc vocem *verſus cycli* reperias, non ſtatim vis credere, illos Circularia Syſtemata, qualia hic Apollo exhibuit, aut compoſuiſſe aut condidiſſe; quia fortè alio ſenſu ſua ipſi Carmina *Circularia* vocarunt: et vt te à dubio eximas, meum ſenſum et iudicium inquiris. Et ego nomen apud Antiquos, non rem inueniri reſpondeo: nam, vt ex Andrea Scotto *Obſeruationum Humanarum lib.2. c.1.* conſtat ΕΥΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑ, quæ in Photij C.P. Bibliotheca ΤΑ ΕΠΙΚΟΥ ΠΟΙΗΜΑΤΑ vocantur, à circumſtantijs adiacentibus dicuntur interdum ΚΥΚΛΙΑ Carmina.

Primò enim aſſerente Iſidoro *lib. 6. Originum cap.* 17. triuialia, & quæ à circumforaneis decantantur carmina, vocantur ΚΥΚΛΙΑ: quia circumferuntur, & in circulo aut corona cantantur. Facilis enim eſt illius Horatiani carminis intelligentia:

Nec circa vilem patulumq; moraberis orbem. nam per orbem vilem ac patulum aut vulgi coronam, aut carmen, quod in vulgi coronâ cantabatur, intelligit. Et quia Ariſtophanis ætate ſola Dithyrambica recitabantur in choris, hoc verſuum genus cœpit ΚΥΚΛΙΟΝ vocari.

Secundò, quia ΕΝΚΥΚΛΙΑ vocabantur monita & ſuperiorum Reſcripta, vnde Encyclicas literas Pontifices & Principes ſcripſiſſe legimus: Hiſpanus *Monifieſtos* vocat: nimirum literas, quibus iura & cauſæ actionum manifeſta reddebantur. Hanc ob rem carmina, quæ ad omnium manus venire Poëtæ optabant, appellabant ΕΝΚΥΚΛΙΑ, *Circularia*.

Hinc patet cur Artes liberales: cur Mathematicæ, cur etiam Philoſophicæ ſcientiæ *Cyclicæ* dicebantur. Ioannes Tzetzes in Chiliadibus artium ΕΓΚΥΚΛΙΩΝ meminit: & Porphyrius omnem Scientiarum orbem ΕΝΚΥΚΛΟΠΑΙΔΕΙΑΝ nuncupauit. Hinc Ariſtophanis Interpres in nebulis illas Matheſeos partes, quæ ab omnibus cognoſci debent, vocat ΚΥΚΛΙΑ ΜΑΘΗΜΑΤΑ, *ſpeculationes communes & vniuerſales, quæ à nemine neſciri* poſſunt

Tertiò carminum Protei, vt ſuo loco notamus, *Circulares* dicuntur, quod nullam habeant lineam, quæ eſſe non prima, aut vltima. Videatur Ioannes Philoponus in poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis Stagiritæ librum 1. vbi & aliorum Circulorum Metricorum, quos non exponit, meminit.

Nulla ex his tribus acceptionibus mihi hodie eſt vtilis, nam *Circularium Carminum* nomine aliam Ideam intelligo toto Cœlo diuerſam: in quâ rotis conuerſis nouæ ſuccurrunt voces, & noua ſuboriuntur carmina. Vocamus ergo ΚΥΚΛΙΑ hæc Carmina, à figurâ: illa enim aptiſſimè ſcribuntur in circulo; tametſi poſſint etiam ad alias figuras reduci.

NOTA.

CCCLXXVI.

PRodiervnt D. Hieronymi Cacri de Velaſco Poëmata, quæ quidem ſunt ingenioſa & iucunda, & erudito Prologo D. Ioannis Zaualetæ honorantur. Hic quanti Poëtas veteres, Cæſares, Reges & Principes fecerint, diligenter ediſſerit, & inter alias hanc ſcribit periodum. *Optano dedico al Emperador Antonio vn Poëma, y le dio tantas monedas de oro, como verſos tenia el Poëma, que eran innumerables.* Non intelligo; non quidem ratione idiomatis, ſed ſensûs. Latinè eamdem periodum repono, ſi fortè meliùs intelligere queam. *Quoddam Antonio Cæſari Poëma conſecrauit Optanus, totque recepit aureos, quot verſus continebat Poëma: & iſti erant innumerabiles.* Porrò, ſi innumerabiles, quomodò tot, quot aurei numerati? Puto in Zauale-

ualetæ Lexico innumerabilium voce multos aut plurimos intelligi, non innumeros, & tamen ante tempora noſtra, quæ Metametricam ſunt nutricata, in Poëmate verſus plurimi non potuerunt includi; & vt potuerint, ſi illos cum noſtris numeris componas, fuerunt pauci. Non eſt in mundo Cæſar tam diues, qui ſicut Opianius Antonius, ſic poſſit noſtros verſus aureo præmio donare. Aureas habeat ille totius mundi fodinas: ſunt ſteriles, vt poſſint non iam nummorum, ſed arenarum aurearum numero noſtros verſus æquare.

APOLLO

ASTRONOMICVS.

Quæ radio Veteres, metimur vocibus Aſtra,
Solemque & Lunam carmine dirigimus,

☞ CCCLXXVII.

MAGNAM Montes cum Cœlo videntur habere connexionem, ſiquidem et nomen communicant: nemo enim ignorat voces, *Olympus* et *Atlas* montium eſſe; et tamen pro Cœlo vſurpari. Ergo mirum non erit, ſi Parnaſſum transferamus ad ſydera, Vraniæ que iubeamus, vt rem Æthereum Philomuſos edoceat. Eſt igitur Parnaſsi Aſtronomia, *Ars, qua per carmina nos ducit, vt ad Solis, Lunæ (aliorum etiam Planetarum, ſi velis) dierum, menſium, annorumque cognitionem veniamus.* Quæ ergo lineis et numeris Mathematici ſupputat, verſibus Apollo Aſtronomicus, explicat, longas Illuſtrium Scriptorum Tabulas ad carmina pauca reducens.

Illi autem, quot ancillantur Muſæ? Vraniæ. Vnica vult in Cœlis eſſe, nec alias eò peruenire permittit. Supplebunt ergo Genij Muſarum abſcentium defectum, et adminiſtrabunt Vraniæ.

MVSA · VNICA.

☞ CCCLXXVIII.

EX Veterum Poëtarum carminibus Aſtronomiam deduxi, vt demonſtrat Epiſtola, quam Phyſicæ Cœleſti adiungo. Poſſem etiamnum totam ſcientiam ad verſus ingenioſos reducere. Sed quo totam fructu? Illa igitur, quæ magis neceſſaria ſunt, reducamus ad carmina, vt poſsint memoriæ inhærere.

De Planetarum ordine & numero.

☞ CCCLXXIX.

SEPTEM ſunt; et hoc ordine iuxta Ptolemæum et antiquas hypotheſes peragunt ſuas periodos. Omnium ſummus eſt Saturnus, qui triginta annis iter complet. Sub illo auram ætheream pe&it Iuppiter, abſoluitque periodum ſuam duodecim annis. Mars biennio curſum ſuum terminat. Tres ſuperiores, et tres inferiores Planetas habet Sol: vnde non ineptè olim dictum.

In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

Periodum ipſe ſuam vno anno abſoluit. Sub Sole conuertitur Venus, et ſub ipsâ Mercurius: et vterque etiam vno anno. Infima om-

omnium eſt Luna, et orbitam ſuam abſoluit vno menſe. Horum numerum ordinemque Planetarum complectitur Metametrica hoc verſu.

Errant in Cælo SIM, SVM. quibus addito Lunā.

Sim Svm, initiales ſunt literæ, et ijs ſignificatur *Saturnus*, *Iuppiter*, *Mars*: *Sol*, *Venus*, *Mercurius*.

De motuum menſurâ agit breuiter et curioſè iſtud Diſtichon.

Si SIM triginta, bis ſenis, atque duobus
Annis; SVM currunt vno, quod Cynthia menſe.

Hoc eſt SIM; (videlicet, Saturnus, Iuppiter, & Mars) abſoluunt curſum ſuum; primus annis triginta, ſecundus duodecim, tertins duobus. Porro SVM: nempe Sol, Venus & Mercurius anno vno. Et Cynthia, ſeu Luna, vno menſe.

De Signis Zodiaci.

☞ CCCLXXX.

Coelvm in duodecim ſigna diſtribuitur: potuit in pauciora vel plura, ſed hic numerus antiquis placuit. Sunt illorum Nomina,

Aries.	*Libra.*
Taurus.	*Scorpius.*
Gemini.	*Sagittarius.*
Cancer.	*Capricornus.*
Leo.	*Aquarius.*
Virgo.	*Piſces.*

Hæc ipſa nomina, vt memoriâ retineri poſſint, continentur hoc Diſticho.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.
Libraq; Scorpius, Arcitenēs, Caper, Amphora, Piſces

Hæ Conſtellationes ſuſpiciuntur hodie in Zodiaco, nec illarum denominationes eſſe valde antiquæ videntur.

Sed poterimus ſcire, quo illæ anno fuerint Aſtris impoſitæ? Hiſtoriæ non ſuccurrunt; & debet ratio illarum defectum ſupplere. Suppono, eo anno, quo nomina Stellæ ſortitæ ſunt, Primam Arietis non longè fuiſſe ab ipsâ ſectione Æquinoctiali: Anno illa 1671. iuxta Obſeruationis Tychonicas reperietur in gradu 28. 37. *Ariet.* cùm igitur ſingulos gradus peragat annis 71. conſtat gradus 28.37. annis 2032. compleuiſſe. Ab his aufer annos Chriſti 1671. Ergo circa annum 361. ante Chriſtum nomina, quæ hodie retinent, Zodiaci ſignis ſunt indita.

De Conſtellationibus Septentrionalibus.

☞ CCCLXXXI.

Extra latitudinem Zodiaci cælantur in Boreali Orbis Aplanetici parte XXI. Conſtellationes, quas vt memoriæ conſulerent, his verſibus Aſtronomi complexi ſunt.

Ad Borea partes Arcti iunguntur, & Anguis;
Poſt has Arctopylax; pariterque Corona, Genuq;
Prolapſus, Lyra, Auis, Cepheus, & Caſſiopeia:
Auriga, & Perſeus, Deltoton, & Andromeda aſtris
Pegaſus & Delphin: Telū, hinc Aquila, Anguitenēſq;

Vide librum ſeptimum octauumque ſyntaxeos magnæ Ptolemæi.

De Conſtellationibus Auſtralibus.

☞ CCCLXXXII.

In parte Auſtrali vltra latitudinem Zodiaci pinguntur quindecim Conſtellationes, quas Aſtronimi his verſibus ſolent exponere.

Auſtrum reſpiciunt Orionis fulgidus enſis:
Sub pedibuſq; Lepus: Canis hinc: Procyonq; Ratiſq;
Argo, Hydra, & Crater, Coruus, Cētaurus, & Ara,
Et Lupus, atque Corona micans, & Piſcis in vnda.
Hydrochoi, Cetuſque immanior, Eridanuſque.

Sunt & aliæ Conſtellationes nobis inuiſæ, quæ infra horizontem latent. Harum aliquas denominarunt Barbari regionum Meridionalium incolæ; alias Nauarchi Luſitani & Hollandi.

De die, quo Sol ingreditur in quodlibet ſignum Zodiaci.

☞ CCCLXXXIII.

Menses duodecim ſunt, duodecim ſigna: & anno 1660. Romani habebunt Solem ingredientem in ſingula ſigna tempore, quod ſequens Tabella repræſentat.

Menſes	Die		Hora	Min.	
Ianuarius	*Aqu.*	20	4		A.M
Februarius	*Piſc.*	18	8		P.M
Martius	*Ar.*	19	7	53	P.M
Aprilis	*Tau.*	19	10		A.M
Maius	*Gem.*	21	11		A.M
Iunius	*Can.*	20	11.	13	P.M
Iulius	*Leo*	22	12		in M
Auguſtus	*Vir.*	22	8		P.M
September	*Lib.*	22	2	8	P.M
October	*Scor.*	22	8		P.M
Nouember	*Sag.*	21	1		P.M
December	*Cap.*	21	1	18	A.M

Vt ſciamus, quo menſis die Sol in quodcumque ſignum Zodiaci ingreditur, Ioſephus Langius in Elementali Mathematico iſtos verſus proponit.

Inclyta laus iuſtis impenditur; hæreſis horret
Garrula; grex gratus fauſtos gratatur honores.

Ma-

Magno ex illis labore eruitur, quod deſideratur. Iubet primò, vt ſequentem Abecedarium contempleris.

A	b	c	d	e	f	g	h
1	2	3	4	5	6	7	8
i	l	m	n	o	p	q	r
9	10	11	12	13	14	15	16
ſ	t	u	x	y	z		
17	18	19	20	21	22		

Et poſtea, ſcias in illo Diſticho duodecim eſſe dictiones, duodecim menſibus correſpondentes: ita, vt prima (*Inclyta*) correſpondeat Ianuario; ſecunda (*laus*) Februario: &c.

Sume igitur primam cuiuſcumque dictionis literam, & nota eius numerum in Abecedario: hunc numerum aufer à 30 in ſtylo nouo (aut à 20 in ſtylo veteri) & habebis diem quo Sol in ſignum illius menſis ingreditur.

Et, vt hanc doctrinam adfirmet, vtitur hoc exemplo. [Si ſcire cupias, quo die menſis Martij Sol in Arietem ingrediatur; quia Martius, menſis tertius eſt, ſume vocem tertiam (nempe, *Iuſtis*) cuius prima litera 1. eſt nona in abecedario. Auferas ergo 9 à 30. & ſcies die 21. iuxta Gregorianum Calendarium Solem in Arietem, adeoque in Æquinoctium ingredi: aut etiam auferendo 9 à 20, die 11. iuxta Calendarium Iulianum.]

Diſplicet iſta Langij regula propter duo: alterum Aſtronomicum, alterum Metametricum eſt. Peccat in Aſtronomiam, quia dies falſos adſignat: in Metametricam, quia magno labore nos ad examen ducit: debemus enim literæ valorem numerare, & illum poſteà à 30, vel 20 ſubducere. Conſidera ſequentes characteres.

Tycho			*Lang.*	*Tycho*			*Lang.*
Ian.	20	in *Aqu.*	21	Iul.	22	in *Leo.*	23
Feb.	18	in *Piſc.*		Aug.	22	in *Virg*	23
Mart.	19	in *Ari.*		Sept.	22	in *Lib.*	23
Apr.	19	in *Tau.*	21	Oct.	22	in *Scor.*	24
Mai.	21	in *Gem.*	22	Non.	21	in *Sag.*	23
Iun.	20	in *Cac.*	2	Dec.	21	in *Cap.*	22

quos lege ſic. Ianuarij die 20 Sol ingreditur in Aquarium: non verò, vt Langius vult, 21. Februarij autem die 18 ingreditur in Piſces: non verò die 20. vt Langius habet &c. Ergo loco Verſuum, quos Langius dedit, hos ponamus.

Ditat cantores Nero; gentes torquet: Idore
Sumo tuos urbis muros compinge volantes.

Et horum Artificium hoc eſt. [Duodecim dictiones duodecim menſibus reſpondent: & in ipſis prima vocalis dat diem, ſecunda horam. Dies apud Aſtronomos incipit à meridie.

Vnde	A	E	I	O	V
Stylo veteri	8	9	10	11	12
Stylo nouo	18	19	20	21	22

Et diuidendo diem in quatuor partes, ſignificat

A *inter mediam noctem & hor. 6. matutinam.*
E *inter ſextam matutinam & meridiem.*
I *inter meridiem & ſextam veſpertinam.*
O *inter ſextam veſpertinam & med. noctem.*

Quo ergo Martij die Sol ingreditur in Arietem? Reſpondet tertia dictio *Nero*: Solem attingere Æquinoctium, non iam 21. Martij die, ſed 19. ſtylo nouo (9. ſtylo veteri) inter ſextam veſpertinam & mediam noctem. diem enim dedit prima vocalis, & ſecunda horam: & hoc Romæ, anno Biſſextili.

Conſultò moneo, me Almæ Vrbis meridianum reſpicere: in alijs enim prouincijs Sol ingredietur in illud punctum aliâ ho. â.

Conſultò etiam moneo hanc regulam anno biſſextili ſeruire: nam anno primo poſt biſſextum addere debemus 6 horas: ſecundo 12. & tertio 18. quarto autem in Ianuario & Februario horas 24. Poſt Februarium autem nihil additur, quia iam intercalatur dies. Anno igitur 1661. quando Sol in Arietem ingredietur? Ingrediebatur ex Regula.

Anno 1660. die 19. inter ſextam veſp. & med. noct. ergo ann. 1661. die 20 inter med. noct. & hor. 6. mat.

Ponit Argolus diei 20. horam 1. m. 48. poſt mediam noctem.

De anno Biſſextili.

☞ CCCLXXXIV.

SOl orbitam ſuam in Cœlo peragit diebus 365. & horis 6. ferè, quàm ob rem annus Solaris habet 365. dies: & ex horis reſtantibus quarto quoquo anno integer dies conflatur, & additur, ita vt quartus quicumque annus habeat dies 366. Dies iſte inter VII. & VI. Calendas Martias interijcitur; & quia bis *ſexto Calendas Martij* dicimus, ideò annos, in quibus intercalatio fit, *Biſſextiles* vocamus. Vt ergo ſcias, An annus Biſſextilis, aut quotus à Biſſextili ſit, vtere his verſibus.

Quatuor in partes ætatem diuide Chriſti:
Deniq; quod ſupereſt quæſitum proferet annum.

Verbi gratiâ. An annus 1650 ſit Biſſextilis, quæris. Diuide igitur hunc numerum in 4 partes: & habebis 412. & ſupererunt 2. Ergo pronuncia à Chriſti natiuitate tranſiuiſſe 412. quadiennia; & annum 1650. eſſe ſecundum poſt Biſſextilem. Si autem inquiras de anno 1660. facta diuiſione reperies illo anno claudi quadriennium quadringenteſimum quintum decimum: & quia facta diuiſione nihil remanet, hunc annum eſſe Biſſextilem affirma.

De Luna Ætate.

☞ CCCLXXXV.

A Nouilunio Ætatem Lunæ computamus; & neglectâ argumenti ſeu epicycli exorbitantiâ medium motum reſpicimus, & iuxta illum procedimus. Sanè Luna 29 diebus peragit 11. ſigna: gr. 23. min. 32. & 30 diebus præter integrum circulum gradus 5. min. 43. Ergo menſis Lunaris habere debet plus quam 29 & minus quàm 30. dies.

Annus Solaris complectitur 12 menſes Lunares et 11 dies, quos vocamus *Epactas*, quòd ſint reſidui. Vnde inuentus eſt Aureus numerus, ſeu circulus decem-nouenalis: qui ideò nomen hoc habet, quod ſingulis nouemdecim annis recurrat. Conſidera ſequentes lineas.

Aureus num.	1	2	3	4	5	6	7
Epacta	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII
8	9	10	11	12	13	14	15
XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V
16	17	18	19				
XVI	XXVII	VIII	XIX				

Seruiet hæc tabula vſque ad annum 1700 excluſiuè: et Aureus numerus 1 annis 1596. 1615. 1634. 1653. 1672. 1691. correſpondebit. His poſitis.

Menſes atque dies menſis ſi iungis Epactæ
Currentis, ætatem poteris cognoſcere Lunæ.

hoc eſt, [Sume numerum menſium à Martio, dies menſis præſentis, & Epactam currentis anni, & ſumma dabit tibi Lunæ ætatē, quam quæris. Quæ ſi numerum 30 ſuperet, ſolum exceſſum numerabis.] Pono exemplum. Anno 1641 die 24 Iulij quam Luna habet ætatem? Martius, Aprilis, Maius et Iunius ſunt 4. dies 24. Epactæ huius anni 18. Et omnia ſimul ſunt 46. à quibus, ſi auferas integram lunationem (hoc eſt, 30. dies) habebis 16. et dices Lunam habere 16 ætatis dies. Firmat hanc Regulam Calendarium commune, nam die 9. Iulij Epactam XVIII. reperio adeoque Nouilunium hoc anno. Ergo, ſi nona menſis eſt prima Lunæ dies, 24 menſis erit Lunæ 16.

De Anni Menſibus.

☞ CCCLXXXVI.

MVLTA circumferuntur carmina, quibus opera ruſtica aut etiam medica, quæ ſingulis menſibus conueniunt, explicantur. In noſtris Breuiarijs hæc reperio.

Pocula Ianus amat: Februarius, algeo, clamat.
Martius arua fodit: Aprilis florida prodit.
Ros & flos nemorum Maio ſunt fomes amorum.
Dat Iunius fena: Iulio reſecatur auena.
Auguſtus ſpicas: September colligit vuas.
Seminat October: ſpoliat virgulta Nouember.
Quærit habere cibum porcum mactando December.

Poſſem alia ſubijcere; ſed quo fructu paginas ineptijs onerarem? nam pleraque omnia eiuſmodi carmina in metri, aut etiam pudoris leges, ſæpe peccant.

De diebus menſium.

☞ CCCLXXXVII.

QVot dies habent ſinguli menſes? Conſidera figuram præſentem. Supponit Februarium habere in anno communi 28 dies, et in Biſſextili 29. et cœteros à Martio incipiendo per digitos manus diſponit: et eos, qui in altos incidunt, 31. habere dies, et cœteros habere 30. pronunciat. De hoc argumento habemus Hiſpani hoc Tetraſtichon.

Treinta dias tiene Nouienbre, M.A.M.I.Iul.
Abril, y Iunio, y Setienbre. A.S.O.N.D.
Ventiocho tiene el vno,
Y los demas treinta y vno.

quod reponit Latinè iſtud Triſtichum.

Triginta September habet, totidemque Nouember
Iunius, Aprilis: Viginti Februus octo:
Vnum & triginta reliqui. – – ◡ ◡ – –

De Calendis, Nonis, & Idibus.

☞ CCCLXXXVIII.

MODVS erat dies numerandi apud veteres, qui plus faſtidij, quàm vtilitatis importat, & ideò à multis eruditis reiectus. At omninò ignorari non debet, vt veterum ſcripta intelligamus.

Non numerabant Romani elapſos dies, ſed reſtantes ad Nonas, Idus, ſeu Calendas. Res eſt nota & præcipuè Eccleſiaſticis; nam in Breuiarijs vtrumque modum dies numerandi retinemus. Porrò à Nonarum numero, cæteri dependebant, quoniam poſt Nonas numerabant Romani octo dies ad Idus; vnde prodijt ille verſus,

Octo tenent Idus menſes generaliter omnes.

Et poſt Idus cæteros omnes dies denominabant à Calendis. Vt rem bene percipias, proderit iſtud Triſtichum.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars;
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo:
Inde dies reliquos omnes dic ante Calendas.

Penultima vox vltimi verſûs me monet, vt ſciam cur, *quarto*, *tertio*, *pridie*, *Calendas*, *Nonas*, & *Idus* dicamus: ſubintelligitur enim præpoſitio *ante*, idem enim eſt dicere *octauo ante Calendas*, ac *octauo ante Calendas*. Quam ob rem idem erit dicere *poſtridie Calendas*, quàm *vno die poſt Calendas*.

Et

Et hîc obiter notandum eſt Viros eruditos ſæpe errare, cùm veniunt ad menſem Decembrem: nam Calendæ, à quibus ſumitur denominatio, ſunt anni ſequentis: quam ob rem idem erit ſubſcribere, *Die 25. Decembris anni 1660.* & hoc more communi, ac more antiquo, *Octauo Calendas Ianuarij anni 1661.* nam illæ Calendæ & ille Ianuarius non ſunt anni 1660. ſed ſequentis. Et hoc nolis obliuioni mandare.

De Calendario.

☞ CCCLXXXIX.

MVLTI Authores, vel vt conſulerent memoriæ, vel vt ingenium ſuum oſtenderent, Calendarium reduxerunt ad carmina: ſed non ſinguli magnâ felicitate. Aliquorum numeros producemus, & quid in illis deſiderèmus, breuiter adnotabimus.

Poëta quidam antiquus verſus iſtos compoſuit, qui fuerunt olim apud doctos in pretio, & hodie in plurimis libris leguntur.

IANVARIVS.

Ciſio Ianus Epi ſibi vendicat Oc. FeLi MarAn.
Priſca Fab.Ag.VincenTi PauLo nobile Lumen.

FEBVARIVS.

Bri Pur. Blaſius Ag. Dor Febru ab Scholaſtica Va-
Iuli coniunge tunc Petrum Matthiam inde. (lent.

MARTIVS.

Mattins Adria perdecoratur Gregorio Cin.
Gertrud Alba BENE ſuncta Maria genitrice.

APILIS.

April in Ambroſij feſtis atque Tiburci
Et Valer Sanctique Geor. Marcique Vitalis.

MAIVS. *(Soph.*

Philip Crux Flor Goth. Ioan Latin Epineſer &
Maius in hac ſerie tenet Vrbani pede Criſpan.

IVNIVS.

Nic Marcelli Boni dat IVN.trimi Bar Cirini Vi.
Mar Prothos AL Sãcti Ioã.Io Dorle Pe Pau. (teq;

IVLIVS.

Iul Viſces Vdal. Oc VV.Kili Fra Bene Margara poſt
Al Arnulphus Prax Mag. Ap Criſ.Iacobiq; Fel, Adõ.

AVGVSTVS. *(Hyp.Eu.*

Pe Stepti Stepti pro Do. Sixt Aph Cyrx Lau Tribũ
Sũpti O Agaptis Timmo BartholoRuf. Aug.Col.Ancti

SEPTEMBER.

EgidiũSEP habet Nat.Gorgõ Prothici Crux.Nic.Eu
Lambertique Mat.Mauritius & D.AVVen.Mich.

OCTOBER. *(Hier.*

Remiq; Franciſcus Marcus Ds Gerartiq; Calixt.
Galle Luces VVil VuSeSeRa Criſpini Simonis Qui

NOVEMBER. *(tiq;&*

OMne Nouember Le VVi Qua Theo Martin Brio.
Poſt hac Eliza CeCleGris Katharina Sat. An.

DECEMBER.

December Barba Nicol Concept & alma LVcia
Sanctus abinde Thomas modo NASte Iun Pu
(Thoma Sil.

Diſplice in iſto Calendario Sanctos nominandi barbaries; nam dum initia nominum producit, videtur Author Arabicè potiùs ſcribere, quàm Latinè. Prætereà multos Sanctos proponit, quos communia Calendaria non habent: & tandem cùm docemur quo menſe cuiuſque Diui celebretur ſolennitas, non docemur, quo die.

☞ CCCXC.

VIDERVNT hoc & obſeruarunt multi, non tamen omnia correxerunt, quæ digna ſpongiâ iudicarunt. Meliora præcedentibus ſunt, ſequentia carmina quæ Venerabili Bedæ attribuuntur; non tamen talia, vt placeant.

Ciſio Ianus Epiphanijs dic dona Magorum
Vincit ouans Agne, noua Paulum lumina vertunt.
Et purgata parens ad templum ducit IESVM,
Sede doces Sacra cum Petro Matthia gentes.
Euocat ad Studium puerile Gregorius agmen
Aeterni Partus gnatum Mariæ tenet aluus.
Præſulis Ambroſij laudes imitare Sacerdos
Et pellant equites Georgi more Tyrannos
Læta Crucis, Helena reperit pia Cura trophæa
Vinea quam floret plebs Vrbanum celebrabit
Ardua Solis equos trahis ad Faſtigia VITE.
Agni Monſtrat unus ſed Baptiſtes tibi Petre.
Iam Mariæ Sobolem Baptiſta ſalutat in aluo,
Afficit Herodes nece Iacobum Zebedeum.
Vincula Poſt Petri, Patitur Laurentius ignes,
Impie mœche dabat meretrici Colla Ioannis.
Aegidius celebrat Mariæ Virginis ortum.
Quo Combuſta die Solymorum mœnia narrant.
Chriſte tuas leges Celtis Dionyſius Affert,
Scriptis Luca tuis fruimur, docuit Simo perſas
Pannonius docuit Gallorum Martius oras,
Fertilis Elizabeth Cantat Thuringia laudes,
Poſt Caſti Sacra Nicolai longiſſima nox eſt
Fauſta dies celebras tibi Chriſtum Virgine natum.

☞ CCCXCI.

NON videtur poſſibile & labij nitorem & rerum varietatem & proprietatem cooptare. Sũt qui Georgij Leonis Doctoris Medici Calendariũ collaudent; ſed quia nondum vidi, quid in eo commendatione dignum ſit, iudicium meum ſuſpendo, & eius periodos produco. *(Antonias*

Circumciſio Magos mittit ad Chriſti Cunabula;
Agnus ſubit, Paulus fidem ſuſcipit. (Ienſqui
Se purgat nunc Agatha, nunc nudus prodibit Va-
Ver nunciabit Petro Matthia ſortem.

Martius Adriano verrat atque Gregorio, quod
Gertrudis & Benedictus annunciant Virgini.
Aprilis Ambroſio gaudet, cui martyr Tyburtius
prædixit mox futuram Marci ſtationem.
Iacob Crucem inuenit, obtruncatur Pancratius:
Iucundum Iam Ver præterijt: Vrbano redit æſtas
Nicomedes Boniſacio fœnum reportat: Vitus ſege-
tem mox Promittit Baptiſtæ atque Petro.
Iam Maria affert meſſem, Cyrillus metet vt Ce-
rerem in horrea Magdala, Iacobuſq; reportent.
Petrus Cathenis ſtringitur, dum Laurentius &
Maria ad Cœlos Vocant cũ Bartholomæo Ioannẽ.
Aegidi lætus gaude Maria nata eſt, Crucem exal-
tent Cuncti, Matthæo Volat Obuiam Michael.
Bauenem Franciſcus monet, prouideat dura hyemi:
Lucas iam pluit: Seuerinus flat: Simon gelat
Omnes Sancti exultate, adeſt Martinus mæſto ma-
didus: Eliſabeth Profert Cathara amphor And,
Iã vellit Barbã Niclaus: Concip. Virg. dũ oculo cæc:
Credit Thomas Chriſto: Naſcitur mundo Deus.

CIrcumfertur authore incerto aliud diuerſũ Calendarium; in quo, ſi characteres maiores à minoribus diſtinguas, in illis feſta inuenies, in iſtis ſenſum congruum, & contextui curioſè reſpondentem. Lege et conſidera, vtrùm omnia tuo deſiderio correſpondeant.

IANVARIVS. *(tant*
ANnua feſta MAGOS ERItrææ per arua repor-
AddeFABamVINcens dat PAVLus grandia farra

FEBRVARIVS.
Cum MARia quarto purgatur februa ſerVA,
Bis ſextum geminat, cũ PETro MATThias ortũ

MARTIVS.
Nocte dieq; pari cum dat breue GREGOrius Ver,
Viſcera diuino flatu MARia tumuerunt.

APRILIS.
Cùm vides AMBroſium per noctis ſidera TIBVrs,
Sæpè dedere famem GORGi MARCique pruina.

MAIVS.
LIPPe CRVCem, fers Iane ſitim frigora SOLuit,
Si vincunt pluuia dabit VRBano mala Pape.

IVNIVS. *(Vitis*
Flore valens BONus eſt MEDArdus, & Vuida
Verſo Sole tumens cum BAPTiſta tibi PETre.

IVLIVS.
It viſens VDus me te CHILo Canina maritis,
Stella nocte tua, PECCatrix IACObe reſurgit.

AVGVSTVS.
Petrus adeſt, dat SEXtauros, da LAVRe Coronas,
Aſtra petit Genitrix, tibi Barthole cedit ADolphus.

SEPTEMBER. *(Cendum,*
cERaus amore furit, NAScens dea, ſurge CRV-
Nox æquat, cum Matthæo ſere ingera MICal.

OCTOBER.
Spumantes FRANciſce lacus DYONIſius implet
GALLO LVCifer vndecimus Socias SIMonitem.

NOVEMBER.
OMNia dura LEnat tuus ò MARTine lyceus
Dicat iò PRÆſens dicat CASTeja peAn.

DECEMBER. *(duxit*
Excute BARba Nitem, MARia tibi BRVma re-
Iam Credat DIDYMVS, iam naſcetur DEVS orbis.

Sed neque hoc Calendarium placet, et ideò aliud ſubiungamus.

Ampliſſimi & Reuerendiſſimi Domini,

D. PETRI FRANCISCI PASSERINI, &c.

CALENDARIVM.

☞ CCCXCII.

EXSTAT in ingenioſiſſimi et eruditiſſimi illius libri, qui *Schediaſmata Academica* inſcribitur, tertiâ parte: Illud *Symbolicum & Syllabicum* Author appellat et potuit gradiori vocabulo, eſt enim Opuſculum elaboratiſſimum, cui nullum ſimile apud Scriptores reperias. At voluit Paſſerinus potiùs eruditus, quàm ſuperbus videri, et ideò Aureum iſtum Libellum altis Nominibus inſignire non voluit, Totum in illo Annum ingenioſè comprehendit: nempe duodecim elegantibus Diſtichis, quibus demonſtratur clariſſimè breuiſſimèque,

Cui menſi Diſticha conueniant?
Quot diebus menſes ſinguli conſtent?
Quot feſtos dies contineant?
Quæ Sanctorum aut Feſtorum, quæ celebrantur, ſint nomina?
Quo die celebrentur?
Quo denique menſe ſingula anni tempeſtates incipiant?

Volui D. Paſſerinum poſt alios Authores producere, vt collatione factâ videat Lector, quantum

tum ille ſuperat vniuerſos: omnia enim, quæ in cæteris deſiderabam, in Diſtichis eius reperio. Sequar igitur editionem Placentinam anni 1650. incipiamque ab ipſâmet Dedicatoriâ, nam et ipſa eſt erudita et elegans, et Lectoribus prodeſſe poterit.

Illuſtriſſimo D. D. Carolo Aloyſio Scapio Senatori Bononienſi.

DEMETRIO ſuo Athenienſes (Illuſtriſſime Senator) ad æternam tanti ducis memoriam; & gloriam, quot anni dies numerabant, tot ſtatuas ſtatuerunt, vt nulla per annum abiret dies, quæ propriam non haberet ſtatuam, perpetuum cùm honoris ornamentum, tum amoris monumentum. Eximijs in me Tuis benignitatis officijs, ac beneficijs grati ego animi non vicem, ſed vocem aliquam redditurus, Athenienſes audacter æmulatus, quot illi Demetrico ſuo amantiſſimo, totidem Tibi Domino meo benigniſſimo non ſtatuas, ſed ſyllabas dedico, vt quemadmodum ſingulis anni diebus ſingulæ reſpondent Calendarij ſyllabæ, ita Tu non Demetrium, ſed Deum ipſum ſapienter imitatus tùm ſingularem in me Tui memoriam, ac cultum benignus agnoſcas, tùm pauperum minuta non dedignatus virium mearum exilitati benigniùs ignoſcas. Oſcurum eſt alicubi meum iſtud Calendarium: ſed quonam clariore, Clariſſime Vir, eluceſceret in lumine? Tu enim non modo Tuo in ſtemmate, animi Tui ſymbolo, cæruleum celas Cœlum, & Chriſtallinum condis candorem: ſed Tua in luce lumina, Tuoque in ſinu ſumma omnia complècteris; è ſumma namque antiquiſſimæ, nobiliſſimæque SCAPPIORVM Familiæ luce in lucem editus clariſſimis prognatus Maioribus, ampliſſimis natus è parentibus, ſummis ſunctus Patritiorum numeribus, ſummis auctus Senatorum honoribus, ſummum auitæ Tuæ nobilitatis lumen Vitæ Tuæ meritis & moribus, perpetuis veluti ſplendoribus, amplificas. Munuſculum igitur quod peramanter obtuli perhumaniter excipe, meque ipſum, vt facis, fouere perge, ac protege, quod diutiùs vt facias, fac meliùs, vt voueo, in dies valeas, & diutiſſimè viuas.

Plac. Id. Ian. M. DC. L.

Addictiſs. & Obſtrictiſs. Ser.
Petrus Franciſcus Paſſerinus.

LECTORIBVS AVCTOR SAL. ET FEL.

VISVM teneatis Amici. Per quietem audire mihi viſus ſum, qui vix audito ſyllabici noſtri Calēdarij nomine, vtpotè exotica omnia adunco ſoliti ſuſpendere naſo, in me acriter exclamarent. O vere ſyllabicum immò abecedarium & caput & Calendarium. O nimiam tanti laboris, & temporis in re tam futili iacturam! quibus ego bilioſus homo dum pariter, vt par pari referrem, exclamando reſpondebam, ò verè pluſquam ſequipedalia maledicorum ampullariorum verba me aëris verbera! ò nimios nouarum rerum omnium oſores iniquiſſimè naſutiſſimos! maledictis. cumulatè repenſurus illicò expergiſcor: ita mihicum ſomnorinis. hiſce Phantaſmatis ſomnus ipſe Deorum innocentiſſimus agendum cenſuit; at verò iam mihi vobiſcum, vtpotè vigilanti cum amiciſſimis, longè aliter res erit; quando enim myſticam hanc noſtram Ephemeridem paucularum horarum ſucciſiuam opellam, æqui, bonique conſulentes, tam benignè intuemini, latentia Diſtichis myſteria pateſaciam. Tot ea in primis conſtant ſyllabis, quot menſium ſinguli diebus. Feſtorum dierum primæ ſyllabæ ijs quæquæ in ſyllabis, quæ ſuis in menſe diebus reſpondent, grandioribus exaratæ literis collocantur, vt ſuis omnes fixæ locis faciliùs cognoſcantur, memoriæque tenaciùs inhæreant, quibus nulla alia in eo Diſticho ſimilis ſyllaba reperitur, ne eiuſdem ſyllabæ repetitio erroris anſam præberet. Diſtichorum ſingula ſui nomen Menſis incluſum habent, vt in quem illa conueniant, nullo negotio videri poſſit. Verborum ſenſus aut anni per id tempus tempeſtatem, aut certè ad eruditionem, & pietatem apta continebit. Denique vt in ſyllabis numerandis ambiguitas vitetur, omnis hic Synalæphe & Ecthlipſis vitatur. Cæterùm quod in eis contortum, ac difficile erit, rei difficultas, quæ manum ad opus admoueri abunde patebit, excuſare poterit, & quod diſſonum, iucunda artificij nouitate, vt ſpero, compenſabitur.

Valete.

IANVARIVS dies habet 31.
CIRCumagatur EPiſtola primo ſtrenaque Iano.
ANTiquos SEquimur, modo PAVper cenſus abundet.

FESTA *Ianuarij*.
Diſticho comprehenſa.
Die, 1 CIRCumciſio Domini.
& 6 EPiphania Domini.
Syl- 17 ANTonij Abbatis.
laba 20 SEbaſtiani Martyris.
25 PAVli Apoſt. Conuerſio.

Epiſtola) quia ineunte anno boni ominis gratia Amicis ſalutem dicere, & abſentibus literas dare ſolemus.

Primo Iano) 1. ſub principium Ianuarij, vt primis labris, primo Vere &c.

Streanque) Nomen, ait Symmachus *Epiſt.* 35. *lib.* 10. indicio eſt, viris ſtrenuis hæc conuenire ob virtutem.

Antiquos ſequimur) Kalendas, inquit idem Symmach. *ibid. Epiſt.* 27. Anni Auſpicies, quibus menſium recurſus aperitur, impertiendis Strenis dicauit antiquitas.

FEBRVARIVS dies habet 28.
ImPVRI perAGant, ad id APtus menſis habetur,
FEBRua: CONducens hoc (claMAT Virgo) ſuaſi.

FESTA *Februarij*
Diſticho comprehenſa.
Die 1 PVRificario Beatiſſimę Virginis Mariæ.
& 5 AGathæ Virginis & Martyris
Syl. 9 APolloniæ Virginis & Martyris.
laba. 19 CONradi Confalon Plac.
24 MATthiæ Apoſtoli.

Februa) Februum Sabinorum lingua Purgamentum dicebatur, & à Februis Februarius appellatus eſt. *Impuri peragant*) nam Februa, quibus malefactorum conſcientiæ luſtrari delerique peccata credebantur. Ouid. *Faſt.*

Virgo) i. Maria Deipara, quæ poſtridie Cal. huius menſis templum ingreſſa ritè luſtrari voluit, etſi nec illuſtrius quicquam ipſa fuit, nec purius, vt nos ad idem ſuo conduceret exemplo.

Suaſi) Diſſyllabum hoc loco eſt, & verſus Spondaicus; ſed biſſextili anno triſyllabum fit, &, vt anno dies, ita verſui ſyllaba ſuperadditur, & tum verſus deſinit eſſe Spondaicus.

MARTIVS dies habet 31.
MARS reuoCAS ver: nix AQVeis fugit impigra plantis
Vt MaIOra BENignior ANNus commoda præſtet.

FESTA *Martij*.
Diſticho comprehenſa.
Die, 4 CASimiri Confeſſoris.
& 7 AQVinat. Th. Doct. Angelici.
Syl- 19 IOſephi Sponſi S. Mariæ Virginis.
laba 21 BENedicti Abbatis.
25 ANNunciatio B.M. Virginis.

Reuocans ver) quia Martio menſe trimeſtre veris tempus reuocatur, vt Aſtronomorum ſententiam ſequamur, quam docet Clauius *Comment. in cap* 2. *ſphær.* cum Sole ingrediente ſignum Arietis incipiat ver.

Nix fugit) quia ex Virgilio 1. Georg.
Vere nouo, gelidus canis, quum montibus humor.
Soluitur, &c.

Benignior) quia ex Ouidio 1. Faſt
Tunc blandi Soles, &c.

FE-

APRILIS habet dies 30.
Quam FRAgilis florum conſtantia LEnis APRILIS
Quos florere, videſque GEmens MARCeſcere PEr SE!

FESTA *Aprilis.*
Diſticho comprehenſa.
Die, 2 FRAnciſci de Paulâ Confeſs.
& 11 LEonis Magni Papæ.
Syl. 23 GEorgij Martyris,
laba 25 MARCi Euangeliſtæ.
29 PEtri Martyris.
30 SEnenſis Catharinæ Virg.

Fragilis) quia, vt Florentiſſimus Elegantiarum, & Gratiarum, quin etiam Floræ ipſius Auctor Io. Baptiſta Ferrarius floride dixit in ſua Ætate Florea, *Fragile Floris decus* eſt, & *fugaciſsima Florum formoſitas.* ——

Marceſcere) quia flos non modò citò perit, nam

Sole oriente oritur, Sole cadente cadit;

ſed ſæpe alios etiam perimit, cùm *multi crebris floribus perfuſi, eorum copia expirarint*, quod me nuper ex Barthio docuit Eruditiſſimus & elegantiſſimus Vir Angelicus Aproſius, aliàs Scipio Glareanus, in ſuo Scuto Rinaldi *cap.* 19.

MAIVS habet dies 31.
PHILtrum CRVx; MOriens pereGRE venientibus illam
Obtulit, vt redament, Chriſtus NEc MAIVS habebat.

FESTA *Maij.*
Diſticho comprehenſa
Die, 1 PHILippi,& Iacob. Apoſtoli.
& 3 CRVcis Inuentio.
Syl- 4 MOnichæ Matris S. Auguſtini.
laba 9 GREgorij Nazianzeni.
16 Nerij Philippi Congreg. Oratorij Fundat.

Philtrum) eſt quicquid alteri eo animo datur, vt eum ad noſtri amorem inducamus. Crux autem Chriſti Philtrum eſt, quia ea ad Chriſtum redamandum nos inuitat, qui prior dilexit nos.

Peregrè venientibus) ideſt, mortalibus omnibus, qui in hac lachrymarum valle peregrinantur. Vt autem *Peregrè* ſignificat tam motum de loco quàm ad locum, ita Crux tam in vitam, quàm de vita properantibus à Chriſto oblata eſt.

Obtulit) quia ex Ambroſ. ſerm. de Paſſ. Author pietatis in Cruce pendens teſtamentum condidit ſingulis pietatis opera diſtribuens; Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, Patri Spiritum, Virgini Paranymphum, Latroni Paradiſum, Peccatori Infernum, Chriſtianis verè pœnitentibus Crucem commendauit.

Nec maius) quia *vile præ Cruce aurum eſt*, ex doctiſſimo Nouarino *in Vmbra Virginea lib.* 4. *cap.* 49.

IVNIVS habet dies 30.
IVNIVS arſit, in igne videBAR; at ANTe caloris
Vim PROmet quALem? malOr vis vlla rePErta?

FESTA *Iunij.*
Diſticho comprehenſa.
Die, 11 BARnabæ Apoſtoli.
& 13 ANTonij de Paduâ.
Syl- 19 PROtaſij & Geruaſij Martyrum.
laba 22 ALoyſij Gonzagæ Soc. Ieſu.
24 IOannis Bapt. Natiuitas.
29 PEtri & Pauli Apoſtolorum.

Iunius arſit) Æſtatis feruor indicatur, nam æſtiuum trimeſtre hoc menſe inchoatur.

Ante) pro *antea*, ſic Virgil. Ægl. 1.

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui.

Vim promet) quia adulta, & virili ætate fortior illius feruor eſſe ſolet.

Ma-

Maior) nam ex Ouid. 15. *Metam.*
Tranſit in æſtatem poſt ver robuſtior annus.
Fitq; valens Iuuenis, neque enim robuſtior ætas,
Vlla, nec vberior, nec, quæ magis ardeat, vlla eſt.

IVLIVS dies habet 31.

Quod VIS imperium tenuit, cumulumque BONorum
IVLIVS, inde MAGis ſe IACtANt quotquot ab illO.

FESTA *Iulij*.
Diſticho comprehenſa.

Diſ- 2 VISitatio B.V. ad Heliſabeth.
& 14 BONauen. Doctoris & Cardinalis.
Syl- 22 MAGdalenæ Mariæ,
laba 25 IACobi Apoſtoli.
26 ANnæ Matris B.V. Mariæ.
31 LOyolæ, i. Ignatij S. I. Fundatoris.

Ab illo) i. à Iulio, id quod de Quinctili menſe dictum videtur, qui à Iulio Cæſare tum nato Iulius dictus felici nomine, ac omine glorìatur, *Nonnulli enim*, ait Cauſſinus de Eloquent. l.4. c.39. *curioſiùs notarunt fatalem quemdam nominum cum rebus conſenſum. Duo Attyes illuſtres fuerunt, vterque ab apro interfectus eſt. Cæſares, quibus Cay prænomen fuit, ferro periere*, &c. Sic eloquentiſſimè nuper, ac ingenioſiſſimè luſit Doctiſſimus Vir Hortenſius Pallauicinus in ſuis Auſtr. Cæſarib. *Tu*, inquit *Tua, Tuorumque gloria, cui nomen ipſum* MARIÆ ANNÆ *imperium, & gratias loquens, non ſolùm pro præſagio; ſed & pro hiſtoria & panegyrico, eſt*, &c.

AVGVSTVS dies habet 31.

PErbreue DOgMA TRAham; tibi LAVs AVGVSTIOR AStRO,
Veſte ruBER quod ſol es BARtholomæe DECora.

FESTA *Auguſti*.
Diſticho comprehenſa.

Diſ- 1 PEtri ad Vincula.
& 4 DOminici Confeſſoris.
Syl. 5 MAriæ ad Niues
laba 6 TRAnſfiguratio Domini
10 LAVrentij Martyris.
15 ASumptio B. Virginis Mariæ.
16 ROchi Confeſſoris.
20 BERnardi Abbatis.
24 BARtholomæi Apoſtoli.
29 DEcollatio Ioannis Baptiſtæ.

Dogma traham) i. colligam hanc breuem ſententiam, Quò difficilior victoria, eò maior gloria.

Auguſtior aſtro) i. Sole ſplendidior, quia *Fulgebunt iuſti, ſicut ſol, in regno Patris eorum* Matth. 3.

Veſte) i. pelle, quæ D. Bartholomæo adhuc viuo crudeliter detracta.

Ruber) i. cruentus, & rubicundus ob excoriationem Martyris à Carnifice factam.

Decora) i. purpurea, regali, & Principe digna, quia non murice; ſed Apoſtoli ſanguine tincta.

SEPTEMBER dies habet 30.

Fructibus autumnum vix NATe TOt impiger EXples
SEPTEMBER, quot aMAT MAVors feritatis aMICos.

FESTA *Septembris*.
Diſticho comprehenſa.

Diſ- 8 NATiuitas Beatiſſimę Virginis Mariæ.
& 10 TOlentinatis Nicolai.
Syl. 14 EXaltatio S. Crucis.
laba 21 MATthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ.
22 MAVritij, & Soc. Martyrum.
24 MIChaelis Arch. Dedicatio.

Fructibus) quia September Autumnalis menſis eſt, ac proinde nos magna fructuum copia locupletare ſolet.

Mauors) i. Mars per epentheſim licet alij Mar-

Marteam quaſi Mauortem per ſyncopen dictum velint. Mamers à Sabinis vocabatur, et Gradiuus etiam à gradiendo, et ſerpendo dictus eſt, ideoque Marti Gramen ſacrum erat, quia ex Gramine ortus credebatur, vel quia Gramen ex humano cruore procreatur, vel denique quia Gramen *viuax*, et *inexpugnabile* dicitur, quod Marti conuenit, vt optimè tradit Thuilius Mariæmontanus *in Embl. 26.* Alciat. etc.

Quod amat) Mars enim Martiales, et Belicoſus bellicoſos amat vniuerſos.

OCTOBER habet dies 31.

Otia FRANge pedum modulis OCTOBRIA TExtis.
Et LVCra rus VRbana dabit, ParnasSIa proles.

FESTA *Octobris*.
Diſticho comprehenſa.

Die, 4 FRANciſci Aſſiſiatis.
& 15 TEreſiæ Virginis.
Syl. 18 LVCæ Euangeliſtæ.
laba 21 VRſulæ, et Soc. Virginum et Martyrum.
28 SImonis, et Iudæ Apoſtolorum.

Otia) 1. Vacationes autumnales.

Frange) Miſce, et tempera otia leuiuſculis humaniorum literarium negotijs, ne aut ingenium graui, & aſſiduo labore nimium laſſeſcat, aut nimio prorſus otio torpeat, & hebeſcat.

Pedum modulis) carmina texendo, & amœniores muſas excolendo.

Vrbana lucra) 1. progreſſus Academicos, dum grauioribus ſtudijs operam damus.

Rus) 1. rureſtre otium, vacationum enim tempore, vt moris eſt Academijs vrbanis ad otiandum foras exitur.

NOVEMBER dies habet 30.

SAt, DE me CARa tibi, tegeris MARtine NOVEMBRIS
Lux, ob id vt PRAE te nil duCAT ſidera titAN.

FESTA *Nouembris*.
Diſticho comprehenſa.

Die, 1 SAnctorum Omnium.
& 2 Defunctorum Commemoratio.
Syl. 4 CARoli Archiep. Mediolanenſis.
laba 11 MARtini Epiſc. Turonenſis.
21 PRÆſentatio Beatiſſimæ Virginis.
25 CATharinæ Virg. & Martyris.
30 ANdreæ Apoſtoli.

De me cara) 1. abſcinde tibi pallij tui partem licet eä tibi cara ſit, vt eâ pauperem induas.

Sat tegeris) 1. adhuc altera diſciſſi pallij pars te ſatis operit.

Nouembris lux) quia dies feſtus D. Martino ſacer vndecimum huius menſis diem illuſtrans, Menſem ipſum exornat, ac ſplendidiorem facit.

Obid) 1. dum, vt inopi conſuleres, te ipſum ſpoliaſti, factus es tam nobilis ac illuſtris, vt ſtellis & Sole ipſo ſpecioſior, ac pretioſior euaſeris. Videatur in hanc rem Pulcherrimum doctiſſimi, ac diſertiſſimi P. Maſculi Encomium *tom. 1. die 11. Nouemb.*

DECEMBER dies habet 31.

NeXA gelu quoNIAM, CONCretaque barba DECEMBRI,
Mi tuus his THOrax vtiNAm ſtet, IOb, IN abysSIs.

FESTA *Decembris*.
Diſticho comprehenſa.

Die, 2 XAuerij Franciſci Ind. Apoſt.
& 6 NIcolai Epiſc. & Confeſſoris.
Syl. 7 AMbroſij Epiſc. & Doctoris.
laba 8 CONCeptio Beatiſſimę Virginis Marię.
21 THOmæ Apoſtoli.
25 NAtiuitatis Ieſu Chriſti.

M STE-

26 STEphani P.otomartyris.
27 IOannis Apoſt. & Euangeliſtæ.
28 INnocentium Mart.
31 Silueſtri, Papæ, & Conſ.

Nexa gelu &c.) quia December barbam ipſam habet imbre madidam, niue candidam, & glacie gelidam, quæ tempeſtatis hybernæ præcipua indicia ſunt.

Mi tuus &c.) 1. vtinam, Sanctiſsime Iob, thorax Patientiæ tuæ mihi quoque præſto ſit in his ærumnarum abyſsis, ac temporis intemperie, vt armis tuis armatus aduerſa omnia patienter perferam. Sua enim habent Chriſti milites Arma; & Præſidium, quæ Copioſiſsimè, vt cætera ſolet omnia, in ſuo Præſidio Romano ſumma cum eruditione Io: Petrus Creſcentius, *Quo, vt Corona Nobilitatis Italiæ, & Amphitheatrum* ipſum *Romanum* iam nunc toti teſtantur Orbi, *non ingenioſior, & facundior alter*,

Legiſti Lector Candide Doctiſsimi Paſſerini Calendarium: ingenium Authoris veneratus applauſum & admirationem pependiſti. Ergo perge vlteriùs, vt cetera, quæ te docet Aſtronomicus Apollo adiſcas.

De Indictione,

CCCXCIII.

EST Annorum xv. reuolutio ob tributa inuenta. A 24 die Septembris incipit ex Imperatorum decreto: quo videlicet tempore ob frugum maturitatem tributa optime pendi poſſunt. Pontifices verò, vt cum annis Natiuitatis Chriſti concordaret à 25 Decembris illam computant. Scire hoc debent Tabelliones actuarij & Notarij Pontificij & Cæſarei, ne in deſignandiâ oberrent.

Chriſtus natus eſt Indictione IV. Ergo, vt ſcias Indictionem anno correſpondentem, annis æræ Chriſtianæ adde tres annos, & reſultantem numerum diuide per 15. & reſiduum erit quæſita Indictio. Quæratur juxta hanc Regulam Indictio anni 1582.

Annus Chriſti.	1582
Numerus addendus.	3
Summa	1585
Et diuiſa per 15. dat	105 (10)

Ergo ab anno illo, cuius reſpectu primus Chriſti fuit quartus ad annum 1582 tranſiuerunt 105 integræ reuolutiones, & ſuperſunt 10. anni. Ergo anno 1582. Indictio eſt 10. Similiter hoc anno 1661 Indictionem quæramus.

Annus Chriſti.	1661
Numerus addendus.	3
Summa.	1664
Et diuiſa per 15. dat	110 (14)

Ergo ab eodem illo tertio ante Chriſtum anno ad 1661. fuerunt 110. integræ reuolutiones, & 14 anni. Hoc igitur anno 1661. eſt Indictio 14. Regulam hanc Chronographi ad numeros ſequentes reducunt.

Si tribus adiunctis Domini diuiſeris annos.
Ter tibi per quinos, Indictio certa patebit.

Etiamnum Indictiones in vtroque foro (Pontificio & Cæſareo) numeramus. Sed cur? Quia ſic ſolebat fieri, cùm ſuberat ratio.

De Quadrageſima.

CCCXCIV.

IEIVNIVM Quadrageſimale à Cinerum die, quæ in feriam IV. poſt Quinquageſimam incidit, ad diem Paſchatis excluſiuè protenditur: habetque Dominicas ab initio Miſſæ, quæ in illis cantatur, notatas. Dicuntur enim I. *Innocuit*, II. *Remiſcere* III. *Oculi*, IV. *Lætare*, V. *Iudica* (Paſsionis) VI. *Oſſana* (Palmarum.)

Vt notarentur hæ Dominicæ Germani has dictiones poſuerunt. *Ins Richters Ofen Liegen Iunge Palmen.*

Latini has. *Mors Imperat Regibus, Odioſam Linguam Iudicat Omnipotens.*

Sententia Latina eſt opportunior; nam Germanica tantùm deſignat Dominicas, Latina autem & ferias numerat, nam prima dictis *Mors*, quatuor ferias ante Quadrageſimam exhibet: & reliquæ ſunt heptagrammæ, vt hebdomadæ diebus reſpondeant: quas ad verſus ſequentes reduximus.

Mars Iuuenes Repetas: Ornabit Laurea inermes Palma-ue.

Poſteâ ſequitur Paſcha, quod à tempore verno, in quod incidit, *Paſcua de flores*, ab Hiſpanis vocatur.

De Aduentu.

CCCXV.

PRIMA Aduentûs Dominica, aut eſt Dies S. Andreæ, aut Dominica huic feſto proxima. Conſidera ſequentes numeros. *Nouemb.* 27. 28. 29. 30. *Decemb.* 1. 2. 3.
b c d e f g A.

Si enim litera Dominicalis ſit B. prima Aduentûs Dominica erit die 27: ſi C, 28: ſi D. 29: ſi E,30: nempe ipſa Sancti Apoſtoli die ſi F,1 Decemb. ſi G, 2; et tandem, ſi A, 3.

Nihil, vt puto, poteſt clarius tradi. Interim Clauius, et ex eo Origanus *tom.1. Ephemeridum*, qui Introductorius eſt, *part.1. cap.4 pag.86. §.Finitur.* hanc Regulam ingenioſè obnubilant. Verba Origani dabo.

[Iuxta doctrinam Clauij *cap.7. libr.3. Apologiæ*, in Indicis 7. articulis fiat numeratio, et in radice indicis collocetur 27. iuxta verſum,

Viginti ſeptem ſibi radix Indicis aptat.

in ſecundo articulo 28, in tertio 29. in ſummitate 30. poſt in quinto articulo ſub vngue 1, in ſexto 2, in ſeptimo 3: ac tandem iuxta initiales literas cuiuſcumque dictionis harum ſeptem in verſu,

Bella ciere dolo, & ferro Germanicus audet.

quæ literas Dominicales denotant inchoatâ numeratione ſimiliter à radice indicis, de; die in quem cecidit litera Dominicalis pronuntietur.]

Et poſteà exemplum addit pro anno 1595. cuius litera Dominicalis in veteri Calendario eſt E. quæ notatur dictione *Et*, cadente in verticem Indicis, affectum numero 30. Ergo cadit Aduentus in 30. Nouembris.]

Hæc Regula eſt eadem, ac præcedens: ſed illa videtur facilior. Addam nihilominus aliam, quæ expeditior, et memoriæ accommodatior ſit. Scribo hos numeros.

BVrrVs e VIXIt. ◡ ◡ - ◡ - ◡

Literæ Arithmeticæ dant 27. Ergo quando litera Dominicalis eſt B. prima Aduentûs Dominica incidit in 27. Nouembris. Cætera ſequuntur ex ordine: Ergo C 28. et D. 29. etc.

De Canicularibus.

CCC XCVI.

OMnes loquuntur de diebus Canicularibus, et quid hoc nomine intelligatur, rari ſciunt. Aſtronomi variè Sirium conſiderant, et ideò variè Caniculares numerant. Aliqui medium huius calidiſsimi et inſaluberrimi temporis in Calendis Auguſti conſtituunt, & per medium hinc, medium inde menſem extendunt; vnde verſus fuit conditus.

Margar Caniculas, Aſſumptio terminat illas.

Origanus *loc. cit. pag.87.* putat debere Caniculares dici dies, quibus Sol ſignum Leonis calidiſſimum & ſucciſſimum peragit: quo reſpexit, qui compoſuit hunc verſum.

Margaris os, Canis eſt, caudam Laurentius effert.

quod ſaltem quoad finem, verum, in Calendario Iuliano: at in Gregoriano addendi veniunt 10. dies. Anno 1664. Sol init Leonem die 22. Iulij, Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſacro: & inde exit die 23. Auguſti, qui in S.Bartholomæi profectum incidit. Ergo Caniculares dies hoc carmine determinemus.

Magdalis initium, finem dat Bartholomæus.

Diebus his Canicularibus in Italiâ, Siciliâ, Hiſpaniâ, & Auſtralibus omnibus regnis ceſſant Scholæ, ſinguli optant manere domi, & qui iteragunt, etſi noctu, periculo manifeſto ſe exponunt.

De Aſtronomicis Stellarum nominibus.

ARABICORVM Characterum Abacus cælèſtis eſt: literæ enim in Solares & Lunares diuiduntur. vnde in Aſtrologiam iudiciariam plurimæ ſuperſtitiones irrepſerunt; & vocabulorum corruptiones, quæ ſi fortè caſu aut ignorantiâ acciderunt, ingenioſè excuſantur. Otio indigerem, vt de hoc argumento edifſererem; interim, quia in Hipparchi Abaco conſignata Stellarum vocabula, tam corruptè à Turcis & Perſis leguntur, vt internoſci à Græcis & Latinis vix queant; aliqua in exemplum produco.

Hipparchus, Aſtronomorum Princeps, ipſis eſt *Ibbarchus*, aut etiam *Abrachis*.

Syntaxis magna Ptolæmæi, ΜΕΓΙΣΤΗ Græcè, Arabicè addito articulo אל, et alteratis vocalibus eſt *Almageſtum*.

ΗΡΑΚΛΗΣ, Hercules, Arabicè *Abrachelens*.

ΑΠΟΛΛΩΝ (alijs Pollux, qui Geminorum eſt ſuperior) Arabicè *Aphelar*, vel *Apbellar*; et magis corruptè *Anhelar*.

ΟΦΙΟΥΧΟΣ Arabicè *Apheichus*. vocalibus omnino mutatis.

Vltima Eridani, quam Hebræi dicere ſolent *Acharon hannahar*, Arabes vocant *Achiron-nah-ri*; et per compendium, aut vocis corruptionem *Acharnar*.

Scorpius à Rabbinis nominatur *AKrabb*, ſed à Saracenis *Alacrab*, aut *Alacrabo*. Aliqui ſcribunt *Alatrab*, ſed labuntur *c* in *t* ſine fundamento mutantes.

Lepus, Hebraicè *Arnebbeth*, Arabicè *Elarneb*, vel *Elarnebo*.

Multa alia ſimiliter corrupta leguntur, quæ ex præcedentibus poſſunt intelligi. Hæc igitur meo Philomuſo didiciſſe ſufficiat.

APOLLO
ECHETICVS.

Obloqui in hos numeros fruſtra conaberis: hæc nam
Nomina, ne frangas, fracta fuere priùs.

☞ CCCXCVII.

SVccvrrit primo nomen ipſum. *Eco* apud Hiſpanos dat in plurali *Ecos*, aſpiratione omiſsâ; ipſi enim hanc literam *ch* aliter, quam Latini proferunt, vt videre eſt in vocibus, *ducho*, *hecho*, *prouecho*. Vocatur à Latinis *Echo*: & declinatur vt *Sappho*, videlicet, N. *Echo*. G *Echus*, & in cæteris caſibus *Echo*. Qui in Acç. plur. dicunt Echos ΗΧΟΥΣ, videntur hunc caſum non à recto ſingulari ΗΧΩ, ſed ab ΗΧΟΣ hoc eſt *ſonus* deducere. Alij hanc vocem Latino more variant, & dicunt *Echo*, *Echonis*, *&c.* ne recedant à paradigmate *Sermo Sermonis*. Græci vocem ab Hebræis acceperunt; ſunt enim in linguâ ſanctâ multæ, quæ potuerunt hanc Græcam producere; nam יכח eſt *argumentatio* aut *increpatio*. & fortè hinc Echo nomen traxit, quod illa nobiſcum videatur argumenrari & diiputare. Vox קול *chol* vocem ſignificat: & הקול *Achol* vocem determinatam: & frangendo & excidendo à cæteris literis *lamed*, manet הקו Acho, græcè ΗΧΩ, *Vox fracta*. Creditur habitare inter montes, & hanc ob rem Tragelaphus, aut etiam quæcunque beſtia ferox vocatur אקו *Acho*.

Aliter de Echo Poëtæ, & aliter Phyſici philoſophantur. Illorum ſententiâ Nympha fuit, quæ cùm à Narciſſo, quem deperibat, ſperneretur, longo mœrore contabuit: & demum in ſaxum conuerſa nihil prioris formæ retinuit præter vocem. Nemini eſt moleſta; nullum interogat, vniuerſis reſpondet. Ouidius Theologiæ Ethnicæ tertio metamorphoſin huius Nymphæ eruditè deſcribit. Sæpe illum Latinè eloquentem audiuimus, at nunc labore & induſtriâ Andreæ de la Aguillara Italicè cantantem audiamus.

Diſs'ei bramoſo di ſapere il reſto
Poi che tu ſai chi godiamci inſieme
O come volentier riſpoſe à queſto
Che ſopra ogni altro affar queſto le preme
Dice, Godiamci inſieme, & eſce preſto
Del boſco, e ſi diſcopre, e piu non teme
Che quel parlar da manifeſto auiſo,
Che lui potrà goder del ſuo Narciſo
Mentre al collo ſperato ella diſtende
Per volerlo abbracciar l'vn' are b a cia
Da quegli abbracciamenti ei ſi diſende
Quando fugge da lei quando la ſcaccia
Non t'amo, ei dice, ella il parlar riprende
E dice. T'amo; e poi forz'è, che taccia
Ne amarti voglio, ei ſegue, e la rifiuta
Dice ella. Amarti voglio, e poi ſta muta.
Narciſo al fin ſi fugge e non la vuole
E da giouane e ſciocco ſi gouerna
Ahi come ella fra ſe ſi lagna e dole
Vedoſi sì bella, e ch'ei la ſcherna
E s'haueſſe l'antiche ſue parole
E poteſſe dar fuor la doglia interna
Pianger fariano i ſuoi muti lamenti
La terra il cielo e tutti gli elementi.
Quanto ſia la ſua vita aſpra, e noioſa
Moſtra lo ſtratio de le chiome bionde
Si batte e graffia, e comparir non oſa
Fra l'altre, e nelle ſelue ſi naſconde
Si viue in qualche grotta cauernoſa
Doue tal volta all'altrui dir riſponde
E creſce ogn'hor più l'amoroſo foco
Che l'arde, e la conſuma a poco a poco, &c.

Sed Philoſophi, qui cauſas rerum omnium indagant, Echo eſſe vocem fractam affirmant; & qui ſubtiliùs & accuratiùs rem ediſſerunt, nolunt eam vocem realem & veram eſſe, ſed fractam vocis præcedentis ſpeciem, quam appellant *imaginem*. Valerius Flac. in Argon.

Rurſus Hylan, & rurſus Hylan per lōga reclamat
Auia; reſponſant ſyluæ, & vaga certat imago.

& Ho-

& Horatius.

Quem Deum cuius cecinit iocoſa Nomen imago; Iuſtus *lib.* 24. *Epigramm. de Echo*, quam ſit difficile Echo deſcribere inſinuauit hoc carmine,

Et, ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

De Echus cauſis multi Authores ſcribunt, videri poterunt Ariſtoteles *ſect.* 1. *problem.* 22. Lucretius *lib.*4. Quint. Curtius *libr.*5. Euripedes *in Hecuba*, Ouidius *lib.*3.*Metamorph.* Rab. Moyſes Balmod. *in Philoſophia Thalmudica*, & Iudæi alij. è noſtris Franciſcus Herrera, exponens Eclogam II. Garcilaſſi *fol.*566. D. Petrus de Velaſco Puertocarrero *in ſuis Rhythmis*: *Canto* 3. *Eſtancia* 12. & alii multi.

Contingit autem Echo, cùm in valle vltima ſyllaba dictionis frangitur, vt videre eſt in hoc Hexametro ad Choram.

Sis mihi grata decora Chora: *atq; ignobilis illis.* Vnde veriſſimè & appoſitiſſimè Auſonius Gallus,

Commoritur Marciſſe tibi reſonabilis Echo
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum reſequuta querelis
Vltima nunc etiam verba loquentis habet.

Non omnes voces reddunt Echo, ſunt enim nonnullæ tam aſperæ, vt non mereantur ab hac Nymphâ reſponſum. Hinc eſt quòd meritò vocem in Polyphonam, & Polyphemiam diuidamus: illa eſt quæ multos ſonos reddit, iſta quæ nullos; dicta à Gigante Polyphemo, qui nullam in vallibus & ſyluis voce ſuâ Echonem excitabat. Lucianus *Dialogo de Dori & Galathea*, ſic inquit. *Echo quamuis garrula, nec reſpondere quidem ipſi* (puta Polyphemo) *rugienti voluit, imò puduiſſet ipſam, ſi aſperum & ridiculum eius cantum imitari viſa fuiſſet.* Conſonat Moſcus *Eccl.* 3. & multi antiqui. Quos non legerat D. Ludouicus de Gongora, qui *in ſuo Polyphemi ogdoaſticho* XII. ſic ait:

Cera y cañamo vnio, que no debiera,
Cien cañas, cuyo barbaro ruydo
De mas Ecos, que vnio cañamo y cera
Albogues duramente es repetido,
La ſelua ſe confunde, el mar ſe altera,
Rompe Triton ſu caracol torcido:
Sordo huye el vagel a vela y remo;
Tal la muſica es de Polyphemo.

ECHVS LEGES.

☞ CCCXCVIII.

PAVCÆ ſunt, ſed digniſſimæ ſcitu. PRIMA. *Integram Echo vocem ne repetito, niſi ſignificatione mutata aut alterata.* Hinc eſt *Amor* nomen, et *Amor* verbum poſſe ſibi reſpondere; ſi autem vtrobique eſſent nomina, aut vtrobique verba, non poſſe.

SECVNDA. *In polyſyllabis accentum acutum ne mutato.* Quando Echo vnam aut duas refringet ſyllabas, vt cùm dicimus *Maximus*, *imus*. ſalua res eſt; quia in vnâ aut duabus accentus ſyllabis non percipitur; at quando tres vel plures franguntur aut repetuntur, habenda accentûs acuti ratio eſt; vnde hæc carmina, cùm illam maxime videntur habere, Echo carent.

Carmine Æneam decore decòro:.
Tu metris Graios celebres celebres.
Pauca ſi Parca dederunt, dederunt
Plurima Muſa.

TERTIA. *Echo ſimilitudine contenta eſto.* Hinc eſt, quod literæ ſimiles licitè commutentur, vt B in V; Th in T; I in Y; K aut Q in C durum; Ph in F: aut contrà. Tranſit etiam ſimplex in duplicem, adſpirata in lenem et contrà: aut patet in iſtis exemplis. *Princeps, vt adiuuet*, iubet. *Scientias Athenes* tenes. *Philoſophorum* forum. *Dic: quantus eſt Cæſar, cui nobiles adſumus?* Summus. *Quid Anglo negabitur Draco, qui fuit Nauta maximus?* humus.

ECHVS DIVISIO.

☞ CCCIC.

SI numerum refractionum reſpiciam, Echo eſt multiplex. ΜΟΝΟΦΩΝΙΑ, vocatur Echo ſimplex, vt, *Dabitur nobis ouis.* ΔΙΦΩΝΙΑ, Echo duplex, vt, *Eris aliàs maximus*, imus mus. ΤΡΙΦΩΝΙΑ, Echo triplex. vt *Compoſueris*, poſueris veris eris. ΤΕΤΡΑΦΩΝΙΑ, Echo quadruplex, vt *Concelebramus*, celebramus, Ramus, hamus, mus. Sic in poſterum à refractionum numero Echo denominatur. Sed quot, quæſo, Echones ſucceſſiuæ eſſe poſſunt? Vltra ſeptem non admiſere Veteres, et ideò Cyziæ turres, et porticum Olympiam celebrarunt. Vnde Lucretius,

Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces,
Vnam cùm faceres: ita colles collibus ipſi
Verba repulſanteis iterabant verba referre.

Si contextum Orationis reſpiciam, Echo diuidam in Affirmatiuam & Reſponſiuam. Hæc interroganti reſpondet, illa complet afferentis dictionem. Pono exempla.

In Syluis Echo cur ita clamas? amat.

Ecce interroganti illa reſpondet. Et quia hæc dies, qua hæc ſcribo D. Bernardo eſt ſacra, ſubſcribo has lineas, vt Echo aſſertiuam exponam.

Dum claris aris, *Bernardus* Nardus *odore*
Ore *refers* eſſers *munera magna tuis.*

Tartareiſque reis *fortis dominare*, minare;
Qui tibi (quando alys maximus) imus eras.
Qualis vallis *biqs*. *Cælos metiris*: & Iris
Ipſe videris; eris *fulgidus orbis bonos*.

Interim ſemper Reſponſiua omnium votis Aſſertiuæ eſt prælata.

MVSA PHYSICA.

CD.

EDIDIT P. Athanaſius Kircher ingenij feliciſſimi Vir, Romę, anno M.DC.XL. Vniuerſalem Muſurgiam, hoc eſt, Artem magnam conſoni & diſſoni: & Tom. 2. lib. 9. p. 4. de Magiâ Phonocampticâ diſputat, & exponit reflexæ aut etiam fractæ vocis prodigioſa miracula, Eum ſequor, & quæ ab ipſo vberiùs dicta, ad has paucas poſitiones reduco.

Eſt Echo, vt P. Athanaſius ait, vocis imago: quod & firmat Virgilius, apud quem *ſaxa ſonant, varyſque offenſa reſultat imago*. Geometriæ ope Echo eſt inueſtiganda: & inter eos, qui Echometriam ſcripſerunt, primus creditur fuiſſe Blancanus. Proponit Kircher Definitiones, Axiomata, Hypotheſes, Poſtulata, Data, &c. & addit Proluſiones nonnullas, & in primæ titulo, eſſe ſonum lucis ſimiam affirmat. Vt hanc aſſertionem tueatur in Philoſophiam penitiorem ingreſſus explicat, quid ſit ſonus? reijcit eorum ſententiam, quæ duorum ſolidorum corporum colliſionem requirit. Aquam ſoni eſſe ſubiectum, & piſces audire aſſeuêrat. Sonum cum lumine componit: nam, vt æſtimat, lumen eâdem ratione oculis, ac ſonus auribus illabitur. Subſcribit Conſectarium, & in ipſo ſoni intra & extra aquam grauitatem metitur.

Proluſione 11. de obiecto Phonocamptico diſputat, Echûs abditam vim eſſe demonſtrat, & Cæciliæ Metellæ ſuperbum ſepulchrum producit, de quo Boiſſardus in Topographiâ Romæ ſic ſcribit.

[Metellorum Sepulchrum, inquit, forma rotunda ex quadratis facta marmoribus candidis inſtar ampliſſimæ turris, intus concaua, & ſuperiore parte aperta, cuius muri craſsi ſunt circiter 24 pedum; ea mænium angulo adiacet, in cuius circuitu inciſa ſunt marmorea boum capita cute & carne nudata, vt in ſacrificijs fieri ſolitum erat, quæ contineantur lemniſcis faſciarumque inuolucris, coniungentibus fructuum, florum ac foliorum congeriem, feſtones vulgo appellant, & in interuallis pateræ repoſitæ ſunt Sacrificiorum; Capita boum ferè ſunt ducenta, ideo *Capo di boui* vocatur; voluntque Antiquarij geminam Hecatomben factam eſſe in funere celebri Cæciliæ Metellæ, cuius nomen in fronte Sepulchri legitur, in ingenti marmorea tabula verſus portam arcis Prætorianæ. Cæciliæ Q. Cretici F. Metelli Craſſi. Ad radices Collis in quo turris ædificata eſt, ſiquis integrum verſum heroicum pronunciet, Echo admiranda eundem reddet verſum & articulatum ſæpius. Ego Virgilianum illud primum Aeneidos diſtinctè repeti octies integrum audiui, et poſtea confusè aliquoties. Nuſquam gentium eiuſmodi Echo auditur: quæ ideo tanto dicitur excitata artificio, vt in funere huius Cæciliæ plorantium eiulatus, exclamationes et planctus funebres in immenſum multiplicarentur, dum Hecatombe illa celebraretur duplex, et ludi funebres in honorem Matronæ præberentur.] &c.

Addit Kircher Echo non eſſe In puteis tecto inſtructis: et rationem, quæ Echo illinc proſcribit, inquirit. Explicat, cur putei reſonantes ſint, ad aquam quæ reflexioni aptiſsimum eſt corpus recurrens.

Prælutione 111. agit de medio Phonocamptico, ſiue de lineâ actionis. Illud ait eſſe duplex; Phyſicum et Mathematicum. Agit poſteà de celeritate ſoni, quâ medium tranſit, ſiue de ſpacij phonici quantitate. Oſtendit magnam eſſe difficultatem in deſignando ſpacio Echo correſpondentem. Vult ſpecies ſoni, aëris vndatione deferri. Cur Echo noctu perfectiùs, quàm interdiu percipiatur exponit. Probat Echo monoſyllabam ſpacium 110. pedum Romanorum exigere. fatetur tamen, auram, vapores, etc. experimenta alterare et mutare.

Hinc venit ad Echometriæ caput 1. et canones ſeu regulas quaſdam neceſſarias præmittit. Illas poterit curioſus Mathematicus legere ibidem, ſi velit.

Capite 11. agit de Phonurgiâ Echonicâ, ſiue de Echonibus artificioſè conſtituendis et fabricandis. Et Problemate v. hanc Tabellam producit,

Re-

Refringitur aut reflectitur Echo;

Monoſyllaba poſt pedes	100.
Diſſyllaba	190.
Triſyllaba	270.
Tetraſyllaba	350.
Pentaſyllaba	430.
Hexaſyllaba	515.
Heptaſyllaba	6-0.

quam pulchris figuris æri inciſis exponit.

Capite III. diſſerit de acuſticorum inſtrumentorum fabricâ et architecturâ. Pronunciat per canales imò etiam per trabes ob longas, mirificè ſonum propagari. Quærit, verùm vox canalibus arctè incluſa ibidem aliquo temporis ſpacio permaneat? Et quidem affirmanti ſententiæ nec deeſſet ratio, nec authoritas; quia datur modus conſeruandi lucem, cur non et ſonum etiam? et hunc ſeruari poſſe tenent Baptiſta Porta, et Cornelius Agrippa. At, quia nos docet experientia contrarium, ſtabimus pro negatiuâ. Addit et probat Kircher vocem per tubos circulares meliùs propagari vehementiuſque intendi, quàm per rectos. Capite IV. Theatrum Vitruuianum et Villam Simonettæ apud Mediolanum deſcribit. Et ex Vitruuij *libr.* 5. *cap.*5. has lineas dignas, quæ ligantur adducit.

Itaque ex his indagationibus mathematicis rationibus fiunt vaſa ærea oro ratione magnitudinis Theatri, eaque ita fabricentur, vt cum tanguntur, ſonitum facere poſsint inter ſe diateſſaron, diapente ex ordine ad diſdiapaſon. Poſtea inter ſedes theatri, conſtitutis cellis ratione muſica ibi collocentur, ita vt nullum parietem tangant, circaque habeant locum vacuum, et à ſummo capite ſpacium, ponanturque inuerſa, et habeant in parte, quæ ſpectat ad Scenam, ſuppoſitos cuneos, nè minus altos ſemipede, contraque eas cellas relinquantur apertura inferiorum graduum cubilibus longæ pedes duos, altæ ſemipedem. Deſignationes autem earum quibus in locis conſtituantur, ſic explicentur. Si non erit ampla magnitudine theatrum, media altitudinis tranſuerſa regio deſignetur, et in ea tredecim cellæ duodecim æqualibus interuallis diſtantes conforniceentur vti ea Echæa, quæ ſupraſcripta ſunt ad netem hyperboleon ſonantia in cellis; quæ ſunt in cornibus extremis, vtraque parte prima collocentur; ſecunda ab extremis diateſsaron ad netem diazeugmenon; tertia diateſsaron ad netem parameſon; quarta diateſsaron ad netem Synnemenon; quinta diateſsaron ad meſon; ſexta diateſsaron ad hypaten meſon, in media vnum diateſsaron ad hypaten hypaton. Ita hac ratiocinatione vox à Scena, vti à centro profuſa ſe circumagens, tactuque feriens ſingulorum vaſorum cæua, excitauerit auctam claritatem, et concentu conuenientem ſibi conſonantiam.

Agit poſteà *pag.*291. de aure Dionyſij Syracuſis ſuperſtite, & *pag.*293. de ædificio Papiæ ſuperſtite, in quo multæ immodòdum vocum reflexiones audiuntur: de quibus Cardanus libr. 18. de ſubtilitate, in quo de mirabilibus diſputat, hæc habet.

Tertium vigiliæ genus purum eſt, ac ſyncerum, in quo tamen multis modis mira videre contingit: velut cum Echo reſonat, tum maximè multiplex, contingit, vt quandoque ſepties voces reddat. Noctu id mirum in modum admirabile eſt, & niſi vulgata res eſſet, quemcunque poſſet perterrefacere, adeò voces perſpicuas, ac tardè quandoque reddit. Cauſa eſt aer, qui à planis repercutietur, cauiſque non enim niſi antra, aut muro reſonant, reſonant autem ex vetuſtis, & magis procul, quàm propè: Elidi vocem in Echo neceſſe eſt, ac plano intermedio referri. Multiplex eſt perſæpe: nos triplicem audiuimus. Non ſolùm multiplicis vocis, aut ſepties redditæ exempla antiqui cognouerunt: Verem in Papia, Ticinum olim baſilica magni, vocant Salam Itali, quæ iuxta arcem ciuitatis ex oſtio toties remittit voces, vt numerare nequeas, quandoque decimatertia vox exauditur: aderant teſtes multi, & inter cæteros medicæ artis profeſſor egregius Melchior Malheuſer Germanus, noſter diſcipulus. Credidiſſes ab aliquo reſponderi, aut deludi: Emoriuntur ſenſim voces, ac deſinunt: Vnde mirum in modum, Ahime, quod ſonat Latinè, heu, refertur: velut morientis, ac deficientis vox. Quadrata hæc eſt ædes, & feneſtris patulis pluribus, in ſuperiore à lateribus illuminatur. Cæterum frons, & paries ex aduerſo poſitus integri ſunt, niſi quod in fronte oſtium adeſt, longitudo pedes circiter centum, latitudo 25. fermè: reſonat & multiplex vox ſi iuxta parietem alterum ex aduerſo oſtij ſteteris. Videturque ex ſublimi tunc oſtij parte reddi. Itaque ex vtroque latere, & maximè extra oſtium ipſum ſtantibus vox reſonat, in medio nequaquam. Vnde nemo dubitare poteſt, vel Dæmonem eſſe aut Sycophantiam. Nam vix Echo credi poteſt, adeo clarè, adeò expeditè, adeò ſæpè, ac ordine certo voces omnes exaudiuntur. Altitudo dimidio, vt reor latitudine maior; excelſa enim hæc eſt baſilica. Ita deſcribere placuit, vt ſciant homines, vbi talia experiri conueniat; aut ſi libeat exemplum aliud inſtaurare. Accepi ab adſtantibus, olim

ante

ante oſtium fornicem porticus è regione poſitam fuiſſe, cuius etiam magna pars ſupereſt; multoque melius ſolitas reddi voces ſtantibus extra oſtium ſub fornice; multoque locupletius, ac maiore fœnore, vt quæ trinis quandoque reſonarent: certum eſt, vt celerius profertur, maiorique ac concitatiore voce, ita clarius, ac frequentius reddi.

Poſteà *Pragmatia* I. pag. 295. docet Principum aulas ita diſponere, vt nihil tam ſubmiſsè dici poſſit, quod non audiatur, vel in eodem, vel in alio conclaui. *Pragmatia* II. fabricam ita diſponit, vt ſonus in duobus tantummodò locis oppoſitis, atque in nullo alio medio audiri queat. *Pragmatia* III. aulas in parabolicas ſuperficies deducit, vt auris certo puncto conſtituta quodlibet ſubmiſsè prolatum percipiat. *Pragmatia* IV. Hyperbolicam fabricam erigit ſonos congregantem. *Pragmatia* V. aulas fabricatur ellipticas ſonos mirificè intendentes. *Pragmatia* VI. Ellipſim acuſticam in palatio conformat, vt duo Principes in ſeparatis conclauibus conſtituti de quâcumque re tanquam præſentes poſſint colloqui. *Et tandem pag.* 397. ſtatuam confici poſſe, ait, in medio aëris pendulam, ſonos quoslibet tam articulatos, quàm inarticulatos, perfectiſſimè pronunciantem.

Hæc ſunt, quæ Muſa hæc prima ſub initium inſinuare ſuo candido Lectori voluit, vt rerum Phyſicarum gnarus ad Metametricam, aut Metamuſicam venire poſſit.

MVSA II. GRAECA.

☞ CDI.

SVNT, qui Echones veteribus inuident, & aiunt à Iunioribus inuentas eſse: contra illos diſputare non volo, ſed Muſam hanc ſecundam produco antiquiſſima carmina ad Echonem conformata adducentem.

Exſtant enim veteris æui carmina, quæ Archio aut Archiæ poetæ adſcribuntur, eſt autem iſte, aut qui ædificauit Syracuſas; aut Antiochenus ille, quem defendit Cicero, & ornatiſſimâ dictione celebrauit: aut Hyblæus, aut Mitylenæus, aut alius quidam, noſtris Poëtis multò ſenior & antiquior.

MVSA III. HISPANA.

☞ CDII.

POETAE noſtri Echûs ſuauitate & elegantia delectantur. Multa poſsem illorum Carmina proponere quibus dictionum fractio, aut etiam reflexio gratiam addit; ſed ſufficiat paucula produxiſse, vt genius Authorum cognoſcatur.

SONETO,

Al naſcimento de nueſtro Redentor.

EL mas querido y inflamado	Amado
Pueſto en el duro, y ſin conſuelo	Suelo,
Suffre por mi de tierra y cielo	Yelo.
En vn peſebre deſechado	Echado.
Eſta por veerme deſatado	Atado,
Y por tener de mi recelo	zelo,
Y del dolor, que no me duelo,	Duelo,
Llora mi culpa y deſdichado	Hado.
En vn pobre portal deſierto	Yerto,
La luz, do ſu grandeza encierra,	Cierra;
Y deſtila con dulce lloro	el Oro.
Que quanto encierra en ſu teſoro,	es Oro,
Y quanto de ſu Amor deſtierra,	es Tierra,
Y es amor lo que el ama cierto	Acierto.

SONETO.

A la Circuncifion de nueſtro Saluador.

AVra algun alma en tal blandura	Dura?
Que con tu ley no ſe comida,	o mida,
Viendo tu carne tan querida	herida,
Por aplicar a ſu locura	Cura.
Sangre que hazes la tierra impura	Pura,
Do el Alma pobre y ſin manida	anida,
Por quien la muerte introducida	ida
Entre la vida, y la ventura	tura.
Vuelue mi coraçon de immundo	Mundo,
De humano celeſtial, de inſano	ſano,
Y ſiempre en el, pues te enamora,	Mora.
En ti mi bien deſde el profundo	ſundo,
Pon en mi ayuda dulce Hermano	Mano,
Qualquier ſazon, qualquier deshora,	es Hora.

SONETO.

De la Santiſſima llaga del Coſtado.

DEuota voz, que no eloquente, Cuente,
La llaga amada, la querida Herida,
Donde el Amor en ſu manida anida,
Y que otro en ella ſe le aſſiente, ſiente.
A tan hermoſa y rica fuente, Vente,
Porque da a vn Alma no debida Vida,
Conque queda, ſi mas querida, herida,
Paraque herida, mas valiente aliente.
Tiené con ella en el deſpecho Pecho,
Tiene en todo feliz deſuerte, ſuerte,
Que ſabe, que en eſtando entierra, Yerra.
Cielo la tira, la deſtierra Tierra,
No la paga (que tiene pecho) Pecho,
Y aſi merece Dios ſu muerte, verte.

Duo priora Epigrammata reperiuntur apud Rengiſum *cap.* 71. tertium confeci puer; & ne periret, debuit alijs ſubſcribi.

Salmanticenſem Vniuerſitatem apparatu feſtiuo Principis Balthaſaris Philippi IV. Regis Hiſpaniæ filij natiuitatem celebrantem alloquitur quidam Eruditus Parnaſſi cliens his verbis.

SONNETO.

MAdre de ciencias, aſamada amada,
Si Apolo hermoſo en tu manida anida,
Ya nueuo ſol te da de vida vida,
Porque a ſu luz, tu luz ſagrada agrada.
Pues ſiempre triunfas aſſada oſada,
Nunca de Febo la querida ida,
Te huya, y quando ſe comida mida,
Que va de ti, ſi deſterrada errada.
Tu voz, a quien ſe deſenfrena, enfrena,
Quiebra al Zoilo inobediente diente
Quando tan docta, no diſuena, ſuena.
Quando tus fuerzas combatiente tiente,
Tu ſol venere la Agarena arena,
Tu gloria vn Angel eloquente, cuente.

☞ CDIII.

ADDAM duos Sonetos, quos Viennæ in Auſtriâ Reuerendiſſimus P. Didacus Quiroga Capucinus, Mariæ Imperatricis Confeſſarius nobis communicauit, vt noſtram & aliorum erga Reginam Angelorum deuotionem intenderet.

SONETO.

GRanada hermoſa, que en eſtrecho trecho
Granada ya ſin dar dentera, entera
Y limpia eſtas, en la primera hera,
Pagando al Cielo ſin deſpecho pecho. (1)
Eſto fue en Celeſtial barbecho hecho;
Y quien Diuina luz tuuiera, viera,
Que Dios te ſella, qual ſincera cera,
Dando a tus ſombras de ſu elecho el hecho. (2)
A ſer tu grano el Ser Diuino vino;
Su gracia en ti como en eſpoſa poſa
Reſplandeciendo con freſcura eſcura. (3)
Granada Dios te dio contino tino,
Y aſi quedaſte qual grandioſa Dioſa,
Y eternamente tu ventura tura. (4)

Fuit hic Sonetus à Margarethâ Auguſtâ, Sereniſſimâ Philippi III. Hiſpaniarum Regis Vxore concinnatus. Virginem-Matrem concipit ſub ſpecie Granatæ, & conſtans ſymbolo de eius puritate diſcurrit. Maria Imperatrix Matris ſuæ Margarethæ deuotioni inſiſtendo, hanc Echo ſcripſit.

SONETO.

MAr de gracias en callada allada,
Sin que de culpa el empreſtado eſtado
Dexaſe Virgen tu collado hollado,
Eſtas por gracia de enalzada alzada. (5)
Vaxo aqui Dios por tu ſagrada grada
A darte aſſiento en ſu comprado prado
Donde oy te tiene en regulado lado
Sobre ſu brazo repechada hechada. (6)
Dentro del ſeno de la cana Ana,
Queriendo, dar a mi locura cura,
Oy Dios te viſte de galana lana (7)
En ti ſe ablanda mi verdura dura;
Y aſi por ſer de peſte ſana, ſana
Mi mal; que en ti qualquier ventura tura. (8)

Sic Auguſta vtraque (Parens, Filia) de Immaculatâ Virginis Conceptione diſſeruit.

(1) *Granatam Margaretha ob oculos hominum ponit, ut Deipara pulcherrimam imaginem exhibeat. Granata, præter vegetatiuos rubinos nihil habet; nihil Virgo præter dotes & gratias Chriſti ſanguine purpuraſcentes.* Granada *in primo verſu eſt nomen ſubſtantiuum, in ſecundo adiectiuum.*

Granatum *fructus eſt notiſſimus: Hiſp.* Granada, *Græce* HPOIA *vel* POA *Plinius libr.* 20. *cap.* 41. Singultus & vomitus ſiſtit cum ſucco Granati *Columella libr.* 12. *cap.* 41. Et integra mala, dulcia, Granata, quæ Punica vocantur. *Et quidem in hac lachrymarum valle, nihil omninò habemus præter ſingultus & vomitus. Peccauiſſe lugemus, & incauti iterum redimus ad vomitum, Et Chriſtus indulgendo perſeuerantiæ gratiam ſingultus & vomitus hos ſiſtit: ſed quomodo: cum ſucco Granati: hoc eſt, Mariæ, (puriſſimi Granati) ſucco (oratione) ſolicitatus. Eſt autem Maria malum Punicum, integrum illibatum, dulce, vnde ab Eccleſia* vita & dulcedo *nominatur.*

Granatus, a. um. ΡΟΙΑ ΚΟΚΚΩΔΗΣ. *quod abundat granis. Et quidem, ſi granorum nomine gratias intelligamus, meritò Angelorum Regina eſſe* granata *dicitur, quaſi plena gratys.*

Alij homines en la primera hera, *in primo anhelitu, in primo vitæ inſtanti, ſoluunt Orco tributum, vnde Propheta Rex, Pſalm.50.* In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: *at Maria in primo vitæ momento ſoluit tributum Cœlo. An ne habuit etiam tunc vſum rationis, & Conditori & Præſeruatori ſuo gratias egit, & ſe illi actu charitatis inamiſſibili vnxit? Sic multi Patres ſentiunt, & ego credibile iudico.*

(2) Barbecho, *monticulus; audacter ad cœlum transfertur; nam & multi etiam Expoſitores* Excelſorum montium *nomine in Sacra Pagina Cælos intellexerunt.*

Pulchra eſt cera illa ſimilitudo. Aliæ materia dura ſunt & reſiſtunt Artifici; at Deipara in Dei manibus vt Deiformis fieret, ſemper fuit velut cera.

(3) El Sêr Diuino *Diuinitas, quæ Æterni verbi hypoſtaſi terminata & determinata (Verbum Diuinū, Filius) venit è Cælis (hoc eſt, vt meus Bernardus loquitur, non venit qui aberat, ſed apparuit qui latebat) venit, inquam, è Cælis, vt huius Partheny Granati granum (filius) eſſet.*

Reſplandeciendo con freſcura eſcura, *Sanè Paternæ gloriæ ſplendor, humanitate tectus, obſcurus fuit; erat Deus, ſed ignotus; vnde Paulus de illo intelligit inſcriptionem Aræ, quam olim Athenienſes* Deo ignoto *dicauerant. Eſt Ignis, ſed concupiſcentiæ feruorum in nobis gratia ſua efficacia refrigerans.*

(4) Tu ventura tura. *Si dixiſſet* Tu ventura dura, *leuiter in Echus leges peccauiſſet; at vſa fuiſſet Poëtria Auguſta voce magis nota & recepta: at ſiquidem illa voluit ſuum Epigramma claudere, ſub illud tempus illam vocem obtinuiſſe in Regio Palatio putarem; at hodie ab aula exulat, & obtinet tantùm in pagis.*

Tranſco ad alium Sonetum, illumque breuiſſimis Scholijs dilucido.

(5) *Gratiarum mare,* Mar de gracias, *meritò vocatur Maria: tum propter amplitudinem, tum etiam propter communicationem. Aliorum Sanctorum gratia, riui ſunt cū Mariana collata; hæc enim eſt immenſus Oceanus, cuius magnitudinem ſolus nouit, qui condidit. Fluuij tendunt in mare, vt iterum fluant: gratiæ dantur hominibus vt ad Mariam & per illam ad Chriſtum & Cælum pergant, vt inde iterum deriuentur ad viuos, qui in mundo Cælitum protectione ab hoſtibus internis & externis defendimur.*

Callada hallada. *Hæreo. Hic aliquid eſſe male ſcriptum putarem. Si* Hallada *nomen ſit,* callada hallada *erit* tacita inuentio. *Tu cogita.*

Empreſtado eſtado. *Pulchra eſt alluſio, & digna, quæ explicaretur & dilucidaretur vberius. Mutuò accepta pecunia eſt ſimul propria & aliena; & nulla in hoc ſublatet contradictio, quia conſiderationes ſunt diuerſæ. Sic culpa originalis eſt ſimul propria & aliena; alio enim ſenſu eſt Adami, in quo actualis fuit, & alio eſt noſtra. Sed hoc inſinuaſſe ſufficiat.*

(6) Comprado prado. *Redemit Hominem Deus: & ſui ſacratiſſimi ſanguinis pretio eidem Cælum emit. Eſt autem Cælum pratum illud Empyreum, in quo ſ[illegible] p[illegible]s Virginum choris inter lilia puriſſima paſcit Agnus.*

(7) Gal[illegible] lana. *Originalem gratiam veſti Poëtria comparat: docta à Sacra Scriptura, quæ* ſtolam albam *gratiam frequenter nominat.*

(8) De peſte [illegible]. *Peſtis nomine intelligit culpam orig[illegible]lem, [illegible] ita in parentibus eſt, vt & filios inficiat.*

Iterum hic verbum Turar *inuenio; & iterum iudico, non eſſe ita ruſt[illegible]um, vt locum in Palatio ſub illud tempus non habuerit. Hodie* Durar *dicimus,* d[illegible]e, perſeuerare, perennare.

Poetriæ hæ Auguſtæ obie[illegible] in Domino & in Dominâ, quibus ſtudioſe ſeruiuerunt, dum viuerent; & hodie æterna in Cœlis (ſic ſpero) apud gratiarum Mare fruuntur gloria, ad quam Diuinum Parthenij Granati granum nos perducat. Amen.





SYLVA VOCVM REFRACTARVM.

VT Echones Philomuſus cōponat,habere debet vocum copiam, quam Sylua, quæ ſubiungitur, exhibet. Continet præcipua linguæ Hiſpanæ vocabula, nec alijs indigebit Tabulis, qui illam habuerit.

Huic ſimilem Syluam pro Echo Latinâ Sylua ſequens proponet; quâ vti poterit, qui verſus Latinos componat.

Simili labore poterunt Lectores Eruditi hunc Parnaſſum augere, Syluas Græcas, aut etiam Gallicas, Italicas, Belgicas, Germanias,&c. conformando.

Hebraicam collegimus & exornauimus: at noluimus illam huc collocare, ſcripſimus enim קבלה *Cabalam*, Opus curioſum, variumque: & ibi ab Alephbethi elementis ad vſque Philoſophiæ & Theologiæ difficultates penitiores, omnia ad mentem Illuſtriorum Rabbinorum tractamus. Ibi, quæ in Metametricâ alijs linguis, Hebraicâ aut etiam Cabaliſticâ expendimus.

Darà.	Mandarà, &c. *Extrahe ex Futuro primæ coniugationis, verborum deſinentium in* Do.
Harà.	Desharà, lleuarà
Serà.	Coſerà,toſerà,deſcoſerà Repoſarà, &c.
Oſarà.	*Deduc ex verbis in* Oſo.
Verà.	Mouerâ, &c. *Vide verba, quæ in ſecunda Coniugatione deſinunt in* Eo.
Dirà.	Medirà, &c. *Ex fonte in* Dir.
Atarà.	Matarà, &c. *Deduc ex verbis in* Ato.
Idarà	Combidarà, cnuidarà, reuidarà, oluidarà,&c.
Odarà.	Acomodarà, enlodarà, apodarà, eſcodarà.
Trae.	Atrae, retrae, diſtrae.
Cae.	Deſcae, recae.
Nao.	Quinao.
Baho.	Abaho, deſabaho, Bilbao.
Flauta.	Enflauta.
Cauta.	Incauta.
Traiga.	Atraiga, retraiga, diſtraiga.
Caiga.	Recaiga, deſcaiga.
Aua.	Cauaua, alabaua, accaua recabaua.
Caba.	Acaba,recab. menoſcab.Aplacaba, &c. *Huc pertinet omnia verba finita in* Co.
Labio.	Aſtrolabio, enlabio.

Reſabio,	*Sabio.*
Tabla,entabla,deſentabla.	*Abla.*
Entabla,deſentabla, deſtabla.	*Tabla.*
Deſentabla.	*Entabla.*
Admirabla,&c.	*Able.*
Condeſtable.	*Stable.*
Variable,inuariable,inſaciable.	*Iable.*
Deſentable.	*Entable.*
Perdurable.	*Durable.*
Ineuitable.	*Vitable.*
Curable, Mudab. Pecabl. Placab. Sanabl. Domabl. Culpable, Tractab. Prob. Omnes hæ voces ſunt reflexæ, ſi proponatur *In*, vt ſi dicas, *Incurable, Inmudable (Inmutable) Inpecable*, etc.	*Nota*
Retablo,Diablo,Pablo,vocablo,venab. entab. etc.	*Ablo.*
Deſentablo.	*Entablo.*
Labra, etc.	*Abra.*
Palabra,de palabra, deſcalabra.	*Labra.*
Sonſaca, entreſaca.	*Saca.*
Deſataca.	*Ataca.*
Borracha emborra, deſemborra.	*Kacha.*
Deſempacha.	*Empacha.*
Moſtacho.	*Tacho.*
Deſempacho.	*Empacho.*
Deſgracia,congracia,regracia,agracia.	*Gracia.*
Enlacia,Galacia.	*Lacia.*
Huc pertinent omnia nomina finita in Ad, *vt* Verdad, Suauidad.*&c.Et verba in* Do,*vt* Mandad.*&c.*	*Dad.* *Dad.*
Inflamad, &c.	*Amad.*
Amparad,&c.	*Arada.*
Eſtrecad, &c.	*Echad.*
Tradad,&c.	*Atad.*
Acomodad,etc.	*Odad.*
Dorad,morad,etc.	*Orad.*
Repoſad,etc.	*Oſad.*
Soldada,alcaldada,Andada,quedada,Apiada,deſapiada, deſcuidada,denodada, combidada, guardada, &c.	*Dada.*
Barbada,ſobarbada,desbarbada,turbada.	*Bada.*
Agrada,degrada,ſagrada,conſagrada,ſangra.malogr.	*Grada. O.*
Iornada,mandada,ſofrenada,Granada,bocanada,cantonada,mango-	*Nada.*

 nada,

nada,campana, inuerna.empanada, reuanada,tonada, tornada. Ganada, etc.

Amada.O Aſamada, &c.

Azada. Brazada, lazada, abrazada.

Arada. O Camarada, parada, deſcarada, amparar, &c.

Aſada. O Paſſada, caſada, deſcaſada, &c.

Atada. O Patada, recatada, maltratada, &c.

agrada. O Sagrada, conſagrada, deſagrada.

ablada. O Endiablada.

Anada. Manada, granada, bocan. campan. empanada, reuan.

Elada. O. Celada, tonelada, canelada, velada, reuela. rezela. deſuel.deſel.pelada, &c.

Errada.O Aferrada, deſter. &c.

Inada. O Deſatinada, deſcamin. finad. &c.

Idada. O Combidada, nidada.

Ornada. Iornada, tornada, adorn. traſtorn. ſoborn. enhorn.

Orada. O Morada, enamor. colora. tempor. delafor. encorada, dorada, &c.

Vſada.O Acuſada, &c.

echada. OAprouechada, deſaprouech. deſech, etc.

Oſada. Poſada, roſada, acoſada.

enſada. Deſcanſada.

Odada. Acomodada, etc.

Onada. O Cantonada, mangonada,tonad.leonad. ſazonada, etc.

Criada. Bien criada, mal criada.

Fiada. Confiada, deſconfiada.

Lauada. Deslauada, enclauada,deſenclauada, clauada.

Morada. Enamorada, deſamorada.

Mudada. Demudada.

Lograda. Malograda.

Salada. Enſalada, deſſalad. deſal.

Sangrada. Deſangrada.

Templada. Deſtemplada, contemplada,

Tocada. Eſtocada, retocada, etc.

Enfade. Deſenfade.

Agrade. Deſagrade.

Hado. Honrado, etc.

Dado. Soldado, cuidado, mandado, cond, cand. deſcuidado.

Prado. Comprado.

Lado. Tablado Prelado poblado, deſpobl. trasl. Apoſtolado, Conſulado, ſalado, conſol. aſiſtol. acanal. hilad. &c.

Nado. Senado, Venado, ganado, cornado, granado, reynado, encarnado obſtinado, malcozin.

Vado. Maluado. ſalua. priuado, etc.

Anado. Ganado, granado.

Inado. Priuado.

Oſado. Depoſado, repoſado, etc.

Preſtado, etc. *Eſtado.*

Eſquadra. *Quadra.*

Taladra. *Ladra.*

Compadre. *Padre.*

Comadre. *Madre.*

Eſquadre. *Quadro.*

Taladre. *Ladre.*

Apaga propaga. *Paga.*

Eſtraga. *Traga.*

Viſage, menſage. *Sage.*

Vltrage, atrage, retrage. *Trage.*

Auentage, atage, amortage. *Tage.*

Deſcerrage, Abencerrage. *Rage.*

Abencerrage, deſcerrage. *Errage.*

Deſencage. *Encage.*

Alago, empalago, deſempalago. *Lago.*

Apago. propago. *Pago.*

Eſtrago. (ataja *Trago.*

Amortaja,mortaja,auentaja,ventaja, *Taja.*

Trabaja, abaja, ſob. nau. *Baja.*

Trabaja, nauaja. *Abaja.*

Encaja, deſencaja. *Caja.*

Deſencaja. *Encaja.*

Borraja, deſcerraja. *Raja.*

Empaja. *Paja.*

Deſtajo, eſpantajo, etc. *Tajo.*

Eſcobajo,contrabajo, lauajo, etc. *Bajo.*

Colgajo, gargajo, vergajo, deſgajo. *Gajo.*

Renaquajo, dequajo. *Quajo.*

Deſcerrajo, burrajo. *Rajo.*

Atrajo, diſtrajo, retrajo. *Trajo.*

Quintal, ſoportal, puntal, pretal, brutal, mortal, inmortal, occiden. orient. chriſtal. fatal,ſacerdotal, total, coſt. hoſpit. metal. *Tal.*

Vocal. Angelic.berroc.peñaſcal,carraſcal, broc. *Cal.*

Mariſcal, Pontifical, etc.

Anibal,atabal, arrabal. *Bal.Val.*

Verbal,cab.Vendau.ſeru.

Lobocerual,naual.

Roſalcaſ.vniuerſ.intereſ. *Sal.*

Lagrimal,animal. *Mal.*

Hoſpital. *Ital.*

Desleal. *Leal.*

Deſigual. *Igual.*

Alcauala,reſuala. *Vala.*

Zagala,bengala,regala. *Gala.*

Eſcala,azicala,encala. *Cala.*

Acorrala, querrala. *Rala.*

Empala,traſpala. *Pala.*

Acaudala, *Dala.*

Maeſtreſala,deſſala. *Sala.*

Deſiguala. *Iguala.*

Sardanapalo. *Palo.*

Batalla,e[illegible]alla,eſtalla,etc. *Talla.*

Hon-

Ralla. Honralla, deshonralla, borralla, enterralla, deſterralla, aterralla, encerralla, et.
Dalla. Medalla, mandalla, etc.
Aſalla Vaſſalla, auaſalla, amaſalla, etc.
Calla. Encalla, acalla, deſencâlla, arrancalla.
Malla. Amalla, etc.
Odâlla. Acomodalla, etc.
Atalla. Batalla.
Honralla. Deshonralla.
Rama. Enrama, derrama, Guadramma, deſparrama.
Cama. Eſcama.
Clama. Exclama, reclama, aclama; declama.
Fama. Infama, afama, disfama.
Adan. Rabadan.
Can. Azacan, vulcan.
Van. Gauan, deſuan, alcarauan, cordouan, Lauan.
Pan. Maçapan, ganapan.
Dan. Iordan, Soldan, Adan, Rabad.
Sana. Meſana, Inſana, corteſana, parteſana.
Lana. Porcelana, alana, plana, aplana, amilana, aſſolana, ſolana, fulana, galana.
Rana. Serrana, almorrana.
Gana. Deſgana, pagana.
Mana. Humana, ſemana, romana, hermana, entreſem.
Cana. Toſcana, Africana, comarcana, barbacana.
Llana. Auellana, villana, allana, arrellana, Seuillana.
Vana. Pauana deuana, reuana.
Azana. Holgaçana, ataraçana.
Lana. Amilana.
Grana. Deſgrana.
Mane. Humane.
Grane. Deſgrane.
Sano. Inſano, Corteſano, guſano.
Gano. Pagano.
Mano. Hermano, Otomano, ſacomano, humano, inhumano. Romano, paſſama.
Vano. Eſcriuano, en vano, auano, reuano, Vrbano, Siluano.
Llano. Auellano, Seuillano, Caſtellano, allano, arrellano, villano.
Iano. Cirujano, Trajano, Riojano.
Gano. Pagano.
Cano. Africano, Toſcano, Vulcano, Coruncacomarc.
Alano. Galano.
Tranca. Potranca, atranca.
Manca. Salamanca.
Franca. Villafranca.
Arranca. Carranca.
Vanco. Lauanco.

Barranco. *Arranco.*
Enſancha. *Sancha.*
Enſancho. *Sancho.*
Demanda, deſmanda, remanda, Milanda. *Manda.*
Zarauanda, auanda. *Vanda.*
Ablanda. *Blanda.*
Ablando. *Blando.*
Demando. *Mando.*
Mandando, etc. *Dando.*
Auando, probando, etc. *Vando.*
Deshonrando. *Hõrãndo.*
Amando, Hablando, Aſando, Atando, Hortando, Blando, Echando, Errando, Eſtando, Ilando, Idando, Imando, Yuando, Odando, Omando, Orando, Oſando, Vſando. *Ando.*
Cauaña, arrebaña. *Vaña.*
Guadaña, eſpadaña. *Daño.*
Traſmontaña, monta. caſt. peſtaña, reſtaña, Bretañ. *Taña.*
Alimaña, Alemaña, artimaña, tamaña amaña. *Maña.*
Ocaña, encaña, tacaña. *Caña.*
Deſengaña. *Engaña.*
Suſaña, enſaña. *Saña.*
Maraña, muſaraña, telaraña, enmarañ. deſenmar. *Araña.*
Enmaraña, deſenmar. *Maraña.*
Deſentraña. *Entraña.*
Eſtaño, ermitaño, caſtaño, reſtaño, antaño. *Taño.*
Redaño, eſpadaño. *Daño.*
Picaño, calcaño, eſcaño, tacaño, encaño. *Caño.*
Apaño, acompaño, empaño, deſacompaño. *Paño.*
Rebaño, baño, arrebaño. *Baño.*
Deſengaño. *Engaño.*
Amanſa, remanſa, Almanſa. *Manſa.*
Decanſa. *Canſa.*
Decanſo. *Canſo.*
Remanſo, amanſo. *Manſo.*
Traſplanta. *Planta.*
Sacroſanta. *Santa.*
Diſcanta, encanta, deſencata. *Canta.*
Amamanta, enmanta. *Manta.*
Conſonante, Aſſonante, diſſonante, malſonante. *Sonante.*
Menguante. *Guante.*
Diſcante, encante, deſencante, tocante, peſcante. *Cante.*
Inſtante, conſtante, incoſtante, circonſtante, diſtante, reſtante. *ſtante.*
Inconſtante. *Conſtante.*
Traſplante. *Plante.*

Can-

Canto. Acanto,diſcanto,encanto,&c.
Tanto. Entretanto, por tanto.
Santo. Sacroſanto,diſanto.
Manto. Enmanto,Erim. Rodan.
Planto. Traſplanto.
Danza. Bien-andança, mudança.
Lanza. Valança,alança, miſcolança,Arlança, balanza, templança, deſtemplança,aualança.
Fianza. Deſconfiança,conf. afian.
Papa. Antipapa,empapa.
Tapa. Atapa,deſatapa, deſtapa.
Capa. Eſcapa,ſocapa.
Atapa. Deſatapa.
Apo. Sopapo,empapo.
Tapo. Atapo,deſtapo, deſatapo.
Dar. Mandar,etc.
Mar. Amar,etc. Alamar,paloma.
Hilar. Tham.pilar,deshilar,
Amar. Thamar,alamar,inflam. etc.
Altar. Gibraltar.
Aſpar. Gaſpar,aſpar.
Agar. Lagar,vagar,amagar, etc.
Para. Antipa.a, ampara, compara, repara, diſpata, prepara, eſcapara, etc.
Rara. Ferrara, aferrara, etc.
Cara. Açucara,deſcara,encara.
Clara. Aclara, declara.
Vara. Enuara, reſuara, Gueuara.
Auara. Clauara, etc.
Amara. Clamara,&c.
Quitara. Alquitara,deſquitara.
Ampara. Deſampara.
Varca. Auarca, enuarca, deſenuarca, ſaltanuarca.
Enuarca. Deſembarca.
Marca. Demarca.
Varco. Enuarco,deſenuarco,auarco.
Varda. Aluarda,alabarda, bombarda, enalabarda.
Carda. Moſcarda,eſcarda.
Guarda. Aguarda.
Tarde. Baſtarda,retarda.
Guarde. Aguarde.
Tarda. Detarde enrarde,retarde.
Pardo. Pero pardo,Leopardo.
Guardo. Aguardo, reſguardo.
Carga. Deſcarga,encarga,ſobrecarga.
Larga. Alarga.
Embarga. Deſembarga, Embarga.
Cargo. Deſcargo,encargo.
Largo. Alargo.
Embargo. Deſembargo.
Arra. Parra, &c.
Quid facit, vt reliquis præſtet mortalibus vno
Corporis inſignis Sedigitus? *Digitus*.
Canitiē malo, a) ΦΑΛΑΚΡΟΣ ſin reddar oportet
Ne noter, haud metuo. Caluitij. *Virg*.
Hocce quid eſt, quo cūcta ruēs Libitina, metēſq;
Pergit ad interitum ſic dare Sæcla? d) *ecla*.
Quidue aliud, quā puluis Homo, quā Solſtitialis
Flos Herbę, aut potius quid niſi fumus? *Humus*.
Aut, cui Mortari eſt ex re Nota, Piſtillorum
Contuſa aſſiduo verbere e) Pila? f) *Pila*.
Condignum ne Homulo quid agit, tot ad aſpera
In cunis infans qui mihi vagit? *Agit*. (natus
Quanto at peius agit Diderix mihi, reſpirandi
Qui impos, anhelo Animæ ΠΝΕΥΜΑΤΙ tabet? g) *Habet*.
Cur (rogo) putori morbiſq; obnoxius Auſter?
An quia nimboſo flamine h)
Tāti (heu) cauſa mali mulier quæ Suaſit Adamo
Arbore de vetita carpere Mala *Mala*.
Hinc Ate incubuit terris, hinc ſemina ſparſa
Morborum, hinc Febres peſtiferæ. *Æſtifera*.
Alite Mors volitat curris, Lethi eſt nota Taxus;
Symbola fert Chriſtus Taxifragi *Axifragi*.
Quem prece ſi venerer, Scelerū ſi pœniteat me.
Nil ne boni hinc Supplex inueniam? *Veniam*.
Quid faciat ſuades, cui nulli in crinibus hydri.
Omnis Caſtaliæ cui liquor aret? *Aret*.
Vtilius ne apaludis aues, quam cortis alemus,
Vir quibus eſt lucis nuntius ales? *Ales*.
Quidnā ægris togulę, atq; cibi tot agētibus optes,
Queis neque cella, nec æs, omnia i) ΡΑΚΟΣ k) ΑΚΟΣ.
Res quænā eſt, qua pręcipue, poſt dulcia Phrines
Oſcula delectat ſe Meleager? *Ager*.
Quæ Thamyrę merx apta, cui neq; prata, nec arua
Vlla neq; impreſſo vomere lira? *Lyra*.
Ecqua Arbor Serophæ tritis accommoda coſtis,
Pruritum peperit cui ſcabies? k) *Abies*.
Cui pecori potius frutices, & agreſtis erica,
Quam thyma conueniunt quamque Citrago? l) *Trago*.
Pro calamis ſed enim Blēno quæ digna ſupellex
Tanta cui inſeditos ſtribiligo? *Ligo*.
Menſarum quidnam pedibus, ſigniſque Deorum
Materiæ imprimis, vtile rebor? *Ebor*.
Vnde niſi à Phrygione petā, mihi textile opus ſi
Aulæum fuerit, ſiue Tapete? *Pete*.
Pertica Tendiculam ſuſtentās, nomē habet quod
Qua iacęt ad Syluæ deuia trames? *Ames*.
Vertentis Canthi æs crepero ſtridore Leonem
Territat, anne etiam Rhinocerota? m) *Rota*.
Dic mihi, quid Chriſtæ, Turmis quæ cōmodā &
In Galeę præbet vertice Conus? *Onus*. [Alis
Quæ labefactandis aptiſſima Machina portis,
Firmior aut ſi quis ſit paries? *Aries*.
Quis Deus eſt, ope cuius egent in aperta pericla
Ante alios prompti ſe dare n) Cares? o)
Paſcere ſi minimo cupias, ſcin' qua dape alendus
In caſtris frugi ſit tibi Tyro? p)
Quæ res præcipua eſt, rigidi inter prælia Martis,
Quam ſibi depoſcat cruda Machera? q)
Nil tamen iſta iuuant, adſit niſi Martius Ardor:
Bella auſis conſtant magnanimis. *Animis*.
Quid lucro imprimis fore mi cū fœnore cenſes,
Si tractanda fuat Res populi? *Æs Populi*.
Dic, quid erit ternum rediens quater vncia in
[Sic te, ô Diua, legat Poſteritas] *Erit As*. [orbē?
Sēper acervāti Æs, quod nunquā inſpectet, auaro.
Quid q) Thamyræ exoptes? nū loculos? *Oculos*.
At quid præcipue fucatos inter amicos
Conſueuit mentes conſolidare? *Dare*.
Veræ vbi [dic] Fidei recolam veſtigia caſcos
Nunquid apud Cattos, an Batauos? Atauos.
Cum quibus at Populis ſocianda cubilia cenſes,
Quid dare vult operam connubijs? *Vbys*.
Sāguine anus ſucco q; carens, quæ prurit honorē
Quem meritā dicas, num veretri? *Pheretri*.
Mentitur, virum auere negans ſe Caia valentē,
In thalamis operam quæ ſibi nauet. *Auet*.
Medęā, at quid agas, ſi nanciſcare, vel Orphei
Cæde infamē aliquam Treiciam? *Eijciam*:
Et merito: neq; enim tam Barbara Vate marito
Digna, fero at potius Cannibale *Annibale*.
ΗΜΙΓΥΥΟΣ cui nupta decens, nec lanna mordax,
Effugere Atridę qui pote r] ΚΗΡΑ s] ΚΕΡΑ.
Vxorem Calaminus habet, ſed ſcin [rogo] cuius
Solius rei egens ſit ΚΑΛΑΜΙΝΟΣ, t] ΙΝΟΣ

a) Ennij, qui Rudijs Calabriæ oppido natus. b) Cuius [haud paulo ſane Ennio vetuſtioris] Carmen de Moribus, indidemque petita Fragmenta aliqua multa apud Verrij Abbreviatorem leguntur. c) Narutum à patria Ciuitate Almeria [quæ hodie Alcmaria ita denominatum. d) Vergilius Georgicis, Varro in libris de re ruſtica. Quod argumentum iam antea Mago Carthaginenſis [parens ille ruſticationis Columellæ dictus] lingua Punica à XXVIII. voluminibus induſtrieſiſſime fuerat perſecutus. Quæ deinde Roma ex S C to, i. Auctoritate publica in latinum ſermonem conuerſa. e) Gabriel Altilius, Epiſcopus Polycaſtrenſis cuius erudiſiſſimum Carmen Nuptiale in Iſabellam Arragoniam impreſſum legitur, f) Hieronymum Augerianum intel-

lige

lige cuius ΕΡΩΤΟΠΑΙΓΝΙΟΝ una cum Marulli ac Secundi noſtri Poëmatis non ita pridem in Germania recuſum. g] T. Veſpaſianus Herculis Stroza pater. h] Petrum Angelium Bargaum, cuius extſtant Cynegetica. i] Petro Potichio Secundo. k] Eliſij, Calenty, [magno Pontano illi coætanei] cuius opuſcula Poetica Romæ quondam typis publicata. l] Benedictus Arias Montanus. m] Domitij Palladij Sorani, cuius Epigrammata multo impuriſſima Venetijs impreſſa leguntur. n] Eo nomine vocatus Remus Sylvius XII. Latinorum Rex, qui ob impietatem fulmine ictus interijt. Dion & Oroſ. o] Panagius Salius Veromandenſis. p] Ioannes Auratus. q] Pro quouis Librario accipiendum à veteri illo cum Martiali Quintiliani Præconijs decantatiſſimo Bibliopola. r] M. Antonius Caſanoua, cui, in tanta delectiſſimorum Poëtarum copia, vni omnium arguti Epigrammatis palmam ab ipſa Vrbe publice delatam fuiſſe, teſtis eſt Palonius. s] Tragus Pompeius. t] Rerum Grammaticarum Scriptorem non incelebrem, Claudiana ætati ſupparem, a cuius Hiſtoriarum fido exorſus Maior Plinius, continuato deinceps ordine, temporum ſuorum res geſtas vno ac XXX. voluminibus perſecutus legitur. u] Bartholomæo Facio, qui temporum ſuorum Hiſtoriam X. Libris complexus. x] Rerum Franciſcarum Scriptoris, à VVechelo Lutetiæ excuſi primitus. y] Lamberti Scanaburgenſis. z] ΩΡΟΓΡΑΦΙΑ Annales vnde ΩΡΟΓΡΑΦΟΙ Annalium compoſitores ΩΡΟΣ enim annus eſt. a] Ad Ephorum Cumaeum illum hoc omne referendum, qui 750. annorum Hiſtoriam ab Ilij expugnatione ad ſua vſque tempora XXX. libris ex perſecutus. b] Vbbo Emmius, Friſicarum rerum Scriptor multo diſertiſſimus. b] Pro, Menſura, Victorinus. c] Acerem enim antiquitus Stupori conſecratum fuiſſe, Auctor eſt Seruius. d] Tmeſis, pro intercapedo. e] Ad profeſtatum Idiotiſmi noſtri conuitium Alluſio ex ſcæua imperiti vulgi opinione potius quam mea, per tempus & cauſam huicce loco populariter accommodata. f] Differitas pro Differentia, Lucret. g] Pro Gladiatoro. h] Siquidem Tyronum exercitationes tam militares in campo quàm in ludo gladiatoria. Rudibus i. forulis peragebantur: quod Batuero proprie dicebant, & Gymnaſium ipſum Batualia, quæ Batualia, vulgo dictitari ſolere teſtis Adamantius Martyr. vnde & Idiotiſmo noſtro natum hodie vocabulum, Betaille. i] Vſus ea voce Labutius Mimorum ſcriptor haud incelebris pro bibulis & ebrioſis. k] Id eſt, incorrupti, atque [vti Criſpus loquitur] inuicto animo aduerſus diuitias Agiles porro, pro actuoſis poſitum. l] Pro Caule ſiue Braſſic. m] Vrbem Aegypti, vbi Pan colitur & Hircus vt ait Pindarus. Vide Volaterr. lib. 12.

n] Alid pro Aliud ΑΡΧΑΙΚΩΣ o] Quippe quæ præſentariam Antidoti vim habeant, ſerpentum morſibus auxiliantes ac venenis reſiſtentes. p] Ad Horatij illa referendum Cuncta ſupercilio mouentis. q] Secundum illud eiuſdem Poetæ Stultitiam patiuntur opes. r] Ad imitationem Ennij ſcribentis: Qui ait pro factis reddere opera pretium. s] Aquam pro Sudore, ſc. lucrifacies. t] Noe. v] ΖΩΑ, animantia. x] ΣΟΑ ſalua denotat. y] Obſtetrices. z] Amenophis. a] Aegypti Rex edictum de necandis Hebræorum pueris propoſuit, cui tamen per obſtetricum pietatem obtemperatum non fuit. b] Ο & Η ΧΟΙΡΟΣ præter vulgatam ſuis notionem etiam ΤΟ ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝ ΑΙΔΟΙΟΝ ſignificat apud Ariſtoph. in Acha. c] Ferus, pro quo poſuimus hoc loco, Catulli in eo, tum Vergilij, Prudentij, Petronij denique auctoritatem ſecuti. Qua de re in Scriptorem illum Præcidanea noſtra conſulantur. d] Acus, Aceris pro palea, h.e. purgamento frumenti poſitum hoc loco. e] Stertorio. Vide Plutarch. in ipſius vita. f] Refer ad illa Martialis: Tonſorem puerum, ſed arte talem, Qualis nec Thalamus fuit Neronis, Druſorum cui contingere barba. g] Hoc ad Epigramma illud Germanici Cæſ. pertinet, cui initium: Thrax puer adſtricto, &c. h] ΑΝΤΙ ΤΟ ΦΗΡΑ. i] Morio. k] Montem. l] Magellanica, Victoriæ & quidem Alata, Titulum atque Inſigne præferens. m] Sola. n] Vico regni Perſici, vbi primum Eunuchi facti, quo indidem quoque Spadonum nominis occaſionem cepere. o] Magnum, ingens. p] Primi, ſcil. Comitis. q] In annalibus noſtris metro conſcriptis. r] Roſam. s] Anno MCXXXL. Vide Hollandicarum Rerum Annales, ſiue Chronica noſtra vernacula. t] Canem. u] Eius Vrbis deſcriptionem quære apud Petronium. x] Heliogabalus. y] Pro Cruce Varro. z] Furandi ſtudium. a] Furem, Contentionum Dea, ſiue Litium. b] Viſio diuina. c] Pro Sero lactis. d] Lutum non eſt lutulentius. Plaut. e] Refer ad Herculis Epithetum ΤΕ ΒΟΥΦΑΓΟΣ late. f] Lac. g] Interpretanda ex verbis illis M. Varronis: Cum cibum ac potionem Buas ac Papas docent, & Matrem Mammeam, Patrem Tatam, Vide Non. h] Caput. i] Caluus. k] Pro Secula, i. falco meſſoria, qua ſegetes inciduntur. Saturni dentem indigitat, Verg. Nos, Een Zeeckel. l] Pila, primam producens hoc loco pro Mortario ponitur in quo farra olim, nunc legumina, Herbæ, ſemina atque aromata contunduntur. m] alluſum ad illud Comic. Diuos quaſi Pilas homines habent. n o] Ad ſolennem illam Pop. Ro. ΕΠΙΒΟΗΜΑΤΩΝ formulam ſpectat hæc alluſio qua leſis in Arena Gladiatoribus ſpectatores acclamare conſueverant,

rant, *Habet Vide Lipſij* Saturnalia. ΑΥΓΑΣ *tam humidum, quam perniciosum* ὙΓΡΟΣ *humidum ſignificat*. v] *Pro viliſſimis pannis & linteis*. q] ΑΚΟΣ *remedium*. r] ΕΙΡΩΝΙΚΩΣ *quam cæterequi hecce Arboris genus maximè enodi ſit cortice*. s] *Hirca*. t] *A verbo Roto, vt ſit imperatiuus, vtque quaſi ſubaudiatur, fac periculum*. u] *Ad verbum illud vetus referendum*: ΕΝ ΚΑΡΙ ΤΟΝ ΚΙΝΔΥΝΟΝ. *h.e. In care periculum, ſ. facito*. Siquidem Suidas *ſcribit Cares primos mortalium mercede militaſſe, vt qui vitam ſuam vilem haberent, ſanguinis animæque plus æque prodigi*. x] *Mors* y] z] *Caſco*. a] *Pro* ΧΕΙΡΑ, *i.e. manum* b] *Pro oculis capto, ſiue cæco*. c] ΚΗΡΑ *Fatum ſiue ſortem ſignificat*. d] *Pro* ΚΕΡΑΤΑ *cornua*.

Librorum inſolentiæ Caſtigatio.

☞ CDIX.

PIgnora, quid faciam, mea ſi corrũpere pergat
Nequitiæ ludum gens dare ſueta? *Veta*.
Ambo ſed auerſi ſtudijs melioribus, aiunt
Rem nolle eſſe ſibi cum a] Salomone. *Mone*.
Nonne vides, exuta omni vt pietate, Paternum
Abſumant ipſo cum Lare b] ΔΩΜΑ? *Doma*.
Belle in quis; ſed enim hi frenos mordere periti:
Hinc c]· Ruere, haud ſecus ac Gres ſine Rege. [*Rege*.
Qui poſſim ore tenax atq; aſper vterq; nec vnquã
Geſturus morem mi vieto d] *Vieto*.
At ſcin', queis iidem ſoliti confidere Amicis,
Exe:nere vbi ſe compedibus? *Pedibus*. [Vina
Lac pat ium hinc Indo Sale miſtũ, & Aromate
Obducunt plenis è pateris f] *Pateris*? [flagri
Nam quid agam? Scholicine notem, vis, verbere
Præfractæ Sobolis g] ΧΑΛΚΕΑΝΩΤΑ. *Nota*.
Factum; nec ceſſo ſcutica obiurgare rebelles;
Corrigere at prauos haud facile eſt. *Facile eſt*.
Eueniet; quippe in Philacã hos adducere certũ
Qua Moſa alluitur amne Vahalis h] ΑΛΙΣ [eſt,
Vah pudet; & ſerũ eſt ſi dura adeo ora Magiſtri
Imperio incaſſum frangere conet i] ΟΝΑΡ
Quandoquidẽ callo obductũ cor vtriq; nec vllis
Naturæ expellas fuſtibus m] ΗΦ ΙΣ n] ΕΓΟΣ,
Senſibus ambo tamen digni melioribus vti,
Et ſpes eſt fore, vti conualeant. *Valeant*.
Quid facit. vt noſtros exornet Laurea poſtes.
Vittaque condecoret lanea limen? Hymen,
Dos Nata hinc promiſſa meæ ac Spõſalia, nobis,
Hæc rata ſemper erunt, non modo grata *Rata*
Quæ digno quũ iuncta Viro, Spes ne eſt fore, Auũ
Nepte auctũ faciat, ſiue Nepote i] *Pote* [vt me
Iãq; vterũ puto fœta geret: nõ Marti vti quõdã
Auſa ſuo Geminos quæ dare m] Rhea n] *Pia*.
At mi etiam Caiæque meæ Nata altera reſtat:
Poſcitur hæc nuptũ nõ ſine o] Dote p] ΔΟΤΕ
Di facite, hic fœlix ſeros extendat in annos
Parcarum Lacheſis aurea fila q] ΦΙΛΑ.
Qua [rogo] iter facturus eques, Sextilibus horis
Per Patriæ quoties flumina vado? *Vado*.
Groningam à Leida quot iter dicam eſſe dierũ,
Reſponde, tridui, an quatridui? *Tridui*.
Hei quid agam ſi me, Friſijs dum verſor in oris,
Nocturno infeſtet pulice Sneka? *Neca*.
Vrbes Vtricum porro Vvilcorum diſtat ab Arce
Neſcio menſuræ quod ſtadium, *Stadium*.
At quæ præcipuè hic vitare incommoda debet,
Candida cui plantas veſtit aluta? *Luta*.
Lintre opus eſt, freta, ſeu flumẽ tibi trãſmittẽdũ,
[Nam cum viminea quid tibi crate] *Rate*,
Durat eo [inquit] Equo, ſubmerſa ſed rate, nandi
Spes ſupereſt quoties res ita nata? *Nata*.
Quid mihi tendenti Libethrida verſus, iter ſi
Infeſtũ reddat gens r] Teleboa s] boa. aures
Proclamare iubes ſed quas [rogo] vox mea ad
Peruentura, aut ſors Ghaonidum? Aonidum.

a] *Hoc eſt, nerui ſiue virium*. b] *Pro quouis Sapiente*. c] *Domum, ſiue Ædes*. d] *Quod quidem nos Belgæ, ex idiotiſſimi noſtri ſententia* Hollen. *propriè ac ſignificanter interpretari poſſumus*. e] *Vincite, ſiue Alligate, vel conſtringate potius; ab antiquo verbo* Viere? *unde &* Victores, *pro victoribus paſſim apud Rom. Scriptores obuij*. f] A *verbo patior*. g] *Ferrea terga*. h] *Satis ſ. eſt*. i] *Omnium*. k] *Indolem, Ingenium*. l] *Fruſtra*. o] *Pote. pro poſſibile eſt*. p q] *Numitoris Albanor. Regis filia, quæ Ilia item vocitata*. r] *Facile*. s] *Date*. t] *Amica propitia*. u] *Ætoliæ populi, latrocinijs infames antiquitus*. x] *Clama*.

Peregrinandi ſtudium.

☞ CDX.

ORbẽ quero Nouũ; quid fiet morbi aliquid ſi
Spaniola hinc pariat, vel mihi Cuba? a] *Cuba*
Tutius hinc te ra facere eſt iter, ac graue, primo
Protinus è ſtratu ſurgere mane *Mane*.
Haud mane, neque me Tragoræ vicinia, longo
Nec iuuat exhauſtum Marte nouale. *Vale*.
Impetus hinc Latios ſæpe eſt mihi viſere fines,
Peruenia nque precor vel Mutinã, ô *Vtinam ò*.
Vſque vel Eridanum ſaltem fonte ve Timaui,
Euganeos vltra, ſiue Henetos? *Venetos*.
Nam quis non patrijs præponat victibus Vrbem
Felſineam doctis cum Populis? *Epulis*.
In ius viſne vocem ſi quis male vel faciat mi,
Vel dicat contra publica Scita? *Cita*.

Quid

Quid faciam, quærulene ſeram faſtidia Socrus?
Haud mihi ſic animi degeneres? *Generes*.
Iam quid agam ſi quis plena inter pocula, verſe,
Eluuio aſpergat me pateræ: *Fatere*.
Quid porro muſſemne etiam vis, ſi quis aſellus
Pro calce impingat mi cubitum. [*cubitum*.
Pro nihilo ergo putē merulēt̨ opprobria turbæ,
Pro nihilo ſannas, verbera, ſputa? *Puta*.
Præceptum de plebe alicui des tale licebit,
Non mihi, gente ſato Parmigera? *Armigera*.
Quid facit, vt tutos præſtet mihi Ianua ſomnos,
Poſt cœnam, ſubijt nox vbi ſera? *Sera*.
Quæ pars illa Domus, per quā exportāda Sabella,
Peſte mala hæc horno ſi moritura? a] ΘΥΡΑ
Quare habitura opus eſt Vicinia, ſi bibula ędes
Ipſa ſuas pergat vrere Damis? b] *Hamis*. [vim.
Nā c] matula ex ſuperāte modū quā[ſcis]habeat
Ebrietas mentes infatuans *Fatuans*.
Plus vter in tenebris metuendus pariete rupto,
Furne manu promtus, an mage latro? *Latro*.
Deprenſo ſed nocte meos vi frangere clathros,
Non neruo huic fauces illaqueo. *Laqueo*.
d] Præſtite quo Diuo ſapiens vtare, Penates
Nequa tuos auſit vis violare *Lare*. [agnam.
Hoſtile hic quoq; nomen habet, cui thura, vel
Pro re [vti vult Marcus] ſacrificato e] *Cato*.
Proinde Ioui Ianoque ſimul, Veſteque litandum,
Quorum ope res omnis mi ſtabilita? *Lita*.
Seminibus quid agam patrijs [Dea] quę neq; Iaua,
Miſſa neque à molli ſunt mihi Sere? *Sere*
Vtilius ne metam ſegetes, quam tubera ſi mi
Viuendum a Meroen ſub Mahometo? *Mete*
Dic mihi quid præter genium cœlique, ſolique
Concinnet nobis mitia mora? *Mora*.
Quid nux viſa tibi quid menſis apta ſecundis
Vva, mihi à noſtro miſſa Libone? *Bona*.
Quæ Faba Pythagorę [puto] cognata audijt olim.
Dicitur indigena voce ea Bona *Bona*.

a] In morbo, immo in lecto potius b) Ianuas c) Hama, inſtrumentum arcendis reſtinguendiſque incendijs comparatum. Iuuenal. Diſpoſitis prædiuet hamis. d) Ad Lemma illud Satyræ Varronianæ alluſum. Sis modus matula, ſiue ΠΕΡΙΜΙΦΙΣ. *e) De Laribus cognomento Præſtitibus conſulendus Ouidius in Faſtis; de Hoſtilijs Feſtus. f) Libro de re ruſtica, vbi Solennitatis huius exſtat Formula & quidem verbis conceptiſſimis.*

Ex perſona frug, h. e inemptis dapibus victitare conſueti, Patrisfamilias.

☞ CDXI.

TRrās mare vecta alij iubeāt ſibi Fercula po-
Nō cōtēti Epulis VVeſtphalicis *Alicis* [ni,
Cinnama quos, indæq; iuuāt plus germina Meſſis
Quam ſata rupe ſeges Caucaſia. *Caſia*.
Mos quibus, Arabio hunc pertūdi corpus Amo-
Hinc Nardo crines Aſſyrio. *Syrio* [mo,
Me ne etiā, hoc vt more linā vis. tēpore; corpus.
Si quando ad menſam ſterno recline? *Line*.
Vncta apage hęc: mihi ſat quid vis, ſimul hoſpitis
Prādiolum poſſum ſumere ſolus *Olus*. [expers
Eſn alij hinc ſibi mala legāt; mihi Nectaris inſtar
Sunt ſucco expreſſo mitia Poma a] ΠΟΜΑ
At quali ſcin', Lacte vtar, diſpendia vitans;
Siue die medio ſeu mage ſero? b] *Sero*.
Nec geniū fraudare mihi tamen vlla libido eſt,
Di melius: cura hæc ſit Smalijs. *Alys*.
Et qui non niſi Anū Conuiuam ſueuit habere,
Furfuream opponat cui Secalen *Hecalen*.
Sat mihi ſat quiduis, tenues dum condiat eſcas
[Fida Peni Cuſtos quæ mihi] Gnea NEA.
c] Glaucia ſat Boſtas, Phalaris Querquedula, opi-
Piſce paludigena farta nates, *Anates*. [mas
Præ quo Epulo nec Auis placeat mihi Phaſidis, [orbæ.
Quā Megare aſſueuit mittere clitus d] ΙΤΥΣ.
Nec pluris Leporina mihi quam Bubula pingui
Nec vitulo pluris macra Lagois. e] ΟΙΣ.
Nil Rhōbus, nil Trigla ſapit: apage Oſtrea; totū
Nec Catia apponat mi gula ΚΑΠΡΟΝ *Aprū*
Nam ſtomacho magis apta meo Porcina; ſueti
Me tenui oblectare Iſicio. ΣΙΤΙΩ.
Sic tamē, vt mihi nec miurā, neq; Salgama poni
Vlla velim; haleces nec placeant *Aceans*.
Nec pa[r]itura ſitim cupio farcimina ſumo
Durata, aut crudum neſcio quid. *Scio quid*.
Me Faba nata domi, me nux capit & cui Ponti
Prima dedit nomen Vrbs Ceraſus *Ceraſus*.
Pruna f] Damaſco ipſi nomen debentia, toſta
[Phæbe] tuis radijs, vel clibano, *Libano*.
Plus fructus nos nēpe iuuānt quā tortilium lanx,
Aut bis cocta Rota ſchemate g] Spira *Pira*.
Poma immo potius; capior quoq; palmula, & vuis
[h Perſica nec ſperno] Duracinis *Acinis*.
Hoc [rogo] nō melius, quā ſi Turdo Oſtrea vel ſi
Sanguine cum Scombri Vina iugaro h] *Garo*.
Non Medici credis, non Curatoris egere,
Laureolo bona quis ſi ſua leget? *Eget*.
Remigione meo: ſatins gerā vt omnia: quam me
Conſilio Patrui ſemper egere? *Gere*.
Ecquid opus, ſaluum vt iugulum mihi Numina [præſtent,
Quam prius i] Antiochi ſorpice rador? k] *Ador*
Grata Deo quondam, noſtro cur tempore lęta
Arguitur culpa labe Chorea? *Rea*.
Quid lacrymarū imbri ſalſo aſſimulemus, amātū,
Conſueuere oculi queis lacrymare? *Mare*.
Dic mihi, res quænam cupido cōſueuit amanti
Eſſe odio imprimis mēs cui mora? *Mora*.

Quomodo ſe thalamis Dñę inſinuabit Amator,
Cui fallenda habili pollice clathra l] ΛΑΦΡΑ
Quid paſſurum animo credis, Spartana alicui ſi
Diducto retegat tegmine m] ΜΗΡΟΝ [ΕΡΟΝ
O e, quid eſt quod Hyella gerit: Paphione petitũ
Horto ION an pueri Præpetis n] ION, ION
Dic mihi, fingendæ quænam medicamina formæ
Vti Agathe Eucolpi ſueta Patrona? o] ΘΡΟΝΑ
Non belle tibi picta Ægile, non Flora videtur?
Ora quibus fuco ſublita ſunt *Ita ſunt*.
Quid [rogo] captiuos iuuenes abducere ſolers,
Sub tunicis ſueuit ferre Molina? p] ΑΙΝΑ.
Quæ pœna incautis metuẽda potiſſima q] Verpis
Quas ſemel attigerit Heliodora: r] ΔΟΡΑ.
Non poſſum Andromachen: quid enim? ſi s]
ΠΗΜΑΓΓΥΤΑΚΕΣ.
Defungi modico ΡΗΜΑΤΙ malo Malo.

a] Potus. b] Id vero Græcis ΟΡΡΟΣ *dicitur, nobis proletario ſermone VVey. c] hoc loco non* ΕΝΙΚΩΣ *ſed vero* ΠΛΗΝΘΥΤΤΙΚΩΣ *accipiendum; quibus alia porro Anatini generis ſpecies ſubijciuntur vide Plinium cæteroſque Ruſticæ rei ſcriptores. d] Phaſianus. e] Ouis immo Ouilla potius. f] Pruna Damaſcena. g] Iuny Nomenclat. vide, in voce Spira. h] ſ. Duracina. i] Interpretandum ex illo Martialis Addet & arcano miſta* Falerna *paro. k] Notiſſimi Tonſoris nomen apud Martial. l] Farris genus, quod toſtum molam ſalſam efficiebat antiquitus. Hic pro quouis auerruncandæ Deum ira ſiue impendentis periculi* ΑΠΡΙΤΟΜΑΙΩ *Sacrificio accipiendum. m] Furtim, clandeſtinè. n] Refer ad veterem illum Lacænarum morem, quæ* ΦΑΙΝΟΜΙΡΙΔΕΣ *propterea dictæ, quod incendentes femora retegerent. Plut. in Numa. o] Alterum femur, alterum Deſiderium ſignificat. p] Quorum alterum Sagittam denotat. q] Propigmentis, vide Theocriti Scholiaſt. r] Pro Reſtibus quo modo in Epidico interpretatur Plau. s) Vera pro Mutione, ſiue Cauſiafalici Romanis ſcriptoribus vſurpata antiquitus, quæ Græcis propriè* ΨΕΙΛΙ. *t] Excoriatio, vt eò Lucilianum illud* ΨΩΛΟΚΟΠΟΥΜΑΙ *referatur: neque aliunde porro iſtius dicti interpretatio arceſſenda. t] Noxa, ſiue calamitas.*

Ex perſona Amantis Iocoſum.

☞ CDXII.

Inter tot patrias iuſta pro Coniuge, Nymphas,
Garrula, quam teneam vis: Dea? tene? *Tene.*
Res ne Veri [cenſes] aget, is cui ducitur Vxor,
Poſtera vt ex ſeſe ſecla propaget? *Aget*.
Quæ vero es noſtrum conſcẽdere digna cubile?
Nũ Dryadũ ex omni lecta grege vna? ΓΤΥΑ
At qui caſta mihi placeat quũ Cypris, ab omni
Opto probri immunẽ ducere labe t] ΔΑΒΕ.
Audio: ſed quum nil niſi Vox ſis, munia fungi
Comparis, haud video, qui *Valea*.

a] Mulier. b] Cape c] Puella ætate florida, vel potius flos ipſe. d] Micem, Amphibolia: incertum enim, vtrumne ad genus illud luſus peruulgati, qui cæca digitorum micatione peragitur. an potius ad pygiacos Venereæ operis motus referri debeat. Siquidem To Micare, præter notionem vſitatam, pro Tremere quoque ſeu Moueri poſitum paſſim apud probatos Scriptores eſt reperire. e] Solo. f] Ligna. g] ΑΝΤΙ ΤΟ ΚΑΛΩΣ. *h] Præceptum Politicum i] Pro. præſaga. k] Sic enim periculum non erit, vt noſtrates negotiandi gratia cum claſſe in Hiſpaniam aduecti, & quidem fide publica, recta porro in neruum ad Triremes damnandi inauditi atque indefenſi rapiantur, præter vecturæ ac nauigiorum iacturam, capitum inſuper, & quidem ingenuorum, diminutionem paſſuri, contra commune ius gentium. l] A verbo Meare vt ſit imperatiuus. m] Vide Plin. Nat. Hiſt. lib. 12. cap. 5.*

Aliud ex perſona haud abſimili genio litantis, hoc eſt, Natalem celebrantis ſuum.

☞ CDXIII.

Ite procul curæ: meus eſt Natalis, Amici:
Quis ſcit, an hæc vnquã Lux remeabit? *Abit.*
Heu, quid agam, blãda iniiciat ſi vincula Phryne
Illice nos oculos ſi Phlogis hamet? *Amet*.
Par viriuſque Lepos, ſtudioſæ Carminis ambæ,
Vtraq; verno æui flore decora a) ΚΟΡΑ.
Cui florum generi pars eſt contendere odorem,
Qui fluit ex Idæ Suauiolis? *Violis*.
Quid faciam, illecebris vernantẽ talibus Hortũ
Annuerit Charitam ſi mihi Triga? *Riga.*
Quid porro? in tenebris ne b] micem cum Chloride, ſuades:
Nec metuam, ne me fraudet Amica? *Mica.*
Tot Dominæ ergo tibi, quãto moderatior Aulus
Vna cui ſatis eſt Deidamia? c] ΜΙΑ.
Has ego opes malim, pugna quam ſternere Mauors;
Vel regere imperio tres Capuas? *Apuas.*
Adde hu vina, Puer, Salijs ſed qualia menſis
Ponere conuiuans ſueuit Hymera *Mera*.
Neu mihi per brumã tepeat Focus igne maligno
Suggere municipi e ſpite g] ΚΑΛΑ d ΚΑΛΑ
Hoc [rogo] non melius vt amando tempora vitæ
Oblectes, quam ſi nil ageres? e] *Age res.*
BELGA, quid in cauſa eſt, nequeas quod tempore [tanto
Excuſſa fieri compede liber? IBER.

Au-

Auriferante Tagus fuerat, nunc Mauriſer: vnde
Quid vetat hũc dici Mauriuomũ? *Aurinomum.*
Claſſe Aſtur totum quateret quum Nerea; qualis
ANGLA tibi viſa eſt Penthеſilea? *Lea.*
At claſsẽ hanc armare nouã fert rumor, vt olim
Rex Medus, rediјt quum Salamine. *Mina.*
At Saga, an ad Pacem, quo (dic) Iouis omnia
Si modo venturi mẽs tibi (ο) ſaga? *Saga.* [ſpectẽt
Quid facias tibi ſi quis Gallica Sceptra gerenti
Nuntiet obſeſſam Maſſiliam? *Aſſiliam.*
Macte, ſapis: Ius, cuique ſuum defendere Ius eſt,
Vnde pericli aliquid, ni caueas? *Caueas.*
Cõmunis ſed enim hãc incẽdi extinguere peſtẽ,
Tempus, vt & Vicini accelerent? *Celerent.*
Hunc vtinamq; diem videam, quo Belgica in vnũ
Vires tota ſuas conſociet. *Societ.*
In communẽ hoſtem communia ſumat vt arma,
Tempore quem tanto pertimuit? *Timuit.*
Credere nos Fati iubet hoc clementia, necdum
Libertatis adhuc Lux moriens? *Oriens.*
Vnde ſed hæc? niſi cũ pipere hanc & mercibus
Miſſura huc nobis Tabrobane? *pro bane.* Indis
Quod dubites, non eſt, fore vt hæc commercia
Nos Maura præſtent à rabie *Arabiæ.* [d] tutos
Quod ſi noſtra etiam portarint lintea venti,
Nonne breui ditem me fore reris? *Eris.*
Nam graue quid, cum cœlo animum haud mutatus, vt ora,
Decolor huc redeam ſi Calecuthe? *Cute.*
Non ita, Rus patrium, priuis cui bobus aratur.
Cui ſic inuiſus Mercurius. *Curius.*
Haud nego: at ô quãto plures alit Atta Cliẽtes,
Mille ouium in pratis grex cui balat! *Alat.*
Hoc nihil eſſe putas quid? tãto an pluris haberi
Te neſcis, quanto plura habeas? *Abeas.*

Ex Menandri Poëtæ perſona in Ægyptum Alexandriam à Rege Ptolomæo acciti euocatique; ampliſſimis propoſitis præmijs eius rei ergo directa Athenas Legatione.

AD Lagumne meem, Glyceren (mea Regna) relinquens,
Gratia ſi trahat huc nos Ptolomæa. (ο) *Mea.*

Ex perſona (ſ) L. Plotij in Salernitana latebra vnguenti odore à percuſſoribus ſuis proditi oppreſſique.

QVid fuit, vt lethi fieret mihi cauſa latebre,
Vnguenti indicio dum male prodor: *Odor.*

Alia Iacobi Lom. SS.LL. Licentiati, de Pace.

DIc mihi quæ denſis habitas cõuallibus Echo
Cur populus pacẽ ſic modo clamat? *Amat.*
Ad diuam Pacem precibus concurritur? *Iter.*
Vt damnum fugiat triſte colonus? *Onus.*
Ruſticus ergo iterum campos reparabit, *Arabit.*
Et tuto curret Remige Nauita? *Ita.*
Omniaque euenient in Mundo proſpera? *ſpera.*
Largaque nec rerum copia deerit? *Erit.*

Alia Ioan Secundi Hagienſis.
CDXV.

O Quæ diua cauos colis receſſus,
Syluarumque regis domos opacas,
Tu quæ de reliquis deabus vna,
Quas frondeſque iuuant iuuantque fontes,
Audiris toties, videre nunquam?
Dic, quæ finis erit meo calori
Imas quæ mihi deuorat medullas
Vt, formoſa tuas vorauit olim
Superbo è pueri decentis ore,
Inflatum reuoluta quum iaceres
Languens vmbra ſuperſtitemque ſola
Vitam voce breuis teneret aura
Dic, nam forte libet meas querelas
Audire, & veteres nouare curas,
Dic oro, poterit quid impotenti
Seros ponere limites amori?
ECH. *Mori.* VI. Dij meliora, ſicne nobis
Ad canos igitur dies manebunt
Et canos quoque non dies relinquent
Singultus lacrymæ graueſque voces?
Aut mox abijcienda prima vita eſt?
ECH. *Ita eſt.* VI. At licet ire perque genteis
Perque vndas, vbi nulla me ſequatur
Sublati ex oculis amoris ala,
Non illic dominæ procul relictæ
Mentem ſidereæ faces perurent.
ECH. *Vrent.* VI. Non roſeum os geneq, tangent
ECH. *Angent.* VI. Sed hic dolor hic leuis breuiſq;
Fomento cito deſtitutus omni
Seſe conficiet, negante vel te.
Echo, *Ante vel te.* VI. Adeone amarũ amare eſt?
ECH. *mare eſt.* VIA. Hei mihi quicquid eſt malorũ
Admittit medicas amatque curas:
Nulla ſolus amor leuatur arte,
Non cantu perit, aut perit venenis:
Spernit conſilium fidele, ſpernit
Quicquid mens beneſuada prodit. ECH. *Odit.*
VI. O ne vmquam mihi talium dolorum,
Senſus rer miſer ſuperſit vllus:
Quam mallem media ſtupere ſylua,
Duræ cortice membra tectus orni:
Qua Caurus mihi, qua proteruus Auſter
Nequicquam, Boreaſque ſpiritoſus
Hinc illic quatiantque vellicentque.
Amoto querulas dolore frondeis.
Aut tecum in liquidas abire voces:
Per ſyuaſque volare perque valleis,

Saltem læta ſonare tunc ſubinde
Poſſem, quum facili fruens amore
Feliees caneret viator igneis:
Ne ſemper graue diceremus heu. ECH. *Heu,*

ECHO Authore Georgio Sabino.

☞ CDXVI. *(Echo,*

DIc mihi Nympha cauis habitãs in vallibus? Semica per Faunus, cur ita clamat? A*mat.*
Quæ tamen illa, furit, cuius male ſanus amore?
Diuitis an Codri filia Nais? *Ais:*
Eſt opulenta quidem, ſed turpibus obſita rugis,
Debuit hanc bifrons ducere Ianus? *Anus,*
Candida me vero Taumantius vrit amantem:
Cuius forma decens & generoſa? *Roſa,*
Huius amore flagro: ſed dic reſonabilis Echo,
Quæ res ergo graues ſunt in amore? *Moræ.*
Ver eſt conueniens, blandis & amoribus aptum,
Vere nouo ſponſum me fore reris? *Eris,*
Interea gelidis in vallibus ipſa valeto;
Vox tua ſæpe mea voce ſonabit? A*bit,*

Alia Franciſci Panigarolæ in Chriſti Natalem,

HÆc bethlehemitæ paſtores verba referte,
Audita eſt Echo, quæ iuga montis habet.
Quis natus? dixit *Natus,* patris ne Iudæi?
illa: *Dei,* veruſne eſt homo, dixit: *homo.*
Atq;hic idẽ nonne Deus remanet? *Manet.* eſt ne,
Vt pater omnipotens? retulit iſta? *Potens.*
Hunc quid de cœlis duxit? *Ius duxit* at iſtam
Dic vtrum vincet? V*incet,* & ipſa refert.
Litis erat radix longæua? E*ua,* an mala? *Mala,*
Num gula ſic potuit? illa refert, *Potuit.*
An puer hic fiet magnus? quæ reddidit; *Agnus.*
Ipſe ait hoc? A*it hoc.* Cur ita clamat. A*mat,*
Is maius noſtro nunquid dare poſſit amori?
Reddidit illa nihil quam gemebunda: *Mori,*
Hoc faciet? *faciet.* moriens? *oriens,* Deus ille?
Heu illa eſt forſan cauſa tua? A*uſa tua?*
Diligere hunc ergo par eſt ſuper omnia Chriſtũ:
Iſtum nonne Deum? dixit: *eum,* & tacuit,

Alia incerti Authoris.

☞ CDXVII. *(Neronis,*

QVæ celebrat thermas Echo, & ſtagna alta
Deludit voces, concaua ſæpe meas.
Sæpe hic Narciſſum expecto: ſimul illa moratur
Si queror, hæc queritur: ſi gemo, & illa gemit,
Quiſnã clamor? A*mor.* quinã furor? *Vror.* an Echo?
Echo, quæ maior pœna in amore? *Mora.*
Expectat Narciſſum? *is ſum.* quæ cauſa morãdi?
Orandi. non hæc dicta notabit? *Abit.*
Adſuerat? *fuerat* num eſt hic? *hic* quem fugit iſte?
Is te. Et iam me, quod ſit malũ amare? *Mare.*
Non veniet? *veniet* quæ ſpes? *æs?* vincitur auros
Auro. victor ero prodigus æris? *eris.*

Sunt pueri fragiles? *Agiles* non muneris? Æ*ris.*
Quis docet hæc Echo cur bene clamat? A*mat,*

Alia Pauli Meliſſi.

☞ CDXVIII.

ECho, qualis (amabo) quæue Nympha es,
Quæ valles colis, haſce propter antra.
Palatina? *Latina.* Vin' loquela
Dignari reſonantiore paulum?
Paulum, te rogo quidpiam, quod hercle
Neſcio. S*cio* me ſed ecquis audit
Te præter, mera verba per nemus qui.
Dem' *Nemus quidem* ain? ſed auris *auris,*
Ineſt. Auris ineſt capace lucus
Aures ſic habet ob vias meatu?
Au? res ſic habet ob vias meatu.
Dic ſedes modo, cur flagrans mihi, vnde eſt
Et furens adeo? A *Deo.* an liquore
Tinctus deſtituatur furore? Rore.
Et quo rore liquente dum marino?
Marino; dabit hunc Roſina cordis
Margarita? *Ita,* cuius eſſe guſtus
Arbitraris, amare & haud amari?
A*mari,* id ſtomachis eſt acerbioris?
Acerbioris, at ipſe nil acerbi
Sentio, ora fibris catent amaris?
Amaris, quid (age) eſt quod illa tam ſit
Clemens? *Mens* adeo ne mitis in me
Hæc mens perpetua eſt? *tua eſt,* erit mel
Cum concorde Adamus fauore ſemper?
Qui menſis decus addet inde maius?
Maius ſed mihi quos dabit petenti
Sermones comes ille & illa? *comes*
Ille & illa, repulſa nec parata eſt;
Rata eſt; ambigue loqui videris,
Forſan ô Dea veritate aberras,
Erras quam vereor. *Reor,* cupis me
Irritare, quid angor *Irritare.*
Quid angor; mihi nonne præſtituta eſt.
Tuta eſt, & mihi deſtinata: *Nata.*
Fato ſcilicet. *Ilicet* puella.
Nubet ergo mihi illa vere. *Vere.*
Sponſæ rite ſacrabo liba. *Liba.*
Meliſſæque vocabo nomen. *Omen.*
An poſt ducier hanc ſines Roſinam?
Sinam illi ipſe dehinc, mihi illi iunget
Baſio oſcula ſuauiore? *ſuaui*
Ore & mellea blanditer profundet
Verba gutture dulciore? *Dulci*
Ore, Labra per hæc litum ſepis mel
Iſſe cerno *Sapis meliſſe verno.*
Interim mihi ſuauiter valebis
Vale bis, mihi dulciter vale Ter
Vale & ſta requieta *Re-quieta.*

Alia

Alia Nicodemi Friſchlini eodem carminis genere conſcripta, continens Ioculare Iurginm Vrſini Iuuenis cum Fabulla coniuge vetula, quæ more Echus marito ad finem Verſus relatrat, à quo vapulauerat, longe elegantiſſima ac feſtiuiſſima.

CDXIX.

ANus rancida, fœda, plangis? *Angis.*
Ecquis te angit anus maligna? *ligna.*
Quod lignum, viridiſne cornus? *Ornus.*
Quid ſi te feriam præ amore? *More.*
Linguę eſt fœmina nequioris? *Oris.*
Et mens eſt tibi plena fraudis? *Audis.*
Ah quantus tuus ille faſtus? *Aſtus,*
Aſtus tute deliqui plena *Lena.*
Certe es lena nimis ſenera: *vera.*
Nunc places. quia confitere: *de Re.*
Places ô anus ô amanda: *Manda.*
Mando, dic mihi mi marite, *rite.*
Dic rurſum mihi care paſſer, *aſſer.*
Heus præbe tua mi labella. *bella.*
Nunc te diligo amoque rurſus. *Vrſus.*
Vrſiuo mihi dulce nomen: *Omen.*
In te noſter amor remanſit, *An ſit.*
Certe ſum tui amore captus. *Aptus.*
At non ſum tibi vbique primus? *Imus;*
At vir ſum grauitate magnus: *Agnus.*
Morum temporis haud probroſus? *Oſus.*
At penis locuplete mirus? *Irus.*
Et docta indole pene onuſtus. *vſtus.*
Cunctis denique gratioſus? *Oſus.*
Quid? num ludis anus profana? *Vana.*
Neſcis vnde mihi propago? *Pago.*
Quid tua fœda anus increpanda. *Panda.*
Anus panda caue loquare, *Quare?*
Quia es peſſima, tetra peſtis, *Eſtis.*
An cur non ferio atque plecto? *lecto.*
In lecto? quid ais nefanda? *fanda.*
Quis poſſit tibi ſe applicare? *Care.*
Tam turpi vetulæ? recede *Cede.*
Nam quid vſquam habeas amoris. *Oris.*
Deus vnus! tibi fœda mater. *ater.*
Frons rugoſa, canuſque ocellus, *ellus.*
Lippa es, oſque ſaliua abundat, *vndat;*
Labra incana ſitu molente, *lente.*
Noctuæ tibi luce viſus, *iſus.*
Et rictus Crocodilianus, *anus.*
Faux pedore nigrante marcet. *Arcet.*
Ipſe anhelitus, ægra peſtis, *eſt Is.*
Ceu putens redolet lacuna. *Cuna.*
Ceu ceromata fœculenta. *lenta.*
Ceu ſerpentis olet cubile, *bile.*
Ceu fœtent nebuloſa auerna, *verna.*
Ceu piſcina vetus palude. *Lude.*
Quid? quod labra catella lambit? *Ambit.*
Non miror tua labbi oleta? *læta.*
Quis neruus tibi, amica, ſaluus? *aluus.*
Cum pedit tua vox gemella? *mella.*
Imo fella tui ſaporis? *oris.*
At vox rauca, nec arte claret? *Aret,*
Rana ſcit melius ſonare? *nare.*
Et cantu ſuperat te aſella? *Sella.*
Quid quod venter ab igne laſſus? *aſſus.*
Et pes frigore & imbre læſus? *eſus.*
Pallens naſus ab igne ſalſus? *alſus.*
Æſtas eſt tibi bruma triſtis? *iſtis,*
Nempe crutibus hiſce triſtis? *iſtis,*
Quid poſcunt tua macra crura? *rura.*
O ſi te tegerent ſepulchra. *pulchra.*
Pro te iugera dem paterna, *terna,*
Nam quis fructus erit ſalutis? ΟΥΤΙΣ
A me fœda procul recede, *cede.*
Æterna cruce mox peribis. *ibis.*
Ibo in prælia dira Martis. *Artis.*
Et te deſeram anus profana. *vana.*
Tace iam tace anus cremanda, *manda.*
Hoc mando, hoc iubeo Fabulla, *bulla.*
Hem bullam tibi trunce ſueue, *va va.*
Quid clamas rabioſa, vt Echo? *Eho.*
Os nunquid relatrare gaudet? *Audet.*
Et pugno referire plaudo. *Laudo.*
O te putidulam! repungis? *vngis.*
Vngam fuſtibus hoc ouile? *Vile.*
Perquam vilues, ô Fabulla? *Bulla.*
Videre aridus eſſe truncus? *vncus.*
Et fœtens mihi pene porcus? *orcus.*
O cari iuuenes adhortor: *hortor.*
Sponſis talibus abſtinere, *Na te,*
Ne vos fallat anus ſenecta, *necta.*
An nondum mea lingua vicit? *icit.*
Quiſnam corporis iſte ſulcus? *Vlcus.*
Cur hiſcit tibi quæſo rictus? *ictus.*
Certe hæc vulnera facta ploro, *Loro.*
Hem loro tibi faux premenda, *menda.*
Tace putide funge, ſueue, *va, va.*
Quid vox flebilis iſta plorat? *orat.*
Tua vt contegat oſſa gramen? *Amen.*

Alia Iacobi Lom. in promotionem trium Doctorum S. Theologiæ.

CDXX.

DOctorum Triadi, Muſę, Chariteſque decorę,
Dum texunt ſacra Biblica ſerta manu,
Fors ego ſecreto conuallia læta receſſu,
Et ſolus capto per loca ſola viam.
Hæc vbi de meritis Doctorum laudibus Echo
Audita eſt reduci voce referre mihi.
Quis clamor paſſim, eſt turbis? *Vrbis,* vaga plauſis
Num læto reſonant, compita? dixit. *Ita.*
Sic ne fauent ciues ſacris patribus? *Tribus.* Illis.
Hæc laus mandatur? reddidit illa; *Datur.*

Illos

Illos ornabit iam Biblica laurea? dixit
Aurea, nec meritum differet? illa: *feret.*
Ergo dabit huic Triadi laudes? *Audes?* referāq;
Munera mutua? mox imperat illa: *Tua*.
Soluitur illi igitur merces virtutis auitæ?
Vita. Et præſtantis pectoris? *oris*, ait.
Et quo Palladio ſudauit puluere? *vere*.
Stirpe tamen præſtans, & grauis? inquit: *auis.*
Ac fugit mundi diſcrimina? *Crimina* qualq; e
Is maculas prodi? continuo, *Odi* ait.
Virtuteſque colit præclaras? protulit: *Aras*,
Hic ornamentis? *Mentis* & illa refert.
In cathedriſq; valet ſacris? *Acris*, mala carpit
Cum delicta hominis? reddidit illa; *Minis*.
Et bona dat nunquam mortalia? *Talia*, clamat.
Haud exempla parans turpia? at illa: *Pia*.
Hoſtiles vincet faſtus? *Aſtus*, noua ſiqua
Hæreſis exurget? protinus *Vrget*, ait.
Tandem fulgebit ceu cœlica caſtra? ait *Aſtra*.
Hoc vrbis columen? *lumen* & illa refert.
Longa quieſq; aderit poſt tanta negotia? reddit
Otia, quo virtus euehet? illa: *vehet*,
Et nobis priſcæ ſurgent ætatis amores?
Mores atque animæ dulce leuamen? *Amen*.

Alia Guilielmi Salſmanni Poëtæ laureati in promotionem licentiæ Io. BirchKmanni.

☞ CDXXI.

SEu Dea ſeu vox es, ſeu vocis imago relatæ,
Dic Echo, num tu ſis quoq; Nais? *Ais*.
Qui Deus hic fluuij Tyrrhenus? *Rhenus*; Oreas
Et Echo, an Dryade ſe quoque clamat, *Amat*,
Hæc arbor quænam ſacrarum ne vlla? *Betulla*
Gallica erat ac arbor rore que flerat, *Erat.*
Fronde renidet? *id &*, cuiuſce coloris? *Oloris.*
Queis foliis? *Oleis*: eſt generoſa? *Roſa*:
Hæc in Romuleos faſces fera tranſit, *An ſit*?
Quod lignū eſt? *Signū eſt*, ſtirps tibi grata? *Rata*:
An puto geſtamē? *Tamen*. An de Cōſule pulchrū,
Fulcrum. Lictores mos decorabit? *Abit*.
Sunt betulæ luſus? *Vſus*. BircKmannica tigna
Signa. Vale, ſatis eſt, Nympha pudica, *Dica*.

Alia Ioſephi Scaligeri.

QVidnam ſignificat Scaliger? *Aliger*.
Alatū Podagræ mancipiū eſt? *Pium eſt.*

Antonij Thebaldei Echo admodum elegans.

☞ CDXXII.

DIc, Echo, quid vult, vt ſemper viuam ego mœſtus?
Æſtus, non facit hoc ſpes moriens? *Oriens.*
Mene vrit facies? *acies*: acieſne fauilla?
Illa, diu miſerum me fore reris? *eris*,
Reſpicit hūc ramū *hamū*, laurū? *aurū*. & amor *cor.*
Accenſum? *cenſum* corde recedet? *edet.*
Eſtne ſilex? *ilex*, quæ cauſa meæ eſt facis? *Acis.*
O rem animo peſtiferam! *æſtiferam*.
Quid per tam longū pariēt mea lumina fletum?
Lhetū, ſcis quid ſcit, quod tu adamas? *Adamas*

Petri du Blance Auenioneſis, de Euchariſticâ pompâ.

☞ CDXXIII.

FAllor, an exultat vox tanto in puluere? *Verè.*
Hymnis turba Deum cur pia clamat? *Amat*
Panis imago cibi eſt anni hic veri eſus? IESVS.
Eſt hominū hic paſtor munere verus? *Herus.*
Donat in æternum ſacra hoſtia viuere? *Verè*.
Sumenti an vitæ præmia debita? *Ita*.
Dic mihi, quis donum hoc libando ſit integer?
Suſtentatne animā ſic ſacra malit? *Alit*. (*Æger.*
An mihi fas, vnquā ſacra illa relinquere? *Quare.*
An ſuperis dignus, qui bene quærit? *Eris.*
Vnde latex ſacri promanet nectaris? *Aris*.
An noxarum expers hac dape cedet? *Edet.*
Quos inquis fructus ſacra hoſtia parturit? *Vrit*.
Libans virtutum ad culmina vadit? *Adit*.
Num ſpectaſse viro, aut coluiſse ſatis foret? *Oret.*
Num laudas eadem ſacra iterata? *rata.*
Scanditur ad cœlum ſi digne ſumitur? *Itur*.
Quid mihi ſi extremo funere conor, *honor*.
Ergo tam fœlix erit æui Veſpera? *ſpera*.
Perpetuum hoc donent aſtra leuamen. *Amen.*

Qui volet aliud Echus Exemplum longe pulcherrimum de rebus ſacris, inueniet, ſed Gallico Idiomate conſcriptum in libello, qui inſcribitur: *Poemes ſpirituels Du. Sieur de Nerueze imprimé à Paris* An. 1606. *pa.* 42. In obitum optimi parentis ſui ARNOLDI MYLII Typographi ECHO Hermanni Mylij.

☞ CDXXIV.

TE quæro, quæ dum ſolum ſolare loquendo,
Sola manes, monteſque altos, locaque ardua quærens
Ingratos nobis terræ hortos ſpernis amœnæ.
Mene: videre alias, tua ſi ſint membra, cupiui,
Nunc id nō quæro, ſatis eſt modo diua loquare,
Quare! eheu lugens, non quæ tua regna, requiro,
An Dea es, an ſumis, vel thus adoleſne, *doleſne*:
Heu rogitas, neſcis! pater optimus, eheu
Occubuit, mortemq; volente ita numine paſſus
Æterno, *terno* nos hic ſua pignora liquit
Inuita, *in vita* Nempe hoc ſibi verba volebant
Illa, quidem fruſtra, ſed non ſine fine relata;
Illa nimis triſtis, nimium vera omnia vatis
Dicentis, quando Francfurti Mœni alinquens
Direxi greſsum Gallas ſecurus ad vrbes,
Tu, dicebat, abis, ſed ſi mea dicta ſequare;
Non linguæ ſtudio, externæ non gentis amore

Exi.

Exires patrijs à ſedibus, *ædibus*, Hæc nunc
Occurrunt miſero, *ſero*. Nempe vt mea fata
Perciperem, & triſtis quæ me fortuna maneret,
Linquere me natale ſolum, longeque remotam
A patria & notis me quærere oportuit vrbem
Lutetiam? *te? etiam*, ſed fors fòret illa ferendo,
Aſt obIISti ArnoLDe MyLI, pater optime, vere
Neſtoreos annos dignus vir viuere, *verè*.
Ergo quid cauſa eſt, quod nō tua Neſtoris annos
Durauit vita, aut plures quam Neſtoris æuum.
Omne tulit, quæ cauſſa patri quod vita reſciſſa
Percaro? *caro*, & ob carnem mens neſcia finis (eſt
Consūpta eſt: *sūpta eſt*, ad sūmū eſt sūpta polorū
Patronum, *thronum*, Ibique pijs tua pignora votis
Ditabis gemino tibi nomine ſubdita, *dita*.
Speraram quando ſeptena volumina viuens
Annorum nouies compleras, tutius eſse
Tempus viuendi ac aliquo nos tempore tecum
Victuros præcepta pij auſcultare parentis.
Sed ſpes decepit, fœlices eſse vetauit.
Natus viſceribus, lumbis & renibus hærens
Calculus, horrendo diſtendēs membra dolore,
Vt quandoque ſolet lictor, tormenta voracem
Excedunt Tityi volucrem, Phalariſque boantem
Taurum, vel quicquid primorum ſæcula regum
Inuenere olim, aut quæ reſtant flagra tyrannis
Effingenda nouis. *O vis!* dein debilitarunt.
Membra ſenex ætas, mala quondā paſſa iuuētus
Quæ fuit iniuſte, hinc ſummis languoribus acti
Anni intermedij, quos hulcera peſtis, & angor
Pectoris ad mortem lectis affixerat, Hinc eſt,
Hinc factum eſt dico in numerum vt nos fata
vocarint.
Per vim morborum *orborum*, quos fortiter omnes
Æqua mente tulit, facile illud ſola dolorum
Oſtendo, puto, vis, *vt omnis*. Quapropter ab alto
Reſpiciens merita, iſta polo, pater optime, reddet
Omnipotens meritas palmas, *almas*, Tua vero
Pignora nos, amiſimus an te? *amiſimus ante*,
Ante ſequuturi miſeri nos miſimus, *imus*. (vna
Et ſequimur. Nam lex hæc omnibus, omnibus
Semita ſtat calcanda, ſequendaq; buccina mortis.
Ortis, Quicquid habet nā rebus in omnibus ortū
Tendit ad interitū, *ritum*. Hæc nos lege tenemur
Excepto nullo; Quapropter ad ardua cœli
Sidera conuerſus, ſupplex ad numina dulci
Pro patre, filius intercedo. *cedo*. Valeto.

Echones aliquot Io. Honthemij, ac prima quidem in nuptias D. Arnoldi Milij iunioris, & lectiſſimæ Virginis Catharinæ Lennipiæ.

CDXXV. (ceſſus,

QVæ colis vmbroſos ECHO, inter ſaxa re-
Arenteſq; facis ripas, colleſque ſupinos.
Mutaque ſaxa loqui: Nunc te fas reddere dictis
Mutua dicta meis, alternaſque edere voces
Nympha decet vocalis amāt alterna Camœnæ;
Meue? Negat mihi Phœbus opē, Tu viribus ergo
Audentem maiora meis Dea, dirige, Cernis,
Ducat vt in thalamos caſto ſuccenſus amore,
Præſtanti Mylius Catharinam corpore nymphā
Lennipiam? *Piam*. An hic muti de more ſilebo
Piſcis, & ingratus vano ſuperante pudore
Non auſim Mylium noſtris intexere chartis?
Artis. In exiguo tenuique poëmate magnæ
Non erit artis opus, mihi deteſtabile ſat ſit
Pectoris ingrati vitium effugiſſe: Sed ecce,
Quiſnā eſt ille, domus, qui ſtans in limine primo,
Gemmato intrantem ſponſam cratere ſalutat?
Scilicet hic ille eſt, Venerem qui nuper & illi
Hærentem ſemper puerum (cui plurimus ignis
Ore, manuſque leui numquam fruſtrata ſagitta)
Contemnens: Longumq; iubens vtrumq; valere,
Reſque ſuas ſibi habere, domo patrijſq; relictis
Sedibus in terras ſeſe iactabat iterum
Longinquas. *In quas?* Italas, niſi fallor, vt vrbem
Luſtraret, dominam, toti quæ præſidet orbi,
Moles excelſas, *Celſas*, Capitolia, circos,
Suadentes metas, arcus, tereteſque columnas,
Quæq; per Italiā paſſim amphitheatra, *Theatra*,
Tum quoq; Cymmeriū ardebat currere ad oras,
Spectatum Amphryſiæ Cumeaque antra Sybillæ
Ille? ſed incaſſum: pueri deſiſtere tantis
Cogitur inceptis cœci nunc cuſpide victus,
Ictus Echo Veneris flammas nunc ſperne furētes
Vrentes, cæci nunc ſperne Cupidinis ignes,
Sperne Myli, & patrio peto Garmatus ore reli-
Victus es infelix, *felix*, felicibus inquam, (cto,
(Quid dico Infelix) vinclis & compede grata
Te virgo domat, & victum vinctumque coercet,
Cede Deo, neque enim reor eſſe reſiſtere Diuo
Fas immortali. *Tali*. Quid quærere terras
Externas prodeſt, alioque ſub axe iacentes?
Qui manet atque domi tacitus ſua gaudia carpit
Plus habet hic vitæ, qui trās mare currit & Al-
Plus habet ille viæ: Nunquid via vilior ipſa (pes,
Vita? *Ita* Longinquos igitur ſcrutetur Iberos
Qui volet, eſt Mylio melior ſententia noſtro.
Qui fugit iſta via diſcrimina, *Crimina* vitæ
Tranquilla & placida ſectatus gaudia, *Dia*.
Tantane vis formæ? Sed quē nō forma moueret!
Quę mētes superū, atq; adeo quoq; pectora magni
Alta mouere poteſt Iouis, *O vis!* Aſpice Nymphā
Aſpice, vt incedat velut altera corpore Iuno
Erecto, *Recto*, & moto vix puluere. *Vere*.
Nunquid Leda manus? nūquid Venus illa nitore?
Ore. Viden' pulchro nitidam curuamine frontē
Elatam? *Latam*. Tum contempleris ocellos
Ardentes, *Dentes*, cuiuſce coloris? *Oloris*.
Puniceo vt ſplendent depicta nitore labella?
Bella, Genis quātus nitor inſidet aſpice Nymphę
Ambroſijs, *Roſeis*. Quid ſi certamen in illud

Hæc

Hæc quoq; veniſſet formæ, quo Pallada & ipsã
Iunonem vicit Paridis Venus aurea Diuas
Arbitrio vna duas, Veneriſne futura fuiſſet
In dubito palma: hei vereor, *Reor*, Anne fuiſſet
Tyndaridis facies ab eodem ſpreta Lacenæ?
Ne nec id immerito *Merito* Quod prælia mouit
Illa, viro facies; *Acies*: quot tela, quot enſes!
Et te forte tuæ facies ad prælia nymphæ,
Credo, MYLI, exſtimulat, *ſtimulat*, ſed noxia nulli
Solane forma tibi tantos inſpirat amores:
Mores, ingenui, caſti, formæque venuſtæ
Conſimiles, *Similes*, & amor pietatis auitæ,
Vita, tum generis ſplendorque & fama parentis
LENNIPII, *Py*, quãs quam tota Colonia honorat,
Proſequitur votis, patriæque decuſque patrẽq;
Clamat, *Amat*, columen, *Lumen*, firmumq; ſuorũ
Præſidium. O tali fœlices prole parentes!
Sed tamen, Anne precor melior & iure beatum
Dicere Nympha, queam, cui pulcrum hunc
carpere florem
Contigerit, ſimilemque è pulchra virgine prolẽ
Atque ex hac alios iterum ſpetare nepotes!
Nepotes, O quæ erit hæc matriq; patriq; voluptas,
Cernere filiolum, MYLIO qui paruulus aula
Ludat auo ſimilis, patriue, aut alter oberret
Ante oculos matris ΑΕΝΝΗΠΙΟΣ, ΗΠΙΟΣ
aut ſi,
Naſcatur pulchræ ſimilis Catharlnula matri!
Hoc Iuno coniux velit & Germana Tonantis
O precor, atque Dei mater Cytharea iocoſi,
O ſi: Rex velit hoc Chriſtus: ſtellantis Olympi,
Conuubijque beet grato vos pignore fautor,
Author, hic, vt veſtri nunquã turbentur amores
Procuret, *curet*, Chriſto inquã hæc auſpice vobis
Et precor & ſpero connubia proſpera. *Spera*.
Hoc tua laudati pietas hoc clara parentis
Promeruit, *meruit*, virtus vigileſque labores
Hoc meruere patris, qui, dum ſua pagina libris,
Ingenijſque ſuis viuet calor, omnibus orbis
Paribus. Eois ſimul Heſperijſque vigebit
Arte typographica, *Graphica*, famaque perenni
Præclarus, *Clarus*. Noſtra nunc vrbe Senator
Hui quam ſe comẽ oſtendit, quã ciuibus æquũ
Neſtoreos annos dignus vir viuere. *Verè*.
Tu quoque fac patris veſtigia clara ſecutus
Laude in ea firmè perſtes; dum vita ſuperſtes,
Perſtes. Inſignem multa te reddidit arte
Pallas, & eloquio facili natura laborque
Ditauit ΚΙΚΙΡΟΝΟΣ. *Honos*, His artibus altum
Ad celebris famę culmen conſcenditur, *Itur*.
Sed quo digredior. Procul hinc procul aufuget plã
Angor, Lętanti veniat vutlu Cythareia, (gor
Eia, Deęque puer pennatus. *Natus*, & ille
Bis genitus Citharę veniat pulſator Ephœbus,
Phœbus, & Aoniæ Muſæ, Pallaſque Tritonis,
Cumq; tuo Semeles puer adſis Bacche liquore
Diuino, *Vino*: Generoſo pocula Baccho
Deſpument, *Spument*. Volq; ò nunc frõte ſerena
Eſte hilares iuuenes, nitidæque ætate puellæ,
Lætitiæ locus hic ſertis, ſalibuſque, iociſque;
Suauiolis. *Violis*, Curarum hinc omnis abeſto.
Fluctus, *Luctus*, atrox procul hinc abſiſtat Erynnis
Quidquid triſte, animis ſecludite, *Ludite*, nym-
Quiſq, ſuã apprẽdat: lęuis innectite dextras, (phã
Atque lęues animis lætis agitate choreas.
Iam canit & citharam pulſat crinitus Iopas,
Oppas Quæ iuuenes, quæ vos tam ſera moratur
Segnities? En ſponſus adeſt: Quis gaudia ſponſo
Diſtulerit præſente? dies decedit, Olympo
Deuexo propior fit Veſper, & humida cælo
Nox ruit, ad thalamos ſpõſũ nouus incitat ignis
Inſolitus, ſacer; *Acer*. amor præcordia tota
Occupat, & ſponſã ad genialia gaudia poſcit
Non expertã antehac æqualia *Qualia*? Neſcis?
Sed quis erit verbis, Echo, modus? exigat annos
Mille, *Ille*, & quantos vixit Cumæa Sybilla,
Illa, beati ambo, ſeros videantque nepotes.
Tuq; vale, & nobis dic Nympha: valete. ualete.

In nuptias Dn. HERMANNI MYLII BIRCKMANNI
nec non Sophiæ à VVedich Dn. Hermanni
à VVedich filiæ,

CDXXVI.

SVpprimiet Mylius mea Carmina iuſſit, opi- (nor
Quod pomogriſeos ille timeret equos
At vox qui genus hocce nouum nouiſtis equorũ
In lucem nugas vultis abire meas?
Ecquid agam? Sponſi non eſt violanda voluntas
Nec fas Quentelij ſpernere iuſſa mihi.
Ergo licet vigili nondum data carmina limæ
Quentelio tamen hæc dedico ſcripta manu
Sic cũ ſcripta quidẽ tamẽ haud impreſſa, futurũ (eſt
Vt fiat voti compos vterque ſui,

ECHO.

Tẽpora vinctus Hymẽ ſertis (ſacra Nympha) triũ- (phos
Ecce nouos, noua feſta parit, noua gaudia cernis
Solemni vt ſponſam iungit ſibi fœdere Sponſus?
Fallor an eſt Mylius (*Mylius* cui nuper agenti
Gallorum in regnis fratremque piumq; parentẽ
Vno eodemq; anno mors abſtulit horrida? cuius
Occiduiſque plagis notumque eſt nomen Eois?
Ois. At egregio quęnã eſt hęc corpore Nympha
Quam ſibi Felici coniungit fœdere Tœdæ.
Ede. Putaſne hęc eſt quam verbis nuper amicis
Affari ſolitus. Cum noſtra ô diceret illi)
Gaudia, tu noſter amor ſanguiſque caroque?
O qua? Frõtis honos quãtus? nõne illa Cytheris
Idalia eſt? *Alia eſt*. Niſi me ſententia fallit
Hermani de VVedichs eſt filia, pectore caſto
Prædita? *Ita*. At quęnã hanc multis è milib. vnam
Ducere iuſſit eum ſpes? ÆS? non eris egenus
Hic adeo cupiduſne. ſacris virtutibus aurum

Vt

Vt præponat, erat. Quænam res ergo repente
Inſolitos adeo Iuueni (Dea) ſuſcitat ignes
Id mihi cõmemores? *Mores*. Hi in Virginc primũ
Dein placuit pietas. *Æsas*. Formæque venuſtas,
Natiuuſque calor, violæ, & cui lilia cedant.
Quis Porphyreticis amet æſypa vt Pudor ingẽs)
Mixta lutis? OYTIΣ. Fucũ hæc pigmẽtaq; neſcio
Natiuo formæ contenta decore? DECORÆ,
Scilicet vt proprio contentus lumine, lumen
Nullũ aliundẽ petit Titan. ITAN? Ecce venuſta
His veluti formæ radijs ac fomite virgo
Accenſum pectus Iuueni inflammauit amorem.
Quis memoret quantis ex illo tempore preſſus
Solicitudinibus (quantos fiet ille dolores
Perpeſſus? Quis vota canat, ſuſpiria, qnęſtus? (lori
Æſtus. Sed quodnã huic tãdẽ (ſacra Nympha) do-
Inuentum lenimẽ? HYMEN. Quę vulnera primũ
Ergo inflixit, opem (dictis memorabile) ſponſo
Hæc eadã feret? *Hæc eadem feret*. Oſcula iunget
VNGET. Achilleo, ſic quondam ſcilicet hoſti
Tuta manus pariter (quis neſcit) vulnus opemq;
Attulit. An ſimili hæc Mylio ratione medela
Contigit aut ſecus. *Haud ſecus* hęc ſpõſo ergo ſa-
luti
Sit medicamẽ. *Amen*. Verum venit Heſperus, vxor
Ducitur ecce Myli, tibi, deſerit Heſperus Oetan.
O fœlix ſponſo hæc, O fœlix veſpera. *Spera*.
Sed (qui virginibus mos eſt ſubducere ſponſas)
Iungi nocte viro prima illa cauebit? *Auebit*.
Quicquid id eſt tu ſponſe vide, quæ reſtat opinor
Fabula, Cortinas inter peragetur? *Agetur*.

Alia in obitum prudentiſſimi Viri
ARNOLDI MILII. SENIORIS.
Senatoris & Typographi Colonienſis.
☞ CDXXVII.

QVis nouus hic luctus? totã plãgoribus Vrbẽ
Effusã in lachrymas videò miſcerier, ac,
çen
Mœnibus immineant hoſtes, iuueneſq; ſeneſque,
Omnes inſolitos premere alto corde dolores
Neſcio quos, *Scio quos*. Scin' quas ediſcere cauſas
O liceat neque de paucis rogitare ſcientem
Diſpliceat, *Liceat*. Sicne olim Martia Druſos
Roma ſuos Decioſque ac ſeui fulmina belli
Scipiadas vita caſſos deflere ſolebat?
Æmilioſque ſuos, Fabios forteſque Camillos?
Illos; Nam ſimilis noſtram qnoq; perculit vrbẽ
Caſus? an ereptus nobis quoque forte Camillus
Eſt aliquis. Decius ve aut quiſquã concidit alter
Æmilius? MYLIVS. Myliuſne heu mortuus ille?
Ille, vrbis columen? *lumen* Vere occidit ergo
Muſarum Titan *Itan*? occidit? *occidit*, eheu,
Ille ſenatoris qui, dum rata vita manebat,
Geſſit in vrbe Vbium ſacra non ita munia pridẽ?
Idem. Quique annos dignus ſuperare Sybillæ?
Ille, ſecatrices poteraſne inhibere parumper
Parca manus atrox? *anus atrox*! Hei mihi fata.
Crudeles nimium heu Parcę nimiumque ſeuerę.
Vere. Quid vita hęc tenuis niſi PVLVIS & VMBRA?
Et quid homo niſi fumus? *humus*, ſic ne ergo pe-
Ibit Tantorũne operũ vaneſcet in auras (ribit?
Fama quibus Muſis harumque ſequentibus artes
Omnibus ille modis ſtuduit prodeſſe? Camœnæ
O tantum perhibete nefas, veſtriſque ciete
Acribus ô ſtimulis vates Heliconis alumnos,
Vt Mylio inferias dignas pietate rependant.
En dant. vos etiam exſequias perſoluite Muſæ,
Ac tumulo latices aſpergite. *Pergite*, veſtris
Dum vixit fauit vir partibus. *Artibus*. An non
Sic dices? an nõ hoc pulchrũ tibi Nympha, vi-
detur,
Hùc toto Muſas properare Helicone relicto,
Ac Mylij innumeris *numeris* decorare ſepulchrũ?
Pulchrũ. Sed Mylio refert, vnde hęc gloria venit?
Vnde honor iſte viro? num à ſtirpe petitus auita?
A vita. Exemplum totinę hæc præbuit orbi
Terrarum? *rarum* Quantos heu mente labores
Suſtinuit. *Quis eo iuſti ſeruantior?* author
Conſilijs quam non hic ſutilis! *Vtilis*. Ecquis
Hoc melior lites componere? *ponere* Quiſnam
Promptior hoc ad opẽ afflictis miſeriſq; ferẽdã?
Quis demũ hoc pacis (ciues quæ ſeruas & vrbes)
Communiſque fuit ſtudioſior, oro, ſalutis?
OYTIΣ, Inexpletæ vah formidabile Mortis
Imperium! ſicut ergo Myli ſqualentia regna
Ignauique nigrum Cocite littus oberras?
Erras. An cœli potius, dic Nympha, beatis
Ille ſacris fruitur nunc ſedibus? *ædibus*. Ergo
Quid fruſtra vlterius queſtus lachrymaſq; ciemus
Heu miſeras? *feras*, ſatiuſne age, vertere vela
Gratarique anima hinc regna ad cœleſtia rapta?
Apte. Quid lachrymas gemituſq; quid anxia pro-
Aſſiduè cumulare nouis ſuſpiria curis? (deſt
Vris. Reſne viri eſt fruſtra opplere omnia vanis
Lamentis? *amentis*. Habet quoq; luctus, vt omnes
Res aliæ, certum finemq; modumq; Quid ergo?
Num ſtolidi ſumus, aut rectæ rationis egeni,
Qui, quaſi defuncti fletu reuocentur in auras,
Incaſſum lachrymis ploramus funera mœſtis?
Eſtis. Apud ſuperos omni nunc ille ſolutus
Anxietate, Dei fruitur dulcique beatoque
Aſpectu, inſani deridens gaudia vulgi,
Fors etiam noſtros celſos deridet ab axe
Fletus, *lætus* & inuidiæ face liber ab omni
Alloquijs fruitur Diuorum, Præmia dantur
Hæccine poſt caſus ſuperatos militi acerbos
Emerito? *merito* Verum quo pectore fatum
Suſtinuit, retrone amens veſtigia preſſit?
Inſuetaſne vias tremebundus greſſibus, Echo,
Corripuit pauidis? *auidis*, mortemne reluctant
(Vt ſolet incautum ac nimium variabile vulgus)

Oppetijt, *petijt*, nimirum vt corporis huius
Mole ſoluta graui, vincliſque exuta caducis
Libera cum Chriſto poſſet mens viuere, *Verè*.
Æthereas donet (quod nunc exſangue ſepulchri
Conditur hoc tumulo) corpus reuocetur in auras
Atque alti repetens ſenſus collegia. terræ
Emicet è tenebris aliquando. *Quando*; Tribunal
Angelicane tubæ ad Chriſti vocitante? *citante*.
Idem Ioh. Honth.

Alia in nuptias Ioan. Goldſchmidt, & Gertrudis Reuſſiæ.

CDXXVIII.

SEu Dea ſeu vox es, ſeu quicquid es antra relinque.
Horrida pauliſper, precor ô reſonabilis Echo.
Quid ceſſas? vbi tarda lates? nec te audio, nec te
Inuenio. *Xenin*. Viden' hęc ſacra Nympha, vetuſto
Saxo templa Deo Regi ſtellantis olympi
Condita, *ita*, & ſtrepitus audis dulcēq; tumultū?
Multum. Sed quid agunt? (neq; enim diſcernere poſſum)
Rident an plorant? *Orant*. O muſica! voces
Pegaſidum iures dulces has eſſe dearum.
Harum, Latoidi voxne illa videtur Ephœbi?
Phœbi. Ecquis Cytharæ argutam, dic, pulſat eburnæ
(quamur
Nympha fidem? *Idem* At nunc paulo maiora ſe-
Linquentes cytharas *Aras*. Huc mentē oculoſq;
Flectamus, Viden' hunc lunato poplite ſacras
Proſtratum ante aras iuuenem, iuxtaque ſoluto
Crine Deam ambroſio fulgētē? fallor, an hic eſt
Ianus, & hæc noſtra eſt *Gertrudis Reuſſia* virgo?
Fors fallunt oculi, nouiſti? *iſti*, Ergo puellam
Ianus amore ſibi xurope: at, vincloque iugali
Coniungi? *Iungi*. Quid eos rogat oro Sacerdos?
Gertrudem xnin Iane, & tu Gertrudis Ianum?
Hoccine Nais *Ais*. Coniux qui ad iſta nouellus
Reſpōdet? *Spondet* quid Reuſſia? X. Deus author
Connubij inceptis adſit, faxitque ſecundo
Producant curſu centum feliciter annos,
Alterutrique alter ſiet omni tempore vitæ
Dulce leuamē *Amen*. Nūc ſi lubet ire, Cauernas
Vmbroſas Echo repete. i; licet, antra require
Horrida. Cedo precos nimium mea feſſa fatigat
Guttura raucedo, *Cedo*, Iam gaudia nobis
Præbebunt alia viuentes viuida Nymphæ,
His dare grata iocis blandis permixta licebit,
Oſcula, ſermones his cum miſcere licebit,
Integros tu de multis extrema remittis
Tantum verba, nimis præciſa, valeto. *Vale & tu*.
Idem.

Alia D.D. Petro Beyvveg. Godefrido Snellio, Henrico Andreæ Gailio; & Ioanni VValraff. SS. LL. Licentiæ Laurea recens condecoratis. conſcripta ac dedicata.

CDXXIX.

SI te, Nympha, vocem, nunquid mihi verba roganti.
Dic reſpondebis tria? BIS TRIA. Faſne mihi ſit
Quattuor hos iuuenes legum cantare ſacrarum
Laude coruſcantes? CANTES At forte ſuarum
Abs alio poſcent laudum præconia vate?
A TE Nonne vides has, ô ſacra ſorores,
Doctiloquas O QVAS: Muſas cenſeſne decere,
Concelebrare ſuos iſtas prædiuite vena
Symmiſtas? *iſtas*. Me docti inſcitia verſus
Solenni haud ſinit hoc tentare adeo ardua feſto
ESTO. Sed vnde viris (hoc vnum Diua recenſe)
Quo ve modo hæ frōdes (quæ circum tempora) partæ?
(NOR-
ARTE, ſacræ Themidos? ſic certe adopinor, OPI-
Præmia tanta ferunt antiqui ſcripta Iaſonis?
AZONIS. Lectuſque iterumque relectus, Vbaldus?
BALDVS. At à nobis procul hinc ſit Baldus, Vbaldus.
Bartholus, & fama quamuis ſuper æthera notus
Alciatus CYATVS? Cyathus deſpumat Iaccho
Aureus, atque iterumque iterumq; reuerſus in orbem.
Circumeat, Quid iners retinet tua pocula dextra?
EXTRA Num calices ſic euacuabat Vbaldus?
Baldus? Nugarū ſatis eſt, abeamus, EAMVS.

Alia in mortem Clariſſimi Viri IVSTI LIPSI.

CDXXX.

ERgone Lipſiadem etiam in ſua fata rapaci
Eheu pertraxit mors truculenta manu?
Nec quiquam pietas, animi nec candor honeſtis
Artibus, aut cultum profuit ingenium?
Pro dolor! *O dolor*? At quænam hæc vox miſſa per auras
Auribus inſonuit? num tua Nais? *Ais*.
Quid ploras? *oras*? Etiam te hæc funera tāgūt?
Angunt. Et dolor hic te quoque lædit. *Edit*.
O pia Nympha: meis ſemper quę mœſta querelis
Aſſocias queſtus officioſa tuos,
Tene viro inferias etiam buſtumque parare,
Tam bene de Muſis promerito? *O merito*,
Carmine quis canat hunc digno, verbiſue ſolutis?
ΦΥΤΙΣ. Et hic noſtra dic quoq; laudis eget?
Haud is eget. Satne huic lacrymarum & laudis abunde.
Si vel eum nemo carmine fleret? *Erit*.
Quid precor ergo animam niſi Chriſtus vt ipſe
Sāctūq; accipiat cū Patre Flamē? *Amen*. (beatā
Idem.

Alia

Alia in libellum de Aſſe D. Georgij Heniſchij Medicinæ & Mathaſeos Doctoris Clariſſimi.

GEORGIVS HENISCHIVS.

Anagramma.

OH EGREGIVS HIC NISVS.

CDXXXI.

NItitur ad laudis decus altum Heniſchius, *Echo*.
Oh mihi dic: An non Nisvs Hic Egregivs?
Regivs, Ingenio nunquid vir præditus acri?
Gratvs & ille Viris, dic age Nais. *Ais.*
Id ſonat Hebrais Henich adopinor. *opinor.*
Illius hinc omen, nobile nomen habet?
Omen habet. Toti quando ergo eſt cognitus orbi,
Amplius ille meæ nil puto laudis eget.
Haud is eget. Verum quid erit dic nomine, cuius
Illum ſera colet poſteritas? *Erit as.*
Rectene explicuit, quænam natura ſit Assis?
An ſcripta hæc reris digna latere? *Tere.*
Commoda dic an erit mihi perceptura Iuuentus
Illius è Libris quæ ſibi quærit? *Erit.*
Oh ergo Egregivm Nisvm pulchrumq; laborē,
Quid decus egregium perpetuumque feret.

Idem Io. Hond.

Alia in nuptias D. Iacobi Sagittarij & D. Magdalenæ Homburgæ: à quodam Daniele Saxone compoſita.

CDXXXII.

ECho garrula iam loquare. Quare?
Quid ſagittifer ille gaudet? Audet.
An in rete feram coëget? Egit.
Et telo penetrante vicit? Icit.
Nam trux, horribilis, proterua? Ceruà.
Nunquid cornua geſtat vlla? Nulla.
Quid? iuuencula, vel vetuſta? Iuſta.
Forſan corui fuis puella? Bella.
Cui fauit tria pone luſtra. Fruſtra.
Hanc feram-ne ſagitta læſit? Hæſit.
Ignes incipit hac fouere? Verè.
Venatoris amore rapta? Capta.
Hac mitis, proba, mollicella? Stella.
Hac eſt florida, delicata? Grata.
Hac eſt ferax, quaſi vitis alma. Palma.
Lecti pignora num datura? Plura.
Viuent molliter abſque lite? Ritè.
Annos quot ſuperabit ille? Mille.
Et quot ſæcula Magdalena? Dena.
Echo garrula nunc abibis? Ibis.

Nonnullæ voces liberiùs ponuntur: ſed hæc ipſa libertas ſuam gratiam habet.

Alia Homini viam rectiſſimam ad cœlum oſtendens.

CDXVXIII.

SApiens amatne voluptatem, an fugit? Fugit.
Quid egit poſt in hiſce vita totius
Tempus exactum? Actum. *Sed quàm citiſſima*
Ad mortem via? vel Tartaro quis proximus
Conſenſus? Senſus. *Vitam quiſquis diligit,*
Amatne pulchritudinem eius, an Deum?
Eum. *Ergo per terreſtrium mortem datur*
Vita? Ita. *Quid ampliùs corpus meum petis,*
Quando ſuam clariſſimè ſententiam
Tam manifeſte declarauit numine?
R. *Temerarium & periculi pleniſſimum*
Obluctari diutiùs, accipio iugum.

Textoris lib. 3. Proſodiæ. ECHO.

CDXXXIV.

DIc mihi Nympha cauis habitas quæ in vallibus Echo
Semicaper Faunus. cur ita clamat? amat.
Qua tamen illa furit cuius male ſanus amore
Diuitis à Codri filia Nais? ais.
Eſt opulenta quidem ſed turpibus obſita rugis
Debuit hanc bifrons ducere Ianus? anus.
Candida me vero Thaumantias vrit amantem
Cuius forma decens eſt generoſa? roſa.
Huius amore flagro. ſed dic reſonabilis echo
Quæ res ergo graues ſunt in amore? moræ.
Ver eſt conueniens blandis & amoribus aptum
Vere nouo ſponſum me fore reris? eris.
Interea gelidis in vallibus ipſa valeto
Vox tua ſæpe mea voce ſonabit? abit.

CDXXXV.

In Caſtro Doloris (liber eſt curioſus, quem P. Eugenius à S. Ioſeph in morte Ferdinandi III Romanorum Imperatoris euulgauit) reperitur hæc Echo.

IN Parnaſſi aliquis, Quis? *neſcio, monte canebat,*
Pallentis in Cælo ſqualebat Luna colore,
Ore: *ſolum lacrymis Aurora,* Rore, *madebat,*
Hoc Phœbus moriens, Oriens, *dignus nè dolore?*
Vulcanus, Canus, *totè per tecta ruebat,*
Atque Aula è lignis Ignis *ſtrepitante fragore,*
Re. *Ne fortè diſes tenebreſcat lumen habebat,*
Phœbi commotus, Motus *Vulcanus Amore.*
Cælica caſtra, Aſtra, *aſcendit Fernardus Achille*
Major. Hic occaſum. Caſum *Sol neſcit: Aſratur.*
An Laurum, Aurum *Vulcani petiere fauilla?*
Illæ. *Aurum Cæſar fueras. Nempè igne probatur.*
Rumore, Ore, *fremit cur Aulicus omnis? an ille*
Fit Lauru exuſta? Vſta. *Phœbo obeunte crematur*

Verſus ſunt Metro-rhythmici, quoniam numeris Heroicis, & concentui Rhythmico, cui apud Hiſpanos *Soneto terciado* nomen eſt, correſpondent.

CDXXXVI.

STephanvs Tabourotius cap. 16. agit de Echo: & quia Lucretius dixerat.

Sex etiam ac ſeptem vidi loca reddere voces.

inquit, An Echo duplex aut triplex poſſit fieri? & reſpondet Tetraſtichum hoc producendo.

En

En grand remord mort mord,
Caux qui parfaicts faix faicts,
Ou par effort fort fort,
Des clers tous frais rex rais,

Addit Echones aliquas Gallicas, in laudem, in vituperium fœminarum, &c. à Bellayo, Maroto, Paſquierio & alijs poëtis claris compoſitas: & hanc Latinam, quæ VIDVA inſcribitur.

Vidua & Echo introducuntur.

V. NVnc ego ſola meos hic, nullo teſte, dolores
Solabor, triſtis & ipſa loco.
Hac à parte juuat Syluarum obſcurior vmbra,
Muſco inde placent antra referta ſitu.
Hinc etiam fontes, è quorum murmure leni
Exiguos lapides ingemuiſſe puto
Atque inter tantos ſi fas gaudere, dolores,
Hunc equidem lætor me reperiſſe locum:
Nullus adeſt. E. *eſt.* V. Hic loquitur quis juſtius æquo?
Ec. *Echo.* V. Reſponde tu ergo Dea? E. *ea.*
V. Qui me agitant fluctus? E. *luctus.* V. Semperne manebit?
Aut dolor aſſiduè me ſuperabit? E. *abit,*
V. Non abit, at contrà Cadmæi militis inſtar,
Naſcitur, & lætam me fore reris? Ec. *eris.*
V. Abſit vt hoc credas, prohibent fata aſpera. E. *ſpera*
V. Quid ſperem, accepto vulnere quæſo refer?
E. *fer.* V. Fero quod poſſum, verum mors conjugis inter
Præclaros primi ſic mea corda mouet.
E. *Amouet.* V. Ab illo facile abſtinuiſſe putabis
In quo magna Deum munera erant ſita. E. *ita.*
V. Naturæ ſuadet vis. E. vis. V. Tum cætera diſce.
E. Dice. V. Omnes dotes opto referre. E. *fere.*
V. Si quidam omittam? E. *haud mittam.* V. Excuſatio talis
Sufficit, en dico principio. E. *incipio.*
V. Artibus excultus. E. *cultus.* V. Fuit atq; diſertus.
E. *Certus.* V. Tum leges excoluit. E. *Coluit.*
V. Quòd ſi fortunam ſpectes fuit omne decorum
E. *Aurum.* V. Eſt quod pluris tu facies. E. *Facies.*
V. Pulchra quidem facies perfecta ætate virili,
Illum qui cernit numina ſperat. E. *erat.*
V. Plura ſciat feciſſe illum hæc quiſquis legit. E. *egit.*
V. Iam dolor haud patitur plura tibi. E *i.*

CDXXXVII.

IOANNES Alſtedius Encyclopædiæ libr. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 6. Echonem ΠΑΡΗΧΗΣΙΝ appellat & ſequentibus verſibus refractis dilucidat.

ECho, qualis amabo, quæue nympha es,
Quæ valles colis haſce, propter antra
Palatina? Latina. Vin, loquelâ
Dignari reſonantiore Paulum?
Paulùm Te rogo quippiam, quod hercle
Neſcio. Scio. Me ſed ecquis audit
Te præter, mera verba per nemus qui
Dem? Nemus quidem Ain? Sed auris auris
Ineſt. Auris ineſt, Capace lucus
Aures ſic habet ob vias meatu.
Au! res ſic habet, ob vias meatu.
Dic ſodes modò, cor flagrans mihi vnde eſt
Et furens adeò! à Deo. An liquore
Tinctus, deſtituat furore? Rore.
Ecquo rore, liquente dum marino?
Marino, dabit hunc Roſina, cordis
Margarita? Ita. cujus eſſe guſtus
Arbitraris, amare & haud amari?
Amari. Id ſtomachi eſt acerbioris.
Acerbi oris. At ipſe nil acerbi
Sentio; ora fibris carent amaris.
Amaris; Quid, age, eſt quòd illa tam ſit
Clemens? Mens. Adeone mitis in me
Hæc mens perpetua eſt? Tua eſt. Erit me
Cum concorde Adamas fauore ſemper.
Cum concorde adamas fauore ſemper.
Qui menſis decus addet inde maius?
Maius. Sed mihi quos dabit patenti
Sermones comes ille & illa? Comes,
Ille & illa. Repulſa nec parata eſt?
Rata eſt. Ambiguè loqui videris.
Forſan, ó dea, veritate aberras.
Erras. Quam vereor? Reor. Cupis me
Irritare, quid angor? Irritâ re
Quid angor? mihi nonne præſtituta eſt?
Tuta eſt. Et mihi deſtinata? Nata.
Fato ſcilicet Ilicet. Puella
Nubet ergo mihi illa verè! Vere.
Sponſæ ritè ſacrabo liba? Liba.
Meliſſæque vocabo nomen? Omen.
An poſt ducier huc ſines Roſinam?
Sinam. Ille ipſe dehinc, mihi illa junget
Baſio oſcula ſuauiore? Suaui
Ore. Labra per hæc litum ſapis mel
Iſſe cerno. Sapis Meliſſe, cerno.
Interim mihi ſuauiter valebis.
Valebis. Mihi dulciter vale. Ter
Vale. Et ſta requieta. Re quietâ.

Sæpe ΠΑΡΗΧΗΣΙΣ comitem habet ΟΜΩΝΥΜΙΑΝ: vt,

Quid facies facies, veneris cùm veneris ante;
Ne ſedeas, ſed eas, ne pareas per eas.

METAMETRICA:

A P O L L O

ANAGRAMMATICVS.

Sunt aliena quidem, ſed pulchra Anagrammata, profert
Pagina quæ præſens; hæc ſaltem laudibus effer.

CDXXXVIII.

QVEM Græci *Proteum*, Latij *Vortumnum*, nos dicimus *Apollinem Anagrãmaticum*. Fuit autẽ Proteus, Deus Marinus; Oceani & Tethyos filius, Neptuni phocas paſcens. Dicitur fuiſſe Vates peritiſſimus; ſe in formam quamcumque tranſmutans. Eum his Virgilius verſibus 4. *Georg.* deſcribit.

Eſt in Carphathio Neptuni gurgite Vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piſcibus æquor,
Et iunctis bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus patriamq. reuiſit
Pallenen, hunc & Nymphæ venerantur, & ipſe
Grandæuus Nereus, nouit namque omnia Vates,
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahãtur.
Quippe ita Neptuno viſum eſt, immania cuius
Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite phocas.

Et equidem quidquid de Poetarum acuminibus ſit, fuit Proteus Aegypti Rex, patriâ Memphites, qui Pheroni (fortè, Pharaoni) in regno ſucceſſit. Quæ de eius mutabilitate dicũtur, ab Authoribus commodè exponi ſolent. Ipſe enim, quod & Caligula poſteà fecit, habitu inceſſit vario, iam Leonis exuuijs tectus, iam alius animalis: iã ſerico, iam auro indutus; iam arboris, iam monti ſimilis: &c. Poſſent referri ad mores hęc: nam Paulus, omnibus omnia fiebat, vt omnes lucrarcetur Chriſto: & qu cumq. Princeps, debet eſſe omnia omnibus, vt ſingulos in officio contineat. Ideò quidam Poëta.

Ceſar, Rex, Princeps, qui non ſe accommodat orbis
Omnibus ingenijs, non habet ingenium.

Placet conceptus, & vt à noſtratibus intelligatur, illum ad numeros ſequentes reduco.

Rey fue Vertumno, expexo de los Reyes,
Y aſi pudo poner al mundo leyes.
Simple y aſtuto fue, manſo y ſeuero,
Ruſtico, y caballero,
Con los grandes gigante,
Con los chicbos pygmeo,
Blanda cera, duriſſimo diamante,
Bello con eſtos, con à quellos feo:
Que es Politica mala,
Lo que todo lo iguala;
Y aſi el Monarcha que quiere de prudente
Gozar laurel, y coronar ſu frente,
Serà trueno ſin rayo para el bueno,
Para el malo ſerà rayo ſin trueno.

Hoc idem Numen à Romanis cognitum & admiſſum: Vertumnus dictus, quod in varias formas conuerteretur. Eum Tiberius Donatus *Vortunum* dicit, vt voci *Portunus*, à portando deductæ, ſit ſimilis.

Hæc ipſa mutabilitas hodie à nobis grammaticè conſideratur; nam characterum & literarum Protei, vulgò dicuntur Anagrammata, vt cum *Rodulfus II.* fit *vi floridus*: & *Fridericus*, *Fidecurris*: & *ebrietas*, *re beſtia*: aut etiam cum vox *Roma* tranſit in *Armo*, *Maro*, *Oram*, *Roam*, *Mora*, & alias ſimiles. Et huc poſſent reduci Retrograda, vt *Roma*, *Amor*; *Eram*, *Mare*; &c. ſed quia habent hæc ſpecialem locum, non debuerunt reliquis cõmiſceri. Anagrãmata ſiũt in omni linguâ. Illud Eſaiæ 40. 26. מי אלה ברא. *Quis illa creauit?* habet anagrammaticum reſponſum ex Geneſ. 1. 1. ברא אל ים. *Creauit Deus.* Sic apud Græcos ἀρετή. anagr. ἐρατή. ſic χόλον. anagr. ὄχλον. ſic etiam [illegible]. anagr. [illegible]. *Tu es agnus*.

Sicut literarum Protei *Anagrammata*, ita dictionum Protei dicuntur *Analexes*. quæ extra metrum rarò, aut nunquam ponuntur. at in metro habent gratiam, poſtulantque, vt ſeruatâ debitâ vocalium quantitate, dictiones mutentur inter ſe: vt cùm Hypotheſis Thyconica ſalutat Copernicanam, immenſaſque fixarum ſtellarum moles (ſunt enim tantùm non immenſæ Copernico) irridens & inſultans exclamat:

Tot porrò ſunt monſtra tibi, quot ſydera cælo.

Quod carmen in multa millia transformationum ire poterit. Illæſo enim & ſenſu & metro, poſſemus etiam dicere.

Porrò monſtra tibi tot ſunt quot ſydera cælo.
Sydera quot cælo, tot porrò monſtra tibi ſunt. &c.

Et quidem de Anagrammatibus nunc, de Analexibus inferiùs diſputabimus.

MVSA I. DOCENS.

CDXXXIX.

POSSVNT in omni linguâ conformari Anagrammata, ſed quia Latinis præcipuè ſcribimus, ex Latino idiomate exempla potiora ſumemus.

Sunt Anagrammata in magno apud aliquos precio: apud alios in paruo. In Reginæ Eloquentiæ Palatio exercitat. 1. lect. 2. punct. 6. pagin. 57. hæc lego. *Huc anagrammata pertinent, plerumque laborioſi magis, quàm ingenioſi partus, vel potiùs quoddam tormentum ingenij: ſunt, autem, vt obiter dicam, varij generis. &c. parciùs aſſumendi, niſi quid ænigmaticũ venuſtè pariant, & ad inſtitutum faciant: alioqui res multo ſudore ſteteris, nullo fructu: multis odioſa, quia noua; nonnullis inuidioſa, vel ridicula, quia ſingularis & inaudita videbitur. Si tamen elegans fuerit, & aperto demum artificio, tanquam velamine ſublato, perſpicua: ſi fuerit opportuna, non ingratos amores, & delicias faciet. &c.*

Anagramma in purum, & impurum diuiditur. Illud eſt, in quo nulla litera deeſt, aut ſupereſt: vt *Maro, Armo*. Iſtud, in quo eſt aliqua imperfectio: puta, ſi vna litera deſit, ſi aliqua ſuperſit, ſi aliqua mutetur in aliam. Deſunt literæ, quãdo plures ſunt in Programmate, quàm Anagrãmate; ſuperſunt, quando pauciores ſunt in illo quàm in iſto. Conſidera exempla ſequentia.

Dei Mater Ἀναγ. *Diameter*. Eſt purum.
Ferdinandus Ἀναγ. *Dura findes*. Deficit N.
Virgo Maria Ἀναγ. *Mira rogauit*. Deficit T.
Eucharistia Ἀναγ. *Hic vera vita*. Mutatur S. in V.

Primum Anagramma eſt purum: tot enim habet literas, & tales, quot & quales Programma. Cætera omnia ſunt impura. Secunda impuritas in defectu conſiſtit, nam *Ferdinandus* habet vndecim literas, & *Dura findes*, decem: quod, ſi dicamus, *Dura findens*, erit Anagramma purum, & nullo laborabit defectu. Tertij impuritas in augmento conſiſtit: nam Programma habet decem literas, & Anagramma vndecim. Ergo, ſi dixerim, *Mira rogaui*, dederim purum Anagramma. Et tandem quarti impuritas non tam in numero, ſed in qualitate conſiſtit: nam *Eucharistia* tot habet literas, quot *Hic vera vita* (vtrumque habet vndecim) ſed non tales, nam S, quæ erat in Programmate, conuertitur in V in Anagrammate.

Semper pura cæteris ſunt anteferenda: at toleratur impuritas, ſi ſimplex; etiam interdum duplex: nunquam triplex: quam ob rem, ſi tria habuerint vitia, reijciuntur.

Et hic tu opportunè, quia multa licentioſa Anagrammata, quæ impura ſunt, & in leges communes impingunt, laudari & celebrari, vides; interrogas, an liceat ſemper vti facultate, aut licentiâ, quam canones præſcripti indulgent? Rem admiſſam ab omnibus non ſine acumine negari Romæ: nam cùm deuotus quidam Doctor immaculatam Virginis conceptionem impuro & licentioſo Anagrammate concelebraſſet, fuit monitus iſto Tetraſticho:

Non bene defendes impuro Anagrammate Iane
Conceptum purum Virginis Angelicæ.
Immaculata Parens laudes ſine labe requirit,
Ore nec impuro debuit illa coli.

His tamen non obſtantibus, Anagrammata, quæ vnum habeant vitium, ſi arguta, laudantur; & quæ habeant duo, tolerantur: nam, vt dixi, tria vitia non ſolent permitti.

Aliquid volo addere, vt conſulam facilitati. Si velis non perturbari in tranſpoſitione literarum, ſcinde chartæ particulas quadratas quot fuerint neceſſariæ: ſingulis iuſcribe vnam literam: & ſupra nudam menſam illas coordina, & ſemper habebis ob oculos aſſumptas, & neglectas, & multò faciliùs quid ſis facturus ſcies, quàm ſi calamo vtaris.

Vbi multæ ſunt conſonantes & paucæ vocales, pura Anagrammata vix fieri poſſunt. Sequentia in exemplum produco.

MADRID. Ἀναγ. MADRE.
Deeſt D: & I tranſit in E.

Eſta gran Babylonia, en que reſide
El Catholico Nino,
Deſde el gran Apenino
Haſta el Caucaſo ſus conquiſtas mide.
Los que ayer opprimio como enemigos,
Oy recibe por hijos,
Y con mill regocijos
Los ſocorre y ampara como amigos.
Y aſſi es bien que le quadre
A Villa tan feliz nombre de MADRE.

MADRID. Ἀναγ. MARIDO.
Vertitur D. in O.

Se casò Madrid (Señor)
Con muy poderoſas gentes,
Y con ſer tan differentes,
Las mueſtra muy fino amor.
Deſde America a Mayor
Las de eſplendor mas lucido

Por

Por ſu quenta à recebido,
Y es, dando à todas la mano,
De las parciales hermano,
De las ſugetas MARIDO.

MADRID. Ἀνάγ. MAR, ID.
Deeſt D.

M. Tirſus de Molinâ, in Comœdia, quæ inſcribitur *Martha la piadoſa*, act.3. introducit Paſtranam Marthamq. de Mançanares (riuulus eſt, qui Madritum alluit) differentes.

Paſtr. *Que rio?* Marth. *El de Mançanares.*
Paſtr. *Riome del rio yo.*
Marth. *Antes quiero, que repares,*
Que es rio de quien nacio
El Rey de todos los mares;
Rio de Madrid, que es MAR,
Que eſas letras tiene en ſi.

Etiam ſi duplex DD. tranſire iubeantur in A. *Madrid* in *Maria* conuerti poterit.

CDXL.

De Anagrammatibus concatenatis.

INter alios ingenioſos Diſcipulos, qui meam domum & gymnaſium honorarunt Louanij, D. Petrus Vander Hagden, Brugenſis Conſulis filius, inter præcipuos fuit. Claruit in Philoſophicis; ita tamen, vt amœniores Muſas nunquam contemneret. Sudabat ſub prælo D. Landri Bandtij Liber, olim à me Hiſpanicè editus, & ab ipſo in linguam Latinam ſtilo florido & polito tranſlatus; &, dum omnes Domeſtici in laudem Authoris & Libri ſe profunderent, & vtrumque Anagrammatibus concelebrarent, cenſuit acutus Adoleſcens non bene laudari ingenium peregrinum Bandtij, niſi & Encomiaſtæ ſemitam ingrederetur peregrinam. Hanc ille ob cauſam, Anagrammata concatenata, Veteribus ignota & inuiſa, propoſuit; & publicauit hos numeros ingenij plenos. Tu ſingulos bene conſidera.

Ioannes de Caramuel. Πρόγραμμα.

Ἀνα-γράμ-ματα.	*ac Leander, Muſæ in o-*	Eſt purum.
	cio lenes. Ad arenam v-	Eſt purum.
	icère æmulos, ſana dan-	Addit S.
	do arma. (Ne cane leuis.	Eſt purum.

Ἐπίγραμμα.

Ne cane lingua leuis dignas grauiore cothurno
Illuſtres Muſas, ſed cane lingua grauis.
Priſca nouem coluit Parnaſſi Numina ſacri
Relligio; præſtat nunc coluiſſe duo.
Tu, quas diſperſas dotes habuere ſorores,
Vnà Caramuel, *Tuq.* Leander, *habes.*
Vos duo Parnaſſi Dunenſis Numina, Muſis
Doctrinâ, & ſtudio nobiliora nouem.
Ingenio lenes generoſa per ocia lauris
Cingitis inuicti tempora, fronde comas.

Aemulus eſt victus: maleſuado dente malignus,
Nam mordere nequit, rodere cuncta ſolet.
Rudatq. & rodat, ſiquidem pars magna triumphi
Zoili erit leſſus, inuidiaq. fragor.

Placuit ingenijs Academicis Anagrammatũ nouitas: &, quia illa imitati ſunt aliqui, modum, & normam eadem fabricandi ſubijcio.

Erat Πρόγραμμα. *Ioannes de Caramuel.* Hic erat Author Libri; &, quia etiam D. Leander Bandtius, qui Librum in linguam Latinam tranſtulerat, laudandus erat, primum Ἀνάγραμμα dedit, *Ac Leander Muſæ in o-*? Sed quid in o-? ſenſus ad ſecundum Ἀνάγραμμα progreditur, & ait *cio lenes. Ad arenam v-* ſupereſt V, & ne abundare dicatur, ad tertium Ἀνάγραμμα percurritur, videlicet, *icère æmulos ſana dan-* Et quia opus erat vocem vltimam (nempe, *Dan-* abſoluere, additur quartum Ἀνάγραμμα (videlicet *do arma. Ne cane leuis*) quod ſenſum claudit.

Hinc patet facilius eſſe cõcatenata Ἀναγράμματα, quàm ſimplicia condere. Debent igitur concatenata à nouitate, & facilitate laudari.

Huic ſimile eſt Parthenium hoc, quod olim Imperatrici Angelorum inſcripſi.

Salue Regina Maria. Προγράμματα.

Ἀνα-γράμ-ματα.	*Iram rege. Lunas à ia-*	Eſt purum.
	nuâ mirâ geris. A-	Eſt purum.
	nimas riga, leua, ale.	Mutat R. in L.

Ἐπίγραμμα.

IRatum patimur Stygium dum Dæmona, noſtrũ
Incautè pectus crimina multiplicat.
Nos contrà idcircò ſuccenditur almus Olympus;
Expiet vt culpas, fulmina torquet Atlas.
Tu rege (nempe, fuga) audentes Cacodæmonis iras;
(Nempe, arce) Cœli fulmina ne noceant.
Ianua ſi eſt vitæ Conceptio, Gratia Luna,
Virgo tibi Aſtripotens, vtraq. mira fuit.
Aridus eſt animus? tu Cœlicola Virgo rigabis.
Et iacet, & ſerpit? tu pia Virgo leuas.
Eſurit, & ſitit? illum tu virtutibus alis,
Ambroſiâ nutris, nectare fortificas.

CCCCXLI.

De Anagrammaton iure, & licentiâ.

INterdum iure vtitur ſuo Anagrammatiſta: interdum ſibi indulget, & vtitur toleratâ licentiâ. Dicitur vti iure, quando varietatem literarum admittit, quæ cum puritate componitur: ſed tunc licentiâ vtitur, quando varietas officit puritati.

Habet ius vertendi I. & V. vocales in I. & V. conſonantes; nec enim ſcio fuiſſe vel vnicum criticum, qui ob alterationem eiuſmodi Anagrammata impuritatis accuſaret. Vtroque iure

gaudet hoc Anagramma *Iulia, Liuia*. Ibi enim primum I. eſt conſonans, hic vocale: & ibi V. eſt vocale, hic conſonans.

Veteres, cùm Y. literam Græcam, mutarunt in V. vtebantur ſuo iure. Multa exempla congerit Ianus Laurenbergius in ſuo Antiquario literâ V. dixit enim Liu. Andronicus *Cuclops*, pro *Cyclops*: Ennius *Olumpus*, pro *Olympus*: &c. Hodie igitur, ſiquidem Y. ſonat vt I. ſi nolit Orator Græcas literas penitùs extirpare, poterit ſaltem Anagrammatiſta I. pro Y. ponere, quoties poſtulet ratio. Pono exemplum *Syderum* Ἀνάγραμμα *Mus ride*: *Ridemus*.

H. à Grammaticis dicitur non eſſe litera: ergo omitti, vel addi poterit illæsâ puritate. Vnde *Monachus* dat *Canoſum*. Vt Anagrammatis ſinceritati conſulant, nonnulli H. omittunt, etiam in Diagrammate, vt videre eſt in S. Benedicti vitâ à D. Ioſepho Coſtaltâ centum pulcherrimis Anagrammatis dilucidatâ, quorum Diagramma fuit, Benedictus *Anicius Monacorum Patriarca*. in quo bis omittitur H.

Literæ etiam duplices (videlicet X. & Z.) ſicut etiam iſtæ (ct, ſt, ſl, ſb, ſſl) & ſimiles, aut ſolui, aut contrahi poſſunt. Sic apud Ovvenum *Vxor* anagrammaticè eſt *Orcus*. & apud alios *Siſca* (apud Bohemos Iouis irati fulmen fuit) erit *Axis*.

Fortè erunt, qui Iura alia producant, ſed meo Lectori expedit eſſe religioſo, ne nimio iure vti, vel abuti dicatur.

Licentia à Iure differt, quoniam literarum verſiones licentioſæ puritatem amittunt. Eſt ergo licentia, cum vel vnica litera additur, vel vnica demitur, vel vnica in aliam mutatur. Pono exempla.

Ferdinandus.	Programma.
Dira fundes.	Anagramma purum.
Dura findes.	Etiam purum
Iras funde.	Demitur D.
Diras fundet.	Additur T.
Mira fundes.	Mutatur D. in M.
Radios fundet.	Additur O. & S.

In vltimâ lineâ duæ adduntur literæ, & hoc non tam vſu licentiæ, quàm abuſu: nam licentia, niſi vnica ſit, non ſolet ab eruditis tolerari.

Occurrit dubium, quod ſæpiſſimè ſolet proponi: nimirùm, *An conſulendum puritati Anagrammatis ſit, an elegantiæ, & maieſtati ſensûs? An anteponi debeat impura literarum varietas grandi prædita ſenſu, puræ, ſed humilem ſententiam exhibenti?*

Hieronymus Genuinus huic dubio reſpondiſſe videtur: multa enim in illo libro, cui à nominum metamorphoſi nomen, reperies Anagrammata impura, quæ eſſe potuerunt pura, ſi ſensus nobilitas negligeretur. Aliqua exempla pono. Libro 2. mutat E. in V. in hac literarum metamorphoſi *Perettus* ἀναγ. *vt Petrus*, quæ eſſet pura conuerſio, ſi diceretur *Et Petrus*. In hac autem addit T. videlicet, *Maphæus Barberinus*. ἀναγ. *Mea Vrbs, & Vrbis Phana*. quæ eſſet omnino pura, ſi omitteretur T, & legeretur, *Vrbs è mea Vrbis Phana*, vel ſaltem, *Vrbs his vre mea phana*. Et iterum, *Maphæus Barberinus*. ἀναγ. *Habes pia munera Vrbis*. Additur I. & negligitur puritas, eum tamen dici potuerit, *Vrbs habes pia munera*, vel etiam, *Pia Vrbs habes munera*.

Dubium aliud ſuccurrit. *An vocum compendiis & notis vti poſſimus, aut in Diagrammate, aut in Anagrāmate, ſine puritatis iacturâ?* Quod eſt quærere, *An ſint pura hæc Anagrammata*. D. Ioannes. ἀνάγραμμα Anno dies. *Sic etiam* Antonius è paupertate perit. ἀνάγραμμα Puer ætat. ann. vij. pro te eſt.

Ego, & multi viri docti mecum, huic dubio aſſertiuè reſpondent.

MVSA II. ERYCIA ETIAM DOCENS.

☞ CCCCXLII.

QVæ breuiùs Muſa prima, hęc vberiùs deducit & dilucidat: & ab Erycio Puteano, Regio Hiſtoriographo, Arcis Louanienſis Præfecto, bonarumq. Artium & Literarum Profeſſore (quem nominaſſe, laudaſſe. & celebraſſe eſt) nomen ſortitur. Ille quidem, dum viueret, mihi coniunctiſſimus fuit. Amaui ſuauiſſimum, & doctiſsimum Senem: eiuſq. gloriam, famamque, quà potui, promoui & defendi. Voluit interdum ſpeculationes noſtras ſuis adiungi, aut ob argumenti identitatem, aut methodi ſimilitudinem. Prodijt Bruxellæ apud Ioannem Mommartium libellus ſub hac inſcriptione.

Erycij Puteani de Anagrammatiſmo, quæ Cabalæ pars eſt, Diatriba; amœnitatis causâ ſcripta, vtilitatis edita. Accedit Ioannis Caramuelis breuiſſimum totius Cabalæ ſpecimen: curâ & ſtudio Iuſti Cæcilij Puteani E. F. Patris permiſſu.

Voluit igitur prudentiſſimus vir, hos duos libel-

libellos ſimul lucem adire, vt alter alterum iuuare poſſet. Et ego, quos ille olim coniunxit, ſeparari non patiar: & hanc ob rem, etiam in ipſo limine Metametricæ, quæ nihil aliud eſt, quàm quædam Latina Cabala, ſpecimen illud poſuerim, volo Anagrammatici Parnaſſi Meditationes honorare, Diatribam Erycij adiungendo. Illam interlege, & Authoris admireris ingenium, toti Orbi notum, & ſæpè à doctiſſimis Viris laudatum. Fruere & Vale.

Per-Illuſtri, & Ampliſſimo Domino

D. FRANCISCO IOANNI DE ROBLES,

E COMITIBVS D'ANNAPPES,

Præpoſito, Cancellario, & Conſeruatori Louanienſi,

NOSOCOMII REGII

Magno Adminiſtratori.

PERILLVSTRIS ET AMPLISSIME DOMINE.

INTER ſeria recenter opera amœnus, amœnis his diebus, Optimus parens meus fuit, & ANAGRAMMATISMVM, intactum alijs argumentum, ingenio & ſtilo complexus eſt. Ad delicias venis, & philoſophari potuis; ad otia, & occupari. Scribendi occaſio & cauſſa ab interceptis nuper Epiſtolis: quod crimen qua fraude commiſſum, cā audaciā defenſum eſt. Quid remedij? Aut non ſcribere, aut Notis Litteriſque ſcribenda occultare. De Litteris hìc agitur, non Commutandis, quæ Synthematica ratio eſt, ſed Tranſponendis, qui propriè Anagrammatiſmus appellatur. Quam verò originem, quem vſum ille habeat, ſcire hac DIATRIBA licebit: ſcire, inquam, Quoties nomen vnumquodque, præſertim Proprium, verti poſſit, & Quomodò: quo Numerus compendio, quo Ars ac Methodus ordine conſtituatur. Plura huius cōmatis ſunt, nec obuia, quæ omnia tamen Anagrammatiſmo continentur; digna certè, quantum Docti & Amici iudicant, non ſcribi tantùm & publicari; ſed Nomini tuo inſcribi. Vni multa, Patrono Amica; expreſſa, & tamen occultata. Sed lucem omnia à tergemina tua luce accipient: à Stemmate, Virtute, Dignitate. Stemma antiquiſſimum eſt, & perilluſtre; Virtus pro Stemmate, Nobiliſſima; Dignitas pro Virtute, non vno titulo Ampliſſima; ſiue Vrbem hanc noſtrā & Academiam, Siue Rempublicam & Militiam ſpectemus. In Vrbe quidem, Summi Templi (præfiſcinè dixerim) Præpoſitus es, & Sacrorum munus imperio & exemplo egregiè ſuſtines. In Academia, Cancellarius, & honoris titulos, poſt emerita Studiorum ſpatia iuuentuti bono Patriæ diſpenſas: item Priuilegiorum Conſeruator, & pari auctoritate ac Iuſtitiā litterarum Tribunal regis. In Republica denique & Militia, Summus Noſocomij Regij Præfectus, ſiue Adminiſtrator, & tam inſigne Inſtitutum, vigilantiā, curā, prudentiā oſtendis verè Regium eſſe; prorſus tanquàm nomine munus exprimas. Quia enim ROBLESIVS es, aris quod diceris, & ſalutare Robur læſis, *tuo etiam neglecto commodo liberaliter adfers. Sed hæc quæ attingo, maius ab ipſo Parente meo Elogium, & tempeſtiuè accipient: qui Te, vt Sidus & Cynoſuram in Studiorum ſuorum pelago ſuſpicis; benignā ſic quoque vſurus Muſarum aurā, quam tuus fauor adſpirabit. Nunc igitur DIATRIBAM iſtam, à mea manu, ab illius ingenio cape, & vtrumque dedicatum tibi habe: imo* Amicos *omnes habe: quorum* Nomina, *quaſi ad ornamentum,* Anagrammatiſmo *tecta ſunt, & ſic protecta erunt. Ita Parens, ego, Amici, Stemma tuum, Virtutem, Dignitatem veneramur. Vale, Perilluſtris Ampliſſimeque DOMINE, & Litterarum Patrocinio gloriam extende. Kal. Iunijs, ∞ .ıↄc.xxxxıı.*

Cliens PP.

Iuſtus Cæcilius Puteanus, Bamelrodius, E. F. Magno Senatui Mechlinienſi à Secretis. Suo, & Parentis nomine.

VERVLTHA EVPANTO.

Diuinæ triplices hauſtus, EVPANTE, VERVLTHAE.
Attribuis mentis, cordaque trina mihi.
Qualem tergeminum teſtatur Iberia Regem,
Qualem Roma refert Enniademque ſuum.
Te colo, te miror triplicatæ munere mentis,
Te pluſquàm triplici munere cordis amo.

ERYCIVS PVTEANVS.

Anagrammatiſmus.

VERVS PYCTA VENIS,

PYCTA, *pugil*, Græcè πύκτης: quam vocem & Latini vſurpant. Columellæ, *Victor Gallinaceus pyctes eſt*. Plinio, *Euthymus pycta ſemper Olympiæ victor, & ſemel victus*. A quò? à Theagene, vt notauit Pauſanias: & quomodo? è dolo. Proinde nec victus: quippe cui mulctæ nomine, talentum pendere Theagenes juſſus eſt.

ERYCI PVTEANI DE ANAGRAMMATISMO QVÆ CABALÆ PARS EST, DIATRIBA.

CAPVT I.

Exordium à latebra ſcribendi, quæ Litterarum partim Commutatione, partim Tranſpoſitione conſtituitur. Cryptographiam propriè in Commutatione eſſe, Anagrammatiſmum in Tranſpoſitione.

CCCCXLIII.

NON vna ſcribendi latebra eſt: nulla promptior, quàm quæ Litteris, ſiue Alienis, & *Commutatis*; ſiue Proprijs, & *Tranſpoſitis*, formatur. Commutatio in toto ſermone, aut eius parte; quando quæ ſignificamus occultanda ſunt. Tranſpoſitio, in Nominibus potiſſimùm Proprijs; quando fictam hanc perſonam Viri Docti vel ſumunt, vel admittunt; cauti, vbi neſciri pulchrum; tuti, vbi latère neceſſum eſt. Vt tempora, proh dolor! & homines aliqui ſunt, vitijs pleni, ſed diuitijs ebrij, interuertere alienas epiſtolas audent, & tanquàm nulla ſigilli religio ſit, effringere, ac violare. Crimen deprehenſum eſt: in remedium cautio ſit, vt non res tantùm, quæ ſcribi ſolent; ſed ſeorſim hi ipſi, qui ſcribunt, imò hi ad quos, & de quibus ſcribitur, arte abſcondantur. Vrbes clauſæ ac munitæ ſunt, vt hoſtes arceantur: in vrbibus domus, vt fures. Imò verò & ſupellectilem quiſque ſuam cellâ aut conclaui ſeruat: monilia & nummos arctiori ſcriniorum ac ciſtarum fide. Nomina hic igitur Propria, vt monilia quædam ſunt, & peculiari ſynthemate digna, ſiue vſus, ſiue luſus placeat: quemadmodum vel amœnitas, vel neceſſitas, hos Litterarum dolos excuſabit.

De Commutatione quidem Litterarum, quæ CRYPTOGRAPHIAM propriè habet, peculiari Libello ante annos aliquot egi. De Tranſpoſitione, quæ ANAGRAMMATISMVM, hac nunc Diatribâ acturus ſum; breuiter, vt in ſterili argumento; libenter tamen, vt publicum faciam, quod ab alijs hactenus ſiue relictum in medio, ſiue neglectum eſt.

CAPVT II.

Litterarum Tranſpoſitionem aliam aptam & concinnam; aliam abortiuam & informem eſſe. Sæpe & ſignificationem deeſſe: Quid ANAGRAMMATISMVS, *quid Tractatio, Nomina Exotica, ſiue Barbara, eorumque Vis.*

CCCCXLIV.

EX vno nomine plura educere, curioſa Litteratura eſt: vnum è multis ſeligere, quo tuum diſſimules ac tegas, ſemper iucundum, ſæpe vtile, interdum neceſſarium. Etiam in ornamentum Nomen vertitur, ex ijſdem elementis, vel ſingulari ſenſu, vel opportuno encomio, vel eleganti ſcito exſurgens. In varia hac conuerſione, vel Apta, vel Inepta Litterarum conſtitutio eſt. Ineptam hiulcus Conſonantium concurſus facit. Aptam ames, quando ſignificandi vim habet; toleres, quando non habet. Sed quomodocumque, inter Figuras à Grammaticis recepta eſt, & *Metagrammmatiſmus*, ſiue *Anagrammatiſmus* appellata: Latinè *Traiectio*, ſiue *Tranſpoſitio* Litterarum: vel, vt inſolentiori vtar voce, *Tractatio*; *qua alium vultum dictio ſumit, etiam ignotum, etiam barbarum, etiam exoticum, & ex aliena quaſi linguâ adoptatum*. *Traiectio* hic, & ſimiliter Tranſlatio, propriè de loco in locum motio eſt, ſiue Litteram in ſyllaba capias, ſiue ſyllabam in dictione, ſiue dictionem in ſententia. *Tractatio* Varroni placuit, lib. IV. de Lingua Latina, vbi quatuor ob cauſſas nomina docet ex nominibus conſtitui: *Litterarum Demptione, aut Additione, & propter earum Tractationem, aut Commutationem*. Perperam enim hic *arctationem* legi, Turnebus animaduertit. Eſſe autem *Tractationem, cum tanquam manu litteræ tenentur, & huc, aut illuc tranſponuntur, ac traiiciuntur*. Sic à Cicerone ſcribi, de Oratore: *Materiam in verbis eſſe, Tractationem in collocatione verborum*. Vbi tamen alij, ſed nullo ſenſu, *attractionem*. Præterea, *Barbaries*, è Tractatione naſci hic fortaſſe ſolita, pro cultu ſit, peregrinitas pro elegantia, ſignificatio ipſa, quia nulla, pro energia. Huc traho, quod Ingenioſus ille Picus Mirandula Diſputationibus ſuis Magicis aſſerit, Theſi XXI. *Nomina Barbara, & nihil ſignificantia, plus habere efficacitatis*.

CAPVT III.

Antiqua origine imaginem Anagrammatiſmi in Sacris Litteris inueniri: ſed improprie, & per Commutationem; qua Iulius Cæſar poſtea, & Auguſtus vſi. Nomina ἰσόψηφα.

CCCCXLV.

ORigo Anagrammatiſmi antiquiſſima eſt, & cum Litteris, vel ſtatim poſt Litteras. Ipſa Sacra Oracula hoc alibi inuolucro tecta ſunt; imò hoc ornamento inſignita, vt quia latent, diuiniora appareant. Exemplum ab Hieremia Propheta, cap.xxv. *Et Rex SESACH bibet calicem vini furoris*. Quis Rex? Babylonis; ſed Litteratum latebra deluſus, ne ſacris minis irritatus noceret. Dictio enim בבל *Babel* in ששך *Seſach* Anagrammatiſmo (niſi potius Metatheſis ſit) Hebræis vſitato, transformata eſt. Nempè ſolent hi vltimam Alphabeti ſui litteram primæ loco, penultimam ſecundæ, antepenultimam tertiæ, & ſic deinceps ſtatuere, vt D. Hieronymus hic adnotauit. Quæ & apud Græcos Latinoſque ratio, ſed alio atque alio ordine, obtinuit; Iulio Cæſari, & Octauiano Auguſto familiaris. Et Iulius quidem D. pro A, E pro B, F pro C, ac per.nde reliquas quaternario interuallo ponebat. Auguſtus, proximam B pro A, C pro B, D pro C, pro X autem duplex AA. vbi notes Y & Z inter elementa Latina non cenſeri: quod & Victorinus Afer in Grammatica ſua annotauit. De Litteris iſtis ſingularijs videndus Suetonius in Iulio & Auguſto, Dio Caſſius, lib.xxxix. A. Gellius, lib.xvii. cap.ix. Iſidorus, lib. i. Orig. cap.xxiv. & Cryptographia noſtra. Sed an ſatis tutæ eiuſmodi latebræ? A Litteris ad Numeros, qui ſignificari litteris ſolent, ingenioſè tranſlata olim nomina, & ἰσόψηφα facta. Exemplum in Artemidoro, lib.iv. cap.xxvi. *Apud Græcos* γραῦς *anus, ægrotantibus viſa, mortis ſignum eſt: DCC. enim & IV. repræſentat: quem numerum implet quoque* ἡ ἐκφορά, *elatio, ſiue funus*. Nimirum anus funeri proxima eſt, paratum, vt ſic dicam, peculium Proſerpinæ. Sic Δαμαγόρας homo prauus & pernicioſus quidam, & λοιμὸς *peſtis*, in veteri Epigrammate Græco lib.ii. Anthologiæ: æquales enim numeri ſunt, CCCXX. par malum, velut bilance expenſum; atque plus peſtis in homine, vt Poëta inibi ludit, quam in ipſo morbo fuiſſe.

γ	3	η	8	δ	4	λ	30
ρ	100	ε	5	α	1	ο	70
α	1	κ	20	μ	40	ι	10
υ	400	φ	500	α	1	μ	40
ς	200	ο	70	γ	3	ο	70
	704	ρ	100	ο	70	ς	200
		α	1	ρ	100		420
			704	α	1		
				ς	200		
					420		

CAPVT IV.

Ariſtarchum, alioſque de Anagrammatiſmo ſcripſiſſe. Ingenioſam hanc ſolertiam Somnijs quoque interpretandis adhibitam; ſed varia poſteà ſuperſtitione infamatam.

CCCCXLVI.

DE Anagrammatiſmo verò, vt eoli Græcis ingenijs cœpit, ſcripſiſſe Ariſtarchum illum cenſoriæ ſeueritatis Grammaticum, alioſque nonnullos, idem Artemidorus tradit, lib.iv. cap.xxv. Et hos ſerios quidem fuiſſe, quòd ſcripſerint; ridiculos, quòd, in ſomnijs præſertim interpretandis, non vſurpârint. Verba eius ſunt: Διδάσκουσι τί ἐστιν Ἀναγραμματισμός. ἐνδεεῖς δὲ φαίνονται αὐτοὶ χρησάμενοι, οὔτε μεταθέντες συλλαβάς, οὔτε ἀποβάλλοντες, οὔτε προσθέντες γράμματα: *Docent, quid ſit Anagrammatiſmus; ſed videntur eo vſi non eſſe, neque tranſponentes ſyllabas, neque reijcientes, neque apponentes Litteras*. Sed neque reijciendæ, neque apponendæ litteræ erant, vt Anagrammatiſmus eſſet. Satis erat, Tranſponere. An fallor? Nimio plus Somnio, & ſic Anagrammatiſmo tribuit. Addit verò, huius vſum illius interpretationi neceſſarium interdum eſſe, & ad perfectionem dignitatemque ἐπιμαρτυρεῖν facere. Hâc laude Ariſtandrum fuiſſe, qui Alexandri, longâ & dubiâ circa Tyrum obſidione hærentis, ſomnium feliciter ſyllabę vnius beneficio interpretatus eſt, & victoriam addixit. Rem Plutarchus narrat; ſed verba ſequor Artemidori, ſomnij modum mutantis. Satyrum ecce Rex in ſcuto ſuo ludentem per quietem viderat. Quid Vates? Anagrammatiſmo vſus eſt, vocabulumque diuidens, *Quia tuus*, inquit, eſt Σάτυρος, *Satyrus*, σὰ Τύρος *Tua eſt Tyrus*. Somnium toleres: Somnium enim eſt. An dicam? Ad ὀνειρομαντείαν ſiue στοιχειομαντείαν ſuperſtitio progreſſa eſt; tanquàm à nomine, quod quiſque gerit, fata & futura dependeant, & è litteris, variè collocatis, eruantur. Ampliùs: tanquàm vitæ mortiſq; vires & vices Anagrammatiſmo obnoxia ſint, & elementorum traiectione ac ſitu regantur Hinc Philoſtratus lib.iv. puellam narrat, quæ Romæ in funere efferebatur, ab Apollonio (penes Auctorem ſit fides) nominis myſterio, quaſi poſtliminio animatam.

CAPVT V.

Lycophron Poëta Tragicus à pangendis Anagrammatiſmis celebris. Πτολεμαῖος ἀπὸ μέλιτος: Ἀρσινόη, ἴον ἥρας: *Iunonem pro Aëre poni. Exēpla plura ex Euſtathio. Neque Homeri ingenium ab hac elegantia abfuiſſe.*

CCCCXLVII.

SEd præcipua Artis huius laus Lycophroni Chalcidenſi Grammatico & Poëtæ Tragico, vni ex Septem, qui Pleiades appellati, à Scholiaſte eius tribuitur. Non fortaſſis quia reperit Anagrammatiſmum, ſed vſurpauit & excoluit: celebris διατὸ λέγειν ἀναγραμματισμούς; *quia Anagrammatiſmos formabas*; imò carus Ptolemæo Philadelpho, Lai filio, & ſorori eius Arſinoë, vel ob eas delicias. Πτολεμαῖος illi ἀπὸ μέλιτος, tranſpoſitis Litteris, quaſi *è melle*; Ἀρσινόη vero ἴον ἥρας quaſi *Viola Iunonis*. Sed bone Deus! quanta hic nobis promptior laudis materia eſt, à Magno, & diuinitus dato Belgis Gubernatore MELLO! quanta etiam à cæleſti Coniuge eius, Gratiarum Matre, Virtutum idea VILLENA! Et ille quidem totus è Melle, & melleo nomine, vel ſine Anagrámatiſmo exprimit quicquid plus quàm humanum eſt. Ptolemæus, imò Philadelphus eſt, decus non armorum tantùm, ſed librorum; tanquàm & in Caſtris Litteras habeat; belli felix, quia Pacis artes Poliorcetes æſtimat. Hęc autem quędam quaſi Arſinoë eſt, & Viola Iunonis VENILLA eſt, vt familię nomen Anagrammatiſmo comprehendam, & Vrania illa Venus, illa à Platone deſcripta; in qua nullus animi næuus formam & pulchritudinem corporis dehoneſtat. Suaue quidem & melleum, imò & venuſtum hoc diuerticulum fuit: ad tramitem reuertor. Euſtathius ad illud Homeri Iliad. θεὰ λευκώλενος Ἥρα, *Albis cubitis Dea Iuno decora*, vim, ac myſterium Anagrammatiſmi agnoſcit: Ἥρα ὁ ἀὴρ καὶ ἐκ τοῦ ἀναγραμματισμοῦ, ἐξ ὧν γὰρ ἥρα γράμματων, ἐκ τούτων καλεῖται καὶ ὁ ἀήρ: *Iuno, aër eſt, & quidem Anagrammatiſmo. Ex eiſdem enim quibus Iuno Litteris, etiam Aër dicitur.* Sic & Cicero philoſophatur, lib. II. de Natura Deorum: *Aer, vt Stoici diſputant, interiectus inter mare & cælum, Iunonis nomine conſecratur: quæ eſt ſoror & coniux Iouis; quod & ſimilitudo eſt ætheris, & cum eo ſumma coniunctio.* Hanc ſimilitudinem, & coniunctionem ſuis breuiter notat verbis Macrobius, lib. I. in Somnium Scipionis, cap. XVII. *Iuno ſoror Iouis & coniux vocatur. Eſt autem Iuno aër: & dicitur ſoror, quia iiſdem ſeminibus, quibus cælum, etiam aër eſt procreatus. Coniux, quia aër ſubiectus eſt cælo.* Serius, vt ſolet, & ſecurus hic Arnobius, lib. III. *Si Iuno aër eſt, quemadmodùm vos ludere ac dictare conſueſtis, Græci nominis poſteritate repetitâ; nulla ſoror & coniux Iouis reperietur.* Cæterùm, ἥρα, vt Platoni placet in Cratylo, quaſi ἐρατή, *amabilis*. Vnde Virgilius: *Gratior & pulchro veniens à corpore virtus.* Hinc alius etiam, & apud eundem Euſtathium Anagrammatiſmus, ἀρετή, ἐρατή, *Virtus*: quæ verè *amabilis*, quia pulcherrima eſt, & omnis boni mater. Etiam Comico teſte:

Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. Plura exempla ab Euſtathio ſubjunguntur; ſed paucula hic nobis ſufficiunt: χόλος, ὄχλος, *ira, turba*; hinc rurſus λόχος; *inſidiæ*: φλύαρος, φαῦλος Atticè, *nugator, vilis*: χλόη quod Cereris cognomen eſt, χολὴ *bilis*: Ἄτλας, Cæliter *ille Axem humero torquens, ſtellis ardentibus aptum*; τάλας, *miſer*. Pauca iſta ſunt; ſed omnium optima, vt Scholiaſtes ille Homericus monet: in quibus ἐγγένεταί τις ἄντικρυς ἐν γράμμασιν, ὥσπερ καὶ ἐν νοήμασι: *quædam velut cognatio eſt, vt Litterarum, ita ſententiæ.*

CAPVT VI.

De Tranſpoſitione accuratiùs dictum, ratione Proprij & Appellatiui. E Proprijs & pluribus vnum ſeligendum, quod aptiſſimum vſui ſit, Epiſtolis & Dialogis aptum. Anagrammatiſmi noſtri in Como.

CCCCXLVIII.

SEd omnis Tranſpoſitio, vel in Proprijs eſt, vel Appellatiuis. E Proprijs vel Propria rurſus fiunt: vt *Iulius*, *Liuius*, *Auguſtus*, *Guſtauus*, quo nomine doctiſſimus ille Princeps *Selenus* latere voluit, vt prodeſſet omnibus: ille, qui curioſâ ingenij ſubtilitate integrum nobis Cryptographiæ Syſtema dedit, & Trithemij Steganographiam omni Magiæ infamiâ & ſimul obſcuritate feliciſſimè liberauit. Potuit id quoque eximius EMARVLCA noſter, qui nihil non ingenio poteſt: potuit nouâ & admirandâ ſolertiâ, nullam detrahens GVSTAVO laudem, & totam ſibi vindicans; par iam Trithemio, quem poſt Guſtauum explicauit. Fiunt & Appellatiua, vt *Celſus*, *ſcelus*; *Anna*, *nana*. Ex Appellatiuis vel Propria, vt *nana*, *Anna*; *ſcelus*, *Celſus*: vel Appellatiua, vt *riuus*, *virus*; *domus*, *modus*; *porcus*, *procus*, & *corpus*. Quid inhære? Plura ab vno nomine manat nomina, tanquàm à fonte riui; & vnum cùm audias hominem, plures putes; alium aliâ appellatione, qui tamen idem eſt, deſignari. Ergò ſæpiùs mutabit quiſque nomen: idem ipſe tamen erit, diuerſâ ſemper formâ vnam tegens. In Aegypto deſine Proteum quærere; vbique

repe-

reperitur. Anagrammatiſmum quiſquis induet, Proteus erit. In multiplici hac nominum copia, quam paucæ aliquot litteræ ſitu variatæ, ſuppeditant, vnum aliquod cuique eligendum; ſiue mollius ſono, ſiue blandius ſenſu, ſuauitate quadam atque dignitate in aures ſe inſinuās. Epiſtolæ quidem, atque Dialogi has delicias quærunt: ſic ſcribi amant, vt libertas ſub feſtiuitate ludens, dum aliud videtur æuum exoticis nominibus exprimere, ſui cenſuram effugiat. Sic aliquando vt promiſcuos Orbis mores, Luxu ac Laſciuiā laborantes, notarem, Comum Deum ſtilo Menippæo effinxi, vbi ipſemet perſonam mutans, maximè tamen retinens, EVPANTVS, imò & PANEVTVS eſſe volui; vt ſi aliud ſumerem nomen, ſeruarem animum, & in tenebris Cimmerijs accenſā ingenij faculā, faciliori tramite ad Sapientiæ ſpatia gradum proferrem. De me, ſed in Somnio, tanquàm de alio loquor: me à me quoque moneri, pulchrum arbitratus ſum. Hic etiam ADERBA ille meus, quem ſtudiorum familiaritate & indulgentiā vt filium habui, meecum ſomnians vigilat, an vigilans ſomniat? Hic bonæ mentis Myſta, & tranquilliſſimus ſenex *Tabutius* philoſophatur. Hic *Erulpio*, *Dranſei*, *Paniperches* ſuis latebris noti ſunt; & quamuis obſcuri, lucent.

CAPVT VII.

Anagrammatiſmum ad ſermonis ſecuritatem facere, & titulorum compendium. De his obiter dictum, & appellatione Domini.

§ CCCCXLIX.

NOlo aliorum, qui hodie famam ingenio adepti ſunt, exemplo conſilij mei verecundiam tutari: quemadmodum Anagrammatiſmo vſus ſum, ita & alios ipſe excitaui, quorum ad maiorem induſtria ſecuritatem venit, quia in nominibus partim fingendis, partim abſcondendis, ingenioſa fuit. Nimirùm, animoſior docentis, ſiue monentis fiducia eſt, ſub perſonā loqui: vberior amœnitas, veſtire nomina, ſi vel nuda viliter, vel nota familiariter, vel magna ſubtiliter vſurpantur. Qui peregrinari ſolent, aliam ſæpè ſumunt faciem, vt ignoti ſint; aliam veſtem, vt viles ſint; aliam fortunam, vt tuti ſint. Nomen mutare, & non mentiri, ſecuritatis teſſera eſt. An mutare? Tuum eſt, quod non tuum, in proprio peregrinum, in peregrino proprium: eiſdem litteris, aliā ſtructurā, iiſdem membris, alio corpore: quod ſi inſpicias, & ad examen ſyllabarum voces, te tibi, & quaſi per ludum, repræſentabit. Aliud quoque ex Anagrammatiſmo commodum, titulorum compendium; quos vno & velato omnes nomine, etiam magnos, eximios, ſublimes, abſoluas. Teguntur nomina, & ſic tituli, qui adhærent. Simplicitas maieſtas eſt, reditque ad priſci æui imaginem ſermonis Genius, quando ambitioſis Epithetis non inflatur. Cæſar olim, & in epiſtola, & in affatu Cæſar erat; Cicero, Cicero; Cato, Cato; & ſolo nomine plenam laudem inueniebant. Hodie quæ deliciæ! Siquis miles, fortiſſimi titulum exigit; ſiquis orator, facundiſſimi; ſiquis ſenator, ſapientiſſimi. Sic mores ſunt, ac tot pænè modis peccamus, quot vel ſcribimus, vel loquimur, niſi ad lancem ad demenſum ambitionis vocabula perſoluantur. Nuda appellatio, ſi Dis placet, diſplicet. Alius autem Nobilis, alius Magnificus, alius Illuſtris, aliterque vocari vult; omnes promiſcuè Domini: cùm tamen id vile, aut vilibus aliquando tributum. Martialem audiamus:

Cùm voco te Dominum, noli tibi Cinna placere;
Sæpe etiam ſeruum ſic reſaluto meum.

Auguſtus, vt eſt apud Suetonium, cap. xxxxxiii *Domini appellationem, vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit.* Et Tiberius, apud eundem Suetonium, cap. xxvii. *Dominus appellatus à quodam, denunciauit, ne ſe ampliùs contumeliæ cauſā nominaret.* Sed noſtra tempora circa titulos laſciuiunt; vtinam meliori & Romano ritu corrigenda! Virtus in pretio ſit, & ab hac ſola pompam & pretium quiſque capiet. Magni enim, quia animo, etiam nomine magni ſunt, extera ſyrmatis loco trahunt. Bonos igitur & Doctos inter Magnos numero, qui tam facilè ſine titulis boni doctique ſunt, quàm libenter ad Anagrammatiſmum ſe duci patiuntur.

CAPVT VIII.

Viros Principes, alioſque Magnos Anagrammatiſmo delectari: ſub nomine ſuo, non ſuo, dum latent, generoſiùs ſplendere.

§ CCCCL.

ILli ipſi qui inter Magnos eminent, viri Principes, & Rectores aliorum, ideò & adeò benigni ſunt; vt quid ſit latere, experiri ament, alio nomine, & tamen ſuo; quaſi tum demum intelligant, ſe Magnos eſſe, quando patuis quodammodo ſimiles, à verborum pompa ac ſplendore fortunam ſuam ſinunt, & conditionem ſejungi. Si rectè calculum ponis, hoc eſt ſape-

re, & verè emittere: imò hoc eſt, in aliquam Dei ſimilitudinem euehi; qui ſuo & ſolo id totum eſt nomine, quod exprimi non poteſt, & omnem appellationem continet. Sic igitur verè Magnus ille RVMASSA (nouo titulo & dignitate TAGRADVLEON) ſub inuolucro mihi, ſeptem litterarum, quaſi Palladis numero, triumque ſyllabarum, quaſi felicitatis myſterio reſplendet, totâ armatus & ornatus virtute, vt Belgica bella lætis regat auſpicijs, fata victorijs attollat. Sic OBENNO, totâ ad Bonitatem naturâ compoſitus, vt animo, ſic ore aureus, Belgij Primas, Hierarchiam ſuam, quâ prudentiâ, eâ pietate regens, quâ vigilantiâ, eâ doctrinâ, Sacrorum maieſtatem in ipſis Bellis & conſeruando ornat, & ornando conſeruat. Sic ALVEDA, priſci clarique ſanguinis, dignus à Magno Rege habitus, qui poſt præcipna Militiæ Belgicæ munia, rebus Inſubrûm ſummo cum imperio præeſſet: poſt arma placidus, & in ipſis Martialis, ſenatio, id eſt, perfecto litterarum numero nomen velans, perfectum ipſo animo decus explicat. Sic VALZEMIZVS, tam Suauis quàm Doctus, gloriam & familiæ ſuæ, & ſæculi ram ingenioſo efferens ſtilo, vt getere ipſe quæ ſcribit, & eiſdem litteris regere videatur. Sic MENTALCVS, diâ mente, origine Regiâ, etiam ſine titulis, qnos infra ſe habet, excellit: idem fortiſſimns & prudentiſſimus, totuſque meus: tribus etiam ſyllabis, quatum tribus ſingulæ conſtant litteris, Muſarum numerum complexus, hanc ſibi laudem vindicat, vt Heros & Hercules dici mereatur. Sic VERVLTHA, & origine, & eruditione tam Græcâ, quàm Latinâ Inclytns, Pacis Arbiter, cum plena & Baſilica poteſtate conſtitutus, triplici virtutis commendatione Hiſpanus, Germanus, Belga: quemadmodum triplici ſyllabarum ſtructurâ compoſitum Anagrammatiſmum habet. Sic STOFRANDVS, antiquæ apud Inſubres Nobilitatis, & ex ea familia, quæ Orbi Chriſtiano Summum Sacrorum Principem aliquando dedit; vir cultu externo modeſtus, ſolida ab animo ornamenta fortunæ capiens, laude dignus, quia nominari, quàm laudari mauult. Sic AMANALCAS, ille negotiorum Bellicorum quaſi Atlas, tam à titulis alienus, vt ad familiaritatem ſimplex amet nomen conferre; dignitatem, qua eminet, modeſtiâ; auctoritatem qua pollet, humanitate commendans. Sic ASOR, diuini planè ingenij, eloquij, conſilij, & ſplendens Belgarum ſidus, incorruptus ſeduluſque Summæ Majeſtatis aſſertor & vindex: qui etiam in motu tranquillus, in quiete occupatus, ſemperque ſui ſimilis, ad plenas virtutum laudes, breui & ſimul vernanti nomine, conuerſis litteris aſcendit. Sic BITHOSCO, magno illuſtris munere, & aliquid Solis habens, Iuſtitiæ ſplendorem vbique inuehit, duodecim ſe Dignitatis ſuæ litteris velut radijs inuoluês, vt omnibus luceat. Sic NICOTHISCVS, vir ad Rempublicam, nec minùs ad Sapientiam natus; qua, velut normâ, & vitam, & mores componit: benignus omnibus, ſeuerus ſibi, Regios ſic adminiſtrans theſauros, vt ipſe Regi tanquam theſaurus ſit; virtuteſque ceu diuitias inferendo, perenne Aerarium faciat. Sic SORELBIVS, è Sacro & Academico Ordine; qui cùm titulos alijs tribuat, in ſe negligit, quia his major; Majores ſuos non iactans, ſed exprimens, generoſum ab indole, tranquillum à ſtudijs animum in gloriam ducit. Sic & alij ex eâdem Orcheſtra, vel ſanguine nobiles, vel virtute celebres, vel famâ inſignes, has nominum imagines læti ac lubentes admiſere; latere incundum rati, cùm obſcurari nec poſſent, nec viderentur poſſe.

CAPVT IX.

Amicorum & Familiarium Album, qui nomina ſua in Anagrammatiſmum contulere. Pleias Melodarbiana. Arietis laus, qui Græcis Ἄρης, & Latinis Mars. Aries Martis Signum.

§ CCCCLI.

Sed familiares ego pleroſque meos, loco aut lare proximos, gente aut genio Belgas, hac amœnitate complexus ſum; quorum alios genus aut dignitas commendat; alios doctrina aut elegantia; omnes candor, & exacti ad probitatis normam mores. Recenſeri quis volet? haueo certè, paucos è multis, & honoris atque amoris cauſsâ: ſuo quemque nomine, an dicam non ſuo? quia Amicos & familiares, ſuo, non ſuo, notos, & tamen ignotos. Cùm neminem nominem, omnes ecce oſtendo; cùm loqui non videar, Nomenclator, & quaſi ex Albo. Quia Litteris tota hæc amœnitas variatur, Litteræ hic quoque ordinem Latinâ ſerie conſtituent. Hi igitur inter alios mei ſunt, & quia ſub Anagrammatiſmo, magis mei. Belgæ plerique, alij tanquàm Belgæ.

AMI-

AMICORVM ALIQVOT NOBILIVM, DOCTORVMQVE

A L B V M.

AD PLVRES EXTENDENDVM,

Quorum Nomina, hic tecta, in apertum mox, & cùm Elogijs venient.

AHenus Ambrynus.
Amyleda.
Anacarpo.
Andrigenius.
Appius.
Arbelaus.
Belaus.
Bidous.
Binyvo.
Caraſto.
Caricaſius.
Chiuſco.
Catonaocritus.
Cibolius.
Cimuſco.
Cotenucbunda.
Damzilaus.
Danedernius.
Deluvenneda.
Delmo.
Dennerſas.
Denutenergas.
Derinetes.
Dergis.
Deſcriarpa:
Diarba.
Dilo.
Dinaptus.
Dinto.
Diſurta.
Diviglotta.
Divigunnius.
Domnorſus.
Dreno.
Duneltus.
Ecbredus.
Eſſelichius.
Eſſulius.
Elborena.
Emarulca.
Emylies.
Erigetus.
Eriſcurius:
Eroſilaus.
Eſerius.
Eubiſa.
Eubueyuer.
Eucurcyreta:
Eucyneander.
Eudanaus.
Faqueruca.
Fichalcus.
Focus.
Fronea.
Gaſſenuſa.
Genduſſus.
Geneadorus.
Gelbergondius.
Gelporesbius.
Giſtanus.
Gnodius.
Gonucbetus.
Grecherbo.
Gunisba.
Hebiſca.
Hezynus.
Heneda.
Herugena.
Hielederves.
Hiſenius.
Hiuſo.
Hyamnus:
Hyrous.
Hytunus.
Laſca.
Latilaus.
Lerbo.
Lonileus.
Lueenas.
Lyzius.
Manilaus.
Maliaſſus.
Mecyranus.
Melceto.
Melippus.
Mellurus.
Melthon.
Meltor.
Mermirto:
Meropus.
Meſa.
Meſurgo.
Meſurius:
Mnotta.
Moluna.
Mouſinius.
Monzina.
Moruvius.
Mychelba.
Mylerpus.
Nalgernus.
Napontus.
Narduſes.
Nectarfar.
Nelodonerea.
Nelſiganiltus.
Neſylo.
Nevenunda.
Nibunicio.
Nicander.
Nicleſilnus.
Niconixus.
Niſia.
Nineveldus.
Nouilanus.
Nuealeon.
Nuſinno.
Nychio.
Nymetus.
Nyolanus.
Ochierca.
Ominerco.
Onerbus.
Oralcus.
Oralnes.
Oterva.
Oviſſus.
Patharpius.
Phinus.
Pinotus.
Proteus:
Quiceto.
Reuerra.
Reulaus.
Rhebigenunda.
Ruarca.
Rupelto.
Senermo.
Sennermus.
Sercho.
Smonanctus.
Somirtus.
Somnoſea.
Somo.
Sotas.
Talemnius.
Tariſtus.
Teſſilebius.
Telbigenander.
Tharius.
Theneſa.
Thurſinaſlus.
Tiera.
Timmaromus.
Tirous.
Tirtalla.
Titus Bulerycius.
Tovonander.
Tylbertuctus.
Veda.
Vierbus.
Vigaretus.
Vimber.
Virius.
Vrchetus.
Xudelco.
Zapius.

Scorſum Liberos ſuperſtites lubet ſingulari affectu, & ſic Anagrammatiſmo complecti.

P L E I A S

MELODARBIANA.

Tuſius.
Fuſatus.
Amilminaxius.
Darenas.
Heleſſus.
Vbaretus.
Arbunus.

Sed bonum factum. Ex Amicorum hoc Albo vnus expunctus eſt, homo tam delicatus, vt elegantiam contumeliam putet: tam ingenioſus, vt in Anagrammatiſmo ſuo monſtrum nobis monſtret, & meram quaſi chimæram.

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?

Et videtur tamen, quia malignè paſſim querelas

las depromit, ſeriò nugari. Prorſus tanquam Litteræ arte tranſpoſitæ *Arietem* effingant,& furore quodam armatum. Somniat,an delirat? an ludos nobis facit? Innocentiſſimus hic ſanè ingenij luſus eſt,ſine imagine, ſine vmbra iniuriæ, aut læſionis.Scire interim licet, Iouem Hammonem Cornibus Arietinis religiosè inſignitum & hanc Alexandro Magno,vt filius Iouis crederetur,Imaginem Cornifrontis placuiſſe. Quid? Cornua habere,diuinum eſt: radij enim ſunt, & cæleſtem quandam dignitatem repræſentant. Sic & Oraculum olim Arietinum erat,cuius Aulus Gellius meminit,lib. III.cap.III.Quid verba facio? redeat ad nomen ſuum, qui innocenti Anagrammatiſmo grauis eſt;& quod accuſat,inveniet: inueniet Arietem, quia Martem nomine continet,etiam litibus Martialis.Aries,inquam, Mars eſt, Græcis Ἄρης, qua Plautus voce vſus, Truculĕto:*Sis tu in legione bellator ſi vis: at ego in culina Ares.* Latinis autem Aries *Ares* erat. Varronis verba ſunt,lib. IV. de Lingua Latina:*Aries, quòd eum dicebant Ares Veteres* Non fruſtra etiam Martis ſignũ,ſiue domus in cælo Aries eſt; cùm bellicoſam Dei indolem frontis ferociâ exprimat, Tauro iam & fortior,& formoſior;quia vellere fulget aureo, & auro ferit. Quinetiam, cui Mars placet,& ante omnia carum eſt aurum;placebit Martis Aries, qui totus eſt aureus.Quam etiam hic vim voces Hebraicæ habeant, alijs conſiderandũ relinquo. Sed nihil agimus: exuat Anagrammatiſmi elegantiam,qui non capit;qui ſub homine,vt ſic dicam,quàm ſub nomine latere mauult, & fallere; qui alieno quoque ingenio ſe attollit.Teſſera noſtra candor eſt;à fuco,& fallacijs,more maiorum,alieni ſumus: Honeſtas eſt; fraudes,ſordes,ſtrophas deteſtamur: Modeſtia eſt,faſtum, & ambitionem Lare, & magis pectore ſecludimus. Abeant vitia; amicitia inter bonos eſt: veniant Virtutes, Scientiæ, Elegantiæ; firmam, & iucundam amicitiam facient.Gaudĕt, qui ſic iuncti ſunt, ἀναγραμματίζονται: inuolui nomine,quod è ſuo quiſque nomine capit; nunquam alius, quamuis eſſe videatur; ſemper idem quamuis plures formas aſſumat.

CAPVT X.

De multiformi Anagrammatiſmi Varietate,pro numero & natura Litterarum. Harum diuiſio, & obſeruatio.

§ CCCCLII.

HAs nunc proſequi lubet; totamque Anagrammatiſmi fertilitatem ad *Numerum*, & *Modum* vocare; vt quadam velut arte includã. Scire igitur ſolerti licebit compendio, *Quot in vno nomine Nomina ſint;& quàm Varietatem admittant ſingula; parua magnam,magna immenſam*.

Et Varietas quidem à monade ad multitudinem conſurgens, incremento ſuo numerum ac rationem Litterarum ſequitur, è quibus nomen vnumquodque compoſitum, ac formatum eſt: vel Singulis, vel Binis, vel Pluribus. Vnius Litteræ, quæ & Syllabam, & vocabulum poteſt facĕre,vna poſitio eſt, nulla tractatio ſiue tranſpoſitio: quia enim vna vnum ſimplicemque ſitum tenet, Vocalis ſit neceſſum eſt, vna ex quinque A, E, I, O, V. Duarum, duæ poſitiones ſunt,vna tranſpoſitio, atque hæ duæ (ſed extra diphtongum) vel vocales ſunt, & fit Diſſyllabum; vel vocalis & conſonans, & manet Monoſyllabum. Vna, inquam, duarum litterarum tranſpoſitio eſt: quia enim duæ ſunt, prima, vt à ſuo abeat, non poteſt, niſi ſecundæ locum occupare: vt V, in Vt, & TV, vbi Coniunctio in Pronomen deſiit. Item IO Inachi filia, à Ioue in iuuencam mutata, & OI dolentis particula, quaſi metamorphoſin ſuam deformata puella Anagrammatiſmo ſuſpiret. Trium litterarum tergemina tranſpoſitio eſt. Prima enim ſitum ſecundæ & tertiæ capit; ſecunda, tertiæ & primæ; tertia, primæ & ſecundæ: vt MVS, quo nomine ſeruulus Epicuri fuit, in MSV, VSM, VMS, SMV, SVM. Deinceps maiori incremento ſurgit coniugatio, ordine hic nobis exprimenda, partim verbis, partim notis. Vt enim Binæ litteræ binas dant poſitiones, Ternæ bis ternas: ita

Quaternæ, vicenas quaternas 24.
Quinæ, centenas vicenas, 120.
Senæ, ſeptingentas vicenas, 720.
Septenæ, quinquies millenas quadragenas, 5040.
Octonæ, quadragies millenas, trecentas vicenas, 40320.
Nouenæ, trecenties ſexagies bis millenas octingentas, octogenas, 362880.
Denæ, trigeſies ſexies centenas millenas, vicies octies mille octingĕtas,3628800.
Vndenæ, trecenties nonagies nouies centenas millenas, decies ſexies mille octingentas, 39916800.
Duodenæ, quater millies ſeptingenties nonagies centenas millenas, mille ſexcentas, 479001600.

CA-

CAPVT XI.

Ratio ac regula, qua tota Anagrammatiſmi varietas ad numerum veniat. Contortuplicata nomina.

§ CCCCLIII.

HAec Varietas Anagrammatiſmi eſt, & extendi poteſt: Ratio à numero Litterarum, quæ ſuo in ſe ductu multiplicantur, & has regulas habent.

Si vna erit Littera, & nomen vnius fortaſſis Litteræ, ad numerum non veniet: ſemel enim ſumpta in ſe redit, & vna eſt, non aliam ob cauſſam, quàm quia vna.

Si Duæ, in 1. ducendæ ſunt, & erunt 2. Semel enim duæ ſunt duæ, & hæc tota hic varietas eſt.

Si Tres, in 2, & erunt 6.
Si Quatuor, in 6, & erunt 24.
Si Quinque, in 24, & erunt 120.
Si Sex, in 120. & erunt 720.
Si Septem, in 720. erunt 5040.
Si Octo, in 5040, & erunt 40320.
Si Nouem, in 40320. & erunt 362880.
Si Decem, in 362880, & erunt 3628800.
Si Vndecim, in 3628800, & erunt 9916800.
Si Duodecim, in 39916800, & erũt 479001600

Quod dico, facio; & multiplicationis ductus gradatim in numeros quemque ſuos ſcanſiles oſtendo.

1	1
2	2
6	3
24	4
120	5
720	6
5040	7
40320	8
362800	9
3628800	10
39916800	11
479001600	12

Licebit verò hoc ordine ac methodo progredi, ſi grandiora nomina ſint: quemadmodum eſſe poſſunt, præſertim ficta, & quæ in ſcena ludunt. Illa Plautina, Perſâ Act. IV. Sc. VII. verè longa & *contortuplicata* ſunt; ſed ingenium diſpungentis occupent. Etenim ſi fraudulentum vis hominem, ecce *Technilequides*, & *Nugidolo-loquides*: ſi ſuperbum, *Vaniloquidorus*: ſi auarum, *Nummorum-expalponides, Argenti-exterebronides, Quod ſemelarripides nunquampoſteaeripides*. In quo vltimo triginta nouem elementa ſunt: & poſſis minori iam operâ in omnes formas ſuas Alphabetum diducere, verba omnia quotquot XXIV. apud Græcos & noſtrates litteris confici queant, numerare. Quantum opus! ſummam pono, tu pronuncia.

620448401733239439360000.

CAPVT XII.

Modus ac Methodus, qua omnes formæ quotquot numeratæ iam ſunt, conſtituantur. Exemplum in digrammato & trigrammato.

§ CCCCLIV.

SAtis de Numero, & Ratione Numeri: Modus ac Methodus, qua formæ omnes habeantur, quamuis labore conſtet, ingenio tamen abſoluitur, & quibuſdam velut præceptis, quæ ſubiungo.


Quot Litteræ, tot ordines conſtituendi ſunt, tanquàm è ſingulis noua vocabula deſcendant. ſingulæ etiam in principijs toties locandæ, quoties reliquæ, quæ vocabulum abſoluunt, ſitum variant. Redeat IO, & exemplum Diſſyllabum faciat, vna iuuenca geminâ Litterarum ſpecie. Hic vel I præponitur, & erit IO; vel O, & erit OI: ſed quia O, poſt I, in IO vna eſt, non poteſt ex IO, niſi OI efformari.

I	O.
IO.	OI.

A duabus ad tres venio Litteras, vnâ tamen ſyllabâ comprehenſas. DIS eſto, quem Plutonem appellant. Singulæ hic Litteræ bis mutantur: quia enim poſt primam D. duæ ſunt, I, S, gemina collocatio eſt. Ergò bis D, quia ſecundo & tertio loco ſcribi poteſt: bis I, quia tertio & primo: bis S, quia primo & ſecundo: ergò poſt D. poteſt eſſe IS, vel SI; poſt I verò SD, vel DS; poſt S denique DI, vel ID. Si dicere hæc ſatis non eſt, oſtendo.

D.	I.	S.
1. DIS.	3. ISD.	5. SDI.
2. DSI.	4. IDS.	6. SID.

Quemadmodum verò (quod animaduerſione dignum eſt) ex vna hic conſtructione ſenæ ſunt: ita conuerſionis neceſſitate ternæ retrogadæ: vltima primæ, quincta quartæ, tertia ſecundæ: nec ſine ordinis elegantia, quam lineæ oſtendunt.



1 2 3 4 5 6

CA-

CAPVT XIII.

Exemplum in Tetragrammato. In tota Anagrammatiſmi varietate partem Litterarum dimidiam retrorſus ire.

CCCCLV.

AVgendus eſt numerus: & quidni ROMA, hic nobis verè quadrata, conuertatur? Verè Amor ac delicium Orbis, vt elogium ex ipſo Anagrammatiſmo exſurgit. Sed Maro accedit, vt quo potiſſimum ingenij iubare clara ſit, nomine ſuo oſtendat. Viginti igitur quatuor diuerſæ è quatuor Litteris formæ ſunt, quot apud Græcos orationis elementa. R. ſexies principiũ occupat, quia O, M, A, quæ ſequuntur, ſexies ſingulæ ſitum variant: ternario autem numero hanc ineſſe neceſſitatem, priori iam exemplo oſtendi. Naſcuntur igitur poſt R, OMA, OAM, MAO, MOA, AOM, AMO, ſuo quidem ordine, & in circulum vocabuli Litteris reductis. Sic poſt O, MAR, MRA, ARM, AMR, RMA, RAM: poſt M, ARO, AOR, ROA, RAO, OAR, ORA: poſt A, ROM, RMO, OMR, ORM, MRO, MOR. Laterculum adiungo.

R O M A.


1 *Roma.*	7 *Omar.*	13 *Maro.*	19 *Arom.*
2 *Roam.*	8 *Omra.*	14 *Maor.*	20 *Armo.*
3 *Rmao.*	9 *Oarm.*	15 *Mroa.*	21 *Aomr.*
4 *Rmoa.*	10 *Oamr.*	16 *Mrao.*	22 *Aorm.*
5 *Raom.*	11 *Orma.*	17 *Moar.*	23 *Amro.*
6 *Ramo.*	12 *Oram.*	18 *Mora.*	24 *Amor.*

Hic etiam vt viginti quatuor tractationes ſunt: ita duodecim retrogradæ: vltima primæ, vigeſimatertia vndecimæ, vigeſimaſecunda decimæ quinctæ, vigeſimaprima quartæ, vigeſima octauæ decimanona decimæoctauæ, decima ſeptima quinctæ, decimaſexta nonæ, decimaquarta ſecundæ, decimatertia duodecimæ, decima tertiæ, ſeptima ſextæ.

Vt ROMA, ſic ROSA eſt, eodem numero Litterarum, ordine, modo, ſi M in S commutetur. Romam Roſam voca, Reginam florum, vt Vrbium habebis.

Ordinis huius ἐναλλαγῆς, partim numeris, partim lineis in numeros redactis, tabella exprimit.

Quatuor Litteris retrogradi, partim numeris, partim lineis coniugati:



CAPVT XIV.

Exemplum in Pentagrammato. Non ex omni Litterarum coagmentatione ſyllabam creari. Vbi de natura Conſonantium.

CCCCLVI.

AD quinas iam Litteras exemplum profero, & à Platone ſumo, bono omine, bono nomine: quippe qui & numeris philoſophatus eſt, & de Nominum ratione in Cratylo ſcripſit; bis Plato, cùm Ariſtocles appellaretur; maior nomine, & alter tantus litteris, quia imminutus. Nimirum hic quoque Heſiodi illud locum habet, πλέον ἥμισυ παντός: *Dimidium plus toto*: illis occinendum, qui diuites & auari ſunt; indigni opibus ſuis, imò non ſuis; quia aut malè, aut non vtuntur. Vbi honeſtas igitur? vbi probitas, candor, fides? Poſt nummos hæc omnia, & lucro virtus ſeruit. Rectè Naſo:

Cura quid expediat prior eſt, quàm quid ſit honeſtum;
Et cum fortuna ſtatque caditque fides.

Licètne addere? ſed Satyrici Venuſini ore:

Tan-

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Congeſtis vndique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tantùm gaudere tabellis.

Sed ad Platonem redeo, quinque litteris, duabus autem ſyllabis tot continentem traiectiones nominis, quot annis olim Menſis Magnus Aegyptiacus (de quo in Biſſexto meo) cōputabatur. Mirari incipe: centum viginti in vna forma formæ explicatæ ſunt: eo modo, ingenio, arte, quibus iam dixi, & docui in compendium laborem conuerti. Quia enim quinque litteræ ſunt, quinque ordines vocabulorum conſtituuntur: & quia poſt primam quamque quatuor reliquæ ſunt, viginti quatuor vocabula ordines ſinguli recipiunt: quatuor enim Litteræ vigeſies quater variantur.

	P		L		A
1	*Plato.*	25	*Latop.*	49	*Atopl.*
2	*Plaot.*	26	*Latpo.*	50	*Atolp.*
3	*Pltoa.*	27	*Laopt.*	51	*Atplo.*
4	*Pltao.*	28	*Laotp.*	52	*Atpol.*
5	*Ploat.*	29	*Lapto.*	53	*Atlpo.*
6	*Plota.*	30	*Lapot.*	54	*Atlop.*
7	*Patol.*	31	*Ltopa.*	55	*Aoplt.*
8	*Patlo.*	32	*Ltoap.*	56	*Aoptl.*
9	*Paolt.*	33	*Ltpao.*	57	*Aoltp.*
10	*Paotl.*	34	*Ltpoa.*	58	*Aolpt.*
11	*Palto.*	35	*Ltaop.*	59	*Aotpl.*
12	*Palot.*	36	*Ltapo.*	60	*Aotlp.*
13	*Ptola.*	37	*Lopat.*	61	*Aplto.*
14	*Ptoal.*	38	*Lopta.*	62	*Aplot.*
15	*Ptlao.*	39	*Loatp.*	63	*Aptol.*
16	*Ptloa.*	40	*Loapt.*	64	*Aptlo.*
17	*Ptaol.*	41	*Lotpa.*	65	*Apolt.*
18	*Ptalo.*	42	*Lotap.*	66	*Apotl.*
19	*Polat.*	43	*Lpato.*	67	*Altop.*
20	*Polta.*	44	*Lpaot.*	68	*Altpo.*
21	*Poatl.*	45	*Lptoa.*	69	*Alopt.*
22	*Poalt.*	46	*Lptao.*	70	*Alotp.*
23	*Potla.*	57	*Lpoat.*	71	*Alpto.*
24	*Potal.*	48	*Lpota.*	72	*Alpot.*

In primo ordine, poſt litteram P, ſexies L, reperitur, ſexies A, ſexies T, ſexies O. Duæ deinde reliquæ litteræ ſuâ ſequelâ, TO, OT, OA, AO, AT, TA;

	T		O
73	*Topla.*	97	*Oplat.*
74	*Topal.*	98	*Oplta.*
75	*Tolap.*	99	*Opatl.*
76	*Tolpa.*	100	*Opalt.*
77	*Toapl.*	101	*Optla.*
78	*Toalp.*	102	*Optal.*
79	*Tplao.*	103	*Olatp.*
80	*Tploa.*	104	*Olapt.*
81	*Tpoal.*	105	*Oltpa.*
82	*Tpalo.*	106	*Oltap.*
83	*Tpola.*	107	*Olpat.*
84	*Tpoal.*	108	*Olpta.*
85	*Tlaop.*	109	*Oatpl.*
86	*Tlapo.*	110	*Oatlp.*
87	*Tlopa.*	111	*Oaplt.*
88	*Tloap.*	112	*Oaptl.*
89	*Tlpao.*	113	*Oaltp.*
90	*Tlpoa.*	114	*Oalpt.*
91	*Taopl.*	115	*Otpla.*
92	*Taolp.*	116	*Otpal.*
93	*Taplo.*	117	*Otlap.*
94	*Tapol.*	118	*Otlpa.*
95	*Talop.*	119	*Otapl.*
96	*Talpo.*	120	*Otalp.*

& ſic in reliquis. In ſecundo ordine poſt L, ſexies A, ſexies T, ſexies O, ſexies P. Poſt A, verò bis T, bis O, bis P. Et ita deinceps.

In varia hac etiam viciſſitudine litterarum, ſyllabæ alibi ſyllabæ non ſunt, moleſtæ ori, difficiles pronunciatu: litteræ ſunt, & manent litteræ, nullam in vocem, quia ſingulariæ, aut certè hiulcam admodum coëuntes. Cauſſa à Conſonantium concurſu, & colliſione, præſertim quando Liquidæ L, M, N, R, Mutas præcedunt, & ipſæ planè mutæ fiunt. M, hic etiam peculiari eſt indole: nam cùm ſorores Litteræ L, N, R, ſequi Mutas poſſint, non præire; hæc neque præit, neque ſequitur, niſi poſt T, vt *Tmeſis*, *Tmolus*, quemadmodum in ſemiuocalibus, non niſi poſt S, vt *Smaragdus*, *Smegma*. Cùm etiam Liquida Liquidæ coniunctionem reſpuat, hæc vna cum vicina N, coaleſcit, vt *Mna*, *Mnemoſynon*. Ipſa etiam vocabula, quamuis vocabula ſint, ac pronunciari poſſint; ſignificatione tamen plerumque (vt monui) velut animâ deſtituuntur. Corpora duntaxat, niſi & interdum monſtra malis appellare. Sed hi abortus, vt ſic dicam, Litterarum ſunt, tanquàm ipſa vitium fertilitas adferat, & mixturâ peccet. Formæ retrogradæ numeri dimidium occupant, quas annotare, operæ & amœnitatis pretium ſit: qui volet, lineis quoque exprimet, curioſam admodum velut harmoniam inuenturus.

Hic nunc ſunt ANAGRAMMATISMI, quinque Litteris Retrogradi, Numeris ſignati.

1 120

1	120	31	66	61	118	91	47
2	78	32	10	62	76	92	5
3	60	33	112	63	41	93	107
4	110	34	56	64	105	94	37
5	92	35	21	65	87	95	19
6	50	36	99	66	31	96	97
7	42	37	94	67	23	97	96
8	106	38	52	68	101	98	53
9	88	39	17	69	83	99	36
10	32	40	81	70	13	100	86
11	117	41	63	71	115	101	68
12	75	42	7	72	73	102	26
13	70	43	119	73	72	103	18
14	28	44	77	74	30	104	82
15	113	45	59	75	12	105	64
16	57	46	109	76	62	106	8
17	39	47	91	77	44	107	93
18	103	48	49	78	2	108	51
19	95	49	48	79	114	109	46
20	54	50	6	80	58	110	4
21	35	51	108	81	40	111	89
22	85	52	38	82	104	112	33
23	67	53	98	83	69	113	15
24	25	54	20	84	27	114	79
25	24	55	90	85	22	115	71
26	102	56	34	86	100	116	29
27	84	57	16	87	65	117	11
28	14	58	80	88	9	118	61
29	111	59	45	89	111	119	43
30	74	60	3	90	59	120	1

CAPVT XV.

Ratio Litterarum ad Syllabas, item ad Dictiones tranſlata. Proteus. In Militia, *Conuiuio, Ambulatione Anagrammatiſmum eſſe; vſu, & luſu probari.*

CCCCLVII.

HIc igitur Anagrammatiſmus eſt, Numero ſuo fœcundus, Modo varius, Arte & Labore tractandus. Si quæ de Litteris dixi, ad Syllabas, imò ad Dictiones transferre libeat; noua in compendio amœnitas erit.

Et Syllabæ quidem, vel ſingulæ ſunt, & nulla mutatio eſt: vel binæ, & binas habent: vel ternæ, & bis ternas: vel quaternæ, & vicenas quaternas: vel quinæ, & centum vicenas: vel ſenæ, & ſeptingentas vicenas: & ſic deinceps. Quid tamen eſt? Si quis aut Artem longam, aut laborem moroſum exiſtimet, ingenio, atque etiam fortunâ vtatur. Ante omnia expenſis Litteris, vltima vtique ſyllaba conſtituenda eſt: vt molli, & vel Latinâ, vel Græcâ terminatione venuſtatem aſſumat: ita enim in ſuam reliquæ formam faciliùs venient, vel non inuitæ ducentur.

Dictiones carmen, & um præcipuè verſum reſpiciunt, quem Proteum appellamus. Quoties hic autem verti poſſit, ſatis in Thaumatis noſtris, cùm & Pietatem amœnam faceremus; explicatum. Sed nę in ſolis vel Litteris, vel Syllabis, vel dictionibus ingenium detineam, etiam in Conuiuio, etiam in Militia, etiam in quotidiana Ambulatione Anagrammatiſmum eſſe libens oſtendo. Et in Militia quidem nonne ordines ſunt? in ſingulis Bini, Terni, Quaterni, Quini, Seni, aut plures eunt: qui omnes ratione numeri locum mutent, & aliam aliamque exhibeant conſtitutionem. Si Bini, duæ formæ erunt. Qui enim dexter, fieri ſiniſter poteſt: contra, qui ſiniſter, fieri dexter. Si Terni, ſexies inter ſe variare locum poterunt. Si Quaterni, vigeſies quater. Si Quini, centies vigeſies: quemadmodum de Litteris dictum. Eadem Conuiuij ratio, vbi vario numero, ſed vel Gratiarum, vt Varro docet, vel Muſarum, vel intermedio, perbellè ſedetur: ſi plures Sympotæ ſint, ac toties ſinguli bibant, quoties mutare ordinem queant; tota vindemia ſatis non ſit. In Ambulatione, quæ reciproca ſpatia itu redituque conficit, partim mutatione loci, partim ſolâ conuerſione vices ſunt, partim vtrâque. Duorum facilis ratio. Redire nequeunt, niſi conuertantur. Hoc modo, qui dexter, ſiniſtri locum capit; qui ſiniſter, dextri. Sed mutatione loci dexter ſemper dexter erit, & ſiniſter ſiniſter; quia ſiniſtrorſum ſe vterq; flectet. Ternarius hic numerus ſenas omnino tropas, atque viciſſitudines habet, quemadmodum more ſuo Hiſpani hodie, & eleganter ambulant. Singuli igitur, ſed diſtinctis ſpatijs, nunc medium ſubeunt locum, nunc dextrum, nunc ſiniſtrum. Qui dexter eſt, fit medius; qui medius, ſiniſter; ſiniſter autem ſolâ conuerſione dexter. Item, dexter & medius ſiniſtrorſum circumaguntur; ſiniſter dextrorſum. Dici ſolet in rebus perplexis, ac dubijs. *Quò me vertam neſcio.* Reſpondeat, non ſine ioco Comicus:

Si Deos ſalutas, dextrouorsùm cenſeo.

Atque talis in Sacris motus, talis ſolennitas, tanquàm cælum homines ſequantur. Sed in Ambulatione iſta aliquid ſacri eſſe, & aliquid ſimul profani, varietas oſtendit: maior futura, ſi perſonarum augeatur numerus, & ſuum loca ordinem, ſuumque conuerſio obtineant. Ne ſine figura verba ſint, ſenariam mutationem ſignis repræſento, tribus litteris totidem perſonas.

A	A	C	C	B	B
B	C	A	B	C	A
G	B	B	A	A	C

A, B, C, primus itus eſt, A, C, B, reditus: C, A, B, ſe-

B, ſecundus itus, C, B, A, reditus: B, C, A, tertius itus, B. A, C, reditus. Sed manum de tabula: dixi, quæ huius; & hactenus non tractati, quod ſciam, argumenti ſunt, & quæ ad Anagrammatiſmum Nominum Propriorum propriè faciunt; amœna, ſi luſum æſtimaueris; ſeria, ſi vſum. Quid? amœnus egomet fui, vt Amicos & familiares aliquot meos nominarem; ſerius, vt tegerem. Hi ipſi, quia Amici, nominari pulchrum cenſuere; tutum abſcondi.

MVSA III. VTENS.

☞ CCCCLVIII.

QVO modo formentur Anagrammata, Prima & Secunda Muſa docent: ergo ex contemplatione progrediamur ad praxim, videamuſque nonnullas ingenioſas, & doctas vocum Metamorphoſes, quas Viri Eruditi fecerunt.

In ordine nullam legem obſeruo; ſed quæ priùs ad meas venerunt manus, ſunt priùs poſitæ: omnes Viri docti meo iudicio ſunt primi, nullus vltimus: nec volo alicuius gloriæ & meritis ex hoc capite præiudicari.

☞ CCCCLIX.

HONORET etiam librum hunc P. Bohuslai Aloyſij Balbini S.I. ingenium pium & eruditum: nam inter alia, Diuæ Vvartenſis miracula & prodigia calamo eloquenti deſcripſit, & tot exornauit conceptibus, vt Concionatores, Rhetores, & Poëtæ multa inueniant, quibus ſuas poſſint ſpeculationes exornare.

Meritò Vir optimus ſuum ſtylum dedicauit Deiparæ: quoniam, vt ait D.Bernardus ſerm.3. ſuper *Salue Regina*. *De Mariâ, & ob Mariam, & propter Mariam omnis Scriptura facta eſt: propter hanc totus mundus factus eſt: & hæc gratiâ Dei plena eſt. & per hanc homo redemptus eſt: Verbum Dei caro factum eſt: Deus humilis & Homo publimis*. Et vt D.Bonauentura in Speculo B. Virginis cap.8. *Ipſa* (Maria) *Dei mater eſt, qua maiorem Deus facere non poſſet. Maiorem Mundum facere poſſet Deus: maius Cælum facere poſſet Deus: maiorem Matrem quàm Matrem Dei, facere non poſſet Deus*. Hæc duo teſtimonia præmiſerat, ſubiungitque.

MAGNÆ DEI MATRI,

a *Theſauro Trinitatis*,
b *Altari Animato*,
c *Prodigio Cæleſti*, &
d *Sacratiſſimo Spectaculo*,
e *Pundatrici Eccleſiæ*,
f *Reparatrici generis Humani*,
g *Paradiſo ſecundi Adami*,
h *Epitomæ excellentiarum Dei*,
i *Officinæ miraculorum*,
k *Primogenitæ Redemptionis*,
l *Centro Terræ*,
m *Collo Eccleſiæ*,
n *Throno Dei*,

MARIAE.

Per quam poſt DEVM totus viuit Orbis terrarum.

GRAMMATISMA.

a Origenes ap. Cauſſ. in Aula S.T.L. l.3. ſect.15. *b* Methodius ap.eundem. *c* S.Ignatius.Antioch. epiſt.ad D.Ioan. *d* Idem ibidem. *e* S.Cyrill. ap. Cauſſ. *f* S.Fulgent. ibid. *g* S. Proclus hom. de Natiuit. Chr. *h* Andr.Cretenſ. ap.Cauſſin. l.cit. *i* S.Ioan.Damaſc. Orat. de Natiuit. k S.Bernardin. Senen. Tomo 2. Concil.51. artic.3. cap.4. *l* S.Bernardus ſerm.2. in Pentecoſte. *m* Spinellus in Throno B.V. C.14. num.17. *n* Id.ibidem.

IPSI SOLI

hunc de Vvartenſibus miraculis Librum offerebat,

Et hoc Anagramma laboris maximi Voto ſuſcepto Faciebat.

P. Bohuslaus Balbinus è Societate IESV.

PROGRAMMA ET ORATIO ECCLESIÆ.

Sodalis loquitur.

Salue Regina, Mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue! ad te clamamus exules Filij Euæ; ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et IESVM benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

ANAGRAMMA PERFECTVM, *Et Reſponſio Beatiſſimæ Virginis,*

Iiſdem omnino litteris, nullâ deſideratâ, nullâ ſuperfluâ *Beatiſſima Virgo conſolatur Sodalem* Salue *recitantem:*

ME SALVERE CVPIS? VENIO
TVA VIRGO, SODALIS.
SIC TE CLAVDO SINV, MATER;
LAC ACCIPE NOSTRVM!
VBERE CÆLESTES DESTILLO
MELLIS HONORES,
ET TERGO LACRYMAS, ET VVLTVM AMPLECTOR AMATVM
ARBOR ERO VITÆ, SPES SI IN ME
FIXA RECLINET.
FIDE DEO! IVVAT INGENVOS
MEA CVRA SODALES,
DEIN VVLTV OSTENSO, MEA MAXIMA GLORIA CHRISTVS,
TE FESTVM (ô IOCVNDA DIES!)
IN SIDERA CONDET.

Sunt tam in Oratione quàm Reſponſione nec pauciores, nec plures Litteræ:

A æ b c d e f g h i l m n o p r s t u x y.

Hoc P. Balbinus ingenioſo Anagrammate Libri initium ornauit: & vt finis conſonaret initio, hoc illum clauſit.

PROGRAMMA.

Ave MARIA, gratiâ plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS: Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in horâ mortis noſtræ. Amen.

Reſponſio Beatiſſimæ Virginis ad Sodalem hoc Aue recitantem, eiſdem omninò litteris, nullâ deſideratâ, nullâ in aliam litterâ mutatâ. Inuitatur à Beatiſſima Virgine Sodalis ad amorem Virgineum.

Chare Sodalis ama! vt non te peccata morentur,
Ingrediare ſinum: tuus eſt: claudêris in iſto:
Totus ibi Matrem bibe, ſæpius vbera prenſa;
Nam tibi nectar erunt, cordi fauus: omnia vinces,
Vincet Amor.

Sunt tam in ſalutatione ſeu Oratione, quàm in Reſponſione, ſeu Carmine, litteræ nec pauciores nec plures.

A æ b c d e f g h i l m n o p r ſ t u

Cognoui P. Balbinum in Bohemiâ, virum ob pietatem doctrinamque Populo & Principibus charum: vt vidi, cœpi venerari & amare; quod omnes faciunt, qui illi ſemel loquuti. Scio alia adidiſſe ingenioſa Anagrammata; ſed quia illa nondum habere potui, multo ſplendore carebunt

rebunt iſtæ paginæ. Addentur, ſi librum recudi contingat.

☞ CCCCLX.

EST Eminentiſſimus Roſpiglioſius, Princeps omni litterarum genere exornatiſſimus: Scientiarum Promotor, & omnium Ingeniorum Mecœnas. Habet in aulâ ſuâ Viros digniſſimos, quos Fama celebrat: vt inter cæteros Paginam hanc nobilitat D. Ioannes Baptiſta Agnenſis, mihi in Mariâ Chariſſimus, nunquam oculatior, quàm cùm cœcus. Ingenium conſecrauit Deiparæ, & multa ingenioſè & deuotè ſcripſit, quæ merentur applauſum. Anagrammata exhibeo, vt meum Lectorem in Metametricis inſtituam, & in ipſo aduerſum Angelorum Reginam deuotionem intendam.

PSALTERIVM

ANAGRAMMATICVM

MARIANVM IMMACVLATVM,

Seu

Centum-quinquaginta Anagrammata prorſus pura pro Maria Deiparâ, Immaculatè concepta, ex nis Salutationis Angelicæ verbis eruta.

AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.

Auctore IO. BAPTISTA AGNENSI, Cymeo, Caluenſi.

Eminentiſsimi Principis S.R.E. Card.

IVLII ROSPIGLIOSI

Aulico, à multis menſibus omninò cæco.

Declaratorius Auctoris erga Diuam affectus.

AVE, MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM! En interno mentis lumine dedi cor meum in ſimilitudinem picturæ, quam in bono tuo lumine colloco, Lampas indeficiens. Ecce triginta & vnum Angelici huius acroamatis, veluti Menſis tui totidem dierum numero diſtincti, characterem, ſeu literas, tanquam totidem Stellas Ordine vario choreas agentes, ac Immaculatæ tuæ gloriæ ancillantes, & amabili concurſatione alia ex aliis elogia Tibi *texentes* Tibi *Stilo*, illuminatrix *MARIA. Accipe hæc ſidera noctis meæ. Ita mihi longa hæc oculorum* nox *erit* illuminatio in delicijs meis, *dum tu eris* oculus cæco *tuo: nam ad laudes tuas, vt vides*, cæci vident. *Te feram in cellis cordis amore non cæco, dum per Te*, gratia plena, *hic luce gratiæ, olim* lumine gloriæ *ſim* videns. *Hoc eſt, Domina, quod* 150. *hiſce anagrammatibus, veluti totidem pſalmis tuis, tibi canunt, & iam* defecerunt oculi mei dicentes, Domina, quando conſolaberis me? *Ecce* lumen oculorum meorum ipſum non eſt mecum: *Sed tecum eſt, dum eſt* Dominus tecum; Dominus illuminatio mea, & ſalus mea. *Hoc eſt quod cæcus clamo ſecus* viam: *Domina*, vt videam *Filium tuum* in patria: *& tunc lumen oculorum meorum erit mecum.*

CAno Reginam Iure tutam è lapſu Adami
Reginam videtis à nota maculæ puram?
Do Reginam puram, & ſine macula auita.
Reginam (at næuo puram) læti dicamus.
Io Regina, pura, munda, & Immaculata es.
Io, Regina amata: dic tu: En almè Pura ſum.
Pura animata ſum à Rege mei dulci nato.
Pura Vnica ego ſum, Mater alma Dei nati
Caro mea pura à malis, Dei natum genuit.
Ego ſuperna, Immaculata Diuina Mater.
Templum Dei ſum, Arca ignara notæ Aui.
Regia Munda, & Palatium emicans auro.
Ego aurum nitens, Immaculata Deipara.
Pia, Munda, Iuſta, Alma Creatorem genui.
Ego mitis, Pura, Immaculata, veneranda
Margarita cæli ſum; niuea aptè munda.
Sat pura è malo Adami Increatum genui.
Vna ſemper Immaculata, Virgo Dei nata.
Deipara auguſtè Immaculata nominer.
Arca pura Nati Dei, cum tegam almo ſinu.
Aula ſum tota munda, ac Regina Empyrei,
En Virgo, en Deipara ſum, at Immaculata.
Clarè Purà, idcò Amantis Amatum genui.
Ego Eua, armis Paracleti munita munda.
Ego amans, mirè pura, Dei Natum lactaui.
Caſta Mater, pura Diua Anguem elimino.
Longè caput Iræ à ſumma Diuinæ Matre.
Procul anguis à me, vna Mater Dei amati.
Ruat Anguis amarè, immane caput elido.
Sum Mater vnigeniti à Deo pura, ac alma.
Tota ſine macula Adam, purè germinaui.
Pergam inuiolata, ac Munda Mater Ieſu.
Viuam Deo Integra, Immaculata parens.
Perijt Anguis coram Eua munda, & alma.
Deipara inuenta ſum, ergo Immaculata.
Si pariat vna Deum, en ergo Immaculata.
Pura, & digna Mater; ſumma cæli Ianua.
Digna Mater Ieſu, & pura à macula omni.
Sola purè, ac mirè munda animata viget.
En Paradiſum, at ignotum iræ maculæ.
Eua, vti Parens, Adami ignoret maculam
Eua ſecunda malum ignorat primæ? ita
Virgo nè ſemper munda à macula? itá, itá.
Vna eſt Deipara Virgo: en Immaculatam.
Vna eſt Immaculata Virgo: En Deiparam.

Ea pura à malo mira genuit ſanctum Dei.
En Regia tota lucida, anima ſummè pura.
En Mater amata, Diua pura, ſignum Cæli.
Munda mali vigeat ſuper omnia creata.
Purè amata, & munda è macula originis.

REgina ſummè Diua, purè intacta a malo.
Dei ſumma Imago, clara, & pura inuenta.
En Virgo nata Diua, ſemper Immaculata.
Regia Nata euadens lucrum amari pomi.
Alma Dei Virgo ante caſum præmunita.
En Virgo pariet Deum, ſana, Immaculata.
Niuea Mater Ieſu, culpam ignorat Adam.
Virgo eſt, ac præmunita in Adæ malum.
Iſta Virgo almè, purè, ac mundè animata.
Tanta Virgo merè Immunis à culpa Adæ
Deipara Magna venit, morſu mali vacet.
Ea ſanè tota pura, miraculum Magni Dei.
Iram, maculamuè Adæ penitus ignorat.
Putior Angelis, Deum, vnicè amata, amat.
Regina mirè tuta à lapſu communi Adæ:
En pura Domus aurea micat almè ignita.
Virgo veneranda, ipſamet Immaculata.
Iſta Eua Regina, mundo almè pura micat.
Maturè nego in Deipara iuſta maculam.
Lapſum, ac reatum Adami Niuea ignoret.
Iure negamus maculam in tota Deipara.
En pura Dei amans, & Immaculata Virgo.
Amici, en pura genuit Adam Saluatorem.
Ergo ſine macula auita: nam Deum parit.
O ſanè claram, & puram Dei viui Gnatam.
O Diuam purè genitam ſine atra macula.
O Diuam ingenti macula præſeruatam.
Age munda, I pura, tota mirè ſine macula.
Age Numen paris, ò diua ter Immaculata.
Age Idea ſane clara omnium puritatum.
Purè Immaculata es, nam Virgo *Dei* nata.
Vna paries Dei natum, ergo Immaculata.
I, age pura à ſorde, & munita in maculam.
Munda à macula, i Ieſum parito, & regna,
En Ciuitas alma, purè munda Regi amato.
Munda venis, Virgo amata, prima Electa.
Ingenua, prouida, Mater Immaculata es.
Gaude Eua, ſpinâ malorum mirè intacta.
Vale pacis Mater, Virgo mundè animata.
En Deipara; ergo tuta, immunis à macula,
Eua, mundi Regina, almè micas tota pura
Eia Pura, mundi Regem amato ſinu lacta.
Tu, ò Alma, ſpecie tua mira, i, regna munda,
I, Regum Patrona: en Diua Immaculata es.
Iam munda es à culpa Virgo intemerat[illegible]
Vna *Deo* Immaculata es, Mater puri Agni.
Eia ergo pura, munda Immaculata ni[illegible]
I Virgo ſanè munda, apertè Immaculata.
Eua te dignam iuro ſine macula partam.
Pura à macula, eſto etiam mundi Regina.

TV Regina pia, ſumma, & munda Cœli Ara:
I Virgo almè amata, pura, munda niteſce.
Sanè digna, meritoque pura Immaculata.
Verum Dei Agnum, intacta à malo paries.
Agè purè animata, mirè cumulata donis.
O Regina ſummè nitida, & pura à macula.
Cæli merè gaudium, Nata Pura Amantis
Virgo planè munda, ac Mater Ieſu amati.
Eia Pura, munda, Tu magni electa amoris
Virgo antea Immaculata; en paris Deum.
En vacas multâ pomi, Regina diua Mater.
Mater Virgo pia, iam vale ſanctè munda.
Eua Regina, ſummo amanti Pura dilecta.
O vera Immaculata, Dei Gnatum pariens.
Tu parens veri Dei, O magna Immaculata.
Adam, & Euam in macula purè ignoraſti.
I alma, intacta, Eua Virgo ſemper munda.
I ergo pura, I ſanè munda, & Immaculata.
Euge mali neſcia, pura, munda, mira tota.
Euge porta miræ lucis, animata munda.
Age Patrona mundi, Iure Immaculata es.
En tu Immaculata es, nam Virgo Deipara.
Eua ſecunda, pura Mater Agni Immolati
Magna Deipara vnicè tuta è morſu mali.
Tu Iure Immaculata, ò magna Deiparens.
Tu magna ſeruata à nece mali duri pomi
Tu Regia purè munda, anima amicta Sole.
Eia munda parens, & Immaculata Virgo.
Tu è ſummo data Pura à nece amari ligni.
Tu vera primogenita ſine macula Adam.
Tu ergo Immaculata; nam Deipara venis.
Tu Regia, munda animata, Cœlum aperis.
Tu, Alma (duce Amoris igne) purè animata.
Primatum tenes, ò Diua ignara maculæ.
Tu paries Virgo, Mundè, ac almè animata.
Virgo ſemper munda, intacta à væ mali.
Virgo à macula Adæ patenter immunis.
Tu pia, munda è malo, ſacriui agni Mater.
Sana, & mira, en procul à te Iugum Adami.
Angelorum Diua, & purè animata micas.
Eia pura, munda es, ò Regina, à tactu mali.
Tu magna, almè Pura, Diua emicas nitore.
Tu ergò, i, iam per ſecula, animata munda.
Næuum, & maculam ignoraſti Deipara.
Diua Mater genita pura omnis maculæ.
O Ieſu, en digna Mater, Pura Immaculata.
O munda à macula per merita Ieſu Gnati.
Te puram, ſine macula genitam adoraui.
Roma! En Diua Parens Immaculata viget.
Agnita pura maculæ à Montium Sidere.

Spi-

Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & Intelligentiæ eſt, & Pietas eſſe otioſa non poteſt: quam ob rem D. Ioannes Baptiſta Agnenſis, *Deiparam amare pergit, eius laudibus ſtudere non ceſſat. Priori Pſalterio Anagrammatico addidit alterũ, puriſſimum, & ingenioſiſſimum: quod hoc deuotum* Epiſtolium *præmittens, Diuæ conſecrat.*

EN iterum Tibi ſe ſiſtit Anagrammatographus ille tuus, & ſingulas Angelicæ Salutationis literas, læto geſtu, ordine variè multiformi iubet ire in laudes tuas. Nam niſi me cæleſtibus his occupem, *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* Video in his Te, quæ S. Epiphanio es *Cælum ſplendidum*: S. Ioanni Damaſceno *Cælum viuum*, è quo *poſt has tenebras ſpero lucem in lumine viuentium*. Ita *tenebræ non conculcabunt me*, neque *catenæ*, aut *procella tenebrarum* trahet me *in tenebras exteriores* Ancillatur Tibi in tenuibus hiſce tuarum laudum meditamentis modica hæc tenebrarum mearum lux: ita vt & lux mea, & tenebræ meæ, & hæc ipſa in corpore meo, velut in obſcuro conclaui, clauſis oculorum feneſtris, ſedens anima, ſit in manibus tuis, ſicut ſunt *oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ*. Tu Mater illius es, qui *totus oculus eſt*, in quo *ſperant oculi omnium*. Tu noctis meæ Luna pulcherrima es. Tu *ò mulier amicta Sole* tege me ſplendido illo tuo pallio, nam *contexerunt me tenebræ* Interea *Benedicite lux, & tenebræ meæ Domino*, ac Matri Domini. In manibus tuis depono oculos meos. *Profer lumen cæco tuo: illumina tenebras meas*. Nam à Te ductus, cæcus licet, cæli viam inueniam, & non errabo *in itineribus æternitatis*. Hæ ipſæ tenebræ meæ mihi erunt pro luce, ac face, vt per Te ad Deum perueniam, qui *poſuit tenebras latibulum ſuum*. Tu fac vt in hoc tenebrarum mearum latibulo latentem inueniam illum, qui dixit *cum ipſo ſum in tribulatione*, qui *in manibus ſuis abſcondit lucem* oculorum meorum: & ſi vult, *præcipiet ei, vt rurſus adueniat*. At quicquid ſit de hac luce, ego malo præ hac, vt *lux perpetua luceat mihi in regione lucis, & pacis*; vbi cum Angelis, & omnibus Tibi ſingulari animi propenſione addictis iam non cæcus in gloriæ lumine Salutator dicã: *AVE MARIA.*

ITerum dico: ſalue, Magna purè animata.
Salue Pia, te Agni amor Mundam creauit.
Virgo an deturbata es à macula? minimè.
Palam niteſce, Virgo amata, iurè Munda.
Dic ita Virgo: en almè amata, en pura ſum.
Pura animata ſum; nam Virgo Dei electa.
Mater pudica ſum, notae, maliue ignara.
Munda, ac alma vitis, vitæ germen paro.
Sana, ac Pura, en tuli gremio Dei amatum.
Ceu Turris animata ego Pia almè Munda.
Magna Deum mirè portaui lactea nauis.
Enitor, agite, Ieſum, Pura, Munda, ac alma.
Io, en Agna Dei ſum ter Pura Immaculata.
Caro Ieſu, almi Gnati, mea, Pura, & Munda.
Ignea luna, imò lactea, merita, Pura ſum.
Almè intacta à morſu Adami, purè genui.
Ego per alta Cedrus Munda animata iui.
Integra, mera, Munda placui Ieſu Amato.
Cognita ſum niuea, Pura, alma Dei Mater.
Praeuia Cæli Mater, agnita Munda ſum.
Almo pede irrui, mactaui Anguem, Satan.
Pura vadam, longè ſit à me Atauì Crimen.
Agna iurè munda, mei Paſtorem lactaui.
Ieſum lactaui; ergo animata permunda.
Roma, vidi puram ante ſæcula genitam.
Vide Arcam Puri Agni, è malo ſanè tutam.
Agnoſce Puram, nitidamue laureatam.
En Deiparam; ergo tutam in maculas Aui.
Ponas Dei Virginem à rea macula tutam.
En ſumma Via lactea merito digna Pura.
Pange Diuam; at iure ſine macula ortam.
O, Agnam Dei intueris; & Puram à macula.
O, nega maculam in Matre Dei Pura, iuſta.
Agna Pia, Munda Ieſum Creatorem aluit.
Virginem adora è ſpina maculae tutam.
Agite laeti, en adoramus vnicam Puram.
Agite, en Roſa Pura dumi, en Immaculata.
A communi lapſu Adae iurate integram.
O, laudate, eia, Virginem, Puram, ſanctam.
Ait Angelus: Matrem dici Puram à macuo.
Vnà ergo, vnà dicite eam ſat mali Puram.
Virginem adeò Puram ita altè Canamus.
Solum Agna Dei Mater, Pura naeuì micat.
Pura ignorauit ſentem maculae Adami.
Ea ſummo mane clara, nitida, Pura viget.
Ignorauit Adae culpam, nam Mater Ieſu.
Turris Euae communita in Adae plagam.
Roſa punicea, Munda, mira, & alma viget.
Vna Eua Regia Mater, Munda micat Polis.
Pia, & mera Eua Adami ignorans luctum.

VIrgo Prudens, ea Immaculatè animata.
Eia ſatorem Mundi Pura, ac Alma genuit.
Mater Virgo Pia, Munda eat ſine macula.
Ea ſacra, Munda Eua Primogenitum alit.
En Virgo ſanè tuta è macula primi Adam.
Enititur Ieſum Pura, Magna, ac Alma Deo.
Dulcis Amor manè auertit à Pia Anguem.
Proſtrauit Anguem vna almè Amica Dei.
Pura à luto irae Adae, cingat immenſum.
Ruit Anguis coram ea Pia, & almè Munda.
Eua Munda euaſit Capturam originalem.
Eua iſta maculam primae nudè ignorat.
Tota Pura à caſu mali, ea Mundi Regimen.
Arca ignea, Mundaue mali, Ieſum portat.

Eua

Eua Virgo, Pia Mater, ſanctè Munda mali.
Mater Almi Agni, ea ipſa vocetur Munda.
Inuicta Virago Alma eat, ſemper Munda.
Virgo ſanè permanet Diua Immaculata.
Parit ne Ieſum? ità; Ergo munda à macula.
Primogenita data ſine vae macularum.
Lactea Virgo Ieſum pariat Munda manè.
Amata, Munda, Puriorue Angelis emicat,
Gaſta Virgo, Pura malis, ea Munda eminet.
Ouis lactea, Munda, ea mire Agnum parit.
Electae Anima ita Pura in ſummo gradu.
Sanè euadit pomi lutum Agna mirè cara:
Nil creatum amo purius ea dignè amata;
Virgo mea, en dulcis Pura animata meat.
Veni ergo ſumma dilecta animata Pura.
Age, veni, mirè Munda, ac tota Pura malis.
Iure ò Nata Auguem perdis Immaculata.
Macula, ſiuè ira Adam te Piam non vrget.
I, tam animata Pura, & Angelorum Decus.
A primo ad vltimum en cares vae Agnati.
Integra Deum paris, naeuo Immaculata.
Tu integra Munda à pomi vel amari eſca.
Pura enites, ò Regia Munda Immaculata.
Tu Regina, tu ſine rea macula pomi Adam.
En tu Immaculata Deipara Virgo manes.
Eniteris Deum, ò Agna, Pura, Immacutata.
Aurea ſcala, te non premit iugum Adami.
Virgo ſerena, Pia, Munda, & Immaculata.
Io, Agna Immaculata, en parturies Deum.
Iam Pura es; age alito Deum incarnatum.
Euge Munda, ſine pari orta Immaculata.
Amata, Pia, Munda, Cœlum terrae iungis.
Auri lampas grandem Aui noctem euita.
Pia, ac alma Virgo, Mundaue Mater nites.
Iurè Munda pates, ò Regina Immaculata.
En parıtura es Agnum Dei, ò Immaculata.

AGe, ò Vita almè Munda Increatum paris.
Vige, ò ſanè Munda, pariter Immaculata.
Agni aurea Domus in te, Perimmaculata.
Vna paries Deum, ò integra Immaculata.
Virgo amanda: purè enites, Immaculata.
Vitam nudè paris, nae ergo immaculata.
Tu Regina Diua: nempe Roſa Immaculata.
Eua purior Adam, ingens, & Immaculata.
Io Agna, Dei Mater, lupum Auerni mactas,
Ito amata munda, placa Regem vniuerſi.
Diuina ope regnas tu merè Immaculata.
Agna Dei Mater, iuſte Pura omni macula.
Cœlum aperuiſti Regina amata, Munda.
Virgo Munda, & ſemper intacta à vae mali.
Salue, perge, mira, cui Anima tota Munda.
O Agna mira, ſummè Pura, ac in Dei Tutela.
Tu naeuo Immaculata, Paradiſi germen.
I, lacteum Mare, Virgo Pia, ſana, & Munda:
O Mare, tamen placidum ſine ruga Auita.
Mons Dei Amatis tu Regina Pura maculae.
Merè nites; ò Pura Agna diù Immaculata.
Virgo nudè animata es Perimmaculata
Euge iam intacta Roſa purè Munda mali.
I, age, Roſa intacta Veprium almè Munda.
Regia emicans, tota Pura, Mundaue mali.
Mundi Regem alis, ò Vnica amata, & Pura.
Regina Diua; ſemper tuta à macula omni.
I, parua, tota Magna, i mirè Munda eluces
I, ò magna, & almè Pura, Sanctuarium Dei.
Tu Mater Agni Dei, Pura es à macula omni.
I, Roſa matutina, i, perge Munda maculae.
O Vitis amata, Germen dulce, Anima Pura.
Oliua Pacis Mater, Materue Agni Munda.
Inuicta Virgo, peralmè amata, Munda es.
Alma Regina iurè munda es à tactu pomi.
Eua Mater Adami, ignores Aui planctum
I, age, te ſacram Lunam notae Puram vidi.
I, vera Ieſu Mater, palam Cognita Munda.
Oſtendi te Reginam Puram à macula Aui.
Viue, regna, ac impera tota Munda malis.
Iam vale intacta Virago ſemper Munda.
Caſta, imo pura malis, in aeternum gaude.
Iam es iurè Cognita Alma Pura, & Munda.
Perge mira tota Munda ſine macula Aui.
Sancta Mater Magni Dei, Pura malo viue,
Regina Cor Ieſu, tam Pia, tam Munda, vale.
En Regina amata Diua, te Puram colimus.
Eia, te ingenti macula Puram adoramus.
Eua Paracleti ſummi, nota Regia, Munda.
Virgo, i, Munda patens, Mater Amica, Vale

☞ CCCCLXI.

PErilluſtris Dominus Lucas Carolucius, Canonicus, & Regius Sacellanus Regalis Matricis Ciuitatis Altamuræ, Poëta celeber, ad honorẽ Beatiſſimæ ſemperq. Virginis MARIAE Anagrammata ſequentia compoſuit, & ALEXANDRO VII. Pontifici Optimo Maximo dedicauit.

SVb tuum præſidium confugimus, Sancta Dei Genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo glorioſa, & benedicta.

Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

COncede, miſericors Deus, fragilitati noſtræ præſidium, vt, qui Sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, interceſſionis eius auxilio, à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eumdem Dominum noſtrum.

Anagramma purum. 396.

GRandis ALEXANDER, cùm ſummos SEPTIMVS inſis
Inter Alexandros Vrbis, & Orbis ATLAS,
Eia,

Eia, FIDE, culpae ſine ſorde fuiſſe MARIAM
Conceptam ſtatuas; incipe; iure decet;
Praeſeruata fuit; ſic SCOTI dextera ſcribit:
Confregit totui Daemonis ipſa caput;
En dius Candor, Ros, Ignis, Gratia, Virtus,
Enq; nouus, mirus VIRGINIS Albor, Amor;
VIRGINIS immenſis meritis, en MOTOR IBE-
Poſcit id; ò ſignis, indice nempè nota; (RVS
Oh initis BOMBVS conſurget, & ignis in ignem
Vi, vi diſſidium corruet! Ecce QVIES. 396.

Clauis Litterarum. *D. Lucas*

27.	7.	18.	14.	39.	4.	10.	8.	59.	5.	19.	27.	23.	9.
A.	b.	c.	d.	e.	f.	g.	h.	i.	l.	m.	n.	o.	p

2.	30.	45.	26.	18.	3.	
q.	r.	ſ.	t.	u.	x.	396

Carolucius.

CCCCLXII.

SAlue Regina, mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te ſuſpiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis, poſt hoc exilium oſtende. O clemens, ò pia, ò dulcis Virgo Maria. 285.

Anagramma purum.

COeleſtes Ciues, iam verè effundite verſus,
Plaudite, vos diuas ſollicitare lyras;
En ſine labe, micans, concepta Puella, vigeſcēs,
Daemonis horrendi cornua ſaeua ſcidit;
Mox Homo, redde modos ad coelica tecta; To-
Surrexit meritis immaculata Parens; (nantis
Tum demum, ò verè melicum Ver, Orbis Origo,
Florigeras Muſas ſoluat, vt eugè tonent.
——————Alleluia.——————285.

Clauis Litterarum. *D. Lucas Carolucius.*

16.	2.	34.	11.	38.	3.	4.	2.	25.	16.	35.	13.	21.	4.
A.	b.	c.	d.	e.	f.	g.	h.	i.	l.	m.	n.	o.	p.

17.	27.	20.	24.	2.	9.	
r.	s.	t.	u.	x.	y.	285

CCCCLXIII.

PErilluſtris, & Reuerendiſſimus D. Ioſephus Coſtalta, Abbas dignisſimus Congregationis Caſſinenſis, ita ſcientias eminentiores tractat, vt floridiora ſtudia non omittat. Dum eſſet Sublacenſis Prior Sanctiſſimi Noſtri vitam centum pulcherrimis Anagrammatiſmis deſcripſit, & Romæ edidit anno 1655. Illa ego, vt omnium erga Deum deuotionem promoueam, & Librum hunc honorem, hic ſubſcribo.

BENEDICTVS ANITIVS

MONACORVM PATRIARCA.

ANAGRAMMATISMI.

NVnc audi Vir, arcana mira, & obſtupeſcito.
Prodam tibi Naturæ, ac virtutis conamē.
Accipe. Do tibi Virum, nec natum. Sancta orat.
In ſacro Abundantiæ vtero Puer, ſic canit.
Nurſia ſtat canora. Benedictum ortum capit.
Eupropius canit, ac breui dat Natū Romanis
Pia Aniriana Domus, cor Vrbis, carum tenet.
Roma indoctus abit, ne merè vanis capiatur.
Arua corde dimiſit; Sublacum arcanò petit.
Orans Capiſterium vnit, ac bonum dat Caræ
Nudus veſtem, & cibaria à Romano accipit.
Sub Crypta iacet Vir, vnde Monaſtica Norma.
Rumpit Canis; Aes ſonorum; ac Vir nec cadit.
A Viro non abeſt Deus; immò hic cuncta parat.
It munis Presbyter, ac dat cara vna cum vino.
Paſtor ait; Num beſtia, Hic, an Vir? Carū Adeo.
Capiens cibum à reo, dat Cor, nutrit Animam.
In ſpineto accubans, Amoris Arcum deuitat.
Monaſterij bonam curam, Vir adactus cepit.
Cœnâ virus à Monachis Patri datur Nec obit.
Actâ Cruce, en abijt Menſâ virus; Domo Pater.
Tria ſupra nouem Monaſteria nunc dicabit.
Erat; nominabatur Primus Occidentis Abba.
Maurus, ac Placidus noti, boni, rectè amantur.
Monacus à Patre, in carne vi ictus, diu orat.
Ab rupe Montis non recti Caris ducit aquam.
Ferrum ſicut Natans accedit, pio Manubrio.
Maurus ab Aniene concito Placidum trahit.
Inimici Panem, coactus Coruus terrâ abdit.
Caſinum cū Renatis adit, ne Amor Arcu obſit:
Presbyteri; ni amari, Acta, Caſum condoluit.
Caſini carus Pater Dæmonium conſtrauit.
En victor, Martino, Baptiſtæ ſacrum dicat.
Caſini Terrâ, omnibus prædicat cor nouum.
Indicat Pater, an ſit Oceanus Miraculorum.
Daemonium in vna petra. Carus orat, ſic abit.
Mens rapta Natis. Coquina comburi videtur.
En Carum. Orat, ac ſpectrum ignis vani abit.
Intimè orat, ac ſanat Puerum ruina occiſum.
Caris en diuinat ſumpta cibaria. Commonet.
Arcana ait. Corripit ſumentem cibos in via.
Arcanum Totilæ cum bardis, in ſeruo capit.
Repone (dicit) cara, arma. Nō eſt ius tuum. Abi.
Iuſtorum bona nactus mirè edicit arcana
Nam Carus, Totilæ prædicit Annum obitus.
En diuinat. Roma, vna, Caput Orbis marceſcet.
Vi oris accinctus ſanat Daemonio arreptum.
Hic re ſanatus, ab Daemonio iterum capitur.
Nam vetitus à Caro, accipit ſacrum Ordinem.
Pater ruinam, occaſum Monaſterij diuinat.

Is noſcit vina abdira, ac monet Puerum cara.
Minor paret. Ecce atrum. Vaſi abdito Anguis.
A Moniali orante accipit munera ſubditus.
Nato is Orbi mirus, accepta munera diuinat.
Patri Monacus inſeruit, ac vana corde inir.
Arcana vir ſcit. Nato diuinat cor ſuperbum.
En farina votis parta. Bis centum modia. Cur?
Panis non erat Caris; ac Deum orat ob victum.
Aſciterium à Natis conſtruendum Cari ope.
Monaſterium Pater in Viſu creat, ac condit,
Corripuit Natas ter maledicas in Monacum.
Cara communione duas is priuat, ni taceant.
Mortuas, non vnitas reijcit Arcâ peccarum.
Hic mortuas abſoluit. Diù permanent in Arca.
Natus amatus en Patri inobedit, ac moritur.
Sana terra proijcit Natum, nec Diuo carum.
Ob Corpus Domini (en cauſa terra natû capit.)
Amans, ac curans inobedienti compatitur.
Cœnobita à via Crucis errans, mundum petit.
Viri iuſſo Draco nae premit Natum, ne abeat.
Puerum ſcabie orta in carne ictum, is ſanat.
Debiris arctus orat Pium numos. Nec in Arca.
Oratus orat. Ecce numi. A Pio manibus datur.
Hic Pater, ni bonus, ſanat viro cutem variam.
Imperat Carus Oleum dari. Natus ibi non dat.
Sancit, vas vitreum non datum, Arce proijci.
En datur ſanum, vas proiectum, Cor cari Nati.
Ob accidens nae mirum ſtupet Cor nati auari.
Is Parer nunc orat, ac ibi dat Oleum, ni maius.
Eijcitur ab Nato Daemon curis, manu Patris.
Arctus à fero manibus, vi, Patrem inuocat.
En Viſu canina corda premit; Arctum ſoluit.
Ruſtici Natus ob Parcae manum, en adit Orcû.
Ruſtici Natum is voce abripit à cana morte.
Pater vnà cum Natis adit vicinam ſororetu.
Inuitâ ſorore nunc is amat, ac cupit abire.
Orat Scolaſtica, vt imbre nunc impediatur:
Ecce nunc it in Paradiſum, Varis beata ſoror.
Ab Arce aſpicit, Mundum in vno ſole arctari.
Noctu arcanâ Germani Spiritus adit Cœlum.
Innocuus Parer dat nobis Caris viam rectam.
Iuſtinianus Pium, vt Cor amat. Ecce dar bona.
Ambo Patrueles, varij dant Normas cunctis.
Cor Vatis præſcit vnà Annum, ac Diem obitus.
Pater ſcandit Cœlum viâ nimis ornatâ. Cur?
Tot vana, Orbis curas, Carnem, Daemonia vicit.
Nactis cor verum Abbas in ſpecu mira donat.
In imo ſpecu à Beato inſana curatur. It mira.
In ſpecu Virtus Sancti. Ora. Beato animum da.
Nunc Ioſeph Coſtalta Animum dat. I, care Vir.

Ioſeph Coſtalta Prior Sublacenſis.

Anagrammatiſmus.

Sub alis, celſi Patris ſto. Hæc pono.

CCCCLXIV.

FLoret Romæ Carolus à S. Antonio Parauino, Piarum Scholarum Sacerdos, Vir verè pius & doctus, cuius pulcherrima Anagrammata cum laude & vtilitate leguntur. Pono aliqua, quæ typis edita admirationem promerentur.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FABIO

S.R.E. CARDINALI CHISIO

(Nunc

ALEXANDRO VII.

PONTIFICI SVMMO) AN. M.DC.LII.

Dies Natiuitatis Domini noſtri IESV CHRISTI ſecundum carnem.

Anagramma purum.

Hic ditiſſimus aſtris: at nunc (vides)
in fæno miſer tacet, nudus tremit.
Aliud. *Infantis hic ſiti vitâ & ſanctiſſimo*
cruore mundus iſte redimendus.
Aliud. *Infans iſte, etſi nudus ſic tremuit,*
amore iucundiſſimo intus ardet.

Eidem EMINENTISSIMO PRINCIPI

(Nunc

PONTIFICI MAXIMO)

Dedicabat Author anno 1653.

Sancta DEI VIRGO MARIA Aſſumpta eſt ad Caeleſte ſolium.

Anagramma purum.

Auguſtè à Sole amicta: pedes Lunâ,
Comas aſtris redimita.

Vberrimus huius Partheniæ Muſæ fons reperitur in illo curioſo Diagrammate, quod iterum iterumque recuſum eſt hoc titulo: *Anagrammata ſacra octo & quadraginta, contexta è literis horum quinque vocabulorum,* Sancta Maria Virgo Mater Dei: *quæ quinque verba capitalibus literis Anagrammatum bis repræſentantur. Anagrammata autem partem ſunt pura, partem cum vnius tantum litteræ commutatione compoſita.*

PARS PRIOR.

Sancta Maria, Virgo, Mater Dei.

ANAGRAMMATA.

1 Sic dicar: Anima remota reatu.
2 Arca Regis mundi, ò rite amata.
3 Nitida, decora, rara, vti gemma.
4 Creatura magna, ò meritis dia!
5 Triadi ſummæ, ò Regina ſacra
6 Aue, raro magis amicta nitore.
7 Mira, ac rara eſt gaudio menti.
8 Aurora nata, redimita gemmis.
9 Reo hinc ad vitam rara ſemita.
10 Iter ò charum in amata ſydera.
11 Admirare (ò mira!) caſta genuit.
12 Vti magna rati fœderis arca.
13 Iris mundi, terra cælo amata.
14 Regnans, emicat, radiat maior.
15 Gaudia terris orta amica mea.
16 Orem! edita, ſicuti magna, rara.
17 Medicina rara, ægrotis vita.
18 Amor erigitur animæ caſtæ.
19 Turris, dic ei, magna & armata.
20 En roſa, edita mira cum gratia.
21 Recta, vera, magni amoris idea.
22 Dira? amat reos, ac manu erigit.
23 Ea fons gratiarum recti Adam.
24 Intima arca, domus aurea Regi.

PARS POSTERIOR.

Sancta Maria, Virgo, Mater Dei.

ANAGRAMMATA.

1 Sat vera dicor, Maxima Regina.
2 Audi creta mirè: magis ornata.
3 Næ ſum maiori gratia creata.
4 Canam: Iſta prodigium terræ.
5 Tria ei: nam amor, decus, gratia.
6 A macula, miror, edita integra.
7 Minimè Eua dira, at grata ſors.
8 Arbor, ac nimis grata: è me vita.
9 Rea ea? micat iris grata mundo.
10 IESV en mira decorata gratia.
11 A Creatore mundi ò Iris amata!
12 Viam regiam ea in aſtra docet.
13 Iſta rata ægrorum medicina.
14 Regnat ſecunda maior? Iam ita.
15 Gratia ſummi decoris ea nata.
16 Omnia rara, edita, ſecum gerit.
17 Mirè orta: Adam reatus inſcia.
18 A diuſtitim ecce normá rara.
19 Triadi, ò ſumma Regina creata!
20 Ea data, ruga criminis remota.
21 Rarum: intacta à dæmonis ira.
22 Diua ſacrata ingerit amorem.
23 Equa; at grata; mortis medicina
24 Iſta verè emicat rara Domina.

Eſt S.Ioannes Baptiſta Vrbis Florentinæ Patronus: & hanc ob cauſam Magno Etruriæ Duci Author anno 1651. curioſam hanc characterum commutationem dedicauit.

Diuus Ioannes Baptiſta, Domini IESV CHRISTI Præcurſor.

Anagramma purum.

Res impia! Inſani Herodis diro iuſſu capite obtruncatus.

Addo aliam ingenioſam literarum tranſpoſitionem, inſcriptam Eminentiſſimo Principi Cardinali Pallotto.

Sanctus Ioachimus, & Sancta Anna eiuſdem coniux, è tribu Dauid.

Anagramma purum.

E Diuis iſtis caſta IESV MATER enata: vnde huic mundo cuncta bona.

EPIGRAMMA.

Ex Diuis iſtis enata eſt MATER IESV
Caſta, vnde huic mundo nunc bona cuncta fluit
Nūc bona cūcta fluūt, quoniā iam aſſumpta Maria
Cœleſti reſidens regnat amica throno.
Et Regina potens famulis dat munera nobis:
Munera, clauſa quibus ſunt bona cuncta ſimul,

EMINENTISSIMO PRINCIPI

CARD. GINETTO

Sanctiſſimi Domini noſtri vigilantiſſimo Vicario, &c. D.C.Q. 1651.

Sanctus Pantaleon, patriâ Nicomedienſis, Medicus ac Martyr.

Anagramma purum.

O inclytè curans cunctos: apprimè Sanas etiam reddit animas.

Anagrammata pura Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo D.D.Ioanni Baptiſtæ Foppæ Archiepiſcopo Beneuentano dicata anno 1652.

Sanctus Philippus Nerius, Florentinus: Congregationis Oratorij Fundator.

Anagramma purum.

Raras dignitates fugiens, nunc (prò ſors! in populo rutilat honorificentiùs.

Alterum etiam purum.

Hic terris arſit igne diuino: nonne nunc polo ſupra-poſitus fortiùs flagrat?

Succurrunt alia Anagrammata, quæ etiam adiungo.

GILBERTVS,

CARDINALIS BORROMAEVS.

ANAGRAMMA.

Ac dabor Inſubria ter geminus Sol.

Eximiâ laude dignum eſt illud Anagramma, quo Venerabilis P.IOSEPHI ex MATRE DEI vita, inſtitutum, & obitus indicantur & celebrantur.

Ioſephus ex Matre Dei, olim cognominatus Calaſantius: Natione Tarraconenſis*: Fundator ac Generalis Clericorum pauperum* Matris Dei*, Scholarum Piarum.*

ANAGRAMMA.

Chriſti famulus terrâ: clarus amore erga inopes: mortuus Romæ apud S.Pantaleonem Mart. viij. Cal. ſept. An. nonageſimo ſecundo. à Chriſto in carne M.DC. XLVIII.

Videntur nomina omine non carere, ſi accuratè legantur. Conſidera vocum inuerſiones ſequentes.

Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.D.

IOANNES ANTONIVS

CAPIBLANCHIVS

EPISCOPVS SYRACVSANVS.

Anagramma purum.

Is vnus ſummis plenus meritis: is ſydus, ſalus: viſus ſedans iras: nunc ab Innocentio *Pamphilio condecoratus.*

Tetraſtichon in Anagramma.

Viſus grata ſalus, ſedans Capiblanchius iras:
Teſtis Parthenope, teſtis Ibera phalanx.
Illi quid mirum, dederit ſi præmia Paſtor?
Eſt (oleam cernas) hic quoque pacis amans.

Innocentij X. inſigne præſetulit Columbam cum ramo Oliuæ.

Fauet Scholis Eminentiſſimus Princeps Imperialis: & quia hodie Diſputationi Theologicæ illi dedicatæ interfui, & hanc ibi vocum Metamorphoſim ab amicis recepi.

Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus D.

LAVRENTIVS:

PATRIA GENVENSIS:

Ex nobiliſſimâ Imperialium progenie natus: Reuerendæ atq; Apoſtolicæ Cameræ Clericus: necnon Romæ Gubernator.

Anagramma purum.

Res verè: ſummè verè: ſummè glorioſa: ſummeque digna plauſu! Is verè ſe magis erigens, à Summo Innocentio X. biennio ante creatus S.R.E. *Cardinalis: pronunciabitur poſtridie Calendas Martij: anno ſalutis M. DC. LIV.*

Ecce dat P.Carolus Vaticinationem veriſſimam, ſed ante euentum abſconditam & in ſuperioribus vocibus abditam.

Sicut Viri illuſtres celebrari, ſic & perfidi poſſunt anagrammatibus vituperari & reprehendi.

Iudas

Iudas Iſcariotes, IESV Redemptoris noſtri antea diſcipulus.

Anagrammata quinque; omnia pura: omniaque omnium vocabulorum diuerſitate prorſus inter ſe differentia, &c.

—s errans (ô ſanè crudelis) prodidit. Eius vice poſitus Matthias.

—i doloris is ſat auarus, proiectis denariis ſemet ſuſpendit.

—irus, ter inſanus (heu iſti!) Dei traditor, oſculo peſſima pacis.

—udi, ſiſte, ſcias: veſana prorſus res: totum dedit pretio nihili.

—ani cordis, adhuc proditor: melius illi erat niſi natus eſſet.

Huc etiam ſpectant ſequentia.

Iudas Iſchariotes. Anagr. *Is, is Author cædis.* Aliud. *A Ieſu dicar hoſtis.* Sunt pura.

Placet alia adhuc eiuſdem P. Caroli Anagrammata adiungere, eius enim Muſa eſt eruditiſſima & ditiſſima.

Templum Diui Petri Romæ in Vaticano. Anagr. *En modò nitet, apparet miraculum vtij.* Eſt purum: & nos monet interdum Anagrammata non linguæ, ſed calamo correſpondere: ſi enim *miraculum octauum* ſcribas, tollis Proteum.

Prædicator. Anagr. *Corda aperet.* Eſt purum.

Sancti pueri innocentes, ex Bethlem, ciuitate Dauid. Anagr. pur. *Cuncti, vix nati (impietas!) ab Herode nece deleti ſunt.*

Sanctus Ioſeph, è Tribu Dauid. Anagr. pur. *Ipſe Deus, Orbi natus, huic datus.*

Sanctus Petrus, antea Simon, Apoſtolus, & primus vniuerſalis Dei Eccleſiæ Pontifex. Anagr. pur. *Altè in monte aureo almâ cruce defixus, poſitus eſt ſuſpenſis plantis, capite inuerſo.*

Sanctus Paulus, anteà Saulus, Prædicator Gentiũ Anagr. purum. *Is altâ laude, ſanè magnus: caput truncatus pro IESV.*

Sanctus Petrus, & Sanctus Paulus, Principes vniuerſæ terræ. Anagr. pur. *En, vnus caput inuerſus cruce paſſus ſpirat; at alter enſe perit.*

Diuus Stephanus Leuita: Anagr. pur. *Heu! En iuſtus lapidatus.*

Sanctus Laurentius Leuita: Anagr. pur. *Leni vultu in crate aſſatus.*

Sanctus Laurentius Diaconus Martyr. Anagr. purum. *Vnde mors? à Tyrannis vſtus craticulâ.*

Sanctus Thomas, Londini in Angliâ ortus, Eccleſiæ Cantuarienſis Epiſcopus. Anagr. *En iſte inſons: En homo clarus conſtantiâ, gladiis percuſſus capite iv. Cal. Ian.* Si voces his vltimas complexus, Proteum auferas: Si *Cantuarium* ſine aſpiratione poſſit ſcribi, hæc inuerſio literarum eſt pura: ſi autem ſcribere debeamus *Canthuarium*, deficit in illâ vnum H.

Sanctus Stanislaus, Epiſcopus Cracouienſis, & Martyr. Anagr. pur. *Poteſt eſſe typus ſui clarus, ter rarus animi inconcuſſi.*

Sanctus Michael, Præpoſitus Paradiſi. Anagr. purum. *Hic laſſat prani Dæmonis preſſi capita.*

Sanctus Bartholomæus, è Galilæâ, Domini Ieſu Chriſti Apoſtolus. Anagr. purum. *Hic pelle à ſæuiſſimis obnudatus, micat honoratus ſtolâ gloria.*

Euſtachius, priùs Placidus, nobilis Romanus. Anagr. purum. *Hic plura paſſus, Sic viſus in mundo alter Iob.*

Sancta Lucia Virgo. Anagr. *Vnica grata oculis.* Eſt purum.

Eucharistia. Anagr. *Hic vera vita.* S. in V.

Sancta Catharina Virgo, Patria Senenſis. Anagr. pur. *En ſanè in vitâ cara Chriſti Sponſa.* At ſi ſcribi debeat *chara* deficit H.

Antonius Luſitanus, dictus de Paduâ, Religionis Patrum Minorum. Anagr. purum. *Vir Diuinus, toto mundo latè nitidus apparens, magnus miraculis.*

Sanctus Philippus Nerius, Florentinus, Congregationis Oratorij Fundator. Anagramma, *Raras dignitates fugiens, nunc (pro ſors!) in populo rutilat honorificentiùs.* Aliud. *Hic terris arſit igne Diuino: nonne nunc polo ſuprapoſitus, fortiùs flagrat?* Sunt pura.

Diuus Nicolaus de Patarâ, Antiſtes. Anagr. pur. *Is, vna ſolus, ter data pecunia dotis.*

Imperator. Anagramma purum. *Roma Petri.*

Non tua; Roma Petri, *Nero barbare, quem Cruce mactas:*
Hoſtis tu Romæ: non tua; Roma Petri.
Hoſtis tu Romæ: Pater hic: ſacra dogmata pandens,
Hanc genuit Cœlo: non tua; Roma Petri.
Quid tibi nex Petri prodeſt, Nero? clamat honoris
Ecce tui nomen nunc quoque: Roma Petri.

Diuus Ioannes, Chriſti Apoſtolus, atque Euangeliſta. Anagr. pur. *O gens! quanta ipſi Vati laus, honor! eſt dilectus à Ieſu.* Dilecti dicuntur qui amici. Amicus, alter ego. Igitur Ioannes alter Chriſtus. Meritò igitur Chriſtus à cruce pendens dixit Matri, *Ecce Filius tuus;* & Diſcipulo, *Ecce Mater tua.*

Virginis auguſtæ natus Crucis arbore pendens
Sic illi: Mulier, Filius ecce tuus.
Mox in dilectum languentia lumina vertens
Diſcipulum, Mater, *ſic ait,* ecce tua.
Ioannes, Chriſtus. *dubitas? miraris?* Amicus,
(Ore id cunctorum perſonat) alter ego.

ALEXADER SEPTIMVS Pontifex. Anagr. pur.
Felix praeſt. Pax eſt in mundo.

Adluditur ad Summi Pontificis Stẽma Gentilitium, in quo *montes*, & ad verſum Dauidis, *Suſcipiant montes pacem populo.*

Felix ecce *praeſt* Moderator Maximus Orbis;
Pax eſt in mundo; Pacis amator ouat.
Mella olim VRBANO, ſtipantes more Volucres
Concordi, optatæ Symbola Pacis erant.
INNOCVOQ; ferens ramum pacalis Oliuæ,
Gandida, vicinæ nuncia Pacis, Auis.
Et celſi Montes, quibus eſt tranquillior aër,
Pacis ALEXANDRO ſigna dedere ſuo.
Paxque notata diù, multumq; optata, ſerenos
Principe ſub tanto iam iubet ire dies.
Iam *Montes populo*, poſt tot diſcrimina, *Pacem*
Sub tam tranquillo Principe *ſuſcipiunt*.

THEATRVM ERECTVM ROMÆ

D. PETRO APOSTOLO IN MONTE VATICANO.

Anagramma purum.

Hoc toto Mundo erit coronatum, & pia memoria, & æterno plauſu.

IN ANAGRAMMA.

Priſca verecundo ſileat ROMA ore Theatra,
Dum Vaticanus ſurgit ad aſtra labor.
Tollitur innumeris Moles operoſa columnis,
Adſtanti Moles obſequioſa Petro.
Et ſimulacra vehens pia vertice plurima, iuſſu
Pontificis Summi celſior aſtra videt. (Molis,
Quantum cernis Opus! non *Magni* hæc pondera
Maximi ALEXANDRI vecta ſed imperio.
Molis erit tantæ quæ digna corona? corona
Tantæ equidem Molis, fama perennis erit.
Fama coronabit venerandum æterna Theatrum:
Aeterna auguſtum fama coronat Opus.

SERAPHICVS

PATER FRANCISCVS DE ASSISIO

Inſtitutor Religionis Patrum Minorum.

Quinque Anagrammata pura.

I. *Chriſti ſeruus in mundo fuit IESV perſimilis, portans in corpore Sacra Stigmata.*

II. *Pius à Chriſto præclarius ornatus fuit miris cum ſignis Redemptionis noſtræ.*

III. *Fidus ſemper prorsùs non gloriatus, niſi in pretioſa Cruce Chriſti ſui tam amati.*

IV. *Mundani, cuncta ſperno fragilia: at, mi Chriſte, te, Superorum ſors, ſuſpirijs ſitio.*

V. *Pro amato Chriſto in terra prius inops factus, Cælum Diuinis meritis ingreſſus.*

Idem D. FRANCISCVS ſic loquitur.

Quiſquis es, in noſtro qui corpore vulnera cernis,
Te, Chriſto ſimilis fallat imago, caue.
Non ego ſum Chriſtus; Chriſti ſed fidus amator
Franciſcus: Chriſtus non ego; non ego ſum.
Non mihi dextra, manus fodit truculenta, pedeſq;
Nec mihi Longini barbara dextra latus:
Nō hæc, ſæua manus, nō hæc mihi vulnera fecit.
Hæc mihi diuinâ, vulnera facta, manû.
Longiùs vt claudi indignans cæleſtis Amoris
Flamma, erumpendi ſic reperiret iter.
Non ſatis os æſtu exclamans, oculiq; madentes:
Addita ſunt iſtis, oſtia quinque, foribus.
O mea quàm, Chriſti, quā feruida viſcera Amore!
Feruori egreſſus octo dedere fores.
Eiuſdem.

CCCCLXV.

Claret Madriti Pater Ioãnes Euſebius Nierembergius S.I. toti Europæ notiſſimus; cuius ingenioſa, & etiam numeroſa volumina, magnâ cum vtilitate leguntur. Eſt eximius Theologus, Philoſophus curioſiſſimus & expertiſſimus, & inter eminentiora ſtudia vacare interdum Muſis ſuauioribus non dedignatur. Eius eſt pulcherrimum hoc Anagramma.

Sanctiſſimus Pater & Dominus

ALEXANDER PAPA SEPTIMVS,

Qui erat anteà FABIVS CHISIVS.

Anagramma. (Deeſt vnum E.)

Quartus è Senis Papa, Dei Matri cariſſimus, ipſi labem Adæ non fuiſſe ſtatuat: tunc pax.

Miſſum fuit hoc Anagramma Romam, & aureo charactere expreſſum Sanctiſſimo: traditur: & dum applaudebamus vniuerſi inuerſioni literarum egregiæ, non-nemo, iſtam repoſuit.

San-

Sanctiſſimus P.

ALEXA

PAPA SEP

Qui erat anteà FAB

Anagramma

Quartus è Senis Papa, Di
pſiſſe de filijs ira Statu

Sed cur ſtatuat? Fabiu
notiſſimus eſſe conceptam
nuit, nec iſta in illo remitt
mum Sacerdotium erecto.

Et cur quæſo permiſit
nionis D. Thomam, Viru
pientiſſimum? vt Angelic
gelo poſſet Orbis diſting
ego reperirem humanæ in
rem, (ſi hunc reuerà rep
pta Thomæ legerem, non
dicerem, ſed ab Angelo.

Moneor anno 1659. ab a
nem Euſebium Madriti cu
tis: eſſe ſummam erga ill
nem, imò etiam clarere m
in pace. Amen.

CCCCL

D. Nicolaus Hennet no
& deuotas Muſas col
grammata ingenio & ſpir
Anagrammatibus delectari
tia deuotionem erga Deipa
mouere, & prodeſſe legenti

AVE MARIS

Anagrammata

Tellus, mare, aſia.	Ma
Salue Mater ſali	Mer
Tu illa es ars mea	Vis
Salus & alma rei	Illa
Ea ter ſalus mali	Alta
Es aſilum altare.	Alm
Rete malis, ſalua.	Ter
Merè ſalutis ala	Et
Salutis mel & ara	La
Ea tellus amaris	Li
Sis mater à valle.	S
Illa eſt aër, muſa.	M
Illa ea eſt ramus.	A

ſus liber (Clariſſime
) qui iam plures typos
rus Author ; Stephanus
n , *Il Seigneur des Accords*
& ſuis curetes Deſ-
nibus haberetur & lege-
in quâ numeroſa Biblio-
lo ego libenter deſtitue-
runt, ad paucas lineas
nagrammate Cap. xij. &
t . Ex illo ego .
liud eſt quam literarum
ferente Platone dicta eſt
ſus Anagrammarum apud
Critici dicant) antiquiſſi-
tzes Lycophrontis inter-
n non ſolum ob Poëmata ,
celebrat , & hæc produ-

nagr. [illegible]

illa Quæſtio, quæ inquirit,
a vero *Ptolemæus* fuerit di-
ius vulgus approbat , ſed
n clarorum opinio , & hoc
at. Hinc etiam conſtat tam
tolemæum fuiſſe præ[illegible]tum,
nen deducere potuerit Ly-
.

Anagr. [illegible]

uòd Regina Arſinoe , *Iunonis*
Nec olim ſolus Lycophron
ouit aut exercuit , quoniam
de interpretatione aſſerit Ana-
ultùm conferre ad rerum &
entiam .
idente hodie omnes linguæ
æca valde eſt communis apud
Regina Iſabella hoc Græco
celebrata .

Anagr. [illegible]

Regni Fontem Poëta dicit , &
ſumpta eamdem potuit conce-
rare .
à ad Galliam idem Author ,
Anagrammata in medium
ciam , vt Lectori beneuolo

Tran-

François de Valois. Ἀνάγρ. *De façon ſuis Royal.*

Fuit iſte Franciſcus Valeſius Rex Galliæ, qui in vxorem duxit Eleonoram ſororem Caroli V. Imperatoris; de qua exſtat hoc Anagramma.

Alienor. Ἀνάγραμμα. *La Roine.*

Vnde quidam in admirationem raptus, ſubſcripſit.

Regina hac Princeps nomen & omen habet.

Laudibus ſummis dignus Henricus fuit: Illum commendat Panegyricum, quod ſuboritur ex eius nomine.

Henry de Valoys, Ἀνάγρ. *Roy es de nul hay.*

Huius Henrici vxorem, Catharinam de Medicis, ſpiritus generoſi Viraginem, Tabourotius commendat. incuſatque ab inciuilitate & obtuſo ingenio illum, qui dixit.

Catherina de Medicis. Ἀνάγρ. *D'amy ſe dict Riche nee*

Margaretham, Franciæ Infantem, Berrij Duciſſam, &c. puellam erudititiſſimam, venerabitur ſera poſteritas, & eius memoriam hoc Anagrammate adfirmabit.

Marguerite de Valois, Ἀνάγρ. *De Vertus l'image Royal.*

De Rege Carolo, quem à benignitate commendant, hoc habet.

Charles de Valoys. Ἀνάγρ. *Chaſſe la dure loy.*

Duxit ipſe in vxorem Iſabellam Auſtriacam: & ex vtroque nomine oritur vnum & alterum Lemma ingenioſum & pulchrum.

Charles de Valoys. Eliſabet d'Auſtriche.

Anagr. *Du riche lis d'or as beautè chaſte alliee.*

Anagr. *De chaiſte ardeur le beau lis tachoiſce.*

Ludouicus de Lotharingiâ hac litterarum inuerſione honoratur.

Louyſe de Lorrayne. Anagr. *L'or de Henry Vallois.*

Louyſe de Lorrayne. Anagr. *Henry Vallois Roe.*

Rarò accidit, vt vnum nomen proprium in aliud etiam proprium per litterarum commutationem tranſeat; rarò dico, quoniam aliquando contingit, vt Ἥρα, Iuno, ἀνάγρ. Ἀμ. Liuia, ἀνάγρ. Iulia. *Guſtauus,* ἀνάγρ. *Auguſtus* &c. interim hoc in præmiſſis duobus Anagrammatibus, & præcipuè in poſteriori, contigit, quam ob rem illa Tabourotius, *quaſi miraculeux* celebrauit. Nec eſt cur aliquis Criticus vltimam lineam criminetur, quòd *Roe* præ ſe ferat, cùm *Roy* deberet: nam *Roy* legitur *Roe*; & calamum debere labio correſpondere, & corrigendam eſſe veterem Orthographiam, omnes eruditi pronunciant. Sed neque horum Anagrammatum Author caruit authoritate, nam Ludouicus Megret, & Petrus Ramus in Orthographicis nomen Regis ſic ſcribi præcipiunt.

Ducem Guyſæum, quem *Martem Gallicum* meritò appellant, hoc concernit.

François de Lorraine. Ἀνάγρ. *Craindre feras Lions.*

& hoc fratrem eius, Eminentiſſimum Eccleſiæ Romanæ Cardinalem.

Charles de Lorraine. Ἀνάγρ. *Lors encbre delairray.*

Dominus d'Aumont, qui Mariſchallus Galliæ poſteà fuit, à Iunone, quam in ſuo incluſit nomine, laudari meruit. Conſidera ſequentes lineas.

Iean d'Aumont. Ἀνάγρ. *Ament de Iuno.*

Pontus de Friards, Chalonenſium Pontifex, à duobus Poëtis, qui ſe non cognoſcebant nec habebant communicationem vllam mutuò, donatus fuit hoc Anagrammate.

Pontus de Friards. Ἀνάγρ. *Tu as don d'Eſprit.*

Et quidem mirum, duos in eumdem conceptum & literarum inuerſionem incidere.

Satis Europæ notus eſt Ieanninus Burgundici Concilij Præſes, quem ſuum ipſum nomen, ſi ordine congruo literæ diſponantur, commendat.

Pierre Ieanin. Ἀνάγρ. *En bien nai pris.*

Qui cognouerunt & amarunt Conſiliarium Saumarium, his ſe lineis ſolentur.

Hieraume Saumaire. Ἀνάγρ. *To beur amy me ſera.*

Aliud. Ἀνάγραμμα. *Vray homme ſeray.*

Qui Tongerij Pariſini, & Poyetij, aliorumque, qui ſub idem tempus floruerunt in Galliâ, memoriam venerantur, legant hæc.

Iean Tongier. Ἀνάγραμμα. *Ioy en argent.*
Iaques Paris. Ἀνάγραμμα. *Acquiert Pais.*
Guillaume Poyet. Ἀνάγραμμα. *Mot! viue Pillage.*
Iean Toruobat. Ἀνάγραμμα. *Bon haire à tout.*
Aliud. Ἀνάγραμμα. *Or ha à tout bien.*
Theodects Torurbat. Ἀνάγρ. *Ta bouche te dore tout.*
Eſtienne Toruobat. Ἀνάγραμμα. *Tout en bontè ſeray.*

Sunt vberrima illa nomina, quæ nec multas aſpirationes, nec vllas literas duplices habent: Vbi enim ad X. & Z. venitur, vena, aut eſt omnino ſterilis, aut areſcit. Vnde non miror, ſi nomen hoc *Gabrielle de Monpaſte,* aut ſi calamus ſequatur labium, *de Monpate.* quadragies-ſepties Tabourotius inuerterit. Non omnes iſti Protëi ſeorſum ſtare poterant, non enim omnes ſenſum pefectum continebant: at ita fuerunt ab authore connexi, vt potuerint Epiſtolam curioſam conformare. Selegit ille aliquas lineas, quas libenter repono.

Gabrielle de Monpaſte.

Anagrammata.

Elle m'a dit bon preſage.
Par belle image donie.
Bel Ange dore me plaiſt.
O Perle d'eſtimable gain.
Bel parangon deslite.
Bel Ange la de mi porte.
Parle de ton bel image.
Digne parole te blaſme.
Mon ide agreable plet. &c.

Progreditur idem eruditus & ingenioſus Scriptor

ptor

ptor, & hæc Anagrammata, aut à ſe inuenta, aut ab alijs accepta, ſubſcribit.

Pierre de Ronſard. Anagr. *Roſe de Pindare.*
Aliud. Anagr. *Ambroſe de Pinde.*
Loys de Maſures. Anagr. *La ſoucy me dure.*
Remy Belleau. Anagr. *Abreuè de miel.*
Nicolas Deniſot. Anagr. *Conte Dalſinois.*
Eſtrenne Iodelle. Anagr. *Io le delien eſt ne.*
Simon Nicola. Anagr. *La non ſoucy.*
Iean de Coras. Anagr. *Cede à raiſon.*

Claudat hæc Anagrammata Gallica Ioannes Brino, qui tam generosè amauit viros doctos, vt omnia ſua vt illos iuuaret & promoueret, conſumpſerit; & tandem pauperrimus obijt. At æternùm viuet, nam virtus mortem neſcit, & omnes eruditi conſpirabunt, ne tanti Mœcenatis memoria occidat. Illum Ronſardus celebrauit hoc Proteo.

Iean Brinon. Anagr. *Rien bon n'y a.*
Ianus Brino. Anagr. *Ruina bonis.*

Et quidem ſuorum bonorum & diuitiarum ruina fuit, quando ſui immemor, omnibus generosè prouidit.

Hoc Anagramma vltimum in memoriam reuocat voces *Reunir* & *Ruiner*, in quibus Tabourotius Antiſtrophen inueniri voluit *c.8.pag.*127. at ego non niſi Anagrammatiſmum reperio. Illas illuſtrat Hexaſticho curioſo Paſquierius *ſub Minophili finem* Regem Carolum IX. ruinas vnire, & vnita ita demoliri, vt ſolæ ruinæ maneant, contendens. Eius metra ſunt hæc.

Qui voudra reunir *auec* ruinèr *mettre*,
Il verra qu'il n'ya tranſport que d'vne lettre:
Et qu'en reuniſſant *vos ville* ruinicz,
Et qu'en ruinant *vous les* reuniſſiez:
Car dans vn reunir *vn* ruiner *ſe treuue*
Dont vos pauures ſuiets on ſait derniere preuue.

Latina habet in eodem capite Tabourotius multa pulchra: & exordium volo & debeo ſumere ab illo, quòd Petrus Boiſteau inuenit, & appingi curauit tabulæ, in qua coram Deiparâ genuflexus adorat Filium, & miſericordiæ Matrem orat.

Virgo MARIA. Anagr. *Mira rogaui.*

Ioanni Caluino, nec Pictura, nec Anagramma placet, nam ore ſacrilego & impio ſe ſuoſq; negat Cœlitum patrocinio. Ergo illum ad Deiparæ pedes ſicut ſerpentem ſupponamus.

Caluin Gall. Anagr. *Lucian.*
Aliud. Anagr. *Culina.*
Caluinus Lat. Anagr. *Lucianus.*
Aliud Anagr. *Alcuinus.*

Et quidem merito Ioannes Caluinus cum Luciano componitur, & in culinam truditur; habet enim cum Luciano blaſphemias, & ſordes communes cum Culinâ. Alcuinus per antiphraſin poterit dici, cuius eſt antipus. Vir illе doctiſſimus, & magni Caroli Magiſter fuit: at Caluinus, Orthodoxam illam Fidem, quam Gallos olim Alcuinus docuit, dedocet, & errores horribiles Animabus implantat. Ergo ſicut æternis ignibus in aliâ vitâ, ſic æternâ ignominiâ in iſta condemnatum relinquentes, ad Viros Illuſtres, quorum Tabourotius meminit, tranſeamus.

Catharina de Medicis. Anagr. *Henrici mei caſta Dea.*
Aliud. Anagr. *Clara dijs hac mente.*
Carolus Valeſius. Anagr. *Sol, cui vera ſalus.*
Aliud. Anagr. *Ver, cui ſola ſalus.*
Carolus. Anagr. *Clarus.*
Henricus III. Valeſius. Anagr. *Victis Lutheranis es verus.*
Aliud. Anagr. *Victis Lutheranis ſeuerus.*
Valeſius. Anagr. *Laus IESV.*
Carolus Lotaringus. Anagr. *Orator Gallicus vnus.*
Claudius Conſiérius. Anagr. *Clarus viuo Regi fidus.*
Petrus de Pinas. Anagr. *Prudens capies.*
Petrus Ianius. Anagr. *Tu Vir ſapiens.*
Ianius, vulgò *Ieanin.*
Tu es Pan Iuris. *Spinea Virtus.*
Sperans viuit. *Ius pura ſinet.*

Fuit Vir doctiſſimus, Concilij Burgundici olim Præſes: & D. Natali charus.

Hieron. Saumaire. Anagr. *Sum veri herois Anima.*
Ioannes Genterius. Anagr. *En grauis bonos in te.*
Aliud. Anagr. *Vnis in honore geſta.*
Aliud. Anagr. *Venis argenti ſono.*
Iacobus Pariſius. Anagr. *Ius pacis obſerua.*
Antonius Minarius. Anagr. *Natus rima Minois.*
Ioannes Toruobatius. Anagr. *Aſtabis in honore tuo.*
Theodectes Toruobatius. Ana. *Iso te doctus beat actros*
Stephanius Toruobatius. Anagr. *Tu ſtas vir Phœbo natus.*
Ioannes Auratus. Anagr. *Ars en noua Vatis.*
Claudius Saiue. Anagr. *Laus Dea cuiuis.*
Antonius Contius. Anagr. *Si non tactus.*
Alexander Toruobatius. Anagr. *Virtus ex labore donata.*
Franciſcus Iuretus. Anagr. *Cura finis certus.*
Aliud. Anagr. *Vnus ſic ferit arcus.*
Antonius Iuretus. Anagr. *Iuſtus non variet.*
Ioannes Cotenotius. Anagr. *In actu eſſe, non otio.*

Coluit Stephanus Tabourotius, adhuc iuuenis, Theodorum Paſchaſium, Stephani Paſchaſij celeberrimi Iuriſconſulti doctrinæ & virtutum hæredem; & illum hoc Elogio donauit.

THEODORVS PASCHASIVS.

ANAGRAMMATA.

Theſauros pacis ſudo.
Theſauros pacis duos.

The-

Theſauros Pacis *verſo mihi nomine* ſudo,
Diceis, dum libris, mi Theodore, vacas.
Si non mentiris, iam Te Theodore Patremq;
Theſauros *ſudas.* Pacis *Amice* duos.

Admiratus eſt Eleonorium Chabotium Caroli IX. Regis Galliarum Vicarium militarem in Burgundiâ, Virum bellicoſiſſimum, & integerrimum; & illum donauit hoc Proteo Acroſtichis verſibus dilucidato.

ELEONOR CHABOTIVS.

ANAGRAMMATA.

Heros ito luce bona
Cœli honor beatus
It Carolo ſuo bene.

Iuſſet opus quamuis Diuino Vate perennes
Laudes Tuas qui ſolueret:
Non tamen arbitrio Diuorum ſicut ad aras
Omnis adoret munus ſuum.
Zitar vbique tuas Vir præſtantiſſime laudes
Ornare noſtro carmine.
Reſpicies inter populi ſuffragia forſan
Camœna quod canit mea.
Heros ito luce bona, *& fœlicia fata*
Te Te digna ducito.
Burgundæ Patriæ ſis dudum Primus Alumnus,
Opem tuam fac ſentiat.
Hic Duces qui ſuberunt, fac dicant, hoc Duce ſemper
It Carolo ſuo bene.
Vltra mortales Tibi quot trademus honores
Sic Cœli honor beatus *eſt.*

Habent gratiam ſpecialem Anagrammata, quando ex vnâ linguâ in aliam tranſeunt, qualia ſunt ſubſequentia.

Iacques de Cruſol. Gall. Ana. *Qui caſſo crudeles.* lat.
Claude Bourgeois. Gall. Ana. *Sub eo Duce gloria.* lat.

Petrum Liſerium, olim Primum Præſidem Pariſienſem, & poſteà Abbatem apud S. Victorem, honorauit Tabourotius duabus Latinis ſententijs, è Gallico nomine extractis; quas, necui viderentur obſcuræ, ſeptem Phaleucis illuſtrauit.

PIERRE LISER.

ANAGRAMMATA.

Lites reperi.
Perire telis.

Olim Cauſſidicus Fori ſupremi
Qui lites reperi, *petiui, amaui,*
Præſes innumeris eas areſtis
Dum fugo fugior, caputque noſtrum
Ob litem male litigantis vnam
Senſi ſubmiſſum dari ſecuri,
Et ſic me proprijs perire telis.

Poſtquam de Græcis, Latinis & Gallicis Grammaticis Proteis D. Tabourotius diſſeruiſſet, tranſit ad linguam Hebræam, & Epiſtolam cuiuſdam ſui Amici in Cabaliſticis verſari recognoſcens, Petrum Galatinum *de ſecretis veritatis Catholicæ lib.7. cap.13.* allegat. Narrat R. Haccador, rogatum ab Antonino Romano Conſule, quod nomen haberet Dei Mater, reſpondiſſe; illam nominari מרים *Mariam*; idque colligi à Cabaliſtis ex illis Saræ verbis לכהנה המשרה *Le marbe hamiſra. Ad augmentationem ſui imperij*; quoniam ex iſtis litteris hoc nomen Parthenium שרה מרים. *Miriam Sara, Maria Domina*. deduci poteſt. Sic hic Rabinus, qui à ſanctitate nomen duxit, in labro, *Gale razeja. Reuelator ſecretorum* inſcribitur, *dubio III.*

At ego hic ſtatim concedens conſequens, conſequentiam negatem: nec enim Anagramma eſt purum (ſupereſt in illo; & deſunt לכהה) nec ex Anagrammate actus liberi & contingentes noſci poſſunt: & Virginem Matrem dictam fuiſſe *Mariam* neceſſarium non fuit, nam aliter potuit vocari.

Hæc ſunt (Ampliſſime & Clariſſime Vir) quæ ex libro D. Tabourotij in tuam gratiam collegi; quem, ſi à vocibus immundis & obſcœnis abſtinuiſſet, liberiùs, caſti oculi legerent, & vberiùs laudarent: interim ingenio ſua debetur laus, etiam vbi materia non eſt bona. Tu iſtis liberè vtere, & diligere perge Tuum: &c.

§ CCCCLXIX.

INter alios, quos Parnaſſus honorat & coronat, hoc æuo, magnum occupat locum Lucas Carolucius, Canonicus Altamuranus: cuius num.461. mentionem fecimus. Affectum erga Mœcenatem ſuum Anagrammatibus iſtis expreſſit. Sed qualem ipſe affectum? Reſpondeant Charites.

Victrices Palmas Tibi, Sceptra, Trophæa, Tyaras
Præſtamus, Princeps: ſic tua Fama petit.

Inuentiones litterarias à multis laudaras ſubſcribo. Ἀναγράμματα.

Eminentiſſimus, atque Reuerendiſſimus Dominus

DON PETRVS ALOYSIVS

CARDINALIS CARAFA.

I. Si ais, ſic aias, canas: denique in Te diu vis. Terrarum Moles, Pondus, Fons munerum, dius Ales erit.

II. Demum ſecunda fata in tyarâ Claues

ponent. Vas eris. Ros diuiniſſimus eris: Mundique Sol eris.

III. Dein ſors eas. Poſt Innocentium eris Mundi Atlas: Lar fies radians, Summuſque Dei Vicarius.

Putabam Aſtrologis ſolis competere Oracula, & prædicere fata futura: ſed iam prædictiones eiuſmodi ex ratione tranſeunt ad voluntatem; & ſi merita hanc excitent, in Oracula ferè prorumpunt. Eſt Eminentiſſimus Princeps Cardinalis Carafa, Vir cæleſtibus prærogatiuis præditus, quas ſi voces inerrantes ſtellas, & ex eis volueris prædictiones eruere non differes à Carolucio. Sed & ipſe in eiuſdem Carafæ virtutibus omnes Planetas reperit, & ad hæc ſeptem Anagrammata ingenioſè reduxit.

Carafæus Olympas.

Eminentiſſimus atque Reuerendiſſimus Dominus

PETRVS ALOYSIVS

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Carafa.

♄. Ecce Saturnus feliciſſimos addet annos: eia in aris clarus: eia Atlas: eiaque Pius Mundi molem ſanè recturus eris. Amen.

♃. Clamans ſanè nues. Ecce Iouis Stella aureas feret aquas: nam citra inuidiam Primus eris in Simonis ſede decoratus.

♂. O mens, eas: ſic eas. Ecce Mars fortitudines vireſque canet. Pan eris. Suauiſſima Mundi ſcena dominatura eris. Allelu-Ia.

☉. Ecce Sol. Ecce diuiniſſimos pariet radios. Eia ſalue. (næ rarâ arte, naturâque ſalus es.) Fies Mundi Numen ſanctiſſimum.

♀. Ecce Venus ſanè dulciſſima, cariſſimam infundet in ora Maieſtatem. O ſanè Tarpeiâ in Arce dius Sal, veruſque Sol eris.

☿. En Mercurius Caduceum, pacemque reddet. Eia fies ſanè Atlas. Eris ſanè almus in Auſoniâ leniſſimis coronatus Tyaris.

☽. I iam: i, ae iure eane. En cariſſima Luna caros educet ſplendores. Eia fies diuus Amor, ſummuſque Lateranenſis Antiſtes.

Anagrammatibus iſtis addebat gratiam ipſamet delineatio: curauit enim decireinari cælos iuxta ſyſtema Ptolemaicum: & ſingulis circulis ſingula anagrammata inſcripſit: & in centro ponderibus librata ſuis collocauit Stemmata Eminentiſſimi Principis, & ſubſcripſit hoc Diſtichon,

Sol, Petre, Numen, Amor, Pan almus, primus & Atlas
Vrbis & Orbis eris: nomen & omen habes.

vt omnia anagrammata numeris curioſis colligeret, & affectum & votum ſuum liquidiùs & & clariùs demonſtraret.

☙ CCCCLXX.

Longius Portum, Arcemque, occupauerant & iam dudum propugnauerant Galli, quouſque anno 1650. expulſi, dederunt occaſionem Hiſpanorum ingenijs vt aliqua carmina conderent. Elegi hæc Anagrammata.

Πρόγραμμα.

DOMINVS DON

PHILIPPVS QVARTVS

AB AVSTRIA,

CATHOLICVS REX HISPANIARVM,

Atque glorioſiſſimus recentis Orbis Monarcha.

Ἀνάγραμμα.

Hic Arx Longonis, ſuperatis hoſtibus ſub roſâ
Auraque tui imperij clara palma conſidet.
O nouus diuſque Mars hinc triumphes.

Ἐπίγραμμα.

Dum Iouis altiuolans pennatis imperat alis,
Dilacerat roſtris æmula monſtra feris.
Hoſticus hinc fiat Gallus deplumis & orbus:
Palmiferis pompis victus in antra ruat.
Probra notet calamis; ſin vocem fundere velles,
Sic canat: In terris viuat Iberus Atlas.
Sic canat: Aſtra petens ceratis Icarus alis
Sole liquefactis præcipitatur iners.

Scribebat Ioannes Baptiſta Aloyſius Altilienſis Poëta Laureatus. Cuius etiam eſt hoc.

SERENISSIMVS DOMINVS DON

IOANNES AB AVSTRIA

Filius inuictiſſimi & glorioſiſſimi Domini Don

PHILIPPI QVARTI REGIS HISPANIÆ, & Monarchæ recentis Orbis.

Ἀνάγραμμα.

Io Parthenope: ſummis redimita ſertis:
In pijs, diuiniſq; Irides radijs, nouis honoribus,
Ac immenſis triumphis ornans fias: Galli
Enim reiecti ſunt ab arce Longonis.

☙ CCCCLXXI.

Dignus eſt, cuius memoriam faciam Excellentiſſimus Dominus Dominus Innicus de Gueuara: hoſtium terror, Hiſpaniæ decus: virtutibus nobiliſſimis clarus. De illo D. Paulus Nuzzus Petilienſis edidit iſtud.

Πρό-

Πρόγραμμα.

Don Indicus Gueuara Prorex Neapolitanus.

Ἀνάγραμμα.

A perditis vocor nouus Alexander in pugnâ.

Ἐπίγραμμα.

Magnus Alexander pugnando terruit orbem,
Et Perſas armis preſſit, & ingenio.
Rexq. domans, terrore tonans, qui ſtrauit Eoos
Darium vincens: victor vbique fuit.
Aſt ego non pepuli vario certamine Gallos?
Robore non-ne meo Gallica regna ruunt?
Sic nouus à victis in pugna hoſtilibus armis
Alter Alexander (Marte fauente) vocor.

Sunt apud gentes ſingulas nomina hominum propria, quæ non facilè reddas latinè. *Iñigo* inter illa eſt, P. Euſebius Nierenbergius vertit *Ignatius*: Nuzzus *Indicus*: & alij (& hoc frequentiùs) *Innicus*.

CCCCLXXII.

Habet Carmelus, quà antiquus, quà nouus, Illuſtriſſimos viros, in quibus pietas virtuſque ſunt eminentes. alios produxi alibi, nunc Archangelum Philoſophum excellentiſſimum.

Πρόγραμμα.

Admodum Reuerendus Pater Frater Archangelus è Sancto Hieronymo, Carmelita Diſcalceatus: celeberrimus Theologus: eximiuſq. Concionator.

Ἀνάγραμμα.

Grato more date melos,
Ac amore date laudes
Ecce hic ille Heros,
Qui in hoc terrarum Orbe
Deum nuncians crucifixum,
Tereſianus regnat Apoſtolus.

Ὠδή.

Pulſate nunc teſtudines,
Ac more grato conſonum
Melos canentes, debitas
Amore laudes promite.
En hic, Deum qui mortuum
Telluris hoc in circulo
Denuncians Apoſtolus,
Tereſianus imperat.
Fugetur hinc Dis horridus,
Luther fugetur impius,
Christus triumphis inclytus
Iam prædicetur maximis.

Archangelo Eugenium ſubiungo, Auguſtæ Eleonoræ Concionatorem eloquentiſſimum, Theologum optimum, qui ſuâ doctrinâ honorat hodie Viennam, & ſuadâ conceſsâ diuinitùs Heterodoxos plurimos ad fidem Ortodoxam conuertit. Hoc illum carmine Dominus L. C. Poëta Laureatus celebrabat.

P. F. EVGENIVS A SANCTO IOSEPH Carmelita Diſcalceatus.

Anagramma purum.

Ecce tu, tam dia opera patrans, carus Filius Stoch, & Eliae regnas.

HARMONICVS CONCENTVS.

Ecce Pater, *tam dia patrans portēta*, Trophæis
Angelicis, *carus Stoch Filius ipſe* Simonis,
Eliaq. ſimul *regnas*, ſacriſq. coronis
Perfulgens, gazis dignaris in Orbe Sabæis.
E cliuis Matres mellis reuerenter hyblæis
Percurrant, nectarq. ferant, ac Muſa Maronis
Cōcelebret nomē, chariteſq. chariſmata pronis
Poplitibus tribuāt, modulātibus ore Napæis.
Verificas fundet tibi Diua Thereſia ſortes,
Matura Phœbus radians ætate micabis, (tes.
Irruet in Thraces tua vox Paranymphica for-
Perfringes verbis Othomanica Mōſtra, domabis
Hæreticas linguæ ſpirabilis enſe cohortes;
Sic Palmis cinctus, ſpatioſa per Aſtra meabis.

Carmina ſunt Hexametra: & in ipſis ſeruatur ille conſonantiarum ordo, qui debetur *Soneto*, qui eſt verſuum, & cadentiarum numerus apud Italos, & Hiſpanos notus.

Sed & ipſe R. P. Eugenius hodie communicauit mihi Theſes Logicas, quas ante annos iam multos, dum Neapoli ſtuderet, defenderet: & in ipſis inueni

Thomas Aquinas, almus in Eccleſia Doctor.

Anagramma.

An hos, quos amo, Carmeli diſcalceati ſunt?

CCCCLXXIII.

Eſt D. Petrus Philippus Florentins, Cathedralis Eccleſiæ Auximanenſis digniſſimus Archidiaconus, erga Diuæ immaculatam Conceptionem deuotiſſimus: & quia verè fuit à Veteribus dictum,

Conueniunt rebus nomine ſæpè ſuis:

In eius nomine hoc myſterium contineri videtur. Illud euoluit ingenioſè & deuotè D. Io. Baptiſta de Caſtilione, hæc Anagrammata ad maiorem Virginis Matris gloriam conformādo.

PROGRAMMA.

Petrus Philippus Florentius Auximanæ Catedralis Arcidiaconus.

ANAGRAMMATA.

1 Xpiparae illuſtrans Conceptum, Huic ſolida, niuea, pia ſunda ſerta.
2 Variè concipis; Solius Dei Parens, Filia parentum culpas haud traxit.
3 Hanc pius Deus praecinxit virtute, ſimul reparans à piaculis, à dolo.
4 In aluo radix pura. Io. Ante, ſine poſt partum culpi carens, ac fidelis.
5 Stella caeli, Xpi Mater, Hanc Dñs poſſedit à principio viarum ſuarũ.
6 Stella Ipſa pura, haud occidua, in vteri axe non fuit paſſa eclipſim.
7 Ipſa Sol. Sola, vt indicant partus Xpm, in valua ſine peccati arrha fuit.
8 Adami ſat filia, aſt non haeres, cuius pudor, plenè à culpis excipitur.
9 Serpens dat Vxori eſcam, haec Marito; cadunt Filij; Ipſa Pura, nullius;
10 Peccati paſſa ferre notam Huius puritas lilio, & niue plus candida.
11 Pro illa venit Chriſtus, & ſic Pura, Pia, Innoxia, Cara eſſet apud Deum.
12 Idcircò fuit redempta, eiſ nulla pro culpa anxia haud ſuſpiraſſet.
13 Hanc Sol Xps Diuinitatis voluit arcam. Sic plaudens aperi, fer, para
14 Corollas Mariae Conceptui, ſi his plaudens ineptus, iura fraudat Xpi.
15 Huius puritatẽ expendiſti. Corona lacis, palma praeclara ſis dignus.
16 Xpiparae fundens lilia, ac lauros, ita Chriſto canimus. Perpes viuat.
17 En pax his conceptuum ſilis Auctori Serti laudis praeludia parans.
18 Hi Pax, tet Filius, Cultor Pacis, his pauſans, laudum praeconia deierat.

☞ CCCCLXXIV.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum.

ANAGRAMMATA.

1 *AD Te clamamus, Pia Mater Virgo niuea,*
2 *Munda, & pura, Euae malitiam ignorans.*
3 *Reuera Adamo genita, aſt culpa? Minime.*
4 *Tua grauida Matre es ſine omni macula.*
5 *Deus ante originem puram acclamauit,*
6 *Angelus nimium Deo caram ſat aperuit.*
7 *Tu es Virginum praeclara Deo animata,*
8 *En originaria macula ſumme depurata.*
9 *Te puram Aram Ieſu dicant Angeli, ora*
10 *Sic plaudant omnia, Aue, ò Mare Gratia.*

Salue Regina Mater miſericordiæ, Vita, Dulcedo, & Spes noſtra ſalue.

ANAGRAMMATA.

1 *Ad te Virgo, reis pia clamamus è corde. Intemerata Tu es vlla ſine ſorde.*
2 *Sola, Adami è ſtirpe orta, Arca Dei es; verum originale vlcus in Te deeſt.*

☞ CCCCLXXV.

PAter Petrus à Paſſione Domini Panormitanus, Piarum Scholarum Sacerdos & Profeſſor, mihi duo communicauit Anagrammata, pura; Gentilitiam Sanctiſſimi D.N. ALEXANDRI VII. Pontificis Maximi teſſeram dilucidantia. Illa etiam ego Philomuſis communico.

ALEXANDER SEPTIMVS PONTIFEX.

Ad illud Dauidis Pſalm. 71. *Suſcipiant Montes pacem populo* (in Hiphil, *ſuſcipere faciant*) alludens.

Anagramma.

Per Montes Pax. Lux niteas Fide.

Aliud ad Stemmatis Gentilitij Sydus.

Fax re: Dans opem pijs. exultent.

☞ CCCCLXXVI.

DAuid Origanus Francofurti ad Oderam, Medicus, Ephemeridum Author, dignus fuit qui multis carminibus & anagrammatibus celebraretur. Decadem hanc exſcribo.

DAVID ORICANVS.

Ἀνάγραμματα.

I. Arduus indago.
Ad Diuina ſurgo.
Vigor nuda adis.
Vi grandis vado.
In gaudia ſudor.
Diu indaga orſu
Diu agas, induro.
O! dura adiungis.

Addam & hic pauculas lineas ex Ioanne Alſtedio: *Encyclopadia lib. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 9.*
Nicodemus. Anagr. *Demònicus.*
Mauritius. Anagr. *Vis artium.*

RODVLPHVS SECVNDVS DE AVSTRIA IMPERATOR.

Anagramma.

Ardoris vacuus tu de ſplendore triumphas.

Alſte-

Aſſedius. Anagr. *Sedulitas*. Vnde.
Vt poſſit mea mens doctiſque Deoque placere,
Sit pia ſedulitas, ſedula ſit pietas.

CCCCLXXVII.

Anagrammata Italica.

SIcut Latina, ſic etiam confirmantur Anagrammata Italica. Quidam ingenioſus Philomuſus hoc fecerat.

SERENISSIMVS PRINCEPS
LEOPOLDVS AB HETRVRIA,
FERDINANDI SECVNDI
Magni Ducis Frater.

ANAGRAMMA.

Spectandus: melior tu Principe digna reſumens,
Hinc radijs ardens laudibus offereris.

Et, vt omnes, qui Latini idiomatis erant ignari, etiam eiuſdem Principis laudes cognoſcerent, in linguâ vulgari ſic ſcripſit.

Πρότυπα.

SERENISSIMO PRINCIPE
LEOPOLDO DI TOSCANA.

Ἀνάγραμματα.

1. *Placido Ciel ſi ſtende * Miro pio ſen ſoprano.*
2. *Sceſo poſar tra noi * Pien de miel dolc', e penſi*
3. *Del Pol à ſcompartirne * copioſi ſenſi, e doni,*
4. *Prence Dio ſol tibi ſcanſi * ripoſo, e palme doni,*
5. *E pe'l Campion ti prendi * in ſecol d'oro aſſiſo,*
6. *C'apien di aſſonto, e colmo ei ſplendor ſpiri.*

Author omnia hæc Anagrammata pura eſſe aſſerit, & Sereniſſimo Leopoldo dedicat.

CDLXXVIII.

HAbet Campanienſe Capitulum nobilia aliqua ingenia; inter quæ eminere videtur D.Bartholomæus Griphus, Decanus, qui hæc Anagrammata mihi communicauit.

S. MARIA DELLA PACE.

ANAGRAMMA.

Placa l'ire, e manda vita. S. in L.

EPIGRAMMA.

Ecco s'apron le porte
Del Tempio non di Giano:
Ma di colei, che porta il ſegno in mano
Di Pace, e Vita, e non di guerra, ò morte.
Campagna hor più non paue
Che già ne tien la chiaue
Giouan Caramuele il buon Paſtore,
Ch'aperte le terrà ben tutte l'hore
Quando ella vede la Città punita
Placa l'ire *del Cielo*, e manda vita.

Eſt Sanctæ Mariæ de Pace Cathedralis Eccleſia dedicata: & ab illâ, quà priuatim, quà publicè, pacem & quietem exoramus.

Idem author hunc etiam litterarum Proteum compoſuit.

L'ABBATE DONNO GIOVANNI CARAMVELE
Veſcouo della Città di Campagna, e di Satriano.

Anagramma purum.

Sancta MARIA de la Pace, ci manda vn' ſi buon Dottore, acciò lui ne dia tal buona legge.

Natus Campaniæ fuit S.Antoninus noſtri Ordinis Benedictini Abbas, qui viuus & poſthumus maximis miraculis claruit. De illo recepi hæc Anagrammata.

S. ANTONINO ABBATE
Cittadino e Padrone di Campagna.

Anagramma:

In atto noto prega Dio, ci mandi ſanta pace, & abbondanza.

O Troppo amica ſorte!
O noi lieti, e beati!
Poſcia che ſiam qui nati;
Perche s'egli è ben chiaro,
Che l'inuitto campion Santo Antonino
E' noſtro Cittadino,
E padre, ed auuocato:
Conuien, ch' in ogni ſtato
Per legge di natura
Di noi egli habbi cura,
E noſtro protettor ſia in vita, e in morte.
O troppo amica ſorte!
Per vie alpeſtri, e torte
Il nemico infernale

Ogn'hor ci tenta, e aſſale:
Ma toſto il gran Guerriero
A guiſa di Michel, che in Ciel fè guerra,
Lo ſcaccia, e vince in terra,
E per virtù diuina
A l'inferno il confina.
Se dunque ei può quì tanto,
Preghiam pur ſempre il Santo,
Afinche poi del Ciel n'apra le porte.
O troppo amica ſorte!
Ne la celeſte corte
In atro humile, e pio
Ei prega il ſommo Dio,
Che mentre ſtiamo in vita
Ci mandi ſanta pace, & abbondanza;
E poi ci dà ſperanza
Ch'in Ciel felicemente
Godremo eternamente.
Se dunque il tutto è noto,
Ogn'vn ne ſia diuoto
E preghi il protettor coſtante, e forte.
O troppo amica ſorte!

SANTO ANTONINO ABBATE
Cittadino, e padrone principale della Città di Campagna.

Anagrammi.

Di Dio il gran campione con cenni abbattendo Satan, à noi apporta la diletta pace. T in O.
Abondante di gratia incontinente caccia dal popol demoni, & apporta la ſanità. B in O.
Già non ci abbandona: ma toſto ne prende, appiana i delitti, tratta con Dio, e'l placa. C in O.
Abbraccia la di noi protettione, incatena Satan, dandogli duplicamente pena. Eſt purum.
Ceſare Cardinale Baronio. *Anagramma*. Narrai ormai le coſe ſacre. *Mutatur* B *in* S *&* D *in* R.

Eminentiſſimo Giulio Cardinal Sauelli. *Anagr.* Roma illumini aſſai. E lucido, & inſigne. *Demitur* L.

Guido Cardinale Bentiuoglio. *Anagramma*. Diuino ingegno dai luce al Tebro. *Additur* N.

Giulio Cardinale Roma. *Anagr.* Vera gloria di Milano. *Demitur* C.

Luigi Cardinal Gaetano. *Anagr.* Egli adorna il Vaticano. *Mutatur* G *in* O.

Mauritio Cardinale di Sauoia. *Anagramma*. Dà luce à Roma, & indora i Sauij. *Mutatur* I *in* E.

Don Franceſco Barberino l' Eminentiſſimo Cardinale. *Anagramma*. Ricco di ſenil ſenno; arca, fonte di ben' in Roma ſembra.

L'Emiuentiſſimo Signore Antonio Barberino Diacono Cardinale, e Camerlengo di Santa Chieſa. *Anagramma*. Ben mirabil' in terra Italia adorni, chiamato eſſer non dei, ſenon Magno, ed eccelſo in ogni coſa.

Anagramma. Sei Magnanimo Heroe, ſei nobil', & inſigne, carco, colmo di lode: bontà rara, ſincera in Tè s'annida.

Anagramma. Ti rendi à noi ben chiaro; ſommo nel Mondo ſei; nel cor Aſtrea ritieni, 'n bocca, in ſen la ſaggia Dea.

Anagramma. Bei, & orni il gran Tebro: non raſſomigli, ſenon Salomone, arca di ſenno, eccedi chi è nato da Maia.

Anagramma. Non ſei ſcarſo, ma largo, & ſembri Mecenate; ſei liberal, donando à i cantauti Cigni honori, e doni.

Anagramma. Ricco di gloria maſſima, beato godi cento anni, e mille. Non sà, ſe non errare chi à Tè ben non diſia.

Monſignore Giouan Battiſta Spada Luccheſe. *Anagramma*. Perſona benigna cuſtodiſce, & ama'l giuſto. A *Mutatur in* E, *&* *demitur* H.

Monſignore Ottauiano Raggi Audirore della Camera. *Anagramma*. Ei ſingolar', ed ammirando, à tutta Genoua gloria reca. *Mutatur* O *in* A.

Monſignore Pietro Donato Ceſi. *Anagramma*. Si ſtima Teſorier non poco degno. *Additur* S.

Monſignore Giouan Battiſt' Altiero. *Anagramma*. Sei nobil, ſaggio, & orni Roma tutta. *Demitur* N.

Monſignore Rapaccioli Chierico di Camera. *Anagramma*. Ecco chi primo inſigne arreca lodi à Roma.

Monſignore Paolo-Antonio Labia Chierico di Camera. *Anagramma*. O come ben con l'oſtro dipingerai, ornarai la chioma. *Mutatur* A *in* R.

Girolamo Farneſe. *Anagr.* Regni real, ſamoſo Milano Bentio-*Ana.* Animo nobile. *Demitur* T

Il Mazarino. *Anagr.* Inalzi Roma.

Monſignore Felice Conteloro. *Anagr.* Degno fioriſce, noto nel Clero. *Mutatur* M *in* D.

Aleſſandro Monſignore Sperelli. *Anagram.* Il gran Rè Salomon eſſo riſplende.

Monſi-

Monſignor Pietro Otthoboni Referendario dell'vna, e dell'altra Segnatura. *Anagramma.* Tu molto grande Heroe, frà li Prelati in vero della Beretta roſſa non indegno.

Monſignore Pietro Otthobono Gouernatore di Rieti. *Anagramma.* Honor de' primi Veneti. Incorrotto, nobil, e ſaggio. O *mutatur in* C.

Monſignor Bartolomeo Oregi da Santa Sofia. *Anagr.* Sommo, e ben ſaggio di fin'oſtro ornarà la toga.

Monſignore Annibale Albano Vrbinate. *Anag.* Gran ſauio, animo ben nobil, real, ben nato. *Additur* O.

Aleſſandro Vitelleſco. *Anagr.* Eſſo eſſalta'l diuin Clero. *Additur* I.

Signore Don Angiolo Paracciano. *Anagramma.* Pio, raro, ſingolar, degno Canonico. *Mutatur* A *in* O.

Signore Don Michele Angiolo Vacca. *Anagramma.* Saggio Canonico dai lume nel Clero. H *mutatur in* L.

Signore Giulio Canonico Lazarelli. *Anagr.* Vnico inalzi'l Clero, e ſaggio l'onori. A. *mutatur in* O.

RELIGIONES.

FRati della Religion'Eremitana di Sant'Agoſtino. *Anagramma.* Letterati, e ſegaci non diſſimili al gran Fondatore. *Additur* S & C.

La Religione de' Frati Carmelitani. *Anagr.* Figlia di Maria, & intera nel Clero.

I Frati de la Religione Carmelitana Scalzi. *Anagramma.* Noi cari figli di Tereſa, cari al zelant'Elia. M *mutatur in* I.

Sacra Religione di Monte Caſino. *Anagramma.* Solo crei, e grandi, e ſanti Monaci.

I Venerabili Padri Certoſini. *Anagramma.* Rari, eccelſi, e pij, di Bruno nati. *Additur* C.

La Compagnia di Gieſù. *Anagramma.* A pieno lucida, ſaggia. *Mutatur* M *in* A.

La Sacra Religione de' Frati di San Franceſco. *Anagramma.* Scarſa di denaro alta regna, felice fioriſce. *Mutatur* N *in* E.

La Religione de' Frati di San Franceſco di Paula. *Anagramma.* Degna di loda ti raffreni, laſci la ſoaue carne. *Demitur* P.

La Religione de' Caualieri di Malta. *Anagr.* Real, ed vnica gloria de la militia.

La Congregation de' Padri dell' Oratorio. *Anagramma.* Dal gran Nerio prodotta; gioia del Clero.

Il Santo Ordine de' Predicatori. *Anagramma.* Real nido pien de ſacri Dottori.

Sacra Religione de' Padri Theatini. *Anagr.* Giardin, e Senato de chiari Prelati.

THEOLOGI.

SAn Gregorio Magno. *Anagramma.* Gran Romano ſaggio *Mutatur* E *in* A.

Sant'Ambrogio il Veſcouo di Milano. *Anagramma.* Sauio ben'ammollì il cuor d'Agoſtino. *Additur* L.

Santo Aurelio Agoſtino. *Anagr.* Alto, noto, gran ſauio ſei.

Aurelio Agoſtino. *Anagramma.* Sauio in Teologia. R *mutatur in* I.

San Girolamo Prete. *Anagr.* Pio, e gran Maeſtro. *Demitur* L.

San Gregorio Thaumaturgo. *Anagramma.* Tu gran Saggio, & huom raro.

San Pietro Criſologo, Arciueſcouo di Rauenna. *Anagr.* Ei raro, lucido, vero Paſtor à ciaſcuno inſegnò.

Santo Pietro Damiano Cardinale. *Anagr.* Salomone, arca piena di dottrina.

Vgone di Santo Vittore. *Anagr.* Tutto erudito inſegna. O *mutatur in* T.

Tomaſſo di Vio Cardinale. *Anagr.* O alma ſauia, ogni dottrina è ſeco. *Demitur* D.

Alfonſo Salmero. *Anagr.* Son real Salomon. *Demitur* F.

Maeſtro Tomaſſo Acquauiua dell'Ordine de' Predicatori. *Anagr.* Sà, ed aſſai riluceſi à me par erudito, come'l Dottor d'Aquino.

Giouanni Soarez de Britto Maruſinenſe Portogheſe. *Anagramma.* Sagro Dottor tu ſei, e ſenza pari, & huomo ben'inſigne.

HÆRETICI.

CAluino. *Anagr.* O can vil.

Martino Lutero. *Anag.* Tu mal nato erri. *Mutatur* O *in* A.

Neſtorio Germanico. *Anagr.* Scèmo, ignorante, rio. *Anagr.* O Eretico gran aſino. M *mutatur in* A.

Donatiſti. *Anagr.* Oſtinati. *Demitur* D.

Arrio Aleſſandrino. *Anagramma.* Sai ſol errar, inſano. D *mutatur in* S.

Filippo di Melanctone. *Anagr.* Fellon pieno d'impietà. *Mutatur* O *in* E.

Pietro Martire. *Anagr.* Imperito erra.

Giuliano Imperadore l'Apoſtata. *Anagr.* O alma ſtolta; e d'ogni pietà priua. R *mutatur in* T.

Macometto. *Anagr.* Come matto.

CONCIONATORES.

MOnſignor Frà Franceſco Panigarola Veſcouo d'Aſti. *Anagr.* Neſſun fù, ò ſarà coſi noto, ò ſarà gran predica, com'egli.

Frà Cornelio Muſſo Veſcouo di Bitonto. *Anagr.* Fù nouel Ciceron, orò dottiſſimo, ſoaue. *Mutatur* B *in* E.

Agoſtino di Caſtelficardo. *Anagr.* Facondo ſtil, ſagace dicitor. *Additur* C.

Il Padre Fra Girolamo da Narni Capuccino. *Anagramma*. Con gran pura facondia rapì i cori, e l'alme. D *mutatur in* E.

Don Franceſco Milani di Bitonto. *Anagramma*. Ti noman ben il Dicitor Facondo. *Demitur* S.

Franceſco Milani Bitontino, *Anagramma*. Forma ſanti, nobili concetti. N. *Mutatur in* T.

Franceſco Milani da Bitonto. *Anagramma*. Stimolando à ben far c'incita. *Mutatur* O *in* A.

Franceſco Milani da Bitonto, *Anagramma*. Con bel modo ci tira, e fa Santi. N. *mutatur in* E.

Padre Maeſtro Giulio Battiſta Baldelli. *Anagr.* A plebei ſtolti ſgrida, à dotti ruba l'alme.

Padre Giuſtiniano Comite. *Anagramma.* Tu à pien ſei magno dicitor.

Il Padre Giouan-Paolo Oliua, *Anagramma.* O lingua pia, ò parole di valor. *Additur* R.

Il Padre Don Dioniſio Dentice. *Anagramma.* Dicitor pien di ſenno, e di loda.

VARIÆ PERSONÆ ILLVSTRES.

EVropa. *Anagramma*. Pouera.

Nerone. *Anagramma.* Non è Rè.

Carlo Quinto Auſtria Imperador. *Anagramma*. Quà poſa'l raro vincitor di Marte.

Ludouico Borbone il Decimorerzo Rè della Francia, e Filippo Auſtriaco il Quarto Rè delle Spagne. *Anagramma*. Tra lor popoli ſi concorde pace; s'acquetino da loro l'armi, le dure zuffe, le rabbie, gli odij, e l'onte.

Anagramma. Deono queſti Eroi la forza, e beſtial ira oppugnar, conculcar del Trace fello empio di Dio ribello.

Anagr. E debbon collegati coll'Aquila, Fiorenza, Pietro, e Marco; col lor valor, e ſtudi, pie di Sion far prede.

Anagr. Vedremo pur tra poco (ben or predice Clio) finita la diſcordia, e ſenza fallo queto l'Ibero, & il Gallo.

Don Filippo il Quarto Auſtriaco Catolico Rè delle Spagne. *Anagr.* Eccelſo ſplendi; fai, ed apporti gloria al tuo Carlo Quinto.

Ferdinando. *Anagramma*. Difend'Arno.

Li Sereniſſimi Ferdinando Secondo di Medici, e Vittoria della Rouere Gran Duchi di Toſcana. *Anagr.* Sarete fecondi, diſcenderan da voi illuſtri fauij Eroi degni di Monarchie, di ſcettri al Mondo.

Rouere. *Anagr.* Rè vero.

Tadeo Barberino. *Anagr.* Indora, bea'l Tebro. *Additur* L.

L'Eccellentiſſimo Signore Don Paolo Giordano Orſini Duca di Bracciano. *Anagr.* Ricco di gloria ſplende; nobil ſi ſtima di Corona degno, e ciaſcuno l'onora.

Anagr. Solo d'Italia gli ſublimi onori non poco adorno accreſce, ed ingrandiſce.

Anagr. Aſſai carco nel mondo d'ogni loda ſol ogni raro ſpirto inuicibil eccede.

Anagr. Già ſtà con eſſo'l gran Mercurio in bocca, in cor, in ſen Apollo Iddio di Delo.

Anagr. Animo ſingolar, cor ben ſincero; alto, candido, puro Angiol di Ciel diſceſo.

Anagr. Sol con ſplendida mano i Saggi indora, ci reca vnico in Tebro il ſecol d'oro.

Ottauio Piccolomini d'Aragona. *Anagramma*, Campion, agiuto, Corona d'Italia. *Mutatur* O *in* A.

Il Prencipi di Sulmona Marco-Antonio Borgheſe. *Anagr.* Nobil, e Gran di Paolo Nipote, ch'vnico reſſe Roma. M *mutatur in* O.

La Prencipeſſa di Sulmona Camilla Orſina Borgheſe. Alma real ben ſplendi, ò eccelſa, ò puriſſima Signora. *Mutatur* H *in* E.

Paolo Borgheſe; & Olimpia Aldobrandino Prencipi di Roſſano. *Anagr.* O bella coppia de' Signori Spoſi, Nobile parentad, honor di Roma.

Franceſco di Saa, e di Meneſes Conte di Penagniam Portogheſe, *Anagr.* Sommo Prencipe, ſagace Heroe, ed aſſai intendente d'ogni coſa. F *Mutatur in* O.

Don Giouanni Rodriguez di Saa Meneſes. *Anagr.* Sei grandiſſimo Eroe, ed ogniun auanzi. *Mutatur* D *in* I.

Il Marcheſe Alfonſo Pallauicino. *Anagr.* Il noman Apollo, che aſſai riluce *Demitur* I.

Signori Marcheſi Horatio Spada, e Maria Veralla. *Anagramma*. Gran Marito, chiara Spoſa; Saui Heroi, Alme reali. *Demitur* D.

Li Signori Marcheſi Gregorio Spada, e Camilla Fantucci. *Anagr.* Hauran molti figli eccelſi, e grandi; coſi già ſpera Roma. *Mutatur* C *in* E.

Il Signore Carlo de' Maſſimi Signore di Roccaſecca. *Anagr.* In Roma eccelſo di grandiſſime glorie aſſai carco. *Mutatur* C *in* A.

Signori Guido Vbaldo de Trionfi Anconitano, & Flaminia de gli Atti Romana. *Anagr.* Amor ſanto di due Nobili Maritati vni gli affetti, ed anco ognior gli annoda.

Andrea de gli Atti Romano. *Anagr.* Degna, nota gloria di Marte. *Additur* G.

Signore Giouan Lorenzo Andreoli Caualiere dell'Ordine di San Stefano. *Anagramma*. Sei ſenza fallo grande, ogn'altro vinci di real onore, di ſenno, e di valore.

IVRIS-

IVRISCONSVLTI, ET MEDICI.

BArtolo di Saſſoferrato. *Anagramma*. Sol Fabro, teſoro d'Aſtrea. *Mutatur* I *in* G.

Signore Giulio Donata Segretario della Congregatione de bono regimine. *Anagr.* Colmo d'ogni gloria, e lode eterna, ſaggio rendi ragione intero, e Giuſto.

Anagramma. Con ogni diligentia, e nobil modo ſai dotto, e ſingolare regger, e gouernar.

Anagramma. Sei rigoroſo, e mite, con ogn' ordine, e garbo, e grande da noi togli, e lunga lite.

Anagr. Raro, & vnico ingegno, e degno aſſai d'onore, & in legge di Bartole migliore.

Don Melchior di Graza Matuſinienſe Portoghese. *Anagramma*. Raro legiſta, ed huom pien d'ogni ſcienza, e merto. *Mutatur* S *in* E, *& demitur* H.

Scipione Theodoro Regio Conſigliero Napoletano. *Anagramma*. Di ſaper' io ſon ricco, à pieno noto, & honoro le leggi.

Il Signore Franceſco Bacciotto da Oruieto. *Anagr.* Ecco riſorge sù l'antico, e dotto Farinaccio. B *Mutatur in* C.

Il Signore Lelio Bergamini. *Anagramma*. Sei mirabil, onori le leggi. *Demitur* N.

Il Dottore Gioſeffo Carpani Romano. *Anagr.* Onorato, facondo, e primo frà Legiſti.

Medico. *Anag. Anagr.* M'occide, *Additur* C.

Medicina. *Anagr.* Mi ancide.

Manuello Maggio di Maced Maroſinienſe. *Anagr.* Sei huom degno, e Medico ogni ammalato ſani. L *mutatur in* O.

Marc'Aurelio di Seuerino. *Anagr.* In vero, inuero sà medicar. *Mutatur* L *in* N.

Giouan Battiſta Carpano Milaneſe. *Anagr.* *Anagr.* Tu à pien atto ogni mal ſanar ben ſai. *Mutatur* C *in* N.

POETAE.

§ DXV.

MAffeo Barberino. *Anagr.* Febo mi fà ben raro.

Monſignore Girolamo di Vida. *Anagr.* Solo, diuin di Maron Maggiore.

Lodouico Arioſto. *Anagramma*. Altro Ouidio Toſ.o. *Additur* T.

Il Caualiere Giouan Battiſta Marino. *Anagr.* Oſtil mirabil; e vaga, nota, & vnica lira! *Additur* L.

Monſignore Giouan Ciampoli. *Anagr.* Oggi primo ſi noma in Elicona. V *mutatur in* I.

Don Melchiore di Graza Matuſinienſe Portogheſe. *Anagr.* Senza Te ogni Muſa, & hor s'ode languir, e par, che dormi. *Additur* V.

Caualiere Battiſta Guarini. *Anagr.* Alti, grati, bei verſi cantaua.

Lelio Guidiccione. *Anagr.* Egli è lucido Cigno. *Mutatur* I *in* G.

Il Signor Gaſparo de Simeonibus Academico Humoriſta. *Anagr.* Ben ſaggio, & ſommo di Parnaſo Duce chiariſſimo riluce. A *mutatur in* G.

Franceſco Balduccio Palermitano Accademico Humoriſta. *Anagr.* Chiaro, dolce al cantar: ciaſcun mi ceda; taci pur ſommo Febo.

Il Signore Marcheſe Oddo Sauelli Palombara. *Anagr.* Aſſai lucido Heroe mi ſembra'l grande Apollo.

ACADEMICI.

COnte Federigo Vbaldino. *Anagr.* E nobil, erudito, e facondo. *Mutatur* G *in* O.

Don Fabio della Cornia. *Anagr.* O nobil, e real facondia! *Mutatur* D *in* E.

Carlo Gualtieri Accademico Humoriſta. *Anagr.* Huom ricco di ſagacità, e'l lauro merita. *Demitur* C.

Conte Pietro Bonarelli della Rouere. *Anagr.* E ben lucido Eroe, altro Apollo in terra. *Additur* O.

Tomaſſo Biſcia Canonico di Fermo. *Anagr.* Son antico amico cariſſimo di Fe.o. *Additur* L.

Domenico Benigno. *Anagr.* Mondo Cigno ne bei.

Don Tomaſſo Ricciardo da Piſtoia. *Anagr.* Ricco aſſai ſopra modo di dottrina. *Additur* H.

Iacomo Palamolla. *Anagr.* Amico Apollo l'ama.

Signore Abbate Don Anello Sotij de' Baroni di Santo Nicola. *Anagr.* Nel Tebro, in Elicona ei ſolo abbonda aſſai d'ogni dottrina.

Guido Vbaldo Benamati. *Anagr.* Tu dai lume ad Agobbio. *Demitur* N.

Giouan Franceſco Lazarelli. *Anagr.* La ſcienza lucer il fa ogn'ora.

Girolamo Garopoli. *Anagr.* Io maggior d'Apollo. *Mutatur* R *in* D.

Anello Sarriano. *Anagr.* Onor alla Sirena.

Giouanni Franceſco Maia di Materdona. *Anagramma*. E ammirando fra i Cigni cantando ſoaue.

MISCELLANEA.

SAcramento della Euchariſtia. *Anagramma*. Rara menſa, ſalute de' Catholici.

La Beata Vergine Madre MARIA. *Anagramma*. Ben ama, e mira, e guida la terra.

Il

Il Beato Padre Domenico in Soriano. *Anagr.* E Santo, e pio ben adorno di miracoli.

Don Michele di Portogallo Veſcouo Lamacenſe. *Anagr.* Placido & ſagace. Huomo, e nel mondo Sol riluce.

Don Carlo Geſualdi Prencipe di Venoſa. *Anagr.* Vnico ſeppe, ed inſegnò addolcir l'aura.

La Signora Franceſca Bergamini de Leui. *Anag.* Nella Muſica rara, e ben degna Fioriſci. *Demitur* G.

Anag. Fra le Donne ſagge riluci, ben ricamar ſai. *Additur* R.

La Republica di Venetia. *Anag.* Vna più celebre d'Italia.

Padre Michel'Angelo Catalani di Santo Mauro. *Anag.* Grand'huomo hà l'alma piena di dottrina eccelſa. *Additur* H.

Padre Michel'Angelo Catalani di Santo Mauro. *Anag.* Grand'huomo hà l'alma piena di dottrina eccelſa. *Additur* H.

Padre Giouan Battiſta Fiorauante. *Anag.* Tuttauia degno fà Piſtoia ben rara.

Il Padre Odone Conti Gieſuita. *Anag.* Egli è ſauio, pieno di dottrina. C *mutatur in* I.

Stantioni. *Anag.* Son Titian.

Il Caualier Giuſeppe d'Arpino. *Anag.* Sauio dipinge più, ch'Appelle raro.

Signore Giouan Battiſta Carpano Milaneſe. *Anag.* Ben ſaggio, aſſai pio, non erra, e tutti l'amano. C *mutatur in* O.

Ottauio Chioccarello. *Anag.* Col vetro aita l'occhio.

Donna. *Anag.* Danno.

Femina. *Anag.* Infame.

Amore. *Anag* O Mare.

Paradiſo. *Anag.* Da ripoſo. A *mutatur in* O.

IN LAVDEM AVCTORIS.

Hieronymus Genuinus Iuris Doctor Neapolitanus. *Anag.* Digni operis Author, vnus ceu Sol, nomina inuertis.

Hieronymus Genuinus Iureconſultus Neapolitanus. *Anag.* Tu vir ſanè ingenuus emines, nouus Latius Lycophron.

Il Dottore Girolamo Genuino Napolitano. *Anag* Atto volgendo i nomi à Noi gloria ne porta. *Mutatur* L *in* A.

* Girolamo Genuino. *Anag.* Riuolga ogni nome.

Doctor Hieronymus Genuinus Neapolitanus. *Anag* Sol vnus in Iure: Poëta hymno & coronâ dignus. *Additur* O.

Hieronymus Genuinus Iuriſconſultus Neapolitanus. *Anag.* Tu ſanè vnus literas nominis voluis, purè coniungis.

Anag. Sum planè ingenio notus, Lyricus Horatius Venuſinus.

Girolamo Genuino. *Anagramma.* l'ammiro lo'ngegno.

DVBIVM INCIDENS.

An ſint fortia argumenta, quæ ab Anagrammate ſumuntur?

§ CDXCVIII.

Solent aliqui argumentari ab Etymo, ab Anagrammate, à Recurſu, quæ quidem rationum momenta pulchra ſemper, at nunquam fortia ſunt, & ideò Eccleſiæ potiùs quam Scholæ; ſuggeſtui potiùs permittuntur, quàm cathedræ. Scaliger nomen ROMA, à nomine AMOR, per recurſum literarium deducit: in quo ſicut maleuolentiam exſecror, ingenium laudo. Et quidem verè Roma dicitur ab Amore: nam olim totum illa Mundum hoſpitio recipit, & ſummâ humanitate tractat. Gongora recurrere maluit per ſyllabas, extraxitque nomen DOTOR (*doctor*) à nomine TORDO (*turdus*) nam non omnes Doctores ſunt docti, & in multis, velut in turdis, multam loquacitatem, & nullam doctrinam inuenias.

Sed neque plus certitudinis habet Etymologia, in qua ingenioſè luditur & obluditur. Multa dicuntur pulchrè, pauca ſolidè. Sancti *Thomæ & Scoti*, qui Scholarum ſunt lumina, nomina aliqui non ſine gratiâ à fontibus diuerſis deducunt. Θαῦμα, Græcè eſt miraculum. Ergo ſi αυ ſonat O, vt multi volunt, quid mali ſi Θῶμας dicatur, quaſi Θαῦμα? nam γράμματα *quot ſcripſit, tot fecit* θαύματα *Thomas*. Scoti tamen nomen vnde? Σκότος ſonat *tenebras, caliginem, obſcuritatem*. Σκότωμα, *vertiginem capitis*. Non hinc ſubtiliſſimi & clariſſimi Doctoris nomen. Iuppiter, vt ait Pauſanias libr. 10. audit Σκοτίτας. Vnde lucus apud Lacedæmonas, in quo ille colebatur, denſis quercubus vmbroſus erat & Σκοτίτα vocabatur. Hinc grandior deducitur ſignificatio. Alij diſcurrunt aliter. Tandem nonnulli ab Hiſpanis vocibus *Tomar*, & *Eſcotar* (*accipere & dare*) deducunt: vnde Amor, cùm nouas Aetheneas erexit, illas ornauit hac Epigraphe,

En eſta Eſcuela de Amor,
Las Mugeres ſon Thomiſtas,
Y los Hombres Eſcotiſtas;
Entrad, ſi quereis, Señor.

Hoc eſt, *In hac Amoris ſcholâ Fœminæ ſunt accipitres, viri Darij (datores, ſolutores) leges iam huius Vniuerſitatis cognoſcis; ingredere, ſi dare pla-*

plateas. At iſte curioſus & ingenioſus ratiocinandi modus, in ſeuerâ argumentandi methodo locum non habet.

Ex anagrammatibus etiam multa ſupra fidem, ſupra ſpem, contra futurum euentum Poëtæ vaticinantur. Pono hoc exemplum.

CAROLVS, BALTASAR, DOMINICVS, PHILIPPVS.

ANAGRAMMA.

Bis victor ſulcas Hollandâ puppi maria (S in A.)

EPIGRAMMA.

Dicite quis puer hic, qui Nomina tanta Philippi,
Balthaſaris, Caroli, Dominicique trahit?
Flecte ferox animos, Vaſtumque Hollande tumorem
Excute: bellandi laus tua tota iacet.
Nempe tuis, quà læta patet maris vnda, ſecabit
Puppibus hic victis æquora ſalſa puer.
Impie derides ſuperùm applaudente cateruâ?
Volue reuolue iterum nomen, & omen habes.

Et tamen Nomine & Omine non obſtante, magnæ ſpei adoleſcens ante diem moritur, *& caret euentu ſpes breuis inde ſuo.*

Quis eſt aut vnquam fuit Cardinalis, cui non anagrammatiſtæ ſummum Sacerdotium promittant? & tamen non omnes ad ſummum faſtigium perueniunt. Adfirmant hoc etiam nonnulla ex præcedentibus. Ergo finio iſtud caput, & hoc Criticum Monitum ſcribo.

Nominibus ne fide nimis Philomuſe: negato
Nominibuſque fidem ne ſemper: namque notatis
Diſcordant rebus nomina ſæpe ſuis.
Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

NOTA

DE APOLLINE ANASYLLABO.

CDIC.

EST ita pauper, vt nec Parnaſſum ſpecialem habere, nec proprias Muſas tolerare ſufficiat. Interim, ne omninò negligatur, aliqua dicam, quæ Anagrammatico, aut etiam Analexico Apollini ſeruire poſſint.

Proteus Anagrammaticus, iam dixi, ille eſt, in quo ordo literarum inuertitur, vt cùm *Iulia* conuertitur in *Liuia*. Analexicus, in quo ordo dictionum alteratur, vt cum hic verſus.

Perfide ſperaſti Diuos te fallere Proteu:
tranſit in hunc,
Fallere te Proteu ſperaſti perfide Diuos.
Ergo Anaſyllabus inter vtrumque medius, vt ſyllabæ mutent loca iubebit. vnde hæc vox, *Semiramidos* poterit tranſire in has. *Dos Semirami. Dos ſemi mira. Dos mì miſera. Sera mimi dos.* &c.

Tranſitus iſte duplex eſt: aut enim ad vocem ſignificantem, aut ad non ſignificantem venitùr: tranſitus hic *Cæcus*, ille autem *Oculatus* vocabitur.

Omnia Anagrammata, quæ circumferuntur, tametſi interdum ita obuoluantur tenebris, vt cœca appareant, & ideò Epigrammate indigeant, vt lucem habeant, oculatâ Authorum intentione formantur; omnes enim, vt habeant ſenſum clarum, & conſpicuum deſiderant. Solus Erycius Puteanus, quem ſciam, nominibus non ſignificantibus delectabatur: ipſi enim in Amicorum Catalogo *Eupantus* erat Puteanus, *Emarulca* Caramuel: &c.

Omnia Anaſyllaba etiam eſſe oculata debebunt; interim Stephanus Tabourotius admittit commutationem cœcam: capite enim xx. ex hoc Proſyllabo,

Pica tot habet pennas albas, quot habet nigras.
Deducit iſtuſt Anaſyllabum,
Alpipencabas tot habet ninas, quot habet gras.
& ait, *Ce vers eſt vn entremeſſe & anagrammatiſé.*
Huic verſui eſt ille ſimilis,
Mi ſua les ſtultus calcaria viſcitur obli
Qui iubetur æquiualere huic,
Miles ſtultus ſua calcaria obliuiſcitur.
Minori arte & ſenſu certiori dicunt aliqui.
Deficiente pecu, deficit omne, niâ.
vbi enim pecunia abeſt, videntur abeſſe vniuerſa.

Omnia etiam Analexica Argo eſſe oculatiora debent. Interim aliquando ſunt cœca: nam carent ſenſu, vel metro, vel veritate. Ex hoc enim Prolexico,
Tot tibi Virgo ſunt dotes, quot ſydera Cælo.
cœco quoad ſenſum tranſitu aboritur hoc Analexicum.
Quot ſunt tot tibi Virgo Cælo ſydera dotes.
Hoc autem cœcè impingit in metrum
Tot ſunt tibi Virgo dotes, quot cælo ſydera.
Et tandem hoc in veritatem,
Quot tibi ſunt Virgo dotes, tot ſydera cælo.
Non enim illud tot habet ſydera, quot dotes Deipara, quam in gratiarum & charitum pondere numero & menſurâ eſſe Deus voluit creaturis vniuerſis maiorem.

Hæc hic prælibaſſe ſufficiat, vt penitiorem habeamus harum rerum notitiam; ergo aliqua exempla ſubiungamus.

SI VIDEAS.

ANASYLLABON.

Si deuias.	Purum,
Si de vias.	Purum,
Viſi Deas.	Purum,
Sciui Deas.	Additur C.
Si vis Deas:	Additur S.
Diuis eas.	Purum.
Vide; ſcias.	Additur C.
Vide, ſi has.	Additur H.
Si vis eas.	Tranſit D. in S.

Porrò quatuor hæ ſyllabæ 24. modis combinari poſſent, ſi cura non haberetur ſenſûs: at quia haberi debet ſignificationis ratio, multæ omittuntur inutiles tranſpoſitiones. Aliud Diagramma ſubſcribamus.

MARITIMORVM.

ANASYLLABON.

Maritimorum.	Purum.
Mariti morum.	Purum.
Rima timorum,	Purum.
Moti rimarum	Purum.
Martyrum mori	Additur R.
Marium moti.	Deeſt R.
Dum maritimor.	Additur D.

Huc ſpectant. *Morti* ἀνασύλλ. *Timor.* Huc *Satyros,* Σά τύρος. Huc etiam hoc Italicum, quod pulchrum eſt. *Tereſia,* ἀνασύλλ. *Sia rete:* quod P. Eugenius à S. Ioſepho Concione pulcherrimâ coram Cæſare dilucidauit: huc etiam alia, quæ extra tempus videntur frigida, & opportune poſita, Gratijs non carent.

FINIS.

A P O L L O
ANALEXICVS.

Vertitur ancipites Proteus in mille figuras,
In quam collimet ne ſciat Inuidia.

☞ D.

SICVT literæ eædem mutato ordine dant diuerſas dictiones, ſic voces eædem mutato ordine dant diuerſa etiam carmina: &, quæ in multas & varias formas verti queant, Protei vocantur. Aliquos reperîmus apud veteres; at, quia illorum nemo artem tradidit, quâ poſſint per ſuas formas expandi: ego breuiter aliquos Proteos aut Vertumnos ſubijciam, & quantâ illi arte transformentur aut transfigurentur, explicabo.

MVSA I. LATINA.

AB imperfectioribus ad perfectiora Naturæ conatus progreditur, non ſolùm in communi metamorphoſeon curſu, ſed etiam in miraculoſo. Si fluxum Corporum conſidero, transformationum ſucceſſione à multis annorum millibus nunquam interruptus euaſit: ſi in ſupernaturalia adtollo oculos, etiam trãsformationes video; video in moralibus; & concludo vniuerſas creaturas eſſe Proteos. An-ne vniuerſarum nomine intelligi debent Cœleſtes? Debent quidem, Proteus enim, & Syderibus imperat, & æthereis regionibus Ius dicit. Si Vbicatio eſt forma, vt multi Philoſophi contendunt, euidentiſſimæ ſunt mutationes locales, vt omittam lucis & tenebrarum incrementa, nouorum Syderum generationes, quas reclamante antiquitate confiteri debemus. An & Empyrei Sydera (Sanctos intelligo) transformationibus obnoxia? Non vrgeo nomina. Scio tamen illorum triumphantium Animorum corpora amiſſas formas ſub finem ſæculi recuperaturos: Scio etiam, quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terrâ ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum Saluatorem meum: Et concludo omnes Homines militantes, triumphantes; terrenos, empyreos, Proteos eſſe, An & Deo, viciſſitudinum concedenda obumbratio? Affirmauit Ouidius; multis Metamorphoſeon libris, Deorum (admiſit Roma plurimos) transformationes modulatus: At nos in hac materiâ & prudentiùs & parciùs, putamus ſine blaſphemiâ non poſſe Deo quà Deo mutationem concedi, non poſſe ſine hæreſi Deo quà Homini transfigurationem imò mortem (transformatio eſt ipſa ſaltem negatiua) negari. Tota igitur Mundi Machina Proteo eſt plena. Sumamus ergo Proteum calamum, vt Proteum laudare poſſimus. An etiam Proteus Scientiarum penetralia inuadit? Omninò. Quoniam ſcientiæ vniuerſæ analogæ ſunt & parallelæ, & quia materia ſola differunt, videntur interſe nouo ingenij miraculo tranſmaterializari. Proteos aliquot edidi hanc ipſam veritatem probantes; videlicet Proteum Vranicum, qui vnum & idem Cœlum multiforme deſcribit; Proteum Philoſophicum, qui vnam & eamdem Phyſicam conſequentiâ dicendi in Theologiam Medicinam, Iuriſprudentiam, Politicam & cæteras Scientias conuertit: Proteos ſuos habet Dialectica

ctica in ſyllogiſmis, quos ingenioſè transfigurat; in Propoſitionibus quas triplici formâ conuertit. Et tandem vt alias facultates minoris famæ omittam, ſuos habet Proteos Muſica, ſuos Poëtica muſicos aliquot iam dedimus, vnum metricum damus nimirum.

Quot Tibi do verſus. tot Princeps ſæcula viuas,
eximio formarum numero variabilem.

Formarum numerus quæſitus & inuentus.

Omnia ab imperfectioribus ad perfectiora niſu naturali contendere ſub initium dicebam; in alijs omnibus certa res eſt, in Proteis metricis aſſertionem demonſtro. Nam Porphyrius cui primum Proteum ligata Oratio debet; conformauit pauperrimum, qui tantùm quinquies variari & alterari potuit. Eum excelluit ætate noſtrâ Scaliger, qui carmen edidit ſexaginta quatuor formis præditum. At vtrumque longo interuallo ſuperauit P. Bernardus Bauhuſius S.I. & Proteum Parthenium ſcripſit, quem Ericius Puteanus Thamatibus pulchris exornauit, & ad Stellarum numerum inuertit, vicibus 1022. Illum imitatus fuit D. Carolus Stengelius Abbas Anhuſanus, qui anno 1639. Proteum edidit, quem *Gratulatorium* inſcripſit, & D. Bonifacio inaugurato Chremiphanenſi Abbati dedicauit. Ego vtrumque propono. Fuit Bauhuſij Proteus.

Sunt tibi tot dotes, Virgo, quot Sydera Cælo.
& Proteus Stengelij,

Sint tibi tot menſes Præſul, quot Nomina Mũdo.
Ego huius ſecundi ſenſum non examino, ſcio enim Solem eſſe lucidum tametſi à noctuâ videri non poſſit: & poſſe latere acumen, quod mihi non pateat; ad metrum venio, & vtrumque carmen æquali ſimillimarum dictionum conſtare numero, adeoque tot poſteriorem, quot prior formis variari poſſe, ſine hæſitatione pronuntio; & tamen Stengelium ſuum præferentem audio, quia in Proluſione lego, *R. P. Bernardus Bauhuſius S.I. multis paraſangis Scaligerum ſuperauit, ſiquidem in Maximæ Virginis laudes, ſeruata carminis lege, Verſum vnum milles bis & vicies variauit noſter autem verſus adhuc maiore auctu, nempe millies centies quinquies & ſexagies metro & ſenſu ſeruatis, verſatur. Itaque mille centum ſexaginta quinque verſus ſunt vnus & in vno.* Ergo vt Scaligerum Bauhuſius, ſic Bauhuſium ſe exiſtimat ſuperaſſe; Stengelius: non puto non enim ipſe ignorat Bauhuſiani carminis ſuum carmen eſſe puram tranſmaterializationem, adeo-que ſi ſuum 1165. formis inuerſum fuit, totidem etiam aliud poſſe. Sed cur ad hos transformationum numeros noluit peruenire Bauhuſius: dicam ſincerè. Voluit inſinuato Stellarum numero correſponderent inuerſiones, & Aſtronomi antiqui numerant mille viginti duas. Et qui dixerat.

Sunt tibi tot dotes, Virgo, quot ſydera Cælo.
noluit dicere,

Sunt tibi quot dotes, Virgo, tot ſydera Cælo.
ne videretur innumerabilis Matris Virginis prærogatiuas ad Stellarum numerum limitaſſe.

Sed quia de huius Protei (forma in vtroque eſt eadem, & tota ſita eſt in materia diuerſitas) transformationibus agimus, & Stengelius 1165. annumerauit, An tot ſint poſſibiles? an verò pauciores vel plures ſtudioſe requiris; & Reſpondeo Proteum ſimilem ſubijciendo, computum inſtituendo, docendo-que artem Proteos examinandi. Interim tamen noto *Virgo* in Bauhuſiano carmine habere vltimam indifferentem, *Præſul* autem in Stengeliano longam: omnes ergo formas, quas *Præſul* dare poterit *Virgo*, ſed non contra: quam ob rem nec hunc verſum.

Tot ſunt Virgo tibi dotes, quot ſydera Cælo.
nec eius metamophoſes poterit imitari Stengelius; ratio enim carminis non tolerat hanc dictionum diſpoſitionem.

Tot ſint Præſul tibi menſes, quot nomina Mundo.
vnde patet Proteum Bauhuſianum ditiorem & vberiorem eſſe. Sed hoc iterum redidit ſermo, nos ſequentem Proteum ſpeculemur.





PROTEVS I.

Quot Tibi Rex ſacro verſus, tot ſœcula viuas.

D I.

PRotevm hûc Ferdinando IV. Hungariæ & Bohemiæ, & iam etiam ſummo Germaniæ bono, ſummo Europæ applauſu, ſummo orbis gaudio Auguſto Romanorũ Regi, ipſomet coronationis die mei Emauntini (aliàs, Monſſerratenſis) Monaſterij Philoſophi gratulabundi, venerabundi, lætabundi, conſecrarunt: & in ipſo CCCIↃↃↃ (hoc eſt, centies millia) aut etiam carmina multò plura; & quia vota naturæ vires ſuperant, ad totidem aut plures annos fœlicitatem & ſalutem dixerunt. Placuit Viris indoctis doctiſque, & ne pereat, illius explicatio & examen, hîc iterum recundi curo.

AVGVSTISSIME

INVICTISSIME

CLEMENTISSIME

R E X.

Proſpera lux oritur: linguiſque animiſque fauete.
Nunc dicenda bona ſunt bona verba die.

HOc præcipit Tempus, Locus, Occaſio. Sed vnde habeo verba bona, quæ in tantâ ſolennitate poſſim dicere? Vnde & Europa bonum diem. Habebo à Cœlo: & quia inter Cœlites triumphat hodie Dauides, qui olim dum viueret in terris, Regio diademate, Poëtica lauru, & Propheticâ cydari coronabatur, vtar eius ſtylo & linguâ, edicamque verba bona; hoc eſt, Regia, Poëtica; vtinam & Prophetica: Ergo ad Pſalmum XLIV. attemperans vocem, ſic inquam. Ervctavit Cor Mevm Verbvm Bonvm: quoniam laudem applauſum, & congratulationem. Dico Ego Opera Mea Regi: illi nimirùm, cui frequenter edico.

Inueniant noſtri Patronum vt in orbe labores,
Illos Lectori dedico, meque Tibi.

Ana.

Et ſanè Lingva Mea fluit refluitque, velut Calamvs Scribae Velociter Scribentis; momento enim temporis ſcribo, quæ alij nequeant multis annis proferre; & temporis momento profero, quæ multis annis alij nequeant ſcribere. Et conuertentens ad FERDINANDVM IV. oculos inter Germaniæ applauſus, & congratulationes Europæ, ſic ſubſcribo: Omnium virtutum forma eſt Pietas; & quia Tibi cœlitùs conceſſa eſt plurima, cenſêris, Speciosvs Forma Prae Filiis Hominvm: vt vel hinc ſciamus, cur fueris vni verſis præpoſitus. Quæ è corde eructat charites, hodie Diffvsa Est Gratia In Labiis Tvis: Propterea Benedixit Te Devs In Æternvm. Circumſpice igitur Germanum hemiſphærium, INVICTISSIME REX. Hinc minatur excidium Saracenus; inde Tartarus; & ſub vtriuſque patrocinio ſcythaet Barbarus: & Tu, vt tuearis Europam, vt defendas Germaniam; Accingere Gladio Tvo Svper Femvr Tvvm: Potentissime. Et ad Dei majorem gloriam, Europæ quietem, & Germaniæ concordiam, ad tot annos, quot continet hæc Tabella Carmina, Specie Tva Et Pvlchritvdine Tva Intende Prospere, Procede Et Regna.

Inſiſtens Seniorum veſtigijs.
Opt. Max. Romanorum Rex.
Sic vouet, ſic optat, ſic ſperat,
AVGVSTÆ VESTRÆ MAIESTATI
Subdit ſſima
Emavntina Ivventvs.

LECTVRO.

QVot, quæſo, Carmina? inquit Lector, tam innumerabilis multitudinis apprehenſione perterritus: & illi Emauntina Iuuentus; ſe dare operam Philoſophiæ, & Ferdinando IV. Orbis delitio, alteri Romæ Spei, afflictæ Germaniæ ſolatio, tot conſecrare Verſus, & tot optare fœlicitatis annos, quot partes Continuo acceſuit Ariſtoteles, & numerant Peripatetici: & hanc ob rem ſe offerre ſine numero numeros, & metra ſine metro dicare. Et vbi hos omnes numeros hæc omnia metra, hos omnes fœlicitatis annos? in hac lineâ:

Quot Tibi Rex *ſacro verſus, tot ſæcula viuas.*

Sic auſu generoſo Emauntini Philoſophi; & ne

temerè polliceri dicantur, quantâ arte hoc carmen conditum, & quàm multa poſſit id parturire, paucis verbis exponunt. Sic inquiunt.

CAPVT I.

IDEA Metrica differt à Carmine, ſicut vniuerſale à ſingulari: illa enim exprimit quantitatem præciſam ab omni materiâ; hoc materiam ad conceptam quantitatem elimat. Idea propoſiti Carminis hæc eſt.

componitur ex ideis partialibus, quæ excipere poſſunt voces ſeu dictiones æquales, vbi enim mens concipit potest proferre lingua Rex, Tot, Quot, aut aliam vocem ſimilem; & vbi mens concipit poterit vox edicere Sacro, Verſus, Viuas, &c. aut etiam Rex quot, Rex tot, Tot quot, &c. Ergo ſtante Carminis propoſiti Ideâ, ſi ſolum monoſyllabæ voces commutentur, prodibunt ſex, quæ volo ſingillatim ſcribere.

Quot Tibi Rex ſacro verſus, tot ſæcula viuas.
Quot Tibi (tot ſacro verſus) Rex ſæcula viuas.
Rex Tibi quot ſacro verſus, tot ſæcula viuas.
Rex Tibi tot ſacro verſus quot ſæcula viuas.
Tot, Tibi quot ſacro verſus, Rex ſæcula viuas.
Tot, Tibi Rex ſacro verſus, quot ſæcula viuas.

Sicut commutatio harum trium vocularum (Rex, Quot, Tot) dedit ſex verſus; ſic etiam aliarum trium (Sacro, Verſus, Viuas) in ſingulis reperiet ſenos, vt omnes ſint triginta ſex. Qui totidem alios parturient, ſi primum dactylum cum quinto commutemus. Ergo ſine vllâ Ideæ Metricæ alteratione habebimus LXXII. verſus: & quia totidem dicuntur eſſe in Mundo linguæ & gentes, videntur iſtæ Ideæ ſuos numeros ad iſtos elimaſſe; VT OMNIS LINGVA CONFITEATVR, QVIA DOMINVS NOSTER FERDINANDVS IN GLORIA EST PATRIS. Expoſuimus, cæteras hujus Verſûs conſideremus.

Rex Tibi tot, quot ſacro verſus ſœcula viuas.
Quot Tibi ſacro verſus, viuas ſœcula tot Rex.
Tot, Tibi verſus quot Rex ſacro, ſœcula viuas.
Quod Tibi verſus ſacro, viuas ſœcula tot Rex.
Quot Tibi ſacro verſus tot Rex ſœcula viuas,

Tot Tibi rex verſus quot ſacro ſœcula viuas,
Quot Tibi Rex verſus ſacro, tot ſœcula viuas,

Quot ſacro Tibi Rex verſus tot ſœcula viuas,
Tot, ſacro Tibi quot Rex verſus, ſœcula viuas.
Quot verſus Tibi ſacro, viuas ſœcula tot Rex,
Quot verſus Tibi ſacro, tot Rex ſœcula viuas.

Sacro quot Tibi Rex verſus, tot ſœcula viuas,
Sacro quot Tibi, tot Rex viuas ſœcula, ve ſus,
Sacro quot Tibi verſus, viuas ſœcula tot Rex.
Sacro quot Tibi verſus, tot Rex ſœcula viuas.

Verſus ſacro quot Tibi, tot Rex ſœcula viuas,
Verſus quot ſacro Tibi, tot Rex ſœcula viuas,
Quot verſus ſacro Tibi, tot Rex ſœcula viuas.
Verſus ſacro quot Tibi, viuas ſœcula tot Rex,
Verſus quot ſacro Tibi, viuas ſœcula tot Rex.
Quot verſus ſacro Tibi, viuas ſœcula tot Rex,

Tot verſus ſacro quot Rex Tibi, ſœcula viuas,
Quot verſus ſacro, viuas Tibi ſœcula tot Rex.
Tot, Rex ſacro verſus quot Tibi, ſœcula viuas.
Viuas, ſacro uerſus quot tibi, ſœcula tot Rex,
Tot Rex, quot ſacro verſus Tibi, ſœcula viuas,

Quot verſus ſacro, viuas Tibi ſœcula tot Rex.
Tot, verſus, quot ſacro Rex Tibi, ſœcula viuas,

Tot, verſus quot Rex ſacrò Tibi ſœcula uiuas.

Sacro uerſus quot, tot Rex Tibi ſœcula uiuas,
Sacro uerſus, uiuas tot Tibi ſæcula, quot Rex.
Sacro uerſus quot, uiuas Tibi ſoecula tot Rex.
Sacro quot uerſus, tot Rex Tibi ſoecula uiuas.
Sacro uerſus, uiuas Tibi ſoecula tot Rex.
Sacro quot Rex uerſus, tot Tibi ſoecula uiuas.
Verſus quot Rex, tot ſacro Tibi ſoecula, uiuas,
Verſus ſacro quot, uiuas Tibi ſoecula tot Rex,
Verſus quot ſacro, uiuas Tibi ſoecula tot Rex.

Dictio *Sæcula* in quinto loco immobilis hucuſque fuit, & uox *Tibi* ſe paulatim promouit. Iubeamus igitur hanc quintum pedem claudere, illam à primo adſcendere ad ſecundum, tertium, quartumque; & reſultantes Ideas Metricas conſideremus.

Soecula Rex tot, quot ſacro uerſus Tibi uiuas.
Soecula uiuas tot, ſacro uerſus Tibi quot Rex.
Soecula tot uiuas, ſacro uerſus Tibi quot Rex.
Soecula Rex tot uiuas, ſacro quot Tibi uerſus.
Soecula uiuas, uerſus ſacro quot Tibi, tot Rex.
Soecula tot uiuas, ſacro quot Rex Tibi uerſus.
Soecula (uiuas) ſacro tot Rex, quot Tibi uerſus,
Soecula uiuas, ſacro uerſus quot Tibi, tot Rex.
Soecula uiuas, ſacro quot uerſus Tibi, tot Rex.
Soecula uiuas tot, ſacro quot Rex Tibi uerſus.
Soecula uiuas tot, ſacro uerſus Tibi Rex quot.
Soecula tot uiuas, quot ſacro Rex Tibi uerſus.
Soecula tot Rex uiuas, quot ſacro Tibi uerſus.
Soecula tot uiuas, quot Rex ſacro Tibi uerſus.
Soecula tot uiuas, uerſus ſacro Tibi quot Rex.
Soecula uiuas tot, quot ſacro Rex Tibi uerſus.
Soecula uiuas tot, quot Rex ſacro Tibi uerſus.
Soecula uiuas, uerſus quot ſacro Tibi, tot Rex.
Soecula uiuas, quot uerſus ſacro Tibi, tot Rex.

Tot Rex ſoecula, quot uerſus ſacro Tibi, uiuas.
Viuas ſoecula tot, uerſus ſacro Tibi quot Rex.
Tot Rex ſoecula uiuas, quot ſacro Tibi uerſus.
Viuas ſoecula, uerſus quot ſacro Tibi, tot Rex.
Tot Rex ſoecula uiuas, ſacro quot Tibi uerſus.
Viuas ſoecula tot, quot Rex ſacro Tibi uerſus.
Viuas ſoecula, uerſus quot ſacro Tibi, Rex tot.
Viuas ſoecula, quot uerſus ſacro Tibi, tot Rex.
Viuas ſoecula tot, quot ſacro Rex Tibi uerſus.
Viuas ſoecula, uerſus ſacro quot Tibi, tot Rex.
Viuas ſoecula tot, ſacro quot Rex Tibi uerſus.
Viuas ſoecula tot, ſacro uerſus Tibi quot Rex.
Viuas: ſoecula ſacro tot Rex, quot Tibi uerſus.
Viuas: ſoecula ſacro, uerſus quot Tibi, tot Rex.
Viuas ſoecula, ſacro quot uerſus Tibi, tot Rex.

Viuas

Viuas: ſacro ſœcula, tot, Rex quot Tibi uerſus,
Viuas: ſacro ſœcula, quot uerſus Tibi, tot Rex.
Tot Rex ſacro ſœcula, uerſus quot Tibi uiuas,
Viuas ſacro ſœcula, uerſus Rex Tibi quot, tot.
Quot uerſus, tot ſœcula ſacro Rex Tibi uiuas.
Verſus quot, tot ſœcula ſacro Rex Tibi, uiuas,
Viuas: ſacro ſœcula uerſus quot Tibi, tot Rex.
Tot Rex viuas ſœcula, quot ſacro Tibi verſus,
Verſus ſacros ſœcula tot viuas, Tibi quot Rex,
Tot viuas Rex ſœcula, quot ſacro Tibi verſus,
Viuas tot Rex ſœcula, quot ſacro Tibi verſus,
Viuas: ſacro ſœcula, quot verſus Tibi, tot Rex,

Quot verſus ſacro, tot ſœcula Rex Tibi, viuas,
Verſus ſacro quot, tot ſœcula Rex Tibi viuas.
Viuas: ſacro verſus, ſœcula quot, Tibi tot Rex.
Quot Rex ſacro verſus, ſœcula tot Tibi viuas.
Viuas: ſacro verſus, ſœcula tot Tibi, quot Rex,
Quot verſus Rex ſacro ſœcula tot Tibi viuas.
Verſus quot ſacro, Rex ſœcula tot Tibi viuas.

Omnes igitur ideæ ſunt centum duæ: &
102 multiplicatæ per 36. (tot enim carmina
ab vnâ Ideâ prouenire ſuperiùs demon-
36 ſtratum eſt) dabunt ter mille ſexcenta &
612 ſeptuaginta duo carmina, Regi Romano
306 totidem ſalutis & incolumitatis ſœculares
3672 annos miro compendio modulantia.

CAPVT II.

DVas dictiones (nimirùm *Sacro Tibi*) hucuſque ad - - ∪ ∪ Ionicum majorem reduximus. Hunc pedem alij vocant *Perſicum*, quòd Regum Perſarum hiſtoriæ hoc metro fuiſſe ſcriptæ dicantur. Et quidem meritò hoc pede progreſſi ſumus, cùm FERDINANDO IV. gratulamur; eum enim hodie auro Germania, & poſt fera fata lauro redimet; conducetque victorem per Hungariam in Græciam & Perſidem, vt abactis barbaris & Saracenis Catholicam Religionem reſtauret. At eaſdem modò voces Choriambo correſpondere jubeo, & edico.

Sacro Tibi verſus quot Rex, tot ſæcula viuas.

Et plurimos numeros nouos pulchroſque ex hoc Carmine ſuboriri reperio. Ideas ſubſcribo.

(- ∪ ∪ -) Sacro Tibi verſus quot Rex, tot ſæcula viuas,
Sacro Tibi verſus viuas tot ſœcula, quot Rex.
Sacro Tibi verſus tot viuas ſœcula, quot Rex.
Sacro Tibi quot verſus, tot Rex ſœcula viuas.
5 (- ∪ ∪ -) Sacro Tibi quot Rex verſus, tot ſœcula viuas,
Sacro Tibi tot Rex, quot viuas ſœcula, verſus,
Sacro Tibi quot verſus, viuas ſœcula tot Rex.
Sacro Tibi verſus: viuas quot ſœcula? tot Rex.
Sacro Tibi verſus quot, viuas ſœcula tot Rex.
10 (- ∪ ∪ -)

Quot Rex ſacro Tibi verſus, tot ſœcula viuas.
Tot, quot ſacro Tibi Rex verſus ſœcula viuas,
Viuas, ſacro Tibi verſus quot, ſœcula tot Rex.
Viuas, ſacro Tibi quot verſus, ſœcula tot Rex.

15 Quot Rex verſus ſacro Tibi tot ſœcula viuas.
Viuas, verſus ſacro Tibi quot, ſœcula tot Rex,
Verſus Rex quot ſacro Tibi, tot ſœcula viuas.
Rex verſus quot ſacro Tibi, tot ſœcula viuas,

Sœ-

:- ∪ ∪ :-:-: - -: - -(- ∪ ∪ -)- Sœcula tot Rex viuas, verſus ſacro Tibi quot.
:- ∪ ∪ :- -:-:-:- -: Sœcula viuas tot, quot verſus ſacro Tibi Rex.
:- -:- -:-:-: Sœcula viuas, verſus tot, quot ſacro Tibi Rex.
:-:- -:-:- -: Sœcula tot viuas, qnot verſus ſacro Tibi Rex.
:- -:-:- -:-: Sœcula vinas tot, verſus quot ſacro Tibi Rex.
:-:- -:- -:-: Sœcula tot viuas, verſus Rex ſacro Tibi quot.

Vt grādlbs dilaudaretur *Chara Deum ſoboles. magnum Iouis incrementum*. vſus eſt carmine Spondaico Virgilius; & eiuſdem exemplo charam & claram Diuûm (hoc eſt, Cæſarum) ſobolem, magnumque noſtri Iovis Ferdinandi III. incrementum hodie celebraturi etiam Ideas nonnullas Spondaicas ponemus. Subſequentes conſidera,

:- ∪ ∪ :-:- -:- (- ∪ ∪ -) -:- -: Sœcula tot viuas, quot ſacro Tibi Rex verſus.
:-:-:- -: Sœcula tot Rex viuas, ſacro Tibi quot verſus.
:- -:-:-: Sœcula viuas tot Rex, ſacro Tibi quot verſus.
:- ∪ ∪ :-:- -:- (- ∪ ∪ -)- -:-: Sœcula Rex viuas tot, ſacro Tibi verſus quot.
:-:-:- -: Sœcula Rex tot viuas, ſacro Tibi verſus quot.
:- -:-:-: Sœcula vivas Rex tot, ſacro Tibi verſus quot.
:- ∪ ∪ :- -:- - (- ∪ ∪ -) -:-:- Sœcula viuas, verſus ſacro Tibi quot, tot Rex.

:-:-:- ∪ :- (- ∪ ∪ -)-:- -: Tot Rex ſœcula viuas, ſacro Tibi quot verſus.
:- -:- ∪ ∪ :-:-: Viuas ſœcula tot Rex ſacro Tibi quot verſus.
:-:-:- ∪ ∪ :- (- ∪ ∪ -)- -:-: Tot Rex ſæcula viuas, ſacro Tibi verſus quot.
:-:- ∪ ∪ :-:-: -:-: Viuas ſœcula tot, quot ſacro Tibi verſus Rex.
:-:- ∪ ∪ :-: -:-: Viuas: ſœcula, verſus ſacro Tibi quot, tot Rex.

:-:-:- -:- ∪ ∪ (- ∪ ∪ -)-:- -: Tot Rex viuas ſœcula, ſacro Tibi quot verſus.
:-:- -:-: Tot viuas Rex ſœcula, ſacro Tibi quot verſus.
:- -:- -:-: Viuas Rex tot ſœcula ſacro Tibi quot verſus.
:-:-:- -:- ∪ ∪ (- ∪ ∪ -)- -:-: Tot Rex viuas ſœcula, ſacro Tibi verſus quot.
:-:- -:-: Tot, viuas quot ſœcula, ſacro Tibi verſus Rex.
:- -:-:-: Viuas Rex tot ſœcula, ſacro tibi verſus quot.
:- -:- -:- ∪ ∪ (- ∪ ∪ -) -:-:-: Viuas: verſus, ſæcula ſacro Tibi quot, tot Rex.

Singulæ horum verſuum Ideæ non ſunt tam diuites quàm præcedentes: in illis erant plurimæ commutationes, paucæ in his. nam *Viuas* & *Verſus* loca commutando numerum duplicant & quia ſex ſunt monoſyllabarum vocum tranſpoſitiones, ex ſingulis tandem Ideis duodecim

24 verſus ſuborientur. Quam ob rem, cùm
12 hæ vltimæ Ideæ omiſſis Spondaicis, de
48 quibus ſtatim agemus ſint 24. & ſingulæ
24 parturiant verſus duodecim, prodibunt
288 tandem 288. Germaniæ vota & deſideria
reſonantes: adeoque orantes Deum, vt
totidem vitæ & incolumitatis ſœcula (annis enim communis Amor major eſt) concedat Ferdinando IV. quem terrarum orbis bono in Regem Romanorum hodie fœlix coronauit Germania.

CAPVT III.

Capite ſecundo Spondaicis carminibus locum conceſſi, nam ipſa erant pauca, & ad numeros potuerunt redigi: negani in primo, ſunt enim ibi innumerabilia & nos ipſa multitudine obruerent, ſi deberent ad apices aut dictiones reduci. Ne igitur contemni videantur omninò, ob oculos pono.

Rex Tibi tot, quot ſacro verſus, ſœcula viuas.
Viuas. Quot Tibi ſacro ſœcula, tot verſus Rex.
Viuas. Quot Tibi ſœcula ſacro, tot verſus Rex.
Tot Tibi ſœcula viuas, ſacro quot verſus Rex.
Quot ſacro verſus, tot viuas Rex Tibi ſœcula.

Primum eſt Heroicum, quod inter mille ſexcentas ſeptuaginta duas formas abire demon-
3672 ſtratum eſt. Tria ſequentia ſunt Spon-
5 daica, & vltimum Dactilicum, quæ cùm
in totidem formas abire queant, dabunt
18360 Octodecim millia trecenta ſexaginta carmina.

Vt Spondaica ſecundi Capitis poſſis enumerare,

rare, ſequentes lineas oculis attentis conſidera.

Sœcula tot viuas, quot ſacro Tibi verſus Rex.
Sœcula tot, quot ſacro Tibi verſus, viuas Rex.
Sœcula; ſacro Tibi quot verſus, tot viuas Rex.
Quot Rex ſacro Tibi verſus, tot ſœcula viuas.
Quot verſus ſacro: viuas Rex tot Tibi ſœcula,

Quartum eſt Carmen Heroicum ad numeros Capitis II. conformatum: cuius Proteus in 288. figuras diuerſas conuertitur. Quintum eſt Dactylicum, & in totidem figuras verti poteſt. Primum eſt Spondaicum, cuius Ideas 18. repræſentauimus, & è ſingulis duodecim verſus eruimus, adeoque ex omnibus 216. Ergo tria Spondaicorum genera dabunt carmina 648. Ergo omnia Carmina Capitis II. peruenient ad 1224.

18
12
36
18
216

288	*Heroica.*
288	*Dactylica.*
216	*Spondaica.*
216	*Spondaica.*
216	*Spondaica.*
1224	Summa.

CAPVT IV.

PRæterea, ſi loco vltimæ dictionis, quæ erat *Viuas* vocem *Dico* ponamus propter concurſum multarum vocalium ancipitum hic Proteus innumeros alios generabit. quoniam in voce *Tibi* vltima ſyllaba eſt indifferens, & in vocibus *Dico*, & *Sacro* omnes quatuor. Alloquatur igitur FERDINANDVM IV. Amor venerabundus, dicatque.

Quot Tibi Rex ſacro verſus, tot ſœcula dico

& hoc ad Romanorum labium, qui ſuis Principibus plurimam ſalutem dicebant.

Sanè, quia vbilibet *Viuas* eſt poſitum, poteſt ſubſtitui *dico*, hic Proteus tot habet vertitque vultus, quot præcedens: at quia in multis poterit poni locis *dico*, in quibus non capiatur *viuas*, hoc Carmen multo erit ditius illo, quod hucuſque expoſuimus. Eius ſtauiſſas ad numeros demonſtratos reduco. Igitur hoc Carmen,

Dico Tibi verſus quot Rex, tot ſœcula ſacro.

Eſt ſimile omninò huic,

Sacro Tibi verſus quot Rex, tot ſoecula viuas.

Cùm ergo hoc dederit verſus 1224; illud prius totidem eſt proditurum. Et quia etiam poſſum dicere *Dico ſacro*, & *ſacro dico*: hic triplicari debet numerus, vt ſit 3672.

CAPVT V.

SVam habet rareſactionem & condenſationem vocalium quantitas: quæ enim ſex pedes occupat, poteſt ad quinque contrahi, protrahi ad ſeptem. Ob oculos pono iſta carmina.

I. Verſus quot Tibi Rex ſacro tot ſoecula dico.
II. Dico ſœcula tot, ſacro Rex quot Tibi verſus

Sunt retrograda æqualia; in quibus non percipitur denſitas aut raritas. Sed ſequentia conſidera.

III. Quot Tibi Rex verſus ſacro, tot dico ſœcula.
IV. Quot verſus, tot Rex ſœcula dico Tibi.
V. Rex Tibi quot verſus ſacro, dico ſœcula tot. * Rex
VI. Sœcula tot, verſus quot Tibi dico, ſacro.

In primo materia hæret terminis ſuis, non auſa vltrà prodire, haut contrahi citra. Secundum intra eoſdem limites refluit, vt videat mundus Proteo, licere eſſe retrogrado, ſi ingenium adſit. Hæc eadem materia, quâ componitur primum, ſecundumque, aliàs ſenis pedibus longa, in quanto vnicâ ſyllabâ, & in ſexto pede ſolido contractior eſt: vnde in quarto & ſexto Merricæ rareſactionis vi materia extenditur, vt vltra proprios terminos iniens, compleat carminis præcedentis defectum. Subijcio condenſationis formas.

Rex Tibi quot verſus dico. tot ſacro ſœcula *vita*.
Rex Tibi quot verſus dico ſacrò ſœcula tot *nunc*.
Rex Tibi quot verſus dico ſacro ſœcula tot *nunc*.
Rex Tibi tot verſus. quot ſœcula ſacro, dico *nunc*.
Rex Tibi tot verſus, quot ſœcula dico, ſacro *nunc*.

Singulis his contractis carminibus addidimus vnicam voculam, vt nullum à debitâ menſurâ deficeret. Et quantus erit horum Carminum numerus? Quantus non contractorum: & 3672

3672 ſi voculam illam *nunc* aut *vita* (ſane
282 quarum alterâ non ſolùm contracta, ſed
18360 & manca erunt carmina) licitum ſit in-
1224 ferere multis vicibus maior. Ergo ne
3672 nimis prodigi videamur, ſi quidem duo
27210 ſunt contractorum carminum genera
3 (alia enim rantùm quinque pedes occu-
pant. alia quinque & medium: quorum
81630 hæc poſſunt *contracta* & illa *Contractiora*
vocari) dicamus contractorum aut etiam contractorum numerum non contracta adæquare. permittentes omnino, vt reſumas computum & omnia ſingulatim denumeris; quando, vel

:– ᴗ ᴗ –:– ᴗ : ᴗ – :	Sœcula ſacro Tibi.	
:–: ᴗ ᴗ :– ᴗ : ᴗ – :	Quot ſacro, dico Tibi.	Sœcula dico, ſacro.
:– ᴗ ᴗ :–: ᴗ ᴗ :–:	Sœcula tot Tibi Rex.	Quot Tibi ſacro, dico.
:–: ᴗ ᴗ :–: ᴗ ᴗ :–:	Quot dico, tot ſacro Rex.	Sœcula quot? dico tot.
:–: ᴗ ᴗ :–: ᴗ ᴗ :–:	Tot Tibi ſœcula Rex.	Tot Tibi quot dico Rex.
		Quot ſacro? ſœcula tot.

Et quot erunt Pentametra? Quis numeret? Plura Hexametris. Ergo ne vel nos vel Lectores enumerando fatigemus, ad numerum Hexametrorum, ſeſe contrahentium, reducamus. Contracta erant 27,210: Contractiora totidem: ergo 54,420. accenſeamus Pentametra.

CAPVT VI.

VIx vllum eſt Carminum genus, cuius hæc materia ſit incapax. Illam ad ſingula poſſem componere, ſi occaſio exigeret, & ſuppeteret tempus: Sed ne omnia omittam, hæc inſinuo: Sapho Poëtria dulciſſima illa adinuenit metra, quibus numeros & nomen dedit; quibus, ſi Adonios inſeras, pulchriorem excitabis concentum, vt ſi dixeris;

Tot Tibi verſus ſacros, quot dico Rex
Sœcula (viuas.)

Et hæc Sapphica, ſi ad computum iuberentur venire, Hexametrorum æquarent numerum vel excederent.

CAPVT VII.

IAmbicum à ΙΑΜΒΙΧΗΝ, id eſt, *maledicere* nomen ſortitur, quod conuicia olim hoc genere Carminis effutirentur. Hodie maledici tacere debent, aut cogi proferre panegyres: Ergo aut ſileat Iambus noſter, aut dicat.

Quot ſacro verſus Rex Tibi tot ſæcula
Viuas. Sacro verſus. Dico quot ſœcula?
Tot Rex Tibi. *Verſus ſacro tot, quot dico.*
Rex ſæcula Tibi. &c.

Et quot erunt Carmina Iambica? Quia minora ſunt Hexametris, multo plura.

te ſcrupulus vrgeat, vel otium adſit. nos enim malumus probabili coniecturæ confidere, quam immenſo temporis & laboris impendio certum numerum adſequi.

3901 *Vtilis Omnem Multis Iſte Aut Cuique Rem Ad Eſt Lux*.

Occurrent nobis, mutatis mutandis, prout ſuperius viſum eſt, aliæ 212. variationes, vt indidem patet, nec variationes omnes ſimul pauciores erunt,
4112 quam 4112.

Quod ſi ante prædictas tres dictiones *Cuique Rem Ad* in dactylum pro quinto Monoſtichi pede coaleſcentes collocetur dictio *Iſte*, prout factum fuit à variatione 3698. vſque ad 3688. in hunc modum,

4113 *Vtilis Aut Multis Omnem Iſte Cuique Rem Ad Eſt Lux*.

Dignoſcentur iterum 70. alij variationum modi, fientque vna cum reli-
4182 quis omnibus 4182.

Quid ſi pro quinto, & ſexto Monoſtichi pede ſint tres iſtæ dictiones Iſte *Cuique Ad* in hunc modum?

4183 *Aut Multis Eſt Lux Rem Omnem Vtilis Iſte Cuique Ad*.

Certe, ſi primæ tantum quatuor dictiones *Aut Multis Eſt Lux* varientur inter ſe, vt variari poſſunt, adiungentur 24. nouæ variationes, quæ cum alijs ſuperius enumeratis complebunt ſum-
4206 mam 4206.

Si dictio *Rem* ponatur ante dictionem *Aut*, ita vt vnam, eandemque ſyllabam cum ſubſequente conſtituat in prædictis 24. variationibus, in hunc modum,

4207 *Rem Aut Multis Eſt Lux Omnem Vtilis Iſte Cuique Ad*.

Aperientur 24. alij variationum fon-
4230 tes, vnde eæ omnes erunt 4230.

Si eadem dictio *Rem* eodem modo anteponatur, & coniungatur cum dictione Eſt in hunc modum,

4231 *Aut Multis Rem Eſt Lux Omnem Vtilis Iſte Cuique Ad*.

Denuo 24. alios multiplicationum modos intuebimur, qui cum alijs om-
4254 nibus erunt 4254.

Si dictio *Omnem* ponatur in principio Monoſtichi, & dictio *Rem* locum teneat, in quo erat dictio *Omnem*, i. ante dictionem *Vtilis*, in hunc modum,

4255 *Omnem Aut Multis Eſt Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad*.

Tum varientur quatuor illæ dictiones *Aut Multis Eſt Lux*,quoties variari poſſunt, obuiæ nobis erunt 12. nouæ variationes, & ſimul omnes hactenus
4266 erunt 4266.

Si dictio *Omnem* detrudatur è primo in ſecundum Monoſtichi locum, i. poſt primam dictionem in hunc modum.

4267 *Aut Omnem Eſt Multis Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad*.

Et prædictæ quatuor dictiones toties varientur, quoties poſſunt, rurſus exibunt aliæ 12. variationes, & cum præ-
4278 cedentibus erunt 4278.

Idipſum fiet, ſi dictio *Omnem* deſcendat ad tertium locum in hunc modum,

4279 *Aut Multis Omnem Eſt Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad*.

Deinde ad quartum in hunc modum.

4291 *Aut Multis Lux Omnem Eſt Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad*.

Vnde omnes hucuſque variationum
4302 modi ſimul erunt 4302.

Si in prædictis variationibus à 4254. vſque ad 4302. ante dictionem *Omnem* ſter dictio *Rem* in hunc modum,

4303 *Rem Omnem Aut Multis Eſt Lux Vtilis Iſte Cuique Ad*.

48 Alias varietates videbimus, & hæ
4350 cum reliquis euadent 4350.

Si dictio *Vtilis* ſtatuatur in principio Monoſtichi; dictiones autem *Rem Omnem* ibi ſint, vbi erat dictio *Vtilis*, in hunc modum,

4351 *Vtilis Aut Multis Eſt Lux Rem Omnem Iſte Cuique Ad*.

Tum, vt maxime poſſunt variè collocen-

locentur prædictæ quatuor illæ dictiones *Aut Multis Eſt Lux*, 12. nouæ fient va-
4362 riationum formæ, & omnes erunt 4362.

Quod ſi dictio *Vtilis* ſequatur ſingulas ex prædictis quatuor dictionibus *Aut Multis Eſt Lux*, vbi id fieri poterit, in hunc, & ſimilem alium quemcunque modum,

4363 *Multis Vtilis* Aut *Eſt Lux Rem Omnem Iſte Cuique Ad*.

Et ſemper in vnaquaque prædictæ dictionis *Vtilis* tranſpoſitione fiat varia illa iſtarum quatuor dictionum *Aut Multis Eſt Lux* collocatio, quæ fieri poterit, ſaltem 24. alios variationum modos habebimus, & cum ſuperioribus
4386 omnibus omnium ſumma erit 4386.

Si dictio *Vtilis* in principio Monoſtichi ſtatuatur, quando dictio *Rem* vnam eandemque ſyllabam facit cum dictione *Aut*, prout in variationibus iam dictis a 4206. vſque ad 4230. factum eſt in hunc modum,

4387 *Vtilis Eſt* Lux *Rem Aut Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

12 Nouæ variationes eluceſcent,
4398 ideoque omnes hactenus erunt 4398.

Si eadem dictio *Vtilis* permiſceatur, vbi fieri poteſt, cum prædictis 4. dictionibus, quando dictio *Rem* vnam ſyllabam efficit cum *Aut*, in hunc modum,

4399 *Lux Rem Aut Vtilis Eſt Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

4410 12 *Aliæ* variationes adijcientur, & cum primis erunt 4410.

Præterea 24. aliæ variationes producentur, ſi dictio *Rem* vnam ſyllabam formet cum dictione *Eſt*, tum autem dictio *Vtilis* ſit non tantum in principio Monoſtichi in hunc modum,

4411 *Vtilis Aut Lux Rem Eſt Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

Sed alibi, & vbilibet, dummodo ante quatuor vltimas dictiones, in hunc modum,

4423 *Lux Rem Aut Vtilis Eſt Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

4434 Omneſque ſimul cum præcedentibus erunt 4434.

Si dictio *Vtilis* modo Monoſtichi caput ſit in variationibus omnibus a 4254. vſque ad 4302. in quibus dictio *Omnem* præponitur tum dictioni *Aut*, tum dictioni *Eſt*, in hunc modum,

4435 *Vtilis Omnem Aut Multis Eſt Lux Rem Iſte Cuique Ad*.

Ana.

Modo etiam alibi, ſed ſemper ante quatuor prædictas vltimas dictiones collocetur, in hunc modum,

4447 *Multis Vtilis Omnem Aut Eſt Lux Rem Iſte Cuique Ad*.

Saltem 36. nouæ variationes euenient, quæ ſimul cum alijs omnibus
4470 præcedentibus fient 4470.

Sin in variationibus a 4302. vſque ad 4350. in quibus ſemper dictio *Rem* præponitur dictioni *Omnem*, conſtituatur dictio *Vtilis* (quæ ibi pro quarto Monoſtichi pede fuit) tum in principio Monoſtichi, in hunc modum,

4471 *Vtilis Aut Rem Omnem Eſt Multis Lux Iſte Cuique Ad*.

Tum poſt primum Monoſtichi pedem in hunc alium,

4494 *Rem Omnem Aut Vtilis Eſt Multis Lux Iſte Cuique Ad*.

Tum etiam poſt tertium pedem, in hunc ipſum,

4518 *Rem Omnem Aut Multis Vtilis Eſt Lux Iſte Cuique Ad*.

Et cæteræ dictiones, exceptis tribus vltimis *Iſte Cuique Ad*, varientur, ſemper, quantum poſſunt, dummodo tamen dictio *Rem* ſemper præcedat dictionem *Omnem*, vt dictum eſt, ex ſingulis prædictis tribus varijs dictionis *Vtilis* collocationibus, i. ante primum Monoſtichi pedem, poſt illum, & poſt ſecundum, ſaltem 24. nouæ variationes efformabuntur, quæ ter multiplicatæ, & cum antecedentibus vniuerſis vnitæ, non erunt omnino pauciores,
4542 quam 4542.

Quod ſi pro dictione *Ad*, quæ à variatione 4182. vſque ad 4542. fuit vltimo loco, ponatur in fine Monoſtichi dictio *Aut*, in hunc modum,

4543 *Ad Multis Eſt Lux Rem Omnem Vtilis Iſte Cuique Aut*.

Et tunc fiant variationes omnes, quæ fieri omnino poſſunt à prædicto numero 4182. vſque ad 4542. inde ſaltem 180 noui variationum modi clareſcent, &
4723 cum cæteris omnibus fient 4722.

Si idipſum fiat in dictione *Eſt*, ita vt hæc ſit in fie Monoſtichi pro dictione *Aut*, in hunc modum,

4723 *Aut Multis* Ad *Lux Rem Omnem Vtilis Iſte Cuique Eſt*.

Iterum totidem, i. 180. aliæ variationes exponentur, quæ cum ſuperioribus omnibus prorſus ſummam 4902.

4902 implebunt.

Quid autem ſi primæ duæ ſyllabæ dictionis *Cuique* cum alia ſyllaba præcedenti quintum pedem, nempe dactylum in Hexametro noſtro Monoſticho efforment? quam multa iterum nouarum variationum ſeges excreſcet? certe ſi Monoſtichon fiat hoc modo,

4903 *Aut Multis Lux Eſt Rem Omnem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Et priores quatuor dictiones ſolæ, cæteris immotis, varientur, quoties variari poſſunt, in primis alios 24. variationum modos habebimus, qui vna
4926 cum alijs omnes erunt 4926.

Si dictio *Rem* in mox allatis modis ſit ſemper tum ante dictionem *Aut*, in hunc modum,

4927 *Rem Aut Multis Lux Eſt Omnem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Tum ante dictionem *Eſt*, in hunc modum,

4951 *Aut Multis Lux Rem Eſt Omnem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

In lucem veniet 48. nouæ variationes,
4974 & fient ſimul omnes 4974.

Si dictio *Omnem* primum ſubeat Monoſtichi locum in prædictis variationibus à 4902. vſque ad 4974. in hunc modum, & ſimiles alios,

4975 *Omnem Aut Multis Eſt Lux Rem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

4987 *Omnem Eſt Rem Aut Multis Lux Vtilis Ad Cuique Iſte.*

4993 *Omnem Aut Rem Eſt Multis Lux Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Suborientur inde 24. aliæ variationes nouæ, quæ cum alijs erunt omni-
4998 no 4998.

Si eadem dictio *Omnem* præcedat dictionem *Aut* etiam in aliis locis omnibus, præterquam in principio Monoſtichi, in hunc modum,

4999 *Multis Omnem Aut Eſt Lux Rem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Saltem 18. noui modi alij colligen-
5016 tur; vnde omnes ſimul erunt 5016.

Si ipſamet dictio *Omnem* præponatur dictioni Eſt in prædictis alijs Monoſtichi locis in hunc modum.

5017 *Multis Omnem Eſt Aut Lux Rem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

5034 18 Alij modi comparebunt, & vna omnes erunt 5034.

Si dictio *Rem* præeat dictioni *Omnem* in variationibus iam poſitis a 4974. vſq; ad 5034. in hunc modum,

5035 *Rem Omnem Aut Multis Eſt Lux Vtilis Ad Cuique Iſte.*

60 Aliæ varietates exprimentur, ita vt cunctæ ſimul ſint 5094.

Quod ſi dictio *Vtilis* cæteris omnibus præponatur in Monoſticho a variatione 4902. vſque ad 4926. vbi verſus integritas non obſtet, in hunc modum,

5036 *Vtilis Aut Multis Lux Eſt Rem Omnem Ad Cuique Iſte.*

12 Variationum formæ iterum pro-
5106 ponentur, & ideo omes erunt 5106.

Si dictio prædicta *Vtilis* ſit vel poſt dictionem *Multis* in principio Monoſtichi poſitam, in hunc modum,

5107 *Multis Vtilis Aut Lux Eſt Rem Omnem Ad Cuique Iſte.*

Vel poſt aliam quamlibet dictionem ex his quatuor *Multis Aut Lux Eſt* vbilibet poſitam, dummodo verſus id integritas patiatur, & quinque vltimæ dictiones inuariatæ ibidem permaneant, in hunc modum,

5111 *Multis Aut Lux Vtilis Eſt Rem Omnem Ad Cuique Iſte.*

16 Nouæ variationes afferentur, &
5122 hucuſque cunctæ erunt 5122.

Si eadem dictio *Vtilis* redeat ad primum Monoſtichi locum à variatione 4926. vſque ad 4974. vbi id fieri per verſus integritatem licebit, tam in hunc modum,

5123 *Vtilis Eſt Rem Aut Multis Lux Omnem Ad Cuique Iſte.*

Quam in hunc alium,

5129 *Vtilis Aut Rem Eſt Multis Lux Omnem Ad Cuique Iſte.*

12 Alij varietatum modi comperien-
5134 tur, qui cum alijs omnibus erunt 5134.

Sin ipſamet dictio *Vtilis* alia ſubeat loca, dummodo dictio *Rem* ſemper præponatur dictioni *Aut*, vel dictioni *Eſt*, & inuariatæ remaneant quatuor vltimæ dictiones, tam in hunc modum,

5135 *Rem Aut Lux Vtilis Eſt Multis Omnem Ad Cuique Iſte.*

Quam in hunc alium,

5143 *Rem Eſt Lux Vtilis Aut Multis Omnem Ad Cuique Iſte.*

16 Varietates aliæ conſpiciuntur, &
5150 eum reliquis erunt 5150.

Quod ſi dictio *Vtilis* rurſus ſit in principio Monoſtichi à variatione 4974. vſque ad 4998. in hunc modum, & ſimiles alios.

5151 *Vtilis Omnem Aut Multis Eſt Lux Rem*
Ad Cuique Iſte.
5163 *Vtilis Omnem Eſt Rem Aut Multis Lux*
Ad Cuique Iſte.
5169 *Vtilis Omnem Aut Rem Eſt Multis Lux Ad*
Cuique Iſte.
24 Nouæ varietatum multiplicatio-
nes ſcaturient, & ſimul omnes hucuſque
5174 erunt 5174.
Si dictio *Vtilis* ante dictionem *Om-*
nem ſit in alijs quoque locis extra prin-
cipium Monoſtichi, inuariatis tamen
ſemper tribus vltimis dictionibus *Ad*
Cuique Iſte, In hos, & ſimiles modos,
5175 *Multis Vtilis Omnem Eſt Rem Aut Lux*
Ad Cuique Iſte.
5183 *Multis Vtilis Omnem Aut Rem Eſt Lux*
Ad Cuique Iſte.
Emanabunt iterum 16. aliæ varietatum
formæ, quæ cæteris adiunctæ ſummam
5190 conficient 5190.
Sin dictio *Vtilis* ſequatur dictionem
Omnem, hæc autem dictionem Rem,
& prædictæ tres dictiones ſimul ſubſe-
quantur dictionem aliquam in capite
Monoſtichi poſitam in hunc modum,
5191 *Lux Rem Omnem Vtilis Eſt Multis Aut*
Ad Cuique Iſte.
Tum reliquæ dictiones omnes (ex-
ceptis tribus vltimis, quæ inuariatæ re-
manere debent) quantum fieri poteſt,
varientur, 8. rurſus variationes haurien-
5198 tur, ita vt omnes omnino hucuſque ſint
5198.
Quod ſi dictio *Ad*, quæ à variatione
4902. hucuſque ſemper inuariata per-
manſit in ante penultimo Monoſtichi
loco, ponatur ante dictionem *Multis*;
dictio autem Eſt ſit vbi erat Ad in hunc
modum,
5199 *Ad Multis Lux Aut Rem Omnem Vtilis*
Eſt Cuique Iſte.
Et, inuariatis ſex vltimis dictionibus,
cæteræ varientur, vt poſſunt, 6. noui
variationum modi creabuntur, totidem-
que alij ſequentur, ſi dictio Ad ſit ante
dictionem *Lux* in prædictis 6. variationi-
bus, in hunc modum,
5205 *Ad Lux Multis Aut Rem Omnem Vtilis*
Eſt Cuique Iſte.
Immo 6. alij accedent, ſi prædicta
dictio Ad præponatur in prædictis varia-
tionibus dictioni *Rem*, in hunc modum,
5211 *Multis Lux Aut Ad Rem Omnem Vtilis*
Eſt Cuique Iſte.
5216 Ac proinde omnes erunt 5216.
ANA.

Si dictio Omnem ſi ante dictionem
Aut in prædictis 18. variationibus pro-
ximè allatis in hunc modum.
5217 *Ad Multis Lux Omnem Aut Rem Vtilis Eſt*
Cuique Iſte.
5234 Aliæ 18. variationes explicabuntur, &
omnes erunt 5234.
Sin eadem dictio *Omnem* transferatur
ante dictionem Ad in prædictis ijſdem
variationibus à 5198. ad 5216. in hunc
modum,
5235 *Omnem, Ad Multis Lux Aut Rem Vtilis*
Eſt Cuique Iſte.
Aliæ 18. varietates enumerabuntur,
5252 & cum reliquis erunt 5252.
Quod ſi dictio Rem præponatur di-
ctioni Ad à 5198. vſque ad 5234. obuios
ſe ſe nobis dabunt 36. noui variationum
modi in hunc modum,
5253 *Rem Ad Multis Lux Aut Omnem Eſt Vti-*
lis Cuique Iſte.
5288 Et ſubinde ſimul omnes euadent 5288.
Si dictio *Rem* præponatur dictioni
Aut in prædictis 36. variationibus, to-
tidem aliæ reſultabunt in hunc mo-
dum,
5389 *Ad Multis Lux Rem Aut Omnem Vtilis*
Eſt Cuique Iſte.
5324 Ideoque ſimul omnes fient 5324.
Si dictio R*em* præponatur dictioni
Omnem à 5216. ad 5252. in hoc mo-
dos, & his ſimiles,
5325 *Ad Multis Lux Rem Omnem Aut Vtilis*
Eſt Cuique Iſte.
5345 *Rem Omnem Ad Multis Lux Aut Vtilis Eſt*
Eſt Cuique Iſte.
5360 36. Alij modi prouenient, ita vt cun-
cti ſimul ſint 5360.
Quod ſi dictio *Vtilis* cæteris omnibus
præponatur, tum ſequatur dictio Ad
præpoſita dictio *Multis*, in hunc mo-
dum,
5361 *Vtilis Ad Multis Lux Aut Rem Omnem*
Eſt Cuique Iſte.
Et, inuariatis tribus vltimis dictio-
nibus, cæteræ varientur, vt poſſunt, 6.
aliæ variationes componentur, cum
quibus præcedentes omnes futuræ
5366 ſunt 5366.
Totidem ſuperuenient, ſi poſt Ad
ſequatur *Lux* in hunc modum.
5367 *Vtilis Ad Lux Multis Aut Rem Omnem Eſt*
Cuique Iſte.
Totidemque, ſi poſt Ad ſit dictio *Rem*,
& cæteræ tam varie collocentur, ſicuti
ſuperius dictum eſt, in hunc modum.

5373 *Vtilis Ad Rem Aut Lux Multis Omnem Eſt Cuique Iſte.*

5378 Vnde hucuſque omnes erunt 5378.

Si dictio *Vtilis* remaneat in principio Monoſtichi, ſed illam ſequatur dictio *Aut*, in hunc modum,

5379 *Vtilis Aut Multis Lux Ad Rem Omnem Eſt Cuique Iſte.*

Tum, inuariatis tribus vltimis, aliæ varientur, vt in præcedentibus à 5360. vſque ad 5378. ſaltem 18. alij variationum modi eruentur, cum quibus numerus omnium hucuſque erit 5396.
5396

Si vero dictionem *Vtilis* in principio poſitam ſubſequatur dictio *Omnem*, & reliqua fiant, prout diximus in mox allatis variationibus in hunc modum,

5397 *Vtilis Omnem Ad Multis Lux Aut Rem Eſt Cuique Iſte.*

Saltem 18. nouæ varietates haberi poterunt, quæ cum ſuperioribus
5414 erunt 5414.

Quod ſi dictio *Vtilis* ſit in quibuſuis alijs locis, præterquam vel in principio Monoſtichi, vel ante tres vltimas illius dictiones, in hunc modum,

5415 *Multis Vtilis Aut Lux Ad Rem Omnem Eſt Cuique Iſte.*

Saltem 40. nouarum variationum inuentio nobis conſtabit, cum quibus
5454 aliæ omnes ſummam 5454. perficient.

Si autem nono Monoſtichi loco inſeratur dictio *Aut* pro dictione *Eſt*, & cæteræ varie collocentur, prout factum eſt à 5198. vſque ad 5454. in hunc, & prædictum quemlibet alium modum,

5455 *Ad Multis Lux Eſt Rem Omnem Vtilis Aut Cuique Iſte.*

256. Nouæ variationes elucescent,
5710 cum quibus aliæ fient 5710.

Quod ſi ante duas vltimas Monoſtichi dictiones prædictas ſit quæuis alia dictio, præter *Ad*, *Eſt*, & *Aut*, quæ in prædictis 808. variationibus à 4902. hucuſque ibi fuerunt, ita vt omnes Monoſtichi dictiones, exceptis duabus vltimis, quam varie poſſunt, collocentur, in hunc, ſimilemque modum,

5711 *Vtilis Omnem Ad Rem Eſt Lux Aut Multis Cuique Iſte.*

Saltem 538. alij variationum modi tradentur, ideoque omnes hucuſque
6248 ſimul ſatis erunt ad numerum 6248.

Deinceps tamen, ſi ad vltimum Monoſtichi locum poſt dictionem *Iſte* deſcendat dictio *Eſt*, in hunc modum,

6249 *Aut Multis Lux Omnem Rem Vtilis Ad Cuique Iſte Eſt.*

Tum fiant omnes priorum nouem dictionum variationes, quæ fieri poſſunt à 4902. vſque ad 6248. ex illis 1346. ſaltem 673. nouæ variationes extrahentur, cum quibus cæteræ omnes
6921 fient 6921.

Totidem aliæ, i. 673. rurſus indicabuntur, ſi vltimo loco pro *Eſt* ſit dictio *Ad*, & reliqua fiant, vt in proxime allatis viſum eſt, in hunc modum,

6922 *Aut Multis Lux Omnem Rem Vtilis Eſt Cuique Iſte Ad.*

7594 Ideoque ſimul cum alijs erunt 7594.

Totidemque iterum, i. 673. adnaſcentur variationes aliæ, ſi in finem Monoſtichi pro prædicta dictione *Ad* transferatur *Aut*, in hunc modum,

7595 *Ad Multis Lux Omnem Rem Vtilis Eſt Cuique Iſte Aut.*

Ac proinde hucuſque variationum
8267 omnium numerus erit 8267.

Quod ſi dictionem *Cuique* ſequatur vltimo loco dictio *Omnem*, in hunc modum,

8268 *Aut Multis Lux Eſt Rem Iſte Vtilis Ad Cuique Omnem.*

Tum fiant variationes omnes à 4902. vſque ad 6248. ita vt ſemper eo in loco, in quo fuit dictio *Omnem*, collocetur dictio *Iſte*, & contra: tot variationes nouæ hic erunt, quot ibi fuerunt, nimirum 1346. quarum ſumma cum alijs
9613 ſimul erit 9613.

Si vero ex tribus hiſce dictionibus *Iſte Rem Ad* fiat dactylus, & inuariatis duabus vltimis *Cuique Omnem*, reliquæ, quam maxime poſſunt, varie collocentur, in hunc modum,

9614 *Iſte Rem Ad Aut Multis Lux Vtilis Eſt Cuique Omnem.*

Saltem 76. nouæ variationes reperientur, cum quibus aliæ omnes 9689.
9689 ſummam complebunt.

Sed ſi dictionem *Omnem* inſequatur extremo loco dictio *Ad*, in hunc modum,

9690 *Vtilis Iſte Aut Multis Lux Eſt Rem Cuique Omnem Ad.*

Eſt fiant variationes ad prædictum modum, quotquot fieri poſſunt, à variatione 8267. vſque ad 9613. denuo comparabuntur ſaltem 683. variationes aliæ, quæ cum præcedentibus omnino
10362 fient 10362.

Si

Si in prædicto extremo Monoſtichi
loco ſit dictio *Aut* pro dictione *Ad*, &
fiant omnes variationes prædictæ à
8267. vſque ad 9613. in hunc modum,
10363 *Vtilis Iſte Ad Multis Lux Eſt Rem Cuique Omnem Aut.*

Saltem aliæ 673. priorum variationum ſummam augebunt, nam antece-
11035 dentes cum his fient 11035.

Rurſumque aliæ 673. ſuccreſcent, ſi eodem modo pro dictione *Aut* ſit in fine Monoſtichi dictio *Eſt*, in hunc modum,
11036 *Vtilis Iſte Ad Multis Lux Aut Rem Cuique Omnem Eſt.*

Ac proinde variationum omnium
11708 erit 11708.

Verum, ſi poſt dictionem *Cuique* adſit dictio *Ad*, & in fine *Monoſtichi* collocetur dictio *Lux*, in hunc modum,
11709 *Vtilis Iſte Omnem Aut Multis Eſt Rem Cuique Ad Lux.*

Rurſumque fiant variationes omnes, quotquot fieri poſſunt 9689. vſque ad 10362. aderunt iterum aliæ 673. cum quibus cæteræ omnes euadent om-
12381 nino 12381.

Si poſt dictionem Ad ibidem perſiſtentem ſtatuatur dictio *Rem*, in hunc modum,
12382 *Vtilis Iſte Omnem Aut Multis Eſt Lux Cuique Ad Rem.*

Totidem alij variationum modi ſuc-
13054 cedent, & cuncti ſimul erunt 13054.

Si vlterius poſt dictionem *Rem* ſit dictio *Eſt*, in hunc modum,
13055 *Vtilis Iſte Omnem Multis Aut Lux Cuique Ad Rem Eſt.*

Et tunc iam ſæpius ſuperius indicatæ variationes fiant, 673. aliæ præcedentibus accedent, & omnes omnino
13727 fient 13727.

Sin pro dictione *Eſt* ibidem ſit dictio *Aut*, in hunc modum,
13728 *Vtilis Iſte Omnem Multis Eſt Lux Cuique Ad Rem Aut.*

Præſto erunt aliæ 673. variationes, vt
14400 vniuerſæ iam ſint 14400.

Quod ſi dictionem *Cuique* ſequatur dictio *Aut*, & vltimo loco ſit dictio *Lux*, in hunc modum,
14401 *Vtilis Iſte Omnem Ad Rem Multis Eſt Cuique Aut Lux.*

673 Variationum formæ efformabuntur, ita vt omnes ſimul iam
15073 ſint 15073.

Si pro vltima dictione *Lux* ſit dictio *Ad*, in hunc modum,
15074 *Vtilis Iſte Omnem Eſt Rem Lux Multis Cuique Aut Ad.*

Demum, factis prædictis variationibus, adinuenientur aliæ 673. quarum ſimul cum reliquis omnibus numerus
15746 erit 15746.

Si ibidem pro dictione *Ad* ſit dictio *Eſt*, in hunc modum,
15747 *Vtilis Iſte Omnem Ad Rem Lux Multis Cuique Aut Eſt.*

Totidem rurſum renaſcentur, vnde variationes omnes hactenus inuentæ nu-
16419 merabuntur 16419.

Si eodem loco pro dictione *Eſt* collocetur dictio *Rem* in hunc modum,
16420 *Vtilis Iſte Omnem Ad Multis Eſt Lux Cuique Aut Rem.*

Cum hic rurſus alij 673. variabilitatis modi promanent, omnes ſimul ad
17092 17092. numerum peruenient.

Totidem alij prouenient, ſi poſt dictionem *Rem* ſit dictio *Ad*, in hunc modum,
17093 *Vtilis Iſte Omnem Multis Eſt Lux Cuique Aut Rem Ad,*
17765 Idcoque vna omnes ad 17765. ſummam pertingent.

Immo totidem iterum exponentur, ſi vltimo loco pro dictione *Ad* ſit dictio *Eſt*, in hunc modum,
17766 *Vtilis Iſte Omnem Multis Ad Lux Cuique Aut Rem Eſt.*

Vnde iſti 673. nuper additi fient cum
18438 præcedentibus 18438.

Quod ſi dictionem *Cuique* octauo loco poſitam ſequatur nono dictio *Eſt*, tum decimo, & vltimo dictio *Lux*, in hunc modum,
18439 *Vtilis Iſte Omnem Ad Rem Multis Aut Cuique Eſt Lux.*

673. Nouæ variationes cum cæteris
19111 valentur, & erunt omnes 19111.

Totidem aliæ patebunt, ſi pro vltima dictione *Lux* ſit dictio *Aut*, in hunc modum,
19112 *Vtilis Iſte Omnem Ad Rem Multis Lux Cuique Eſt Aut.*

Ac propterea creſcent hæ variationes
19784 cum alijs ad numerum 19784.

Nec pauciores aliæ ſupererunt, ſi pro dictione *Aut*, extremo Monoſtichi loco ſit dictio *Ad*, in hunc modum,
19785 *Vtilis Iſte Omnem Aut Rem Multis Lux Cuique Eſt Ad.*

Qua-

20457 Quapropter hucuſque omnes 20457. cenſebuntur,

Idem erit nouarum variationum numerus, ſi pro *Ad* ſit in fine *Monoſtichi* dictio *Rem*, in hunc modum,

20458 *Vtilis Iſte Omnem Ad Multis Lux Aut Cuique Eſt Rem.*

21130 Et omnes omnium ſumma erit 21130.

Si autem adhuc poſt dictionem *Rem* ibidem permanentem collocetur dictio *Aut*, in hunc modum.

21131 *Vtilis Iſte Omnem Multis Lux Ad Cuique Rem Eſt Aut.*

Quandoquidem 673. nouæ varietates inde profluent, & vnus omnium numerus erit 21803.

21803

Si denique pro dictione *Aut* vltimum Monoſtichi locum habeat dictio *Ad*, in hunc modum,

21804 *Vtilis Iſte Omnem Lux Multis Aut Cuique Eſt Rem Ad.*

Et fiant hic, prout alibi factum eſt, omnes illæ cæterarum dictionum tranſpoſitiones, ſeu collocationum variationes, rurſus 673. alios variationum modos habebimus, & iſti tandem cum omnibus iam ſuperius adductis omnes

22476 omnino erunt ſaltem 22476.

MVSA II. GRAECA.

☞ DXIII.

Videntur Græci veteres non cognouiſſe Proteos, nullos enim in libris antiquis reperio: at quia illorum lingua omnem cultum admittit, & eſt capax cuiuſcumque ornamenti, Græcè interdum Proteos curioſos conformari: ex quibus vnum aut alterum ſubſcribo.

Fuit D. Ludouicus Bernardus de Quiros, natus Tordelagunæ (Regni Caſtellæ eſt Ciuitas ditiſſima nobiliſſimaque) Parentes nobiles & opulentos habuit: ſed mundum in iuuentute contemnens, ſub D. Benedicti labaro nomen dedit: & in Monaſterio de Spinâ Ordinem Ciſtercienſem profeſſus, etiam tyro clarum dedit futuræ pietatis & eruditionis ſpecimen. Creuit ſapientiâ & gratiâ; & Philoſophicæ Profeſſor doctiſſimos diſcipulos habuit: & tandem Salmanticæ ſacræ Paginæ interpres Primarius, piiſſimè vixit, & ætate & meritis grauis obiit cum opinione ſanctitatis.

Hunc amaui & colui cùm viueret, hunc ſum veneratus poſt mortem: & dum eram Philoſophus, Proteos nonnullos Analexicos ad eius laudem & gloriam compoſui.

PROTEVS I.

ΦΩΣ ΜΟΥΣΩΝ, ΑΡΕΤΗΣ ΟΡΠΗΧ, ΣΥ ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣ.

Et quidem meritò dictus à nobis fuit ΘΩΣ ΜΟΥΣΩΝ, *Muſarum lux*, carmina enim grandi ore cecinit, & calamo perpolito conſcripſit. Meritò dictus fuit ΑΡΕΤΗΣ ΟΡΠΗΧ, *Virtutis germen*: nam à parentibus piis & bonis virtutes iure hæreditario ſuſcepit, quas diſcipulorum cordibus implantauit. Et denique meritò ductus fuit ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣ, *Gloriæ flos*, ſummam enim gloriam & famam etiam in ipſo flore ætatis ab Orbe literario ſuſcepit.

Protei igitur modulos recognoſcamus, & ad quem adſcendat numerus examinemus. Conſidera ſequentes notulas.

```
 1|-|∪ ∪|-|-|-|-||∪ ∪|-|-|
 2          |-|-|-|-|| ΚΥΔΕΟΣ | ΑΝΘΟΣ.
 3          |-|-|-|-|-||
 4|-|-|∪ ∪|-|-|-||
 5          |-|-|-||
 6|-|-|-|∪ ∪|-|-|-||
 7          |-|-|-||
 8|-|-|-|-|∪ ∪|-|-||
 9|-|-|-|-|
10|-|-|-|-|
```

ΚΥ-

11 ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣΙ-Ι--Ι--ΙΑΡΕΤΗΣ ΣΥ
12 Ι- -Ι-Ι- -Ι-
13 Ι-Ι- -Ι- -Ι-Ι
14 Ι--ΙΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣΙ- -Ι-ΙΑΡΕΤΗΣ ΣΥ
15 Ι-Ι- -Ι
16 Ι- -Ι- -ΙΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣΙ-ΙΑΡΕΤΗΣ ΣΥ

Eece habes ob oculos ſedecim differentes Ideas, quas neceſſariò debuimus diuidere in quatuor claſſes, ne numeri confunderentur.

Primò in quâcumque ex illis vóces ΜΟΥΣΩΝ & ΟΡΠΗΧ poterunt loca commutare: ſecundò ΟΡΠΗΣ & ΑΝΘΟΣ: tertiò ΣΥ & ΘΩΣ. Ergo 2. per 2. dant 4: & 4 per 2. dant 8. Dicam igitur ex quâcumque Ideâ octo verſus differentes ſubnaſci expendo primam, tu cæteras ſubintelligere poteris.

1-| ∪ ∪ -|- -|- -|-|- ∪ ∪ |- -|
Phos | *aretes* | *Mouſon* | *orpex* | *sù* | Kudeos | *anthos*
- | ∪ ∪ - *orpex* | *Mouſon* | - | | *anthos*
Sù | ∪ ∪ | *Mauſou* | *orpex* | *phos* |
- ∪ ∪ - | *orpex* | *Mouſon* | *phos* |
Phos | ∪ ∪ -| *Mauſou* | *anthos* | *sù* |- ∪ ∪ | *orpex*
- | ∪ ∪ - | *anthos* | *Mouſon* | - |
Sù | ∪ ∪ - | *Mouſon* | *authos* | *phos* |
- | ∪ ∪ - | *anthos* | *Mouſon* | - |

Volui vti Charactere Latino, nam delectat varietas: & quando tam variè à diuerſis Græcæ literæ proferri ſolent, diſcat Lector quomodo proferantur Salmanticæ. *Alphabetum* enim dicimus, non *Alphauitum*, & Y ſicut ∪ pronunciamus.

Sicut hanc Ideam primam illæsâ ſyllabarum quantitate multiplicaſti, ſic & cæteras poteris habebiſque in vnâ lineâ centum & viginti octo verſus: totidem enim habet Proteus præmiſſus metamorphoſes.

Nota. Vocem ΣΥ, quam eſſe ancipitem Poëtarum illuſtrium teſtimonia pronunciant, nos produximus: & quia apud Græcos Synalœpha monoſyllabas voces non libenter elidit etiam nos ΣΥ ΑΡΕΤΗΣ diximus, & Synalœpham non curauimus.

PROTEVS II.

Ad laudem Doctoris Melliflui.
ΒΕΡΝΑΡΔΟΣ ΚΟΣΜΟΥ ΚΟΥΜΟΣ, ΦΩΣ, ΜΑΡΓΑΡΑ, ΚΗΤΟΣ.
Et ad laudem Doctoris Angelici.
ΘΩΜΑΣ ΦΩΣ ΚΟΥΜΟΥ, ΚΟΣΜΟΣ, ΚΗΡ, ΜΑΡΓΑΡΑ, ΚΗΤΟΣ.

LIBENTER Bernardum & Thomam conjungo, quos vnus ſpiritus & Diuinus Præceptor compoſuit. Fuit alteruter *inſtitutus diuinitùs*: fuit ΘΩΣ *lux*: ΚΟΣΜΟΥ ΚΟΣΜΟΣ, *Mundi ornamentum*; ΚΗΡ, *fors*: ΜΑΡΓΑΡΑ *unionum & gemmarum theſaurus*: nec non ΚΗΤΟΣ *hortus virtutum, & prærogatiuarum*.

DXIV.

QVot autem verſus prior ſubire poteſt metamorphoſes? Si relinquatur vox ΜΑΡΓΑΡΑ in regione quintâ, quatuor priores 24 poſitionibus poterunt combinari: & quia in vltimo loco poteſt vna ex his tribus vocibus ΚΟΣΜΟΥ, ΚΟΣΜΟΣ, & ΚΗΤΟΣ poni, numerus iſte erit triplicandus, vt ſint verſus Heroici 72. At quia præter Heroica, etiam Dactylica & Spondaica conformantur, numerus iſte augebitur. Conſidera ſequentes lineas.

Bernardos Koſmou Koſmos, phos, Ketos margara.
Bernardos Koſmou Koſmos phos, margara *Ketos*.
Bernardos Koſmou phos, margara, *Koſmos, Ketos*.
Bernardos phos, margara, *Koſmou Koſmos, Ketos*.
Coſmou margara, *phos, Bernardos, Koſmos, Ketos*.
Margara, *Bernardos, Koſmou phos, Koſmos, Ketos*.

Vſus ſum Charactere Latino, vt literarum H.Y.OY. & aliarum, in quarum prolatione Itali & Hiſpani differimus.

Hîc habes, Lector amice, ſex differentes formas. Prima eſt Dactylica (hoc eſt, habens dactylum in regione ſextâ:) & quia habet quinque voces ante dactylum; poteſt 120 vicibus transfigurari.

Secunda eſt Heroica: & poſſe 72 vicibus commutari jam vidimus.

Tertia eſt Sponpaica habens dactylum in regione quartâ, & habebit has transfigurationes.

1| |- - -|- -|-| ΜΑΡΓΑΡΑ | - - | - - |
2| |-|- - |
3 | - - |

3| l--l---l-l
4| l-l---l
5| l-l--l---l
6| l---l--l

In iſtis ſex ideis dictiones triſyllabæ, & monoſyllabæ manent immobiles: At quia diſſyllabæ ſunt tres, habebunt ſex combinationes, quæ ductæ in ſex ideas dabunt verſus 36. Huc pertinent etiam iſtæ duæ ideæ.

l-l--l--l ΜΑΡΓΑΡΑ l---l-l
l ΜΑΡΓΑΡΑ l-l--l

quarum quælibet habet ſex modos. Ergo Spondaicum primum habet 48 metamorphoſes.

Quarta linea eſt retrocurſus tertiæ, & ideò etiam 48 modos habet.

Quinta eſt recurſus ſecundæ, & hanc ob rem habet modos 72.

Prima	120
Secunda	72
Tertia	48
Quarta	48
Quinta	72
Sexta	120
ſumma	480

Vltima recurrit primam, & habet combinationes 120.

Hinc patet Proteum hunc Mellifluum in 480. formas mutari poſſe.

MAGNO conſilio hos duos Proteos coniunxi, vt videat curioſus Philomuſus, quantùm augeatur combinationum numerus, ſi vnica vox in duas diuidatur. Attentè contempleris vtrumque: nam illorum diſcrimen in hoc conſiſtit, quod loco vocis ΒΕΡΝΑΡΔΟΣ, quam in priori ſuſpicimus, voces ΘΩΜΑΣ & ΚΗΡ in poſteriori habeamus: nam ſi adhuc vocem ΘΩΜΑΣ in duos monoſyllabas placeret ſubdiuidsre, adhuc magis & magis metamorphoſeon numerus augeretur.

1| l-l--l--l--l-l ΜΑΡΓΑΡΑ l--l
2| l-l--l--l-l--l
3| l-l--l-l--l--l
4| l-l-l--l--l--l
5| l--l-l-l--l--l
6| l--l-l--l
7| l--l-l
8| l--l--l-l-l--l
9| l-l--l-l
10| l--l-l-l

Sunt ideæ 10: in ſingulis voces diſſyllabæ 4. commutantur 24 vicibus: & monoſyllabæ bis 48 per 10. dant 480. Ergo ſeruatâ Carminis Heroici menſurâ tot ſunt huius Protei Angelici combinationes.

Verſus Dactylici habent vocem ΜΑΡΓΑΡΑ in vltimo loco. Et quia præcedunt ſex, quæ poſſunt quoquo modo diſponi habebunt 720. combinationes.

Prima claſſis ſpondaicorum habent vocem ΜΑΡΓΑΡΑ in regione quartâ, & reducitur ad has ideas.

1| l-l-l--l--l ΜΑΡΓΑΡΑ l--l--l
2| l-l--l-l--l
3| l-l--l--l-l
4| l--l-l-l--l
5| l--l-l
6| l--l--l-l-l
7| l--l--l--l ΜΑΡΓΑΡΑ l-l-l--l
8| l-l--l-l
9| l--l-l-l

Sunt nouem; & in ſingulis voces 4. diſſyllabæ 24. vicibus commutantur: & 2. monoſyllabæ bis vnde ſunt in ſingulis ideis 48. modi: ergo duc 48. in 9. & habebis 432. & tot eſſe metamorphoſes huius ſpondaici conclude.

Primus ſpondaicus regrediendo dat ſecundum: Heroicus regrediendo ſpondaicum tertium: & tandem Dactylicus regrediendo dat ſpondaicum quartum: Ergo ſiquidem iam cognoſcitur correſpondentia: omnes verſus ad numerum & ſupputationem reducamus. Sunt enim.

Dactylici	720
Heroici	480
Spondaici I.	432
Spondaici II.	432
Spondaici III.	480
Spondaici IV.	720
ſumma	3264

Habet igitur Proteus Angelicus formas 3, 264: habebat Mellifluus 480. Ergo Angelicus eſt quaſi ſepties numeroſior & maior. Ergo cuiuſcunque vocis diuiſio mirum immodum numerum metamorphoſeon auget, quod fuerat demonſtrandum.

PRO-

PROTEVS III.

Ad laudem Alexandri VII. Pontificis Optimi Maximi.

ΣΤ ΚΤΕΡ, ΝΟΤΣ, ΑΙΣ, ΝΑΤΣ, ΣΕΙΡ, ΛΑΣ, ΠΥΡ, ΦΛΟΣ, ΓΕΛΑ, ΦΩΣ, ΔΡΥΣ.

DXV.

EST admodum Reuerendus D. Carolus de Thomaſio, ſeculus, Palmæ Ducum filius, hæreſque: Reſolutione generoſâ Deo & ſibi viuere deſcolerans, Ducatum reſignauit fratri, & vale dicens Mundo Clericorum Regularium Sanctiſſimæ Religioni ſe adſcripſit, in quâ pietati & Theologiæ ſtudens ſummâ cum laude & omnium ædificatione verſatur. Edidit multos libros pios: multos etiam ſcholaſticos: quos libenter & vtiliter legunt eruditi & aſcetici: & quia Theologieam Arborem [in quâ totum S. Thomam ad compendium eruditum reduxit, & eonclusionum deduxit propagines & genealogias, vt ſciret Lector quo aliæ modo naſcerentur ex alijs] Alexandro VII. Sanctiſſimo D. N. dicatam ad me miſit, Optimo Domino & amico reſpondere ſic, placuit.

EPISTOLA.

SVm in horto, cùm Tuas recipio literas (eximie & cruditiſſime Carole) & quoniam Liber Tuus re & nomine arbos eſt, & in Philoſophiæ vegetatiuæ bibliothecâ arbores (a) vniuerſæ ſunt, libri, has meditari incipio, vt illius prærogatiuas poſſim altiùs & exactiùs cognoſcere. Ecce Arbores. Differunt omnes pulchritudine, ſpecie; imò etiam fructu. Coronant Lauri, coronatnr Granati; & vtræ nobiliores cenſendæ? quæ impertiuntur honores: & ideò Lauri, quoniam redimiunt Imperatorum tempora, ſunt omnium Plantarum Antiſtites, & tempeſtatum tempore priuilegio ſpeciali ab horribili fulminum impotentiâ redemptæ. Exſurgunt inde Populi. Vlmis æmulæ, veſtitæ Ederâ, vitibus exornatæ. Tenui per muros vinculo ſe ſubrigunt fragrantiſſimæ Iaſmeæ, quas muniunt Roſeta denſiſſima, & Plantæ inferioris fortunæ, quæ aliarum celſitudini ſeruiunt à pedibus. Mediam regionem occupant Hiſpaniæ Heſperides, Arbores aureæ, pomis pretioſiſſimis plenæ. His præuentus ideis, Arborem Tuam reſpexi, & in hos numeros genium & ingenium diffudi. Sic dixi: (b)

Carole terreni cõtemptor prouide faſtûs: (bis
Principibus proauis maior qui clauſtra ſuper-
Ædibus atq; auro præfers, has reſpice Plantas

Sanè quot Arborum, tot Librorum ſunt genera. Superbit Vlmus folijs, & cur? quia floribus, quia fructu caret. Et plurimi in Orbe literario libri, infructiferi ſunt, florum expertes, folijs graues, (c) qui vmbrâ ſuâ plantas nobiliores impediunt. O qnoties in illis ſcienrias ſublimes & illuſtres quæſiui, & phantaſmata reperi! O quoties ille liber, qui putabatur Muſarum hortus, Gratiarum campus, Artium ſchola, charitum penetrale, mihi fuit (d.)

Vlmus opaca ingens, quam ſedē ſomnia vulgò
Vana tenere ferunt, folijſq; ſub omnibus hærēt.

Sunt etiam alij Libri, qui ab eloquio laudantur: horum fructus ſunt flores: recreant, non inſtruunt: & dum flore plurimo odoratui adblan-

(a) *Vegetatiua. Bibliotheca. Arbores libri, & libri arbores.* (b) *Philomuſus (nam, vt in editione prima Bauaricale gitur Philomuſus) in ſuis Iuuenilibus Muſis num 45.* (c) *In multis libris vix quidpiam reperire ſolemus præter folia.* (d) *Virgilius in operis Domini ſexto.* (e) *Narciſſi Philoſophici. Hiacynthi Theologi.* (f) *Eccleſiæ Doctores ſunt Arbores. Chriſtus etiam eſt arbos. Bernardus in ſerm. de S. Benedicto. num 8. Dauid. Pſalm. 84. b. S. Benedictus arbos. Bernardus ibid. num 3 Dauid. Pſalm 1. a. Thomas arbor. Veritas de terra orta eſt; & Iuſtitia de cœlo proſpexit.* (g) *Non ſemper commentaria dant lucem. Illis interdum ſunt clariora. aut etiam vtiliora compendia.* (h) *Bernardus vbi ſupra, num. 4.* (i) *Vna* GELA *loco impari eſſe non vult, cæteræ liberè tranſmutantur. Si illa ſecundo ponatur, dabit 39. 916. 800. carmina Spondaica conuerſo: ſi tertio aut quarto totidem, etiam Spondaica. Si quinto totidem dabit Communia: ſi ſexto, totidem Dactylica. Ergo ſi datum numerum 39 916. 80. in 6. ducere placeat, hanc lineam complecti 239. 500 800 hoc eſt, ducentos, & triginta nouem milliones, quingenta millia & octingenta carmina reperietis. Si addatur vox* THVRA *aut alia ſimilis, hæc Heſametra in Pentametra tranſire poterunt & iterum multiplicari.*

diuntur, fructu carent. Ieiunat mens (e) cùm legit Narciſſos Philoſophicos, philautiâ tumidos, ſuperbiâ turgidos; qui vbi perplacent ſibi, Viris eruditis non placent. Sitit doctrinæ fontes in aridis Theologiæ ſcholaſticæ campis, in quibus Hiacynthi ſponte emergunt. Sunt literati hi flores, queruli tamen: quos qui inueniat, ſubdubitet, an legat pueri lachrymas, an minas militis. Et protectò multi hodie ſcriptores ſunt tales; conqueruntur, minantur: nimirùm, quæruntur contra æmulos, cùm compaſſione potiùs, quàm inuidiâ ſint digni: minantur vmbris læſi à nemine, ſunt enim glorioſi, quos Inuidia perſequitur, nec volunt hac gloriâ carere. Periclitantur inter flores primæ tonſuræ calami, & dum ſeminant Roſas, ſpinas & ſcrupulos metunt.

Non è cenſu harum arborum fuerunt Authores (f) qui ſunt Eccleſiæ Atlantes & humeris Olympum ſuſtinent. Non ſpectat ad illas D.Thomas: eſt enim quidam Humanus Angelus, aut Homo Angelicus: in cuius libris folia ornata floribus, & fructibus onerata reperio. Arbos eſt Chriſtus, aſſerente Bernardo, Arbos & S. Benedictus infero: Ergo D. Thomas eſt Arbos. De Chriſto Inſtitutor Mellifluus. *Fortaſſis & ipſe Dominus arbos eſt, & debemus ab eo quoque ramos accipere, quos noſtris pedibus apponamus. Imo non fortaſſe, ſed magis verè arbos eſt ipſe, & planta cæleſtis, ſed in terris plantata: ſicut ſcriptum eſt: Veritas de terra orta eſt, & Iuſtitia de cœlo proſpexit.* Dixerat de S. Benedicto: *Arbor fuit Beatus Benedictus, grandis atque fructifera, tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Et hinc Ego. Thomas fuit Chriſto ſimilis, fuit à Deo benedictus: ergo fuit arbos, & quia eſt Humanus quidam Angelus, & quidam Homo Angelicus, Planta cæleſtis fuit, ſed in terris plantata. In huius Plantæ cultu coincidit & Cœlum & Terra. Legis, & nihil falſum in doctrinâ Angelici Doctoris reperis? Non miror. Ipſe eſt terra Virginea, & veritas de hac terrâ naſcitur. Nihil iniuſtum reperis? Non miror. Ipſe eſt cœlum puriſſimum, & proſpicit Iuſtitia è Cœlo. Sanè ſi Arcis Æthereæ firmamentum eſt hortus, conſtellationes areolæ, roſæ ſydera, & ſtellæ erunt flores: & ſi hortus orbis literarij eſt Olympus, Angelicùs glorioſa hæc malus tot Soles habebit quot literas, tot Lunas quot lineas tot conſtellationes quot folia.

Fuit curæ hæc Arbos aurea (nimirùm D.Thomæ doctrina) Colonis doctiſſimis & expertiſſimis: auxerunt alij folia non fructum: plerumque enim in breui Angelici Doctoris textu, quantum in Commentarijs Illuſtrium Theologorum reperio. At Tu, ingenioſe Carole, contrariam viam ingreſſus, folia diminuis, vt vel ſuccreſcat fructus, vel ſaltem quintæ eſſentiæ fit ſimilis, ad breuius ſpatium redactus.(g)

Vegetatiuum porrò populum Doctor Mellifluus in claſſes & ſeries diſtribuit: inquit enim (h) *ſunt* (Arbores) *quæ fructum non faciunt: ſunt, quæ faciunt, ſed non ſuum: ſunt quæ faciunt ſuum, ſed non in tempore ſuo.* Retineo verba mente, & ad illa periodos ſequentes elimo. Sunt inquam Libri ſteriles, expertes fructûs; qui multis folijs præpediti, grauant Lectorem, non inſtituunt. Sunt, qui fructibus alienis exornantur, vt Vlmus, quam vitis racemis onuſta coronat. Sunt qui fructum edunt ſuum, ſed non tempore ſuo: multi enim Marones, fruſtra, & quidem fruſtra poſt tempora Mecœnatis nati. Et tandem S.Thomas arbor eſt nobiliſſima, quoniam fructum ſuum dedit in tempore ſuo. Et quando, obſecro, tempore ſuo? Reſpondebit,

S. ThoMas D. AngeLICVs
correſpondebit etiam
CaroLVs De ThoMasIo

tunc enim S. Thomas vberrimos fructus producet, cùm fuerit Commentatorem nactus, qui paucis folijs eius doctrinam, quanta eſt, mirabili compendio dilucidet: idque hoc anno currente, nam ſedente ALEXANDRO ſublimes Facultates & ſcientiæ dant fructum in tempore ſuo.

Tibi igitur congratulor Doctor Angelice, quod Arbos Tua, à tam doctâ manu ſit culta: & Tibi Carole, quod ALEXANDRI ſcribas tempore, hoc eſt, ſæculo aureo, æuo felici beatâ ætate; quando querimonia illa vetus, *ſint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones,* ceſſat omninò: nam ALEXANDER eſt omnium ſcientiarum Promotor, & omnium Doctorum Mecœnas. Fœlix eſt tanto Interprete Thomas: felix fauore tanti Mecœnatis Interpres: & Ego fœlix, quod debuerim Thomam, Interpretem, & Mecœnatem celebrare. Breuitatem vberrimam, & tempus & occaſio requirit. Ergo, vt æmulus Tui, multa paucis comprehendam, ſcribo hanc Panegyrim, quam multis folijs nemo exſcribat. (i)

ΣΥ ΚΤΕΡ, ΝΟΥΣ, ΑΙΣ, ΝΑΥΣ: ΣΕΙΡ, ΛΑΣ, ΓΥΡ, ΦΛΟΣ ΓΕΛΑ, ΦΩΣ, ΔΡΥΣ.

Et quidem olim miraculum fuit in nuce Homerus, & hodie miraculum eſt Thomas in folio: miracula illuſtrentur miraculis, hoc eſt, myriadum Heroicarum myriade ad vnicam lineam redactâ. Hoc ergo numeroſo carmine Angelicum Doctorem celebro, quem dilucidas. Hoc Te, qui illum illuſtras. Hoc ALEXANDRVM VII.

VII. cuius patrocinio & fauore reſpirant hodiè literæ, & moribundæ Athenæ ad vitam & gloriam reuocantur. Thomæ Anima in Empyreo, & doctrina in literario cœlo gaudent æternitate; cæteros manet viciſſitudo. Ergò ALEXANDER VII. omnium Scientiarum fautor, & Virorum ſublimes Artes excolentium Mæcœnas, tot annos Orbi & Vrbi viuat, quot vel illi dotes & prærogatiuas Cœlum indidit, vel verſus meus Monaſtica Panegyris complectitur. Et Tu, Carole Eximie, viue Numini, cuius gloriæ deſudas; viue Thomæ, cuius Angelicam doctrinam contrahendo et minuendo propagas; Viue Chriſti Vicario, cui præbes occaſionem, vt ALEXANDER eſſe pergat, et literas honorare et fouere non ceſſet. Sic voueo et ſcribo Romæ apud S. Calixtum Calendas Iunijs anno Salutis M.DC.LVI.

NOTA.

Anno M DC LVII. edidit Quodlibeta Theologica Reuerendiſſimus D. Carolus de Thomaſio, et præmiſit præcedentis Protei diluidationem ſub hac Epigraphâ.

Caramuelis PROTEVS; *in formas* 722, 131, 200: *hoc eſt, in ſeptingentos viginti & duos milliones, centum & triginta & vnum millia, & ducentas variabilis; S. Thomæ Aquinati, Doctori Angelico, Doctori Thaumaturgo dicatus; nec non ab huius libri* (Quodlibetici) *auctore* (D. Carolo de Thomaſio) *expenſus & dilucidatus*.

Addebatur lamina æri inciſa, ſingulas voces figuras appoſitiſſimis exprimens, quæ continebat hunc Hametrum.

ΣΥ, ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ, ΛΙΣ, ΛΥΓΧ, ΠΥΡ,
ΦΛΟΧ, ΦΩΣ, ΔΡΥΣ, ΔΟΡΥ, ΛΑΣ,
ΣΕΙΡ.

Tu mens, bos, leo, lynx: ignisq; & flammula, lumen.
Quercus & haſta, lapis; Sol quoq; clarus eris.

Latinum Diſtichum Proteum Græcum exponit, cuius artificium D. Carolus his verbis notitur et ediſſerit.

ILLVSTRISSIMVS et Reuerendiſſimus D. Ioannes Caramuel, Campanienſis Epiſcopus, noſtri æui Ingeniorum Phœnix, cùm adhuc eſſet puer tantâ facilitate, imò felicitate, iuga Parnaſſi adſcendit, vt niſi forent hic hodie Romæ eius condiſcipuli multi, qui viderunt, et narrant mille vnâ die ab vno Puello carmina, de quacumque materiâ condi poſſe omnem profectò fidem, et admirationem excederet. Incœpit adoleſcens illum librum, qui *Matametrica* inſcribetur, et iam per annos multos auctus lucem ſperat. In eo Lector tantam labyrinthorum varietatem inueniet, vt putet millenos Dædalos è Cretâ euolaſſe in Parnaſſum. Iam ſenex, licèt diu noctuque ſublimioribus Theologiæ ſtudijs impalleſcat, literas humaniores non negligit, ſed quando occaſio poſtulat, latices Caſtalios delibat. Arborem illam meam, folijs, fructu pauperrimam, vberrimamque; quam nuper magno ALEXANDRI VII. nomini conſecraui, aureis ſuis literis ſplendidiſſimè exornauit, quas inter veluti fulgentiſſimus Vnio, aut potius ΕΞΗΚΑΝΤΑΛΙΘΟΣ, *ſexaginta*, aut etiam *mille trahens varios aduerſo Sole colores*, Carmen ſupradictum enituit. Et verè illud multis nominibus Protei nomen illuſtre promeretur, ſeù enim legatur vt iacet, ſeu in formas millenas conuertatur, ſtat, totumque in *D. Thomæ* laudes, et encomia diffunditur; illaſque, et hæc in libri Autoris præſidium, et in Mæcenatis laudem proportione ingenioſâ deriuat. Eius verba repono, vt *Thomæ*, et *Alexandri VII.* communem admiremini imaginem; in dictâ enim Epiſtolâ ſic inquit.

Multa paucis expreſſi; nec dixiſſe ſemel ſatis eſt, iuua vſque morari, *vt altius exponam quæ dixi*, *Miraculoſum Animal Reuelationum ſuarum primo admirabatur Ezechiel: Concurrebant in illud*, Homo, Bos, Leo, Aquila; *à quo Tu* Thoma, *Theologorum inſtitutor Angelici, non multum differre videris. Confluunt* ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ, ΛΙΣ, ΛΥΓΧ. Mens, Bos, Leo, Lynx, *vt tuum genium, & ingenium componant. Seu aſſerta tua robores, ſeu hoſtium poſitiones enerues*. Mens *es purâ & Angelica; nihil enim in tuo labio, vel calamo præter ingenij eximij ſlaniſſas opulentas inuenio*. Bos, *animi diuinis manibus commiſſi ſymbolum, inter aram, & vomerem te exprimit ad vtrumque paratum; quoniam inter vitam paſſiuam, & actiuam poſitus, pro Deo multa perpeſſus; imò multa operatus, et nobis vniuerſis exemplo. Scripſiſti Theologica*, vt Lynx, vt Leo: vt Lynx, *quia diſtinctè ſublimia*; vt Leo, *quia tam neruosè, & generosè ſingula, vt ſpiritus tuus rugitui ſimilis, terreat, imò terat Hæreticos. Contemplabatur diuinam Sapientiam Propheta, & in ecſtaſim raptus venerabunda lingua confirmabat hos verſus*; Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia Iuſtitiæ tuæ. *Et tu Carolo, quia*

ſapientia Angelica Diuina eſt ectypus, conuertit ad D. Thomam oculos, & ait: [Verbum tuum (Inſtitutor Angelice) mihi eſt ΠΥΡ, *eſt* ΦΛΟΞ, *eſt* ΦΩΣ *eſt ignis comburens, & illuminans, quoniam in ſancta Inquiſitionis Conſiſtorio, cui præſides, ignorantes inſtruis, & illuminas; Hæreticoſque pertinaces, qui doceri, & illuminari non patiuntur, comburis. Iuraui ergo, & ſtatui, tueri dogmata Doctrinæ tuæ. Alij rationes quærant, vt ſibi tuas poſitiones perſuadeant; mihi enim ſingulas Christus Dominus ſuaſit, cum dixit:* Bene ſcripſiſti de me Thoma: *Ergo in quocumque opinionum diuortio, vt ſciam vtram debeam amplecti, erit ingenij mei phaſelo periclitanti pharos, illa vox Philoſophica,* ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ. *Thomas hoc dixit.] Et quibus armis, quæſo,* Thomã *propugnabit Thomaſius? Dabit illa excellentiſſima* GHISIÆ *Gentis ſtemma, ipſaque voces vltimæ noſtræ panagyris exponent. Erant illa,* ΔΡΥΡ, ΔΟΡΥ, ΛΑΣ, ΣΕΙΡ. Quercus, Mons, Lapis. Stella: *Ecce Alexander, arbos eſt ſcientiarum floribus, & fructibus virtutum plena.* Ecce *eadem Arbos, eſt* ΔΡΙΣ, ΚΑΙ ΔΟΡΥ Quercus, & Iaculum: *Quercus, vt vmbra fidos protegas: Iaculum, vt proſternas infidos, iuſſa cælitus* Parcere ſubiectis et debellare ſuperbos. *Ecce iterũ eadem Arbos eſt.* ΛΑΣ ΚΑΙ ΣΕΙΡ, Mons, et Stella *quoniam* (ΛΑΣ) *Lapis Senis exciſus ſe multiplicat: vt viros doctos poſſit contra Inuidiæ Hydram, potentia numeroſa protegere, quoniam* ΣΕΙΡ *mundi oculos, & aſtrorum antiſtes; Stella videlicet. noſtri vorticis vnica, quam* Solem *dicimus, excultas proprio marte literas, ad aſtra exaltat, & ſui fauoris maieſtate propugnat.*

Omnia pulchra, et magna, ſed veniamus ad pulcherrima, et maxima, ad mirabiliſſima: nempe combinationes, de quibus Sapientiſſimus Caramuel, hanc ſolam marginalem nutulam ibidem ſtruxit.

Vox ΔΟΡΥ *loco impari eſſe non vult, cætera liberè tranſmutantur. Si illa ſecundo ponatur, dabit* 39.916.800. *carmina* Spondaica *conuerſio i Si quarto, ſexto, aut octauo, totidem etiam Spondaica: ſi decimo totidem dabit communia: ſi duodecimo, totidem Dactylica. Ergo, ſi datum numerum* 39.916.800. *in 6 ducere placeat, hanc lineam complecti* 239.500. 800. *hoc eſt ducentos, & triginta nouem milliones, quingenta millia, & octingenta carmina reperietis. Si addatur vna aut altera vox Pyrrhichia, vt* ΘΥΡΑ, ianua; ΓΕΛΑ, ſplendos; ΓΑΛΑ lac; ΛΥΡΑ lyra; etc. *tranſire poterit in Pentametrum hic verſus & iterum per myriades myriadum multiplicari.*

Doctiſſimè certè, et dilucidè, ſed multi ex ſapientioribus combinatoriæ Arithmeticæ leges minimè callentes, rem non capiunt, et ſolùm Scriptoris authoritati, ſimilibuſque exemplis fidem habent: eſt enim tritum illud P. Bernardi Bauchuſij è Societate Ieſu Beatiſſimæ Virgini dicatum.

Tot tibi ſunt dotes, Virgo, quot ſydera cælo.

Quot verti dicitur 1022. quot in coelo ſunt aſtra ab Aſtronomis enumerata; et doctiſſimus Hippolytus Marraccius, vir vere Marianita, et meus ſatis dulcis in Maria amicus, in ſuâ Bibliothecâ Marianâ ait, in hunc verſum theoremata ſcripſiſſe Erycium Puteanum, verſumque in formas 1022. explicatè vertiſſe, et edidiſſe Antuerpiæ typis Plantinianis in quarto, anno 1617. In Metametricâ ſuâ Caramuel hunc eundem verſum laudat, illoque vtitur vt Proteos, et Vertumnos exponat: nihilominùs notat tria, quæ non debent contemni. Conuertit mentis aciem ad numerum, ad metrum, et ad ſenſum. *Demonſtrat primò*, non omnes huius Carminis metamorphoſes contineri illo numero 1022. quem calamus Puteani expreſſit: nam reperiuntur multò plures, quas vel ille non vidit, vel fortè omiſit numero ſtellarum contentus. *Secundò*, ait illud ipſum Hexametrum poſſe in varia Spondaicorum, aut etiam Pentametrorum genera ingenioſe conuerti. Ideas Spondaicas ſubijcio.

Sydera quot Cælo, tot ſunt tibi Virgo dotes.
Sydera quot Cælo, tibi ſunt tot Virgo dotes.
Tot tibi ſydera quot Cælo, ſunt Virgo dotes.

Primam Spondæi duo, ſecundam tres, tertiam quatuor claudunt. Addo hanc Pentametram.

Tot ſunt
Dotes, quot Cælo ſydera, Virgo tibi.

Ergo, cùm iſtæ ideæ in formas plurimas tranſire poſſint, etiam hinc creſcet earundem metamorphoſeon multitudo. *Tertiò*, ſenſum reſpiciens, Protei formas in duas claſſes diſtribuit: et ſicut laudat, et commendat alteram, alteram reijcit condemnatque. Cum iſtud lemma reſonat.

Tot tibi Virgo, ſunt dotes, quot ſydera Cælo.

Eximias Deiparæ prærogatiuas admirabundus veneratur: at verò, quando vel inuitus ſubaudit.

Sydera tot Cælo, quot Virgo ſunt tibi dotes.

impatienter exclamat,

Sunt Diuæ dotes plures, quàm ſydera Cælo.

Aſſeritque hoc ſuſpirium ipſiſſimum, ſi menſuris communibus accenſeas Dactylicam, et Spondaicam, poſſe quater-millies conuerti: vt non ſolùm Marianæ dotes, ſed etiam noſtri aduerſus eam affectus cæleſtium ſtellarum numeros ſuperent, et excedant.

Pater etiam Ioannes Baptiſta Spadius, è

Præ-

Prædicatorum familiâ ; edidit Diſtichon de Franciſco Barberino Cardinali S. R. E. 1900. formis variabile ; et aliud de Franciſco Principe Eſtenſi 1900. formis item variabile. Et erudiſſimus Leo Alatius in ſuis Apibus Vrbanis addidit hunc Auctorem etiam compoſuiſſe Diſtichon de Beatiſſima Virgine 2200. formis variabile : et duo Carmina Italica de Vrbano VIII. in 22836. verſus commutabilia ; vt pote componentia 5790. Quaternarios. Item et alia eiuſmodi exempla, licèt longè ſatis inferiora ingenti noſtrarum combinationum numero.

Anno MDCLIV. *Ferdinando* IV. Romani Imperij Regi, Auguſtæ electo, et Ratisbonæ coronato apud Montem Serratum applauſit ingenioſa Iuuentus, quæ ibidem Philoſophiæ vacabat Adgratulatio paucis verbis concepta, in varia verſuum genera, et ſummam multitudinem tranſijt : hoc enim Heroicum, et Votiuum Lemma,

Quot Tibi Rex ſacro verſus, tot ſæcula viuas. propter duas illas indifferentes ſyllabas, quæ in voce *ſacro* reperiuntur, transfigurationibus plurimis obnoxium eſt, quarum ſunt ineapacia, quæ halent ſyllabas determinaræ quantitatis.

Tandem D. Petrus Franciſcus Paſſerinus Vir doctiſſimus, et ingenioſiſſimus, Myſticum Monoſtichon Placentiæ edidit *anno à Chriſto DeI fILII è MarIa nato*, quod quia plurimis, placuit, volui hic ſubſcribere.

I O. C A R A M V E L.
Iſte omnem cuiq; ad rem, aut multis vtilis eſt lux.

Habet hic Proteus, vt minimum, 22,476. tranſformationes.

SED quia ille Græcus, cuius cauſâ cæteri ſunt producti, ſe in figuras multò plures conformat, operæ pretium erit, vt exiſtimo, earum omnium originem, et incrementa clariſſimo modo elucidare. Pendet profectò computus à Combinationum numeroſo miraculo ; et ideo vt illum ab oculos ponam, nonnihil priùs de Combinatione, ſummâ tamen breuitate, præfabor. Eſt quidem Combinatio, *rerum plurium inter ſe tranſmutatio* : et ſi ſic loqui liceat, *tranſlocatio*. Et pendet à ſequenti numerorum excurſu, qui ſtatui poteſt loco Regulæ.

Si multiplices	1	*Per I*	*Habebis* 1
	1	Per *II*	2
	2	Per *III*	6
	6	Per *IV*	24
	24	Per *V*	120
	120	*Per VI*	720
	720	*Per VII*	5,040
	5,040	*Per VIII*	40,320
	40,320	*Per IX*	362,880
	362,880	*Per X*	3,628,800
	3,628,800	*Per* XI	39,916,800
	39,916,800	*Per* XII	479;001,600
	479,001,600	Per *XIII*	6,227,020,800
	6,227,020,800	*Per. XIV*	8,778;291,200
	8,778; 291,200	*Per XV*	130,767;436,800

Habet Tabella præcedens tres columnas : media numeros continet, quorum quæritur multiplicatio, et combinatio : hanc exhibet tertia columna : quæ reſcripta in primâ ſe producit, et generat, vt percipis, qui numerorum generationem fluxumque mente quietâ, et attentâ conſideras. Vide P. Athanaſium Kircherum. *Muſurgia lib. 8. pag. 5.*

Porrò regulam præcedentem eſſe legitimam, breuiter ſum demonſtraturus.

Vna res (pura litera A.) non ſubeſt Combinationum numero : non enim niſi vnico modo collocatur.

Duæ res (puta AB) poſſunt combinari duobus modis ; nam poſſumus dicere AB. et BA.

Tres res combinari poſſunt ſex modis. Et vnde id ſcio ? ex Combinatione præcedenti. Nam, ſi præcedens Combinatio dedit

AB BA.

Tertia res, quæ additur (ſit C.) poterit poni in principio, in medio, et in fine : ergo dabit Combinationes ſex. vt conſpicis.

CAB	CBA	*in princ. eſt C.*
ACB	BCA	*in medio eſt C.*
ABC	BAC	*in fine eſt C.*

Quatuor res combinari viginti quatuor modis poſſunt, nam ſi literis ABC addenda fit D, hæc vel poni poterit ante primam, vel inter primam, et ſecundam ; vel inter ſecundam, et tertiam ; vel poſt tertiam. Sumo calamum, et rem ita ſe habere euidenter oſtendo.

DCAB	DCBA	*Ponitur D*
DACB	DBCA	*ante primam :*
DABC	DBAC	
CDAB	CDBA	*Ponitur D inter*
ADCB	BDCA	*primam & ſecun-*
ADBC	BDAC	*dam.*

CADB	CBDA	*Ponitur D. inter*
ACDB	BCDA	*ſecundã tertiamq;*
ABDC	BADC	
CABD	CBAD	*Ponitur D poſt*
ACBD	BCAD	*tertiam:*
ABCD	BACD	

Quinque ergo res ſtando eidem regulæ combinari poterunt 120. modis: quinta enim (ſit E) quinque modis poterit præcedentibus addi (nam vel præmitteretur primæ, vel adderetur vltimæ, vel inter primam, et ſecundam; vel ſecundam, et tertiam; vel tertiam, et quartam interſereretur) et 5. ſi ducant 25. dabunt 120. Res clara eſt, nec exemplo indiget: et quia cæteri numeri eodem modo exoriuntur, non eſt cur vel verbum de Combinatione in ſpecie ſubſcribam. Ergo ad Combinationes carminis præmiſſi veniamus.

ILLVD habet monoſyllabas dictiones vndecim: ergo habebit earumdem vocum 39. 916, 800. combinationes. *Ergo, quia vox Pyrrichia locum imparem renuit, ſi loco ſtatuatur*

Secundo dabit	39; 916, 800.	*Spondaicos.*
Si quarto dabit	39; 916, 800.	*Spondaicos.*
Si ſexto dabit	39; 916, 800.	*Spondaicos.*
Si octauo dabit	39; 916, 800.	*Spondaicos.*
Si decimo dabit	39; 916, 800.	Communes
Si duodecimo	39; 916, 800.	*Dactylicos: qui*

omnes ſimul ſunt 239; 500, 800. hoc eſt, *ducenti & triginta nouem milliones, quingenta millia, & octingenti.*

PROFECTO hunc eundem verſum, ſi vna aut altera vocula Pyrrichia addatur, (quales ſunt ΘΥΡΑ, *ianua*; ΓΕΛΑ, *ſplendor*; ΓΑΛΑ *lac*, ΛΥΡΑ *lyra*, &c.) in Pentametrum tranſire poſſe notauerat idem Caramuel: quo autem modo hæc metamorphoſis debeat fieri, breuiter explicemus.

I. Duæ viæ ſuccurrunt: nam vel additur vnica vox diſſyllaba, & tres auferentur monoſyllabæ: vel adduntur duæ diſſyllabæ, & nulla monoſyllaba tollitur. Primam viam (ſtatim enim ad ſecundam tranſibimus) eruditionis gratia ineamus.

In hoc Proteo Pentametro,

ΣΥΣ, ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ, ΛΙΣ, ΛΥΓΧ, ΔΡΥΣ,
ΔΟΡΥ, ΛΑΣ, ΘΥΡΑ, ΦΩΣ.

ſunt octo voces monoſyllabæ; at erant in Hexametro vndecim, auferendæ igitur tres ſunt ab Hexametro: ſed quæ? quas tu volueris: & quia ex vndecim tres exeſſe iubentur, emergunt multæ combinationes. Nam, ſi primo loco ponas vnam, manebunt 10. quarum aliqua poni poterit ſecundo loco; & poſteà remanebunt nouem, quarum quælibet poſſit locum tertium ſortiri. Ergo, ſi 1. ducatur in 10. dabit 10. &, ſi 10. in 9. dabunt 90. Ergo tot erunt combinationes, quæ, ſi retineant ordinem, ex trium vocum ablatione reſultant.

Vt hæc veritas eluceat euidentiùs, & clariùs, has vndecim literas in teſtimonium, & examen produco.

a b c d e f g h i l m.

Auferamus ab illis omnes ternarios poſſibiles, & inueniemus.

ab c.	*a b d.*	*a b e.*	*a b f.*	*a b g.*	*a b h.*	*a b i.*	*a b l.*	*a b m.*
a c b.	*a c d.*	*a c e.*	*a c f.*	*a c g.*	*a c h.*	*a c i.*	*a c l.*	*a c m.*
a d b.	a d c.	*a d e.*	*a d f.*	*a d g.*	*a d h.*	*a d i.*	*a d l.*	*a d m.*
a e b.	a e c.	a e d.	*a e f.*	*a e g.*	*a e h.*	*a e i.*	*a e l.*	*a e m.*
a f b.	a f c.	a f d.	a f e.	*a f g.*	*a f h.*	*a f i.*	*a f l.*	*a f m.*
a g b.	a g c.	a g d.	a g e.	a g f.	*a g h.*	*a g i.*	*a g l.*	*a g m.*
a h b.	a h c.	a h d.	a h e.	a h f.	a h g.	*a h i.*	*a h l.*	*a h m.*
a i b.	a i c.	a i d.	a i e.	a i f.	a i g.	a i h.	*a i l.*	*a i m.*
a l b.	a l c.	a l d.	a l e.	a l f.	a l g.	a l h.	a l i.	*a l m.*
amb.	amc.	amd.	ame.	amf.	amg.	amh.	ami.	am l.

Ecce, ſi A ponatur loco primo, decem remanent literæ, quæ poſſint collocari ſecundo; nouem, quæ tertio. At in metris nihil deordinatum eſſe debet: ergo ſi ternæ illæ literæ habere ordinem prioris, & poſterioris iubeantur (& cur nan iuberentur) ſicut A ablata primo loco dedit 90. & iam B, aut quæcumque alia litera dabit 90. ſi primis loco auferatur. Ergo omnes ſimul dabunt 990.

Hæ ſunt voculaum, quas auferemus; combinatinnes; modo illas contemplemur, quæ remanent, Sunt octo: ergo ex tabulâ ſuperiùs poſitâ habebunt formas, 40. 320. & quia voces illæ diſſyllabæ poſſunt tranſponi, reſultabunt 80. 640.

Et ha eadem forma	80, 640.
Si ducantur per 9. erunt	725, 760.
Si autem per 90. erunt	7, 257, 600.
Si vero per 900 erunt	62, 576, 000.
Et tandem per 990. erunt	79, 833, 600.

Et

Et quidem 79.833, 600. eſſent transformationes, quas hoc pateretur Pentametrum, ſi in ternarijs omiſſis ordo aliquis obſeruaretur. Sed, ne nimis auari. aut ſuperſtitioſi videamur, etiam omiſſas voces reducentes in computum, ab ordine earum ſuperſedeamus, & quia ſublato omiſſarum dictionum ordines combinationes 90. tranſeunt in 45. (ideo in tábula antecedenti alias rotundo, alias curſiuo charactere diſtinximus, vt præſcindendo ab ordine, 90. formas in 45. tranſire clariſſimè demonſtraretur: quoniam ſi non habeatur ratio ordinis, *abc*, ab *acb*; & *a b d*, ab *a d b*, &c. nullo modo diſtinguitur) alius iniri debet computus.

Forma enim	80,640
Si dicantur per	45
Facto computu	403,200
Iuxta communes regulas	3;225,60
Dabunt metamorphoſes	3;628,800

Et has vt minimum retiuere, et accenſere Protei theſauris permittemur.

INEAMVS igitur ſecundam viam, ſtauiſſas multò ditiores inueniemus. Omnes igitur vndecim monoſyllabas dictiones retineamus, duaſque diſſyllabas interſerentes voce numeroſiore modulemur, dicamuſque.

ΣΥ ΓΑΛΑ ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ
ΛΙΣ,ΛΥΓΧ,ΠΥΡ,ΦΛΟΞ,ΦΩΣ; ΔΡΥΣ,
ΔΟΡΥ,ΛΑΣ,ΘΥΡΑ, ΣΕΙΡ.

Ergo, quia ſunt vndecim monoſyllabæ, vt anteà; 39.916.800. Diſticha reſultabunt. Et quia tres dictiones Pyrrhichiæ ſex vicibus mutari poterunt, habebimus 239.500.800. Diſticha: nempe ſimilia præcedenti, quorum Pentametrum completum ſit, incompletum Hexametrum. Sed quia incompleti verſus ex Poëtarum priuilegio aut licentiâ etiam veniunt in computum, hæc Diſticha dabunt verſus ſimplices 479.001;600. hoc eſt, *ſupra quadringentos & ſeptuaginta nouem milliones, verſus mille, & ſexcentos.* qui additi Heroicorum communium, Spondaicorum, & Dactylicorum verſuum numero, quem paulò antè adduximus, ad maiorem multitudinem venient. Lineas ſubſequentes conſidera. *Transfigurationes, quæ reſultarunt.*

Ex Hexametro, ſunt	239;500,800
Quæ ex Pentametro ſunt	2;628,800
Quæ ex Diſticho ſunt	479;001,600
Ergo omnes ſimul	722;131,200

hoc eſt, *Septingenti, & viginti duo milliones, centum, & triginta vnum millia, & ducenta.*

ET hic nonnullæ poſſunt vtiles excitari Quæſtiones; è multis tamen, quæ occurrunt, has pauculas dilucidabo.

I. *Quanto tempore hæc eadem carmina perlegi poſſent?*
II. *Quanto autem ſcribi?*
III. *Quot libros ſcripta conficerent.*
IV. *Quanta eorumdem librorum eſſe deberet Bibliotheca?*
V. *Quanta ad hæc omnia perficienda requirantur expenſæ?*

Singulas ergo reponamus, illuſtremus, & ea certiſſimis arithmeticæ principijs reſoluamus.

AD QVAESTIONEM PRIMAM,

Quanto hæc carmina tempore perlegi poſſent?

NE ſubrepat aliquis error, oportebit tempus ad menſuras certas, & determinatas reducere. Hora enim ex Aſtronomorum conſenſu minutis 60. componitur: Dies horis 24. Hebdomadas diebus 7. Annus Ægyptius conſtans eſt, et diebus 365. coaleſcit. Iulianus quarto quoque anno bis numerat ſextum ante Calendas Martias diem; Gregorianus, ſicut Iulianus per quadriennia, procedit, ſed in Centenarijs nonnihil alterat, iubet enim primum ſecundum, et tertium biſſextiles non eſſe; at quarto indulget diem intercalarem. Conſidera tabellam ſubſequentem.

Iuxta Calendarium.	*Ægyptium*	*Iulianum*	*Gregorianum*
Annus habet dies	365	365	365
Duo anni	730	730	730
Tres anni	1,095	1,095	1,095
Quatuor anni	1,460	1,460	1,461
Centum anni	36,500	36,525	36,524
Ducenti anni	73,000	73,050	73,048
Trecenti anni	109,500	109,575	109,572
Quadrigenti anni.	146,000	146,100	146,097

Hac doctrinâ præmiſsâ, ſine qua vacillaret reſolutionis certitudo, ad rem veniamus, et his temporum menſuris lectionem horum carminum attemperemus. Poterit aliquis legere

Vno hora minuto	10. *Verſus.*
Ergo hora integra	600. *Verſus.*
Ergo 10. *horis*	6,000. *Verſus.*

Puto diem non habere vltra decem horas quæ labori impendantur: obtunditur enim vel ferreum caput, quando vltra 10. horas ſtudere iubetur. Ergo; quidquid de naturali aut etiam

atti-

artificiali die ſit, ſeruilis vltra horas decem non ſolet prudenter extendi.

Si igitur verſus		722;131, 200.
Diuidantur per		6, 000.
Dabunt die		120,355.
Et adhuc ſupererunt verſus		1,200.
Qui poterunt legi 2. horis		

Sed quod annos iſti dies 120, 355. *conſtiſtuent? Dabit computus?*

ANNI	DIES Stylo Ægyptio	Stylo Iuliano	Stylo Gregoriano
100	36,590	36,525	36,524
200	73,000	73,050	73,048
20	7,300	7,305	7;305
4	1,460	1,461	1,461
1	365	365	365
Summ. 329	120,085	120,167	120,164
erat dies	124,355	120,335	120,135
differentia	270	185	191

Ad legendum igitur hos omnes verſus requirerentur.

Anni ægypty	329.	*dies*	270.	*hor.*	2.
Anni Iuliani	329.	*dies*	188.	*hor.*	2.
Anni Gregoriani	329.	*dies*	191.	*hor.*	2.

Fluit computus, omnes dies æqualis eſſe dignitatis ſupponens. Sed quid, ſi noſter Lector feſtos dies à ferialibus, faſtos à nefaſtis diſtinguat. Sanè in anno quocumque ſunt Dominici dies 52. et præter hos, ſolennes etiam multi, quorum aliqui obligationem, aliqui deuotionem concernunt. Varia eſt apud Gentes diuerſas obſeruantia, et deuotio; et qui vniuerſis ſcribimus, non poterimus generalem regulam ſtatuere. Cæterum ſi veræ ſimilem pro vera ponere permittamur, edicemus, quartam eſſe anni partem, Deo et Cæleſtibus ſacram, et debebimus annos 80. vel plures numeris præcedentibus addere.

AD QVÆSTIONEM SECVNDAM.

Quanto poſſint tempore omnia hæc carmina ſcribi?

CONSTO reſolutioni præcedenti, et ſuppono hominem aſſiduo labore horarum decem ſatis eſſe grauatum, nec vlterius onerari debere: Vna hora poſſe 100. verſus ſcribere hominem ingenioſum ſuppono: aliud enim eſt exſcribere à charta, et aliud eruere ex potentia materiæ: vel, qui plura ſe poſſe crediderit, faciat periculum, et experietur tantas moras, et ſalebras, vt aſſentiri malit, quàm improbabilia præiudicia tueri.

Ex hac hypotheſi ſuboritur reſolutio facillima: nam ſi ſe habet tempus ſcribendi vt 1. ad 10. qui lectionis tempus iam ſcit, ſcriptionis tempus ignorare non poterit. Numeros ſequentes conſidera.

Lectio impenderet dies	120,355. *hor.* 2.
Ergo ſcriptio dies	1,203,552. *hor.* 0.
Qui dant annos Ægypt.	3,297. *dies* 145.
Hoc eſt Iulianos	3,395. *dies* 52.
aut etiam Gregorianos	3,295. *dies* 75.

Quod ſi adhuc feſti et ſolennes dies veniant in computum, et iſti eſſe anni quartam partem dicamus, adhuc addere deberemus annos circiter 824. Sed quia ſolennium dierum numerus definiri non potuit (eſt enim non ſolum in diuerſis prouincijs, ſed interdum in vnâ eâdemque pro deuotione gentis varius) non eſt cur ablatis ſolennibus ſeu feſtis diebus ad computum exactum deueniamus.

AD QVÆSTIONEM TERTIAM.

Quot, & quantos libros hæc eadem carmina, ſi ſemel ſcribantur conficiant?

CHARTÆ ſcapus (qui *Reſima* Italicè dicitur continet) manus ſeu libros 20. Manus continet folia 25. Scapus 500.

Exſcriptores Romani, qui in officinis (quas *Copiſterias* vocamus vulgò) merent, nolunt plures, quam 25. lineas in pagina, et 100. in toto folio ſcribere.

Ergo verſus	722;131.200.
Scribent folijs chartæ	7;221,312.
Hoc eſt, ſcapis duplicibus	7,221. *fol.* 512.
Seu ſcapis ſimplicibus	14,142. *fol.* 312.

Si agamus de libris compingendis, aio eſſe intractabilia volumina nimis craſſa; igitur, quia charta eſt bona (cur enim in malâ deberent hæ pulchræ matamorphoſes ſcribi?) ſic iubeamus compingi, vt centena folia in ſingulos libros diſtribuat, debebit compingere volumina, 72. 213.

AD QVÆSTIONEM QVARTAM.

Quantam hæc eadem Carmina, ſi compingantur, Bibliothecam requirant?

VARIÆ ſunt in Geodeſiâ menſuræ; communiores, et hodie mihi neceſſariæ ſunt, Digitus, Palmus, Pes: qui ſeruant proportionem quadruplam: Pes enim continet 4. Palmos, et Palmus 4. Digitos: vnde et Pes continebit

nebit 16. digitos. Vide Ioannem Alſtedium *Encyclopaedia tom. 2. lib. 14. part. 2. cap. 12 pag. 273.*

Progredior. Centena folia bonæ Chartæ occupant binos digitos.

Ergo folia	7, 221, 313.
Dabunt digitos duplices	72, 213. *&c.*
adeoque ſimplices	144, 426.
Hoc eſt palmos	36, 106. *&c.*
Aut etiam pedes	9, 026. *&c.*

Hos libros diſtribuamus per pluteos: qui ſi vincenos capiant, erunt 3. 610. et ſinguli (conſiderata videlicet craſſitudine aſſerum quibus vel ipſi conformantur, vel illi compinguntur) habebunt 48. digitos in longitudine, hoc eſt 3. pedes.

Porrò, ſi in octo ordines à ſummo ad infimum diſponas pluteos, quicumque ordine pluteos 450, vindicabit; quam obrem, ſi ex vno tantum latere ponantur libri (talis fuit, vt ſæpius audiui, Louanij pulchra, & celebris Erycij Puteani Bibliotheca: in qua aliud latus libris, aliud ſeruiebat feneſtris, menſiſque) eſſet hæc aula longa pedibus 1350. Cæterum, ſi ex vtroque latere libris exornari deberet, poſſet ſic conformari, vt eſſet 30, lata pedibus, longa 675. haberetque figuram parallelogrammam, & latera breuia portis, longa pluteis ornaret.

Hæc dixerim, feneſtras ſupra pluteos ipſos aperiendas eſſe ſupponens; nam, ſi iſtæ coordinarentur inter illos, hæc aula deberet excreſcere; & quarta, aut ſaltem quinta parte eſſe longior.

AD QVESTIONEM QVINTAM.

Quanta ad hæc omnia expenſa veniant?

INGREDIVNTVR in computum Charta, Scriptura, Ligatura, Plutei, & ædificium Bibliothecæ, Debemus ergo agere in ſpecie de ſingulis, & primo de charta differamus.

SVNT in varijs prouincijs chartæ communis varia pretia: & etiam, hic Romæ ſemper varia, viam ergo ingrediamur communem; & iuxta medium pretium, quod vocant reſolfamus.

Erant ſcapi (ſeu reſimæ)	14. 442.
Venditur Scapus 2. ſcutis	
Ergo omnes ſcapi ſimul	28. 884.

AMANVENSES Romani, vt ſcribant, ſingula folia ſingulos carlinos (ſeu baiocchos 7½) requirunt. Ergo pro folijs quaternis ternos iulios, Debemus ergo diuidere numerum foliorum per 4. & pro ſingulis quaternionibus dare 3. Iulios.

Erant folia	7. 221. 312.
Ergo quaterniones	1. 805. 328
Ergo dandi eſſent Iulij	4. 415. 984.
Aut ſcuta Romana	541. 598. 4/10

VT volumen aliquod compingatur decenter, Bibliopagus extorquet 4. Iulios.

Ergo compactura voluminum	72, 213.
Aſcendet ad Iulios	288, 852.
Hoc eſt ad ſcuta Romana	28. 885. 2/10

MANET aliquid, quod nondum venerat in computum? Plutei. Sed quanto pretio ſtabunt? Si illos emblematis exornare velimus, exceſſiuo: at ſi ex bonâ materiâ decenti labore & induſtriâ dedolentur, & Faber denos Iulios recipiat, venient ad pretium tolerabile. Lineas ſubſequentes conſidera.

Erant plutei	3, 610.
Stabunt ergo Iulijs	36, 100.
Ergo Scutis Romanis	3, 610.

PRO Bibliothecâ verò 675. long. 30. lat. & 30. altitudine conſtructa, Valerius Pogius noſtri Ordinis laicus architectus expertiſſimus, & erudiτiſſimus, ſequentem calculum à ſe ſtudioſe elaboratum mihi tradidit.

Muri fundamentales (*vulgò* Stereobate) *ex lapidibus ordinarijs importaut ſcuta*	3, 011, 40
Parietes domeſtici, ſeu ſupra terram ex lateribus, (*vulgò* tauolozzi.)	4, 228.
Parietes fornicis ex lapidibus orinarijs.	1, 519. 20.
Opus arenatum (*vulgò* colla ſub fornice.)	182-20.
Opus arenatum ſuper parietes domeſticos.	182-05.
Pauimentum nobile (ΑΙΘΡΟΣΤΡΩΤΟΣ.)	728-95.
Tectum ordinarium ſuper fornicem.	1, 968.
Catena ferrea ob fornicem viginti dua.	550.
Feneſtræ 44. ex lapidibus (*vulgò* trauittini)	450.
Vitrea feneſtra totidem.	352.
Porta dua ex lapidibus (*vulgò* trauertini)	160.
Valua nucea pro dictis portis.	240.
Opus albarium (*vulgò* imbiancatura) *compactura pluteorum octo ordinum, aliaque minuta erunt.*	400
	13. 948.

NVnc ergo ſingulorum expenſas breuiter colligamus.

Expenderentur pro charta ſcuta	28, 884.
Pro ſcriptura, vt minimum	541, 598.
Pro compactura	28, 885.
Pro pluteis.	3, 610.
Pro ipſamet aula ædificanda	13, 948. 20.
Ergo omnium ſumma	216, 925.

ERgo, ſi tot requirantur expenſæ, tot ſæcula, tot libri, tot loci, tot plutei, tam vaſta & pretioſa Bibliotheca, vt hæc Gemma pulcherrima, vt hic nobiliſſimus Vnio materialem extenſionem adquirat: quanti valoris erit obſecro ſpiritualis illa idea, quæ vno inſtanti, vnico in loco, vnicâ in lineâ omnes hos carminum theſauros conficit, & conſiderat? Reſpondet Plautus.

Bene ingenio me me ornatum quam auro multo mauolo.

Auro in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum?

Bonum ergo quam beatum (id eſt, *fortunatum*) *me eſſe dici mauolo.*

Et hæc (quæ etiam ex Caramuelis Bibliothecâ, ac doctrinâ non mediocriter hauſi) viris curioſis pro ingenij tanti hominis libamento, & ad D.*Thomæ* Summique Pontificis *Alexandri* VII. (quos Carmen dilucidat) gloriam ſcripſi.

NOTA.

DXVI.

EXcellentissimvs D.D. Dux de Cremau, Princeps de Ecchenberg &c. Orator Extraordinarius Ferdinandi III. Imperatoris ad Vrbanum VIII. ingreſſus eſt ſumma pompa & ſolennitate Romam die 7. Nouemb.1638. hora 21. Hunc magnificum, introitum edidit Romæ & Cardinali Sabaudo Germaniæ Protectori dicauit ann.1638. Anonymus quidam ſcriptor. Inde hæc ego.

Recenſet duodecim fuiſſe Imperatores Auſtriacos: & coronam mulieris in apocalypſis habuiſſe Stellas duodecim, Deſcribitur poſteà omnes militum & famulorum manipulos, veſtes, arma,&c. quæ omnia,quia diuitias & Ducis potentiam extollunt, expendo: volo enim vti,non auro veſtium, non curruum & equorum argento, non militum armatorum calybe, ſed ingenioſis eorum plumis,qui vel pinxerunt hieroglyphica, vel inſcriptiones conformarunt.

Summa igitur Cæſareus Orator pompâ & ſolennitate peruenit ad Ducis de Ceri palatium (ibi erat excipiendus) & legit: In medio.

I. *Perennibus æquè factis ac nominibus ſemper Auguſta in immoto catholicæ fidei patrocinio ſemetipſam alte fundauit Auſtriaca Domus, cui quot bella tot fuere triumphi.*

II. Hinc in latere dextero.

Fœcunda Cæſarum, fœcunda Regum parens Auſtriaca Domus Imperium terris animos æquauit Olympo.

Inde in ſiniſtro.

III. *Innumeris auctam triumphis Selis vtraque domus Auſtriacam non capit domum.*

Addebantur aliæ inſcriptiones, quæ nec carent conceptu, nec debent omitti. Subſcribo aliquas.

IV. *Nunquam digniori.*

V. *Sua Virtus euexit.*

VI. *Ni adero, nulla erit.*

VII. *Æterna eſt gloria facti.*

VIII. *Quiſque ſua fata.*

IX - ∪ ∪ *-gemini compreſſa licentia Monſtri.*

Adſcriptum erat Aquilæ candidæ ſuper volanti.

X. *Solis Iubar vnica perfert.*

Rotæ aureæ.

XI. *Semper circum acta ſecunde.*

Coronæ aureæ.

XII. *Virtuti debita merces.*

Quinque Roſis purpureis.

XIII. *Vrbis & Orbis amor.*

Tribus Coruis coronatis.

XIV. *Sapientia redimiuit.*

Anchoræ aureæ.

XV. *Sacrum cuique perfugium.*

Tiberi coronato arundinibus,

XVI. - ∪ ∪ - ∪ *mihi veteres redduntur honores.*

Danubio lauro coronato.

XVII. *Imperium ſine fine mihi.*

Pingebatur Pomum Perſicum cum vnico folio, & quia illud videtur cordi eſſe ſimile, hoc linguæ, ornabatur hoc lemmate,

XVIII. *Cordis & oris.*

Aderat & Ciconia ſerpentem roſtro diſcerpens, dicenſque.

XIX. ---*Hoſtemque, doloſque.*

HAs Inſcriptiones recognoſco, & quia ex primâ natus fuit Proteus ſextus, quem ſuperiùs expendimus; examinemus breuiter, An aliquid ex cæteris oriatur, quod ad ornatum Metametricæ noſtræ conducat?

Anti-Protevs.

DXVII.

HOc nomine inſignire placet Carmina illa, quæ nullam admittunt vocum commutationem. Sanè Proteum illum,

Quot

Quot ſunt bella Tibi, tot fers Gens magna triumphos.

Quem 5760. vicibus variari oſtendimus, Ecchenbergij Principis introitus triumphalis exhibuit. Sed quia Inſcriptiones illæ magnæ erant eruditionis plenæ, ad ſecundum conuerto oculos, & applaudo.

Sanè Auſtriaca Domus fœcundiſſima eſt: & hæc editatio iure multa regna connexuit, quæ poſteà etiam gladio tutatur: vnde exſtat illud Monoſtichum.

Bella gerant alij, tu fœlix Auſtria nube.

Ex quo deducitur alias familias igne et gladio populos ſubegiſſe, et ſubactos armis et violentiâ tueri: at Auſtriacam jure hæreditario per legitima matrimonia ad præſentem majeſtatem veniſſe, quâ.

Imperium terris, animos æquauit Olympo.

Vnicam ſolam formam hic verſus habet. Vel dictiones altera, & te metrum corrupiſſe videbis. Ex tertiâ deduxi hunc Anti-Proteum.

Gentibus innumeris dominabitur aucta triumphis.

Et quidem illud *innumeris* triumphis et gentibus poteſt competere: ſunt enim innumeri triumphi quos Gens duxit Auſtriaca, et innumeræ Gentes, quibus imperat et dominatur.

Inſcripta ſeptima præbet occaſionem et numeros, vt hoc inuariabile Carmen pangamus.

Euehit Auſtriacos æterni gloria facti.

Et quidem multa ſunt Auſtriacorum heroica et egregia facinora, ob quæ ſunt famæ et nominis, nec non imperij Æternitatem conſequuti: vt non immeritò illud Cæſarum Lemma [A.E.I.O V.] à curioſis exponatur, *Auſtria erit in orbe vltima*. At inter omnes virtutum ſublimium operationes, æternam gloriam peperit illa Religioſa deuotio, vi cujus Rudolphus pauperi Sacerdoti ad ruſticum ferenti Viaticum, equum conceſſit, à pedibus et fræno ſeruiuit; et præluxit omnibus, vt quantâ reuerentiâ Chriſtus, quantâ ejus Miniſtri ſint habendi noſcamus. Lauri, coronæ, diuitiæ, gloriæ, quibus Auſtriaca Gens condecoratur, hujus actionis religioſæ ſunt præmium.

Eſt hæreſis, *Monſtrum immane, informe, ingens, cui lumen ademptum*: et duæ ſunt, quæ Germaniam affligunt; Lutherana ſcilicet et Caluiniana; contra duplex monſtrum Domus Auſtriaca pugnare debuit. At tandem fuit.

Imperio gemini compreſſa licentia Monſtri.

Nobiſque indulgeat Deus, vt ſicut hoc metrum eſt inuariabile, ſic ſemper inuariabilis ſit Auſtriacæ Gentis gloria, et Hæreticorum oppreſſio.

Ex Inſcriptione XI. deducitur hic Anti-Proteus.

Aurora Auſtriadum ſemper circumacta ſecundè.

Si loco vocis *Aurora* collocetur *Fortuna*, ſenſus carminis erit manifeſtior, & grandior; at illud non erit immutabile, poſſet enim quis dicere,

Circum acta Auſtriadum ſemper Fortuna ſecundè.

Et quidem Aurora quædam eſt Auſtriacæ Gentis Gloria, nam ſicut illa à ſole Æthereo naſcitur, ſic & hæc à ſole Iuſtitiæ, qui Auſtriacæ Gentes Religionem & deuotionem nobiliſſimis ſplendoribus condecorauit.

Duodecima patit hoc lemma, quod etiam immutabile eſt.

Alma corona tuæ vir tui debita merces.

Poſt magnas clades Tiberis, poſt caſus & occaſus varios, gloriatur ſe immutabilitate donatum, & immutabili carmine exclamat,

Tandem aliquando mihi veteres redduntur honores.

& Auſtriaca Domus æternitate gloriæ & potentia ſuffulta, reſpondet.

Imperium ſine fine mihi dedit altus Olympus.

Habes igitur (Amice lector) Antiproteos, quos laudes iniiteriſque: nam, ſicut in Proteo multitudo transfigurationum commendatur, ſic immutabilitas conſtantiaque Anti-Proteo. Et hæc de hoc argumento adduxiſſe ſit ſatis.

PLACET *hunc Tractatum claudere D. Petri Franciſci Paſſerini nomine, & ingenio: illud enim toti eſt Europa notum, & hoc venerabitur ſera poſteritas actis æternitatis.*

H 2 D.Pe-

D. Petri Franciſci Paſſerini &c.

PROTEVS CHRISTIANVS.

Cryptographus, & Griphologus.

Ex Tractatione

1 Ieremian. 2 Cæſarea, 3 Auguſt. 4 Romana, 5 Trithemian. 6 Diaulica.
*1NDC,IGZT2TZDXRQ3OPT, OKG4V*IIXXIXX*V*IXXXI,5I*AEKAIBEA*6I*MS*IS:
1 Ieremian. 2 Cæſarea, 3 Auguſt. 4 Romana, 5. Trithemian. 6 Diaulica.
*1DKC, ITG2TZDPTZMG3OPOGKV?*4XIIIXXIX*V*,5I*BE*ICIGI*BEA*6LI*NTLVV*.

Lux, præ qua Sol nox, nix ſit pix, lex mea-mi ſis:
Vox, per quam quid non ſit? ni te, mens mea nil vult.

☞ DXVIII.

Viro Clariſſimo Angelico Aproſio Intemelienſi, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini SS. Theologiæ Profeſſori; Acad. Incoguito Geniali &c.

V. CL.

PROTEVM *Proteo vt debeo, ſic dedico, verè Angelicè Aproſi. Sapricius ille Sapricij Oldauras Scioppius, Maſottus, & Carolus Galiſtoni, Scipio Glareanus, & Parageſius ipſe, quos Ioan. Franc. Lauredanus,*
Littoris Adriaei Siren, & noſtri Tullius æui,
Tibi familiariſſimos appellauit, Te tot Auctorum Auctorem, Sapientiſſimum Proteum demonſtrans. Proteus autem meus tot protinus tranſit in effigies, vt, ſi totidem viuas, & valeas in annos,
Omnibus elapſis fias annoſior annis.
Plac. Id. Ian. MDCL.

Addictis. Ser.
Petrus Franciſcus Paſſerinus.

Multiplex in Proteo moris & oris mutabilitas explicatur.

TRIA in Proteo noſtro animaduertenda ſunt: Literarum Criptographia, ſyllarum Proſodia, & Verborum Griphologia; quæ omnia tam multiplicem pariut obſcuritatem, vt quemadmodum nil mutabilius, ita nil Proteo inexplicabilius videatur.

PROTEI
Cryptographia explicatur.

CRYPTOGRAPHIAE quam Latinè occultam ſcriptionem appellamus, modos omnes ad tria quaſi ſumma omnium genera reduxit Hugo, *de prima ſcribendi origine cap.* 16. nimirùm 1. ad Literas, planè fallentes aſpectum. 2. ad Literas aliarum Literarum loco poſitas. 3. ad Notas de quibus omnibus fusè, ac eruditè agit Io. Baptiſta Porta Neapolit. *De furtiuis Notis*, & ſelectiſſimè Puteanus *Epiſt. ad Plouſſerium. De Cryptographia.* Protei noſtri clandeſtina ſcriptio ad ſecundum omninò Cryptographiæ genus referri debet, cùm Literarum characteres nec inuiſibiles ſint, nec per notas; ſed per tranſpoſitionem ſcripti: quam ſcribendi formam Varro *lib.* xv. *Etymolog.* TRACTATIONEM vocat; non ARCTATIONEM, vt malè quidam legunt, quod diligenter adnotauit Turnebus *lib.* 24. *Aduer. c.* 29. Cùm autem Tractationis, ſeu per literarum Tranſpoſitionem, Translationem, Tranſportationem, ac Metatheſim ſcriptionis ſpecies fere infinitæ ſint, adeò vt Trithemius *Polygraphiæ ſuæ lib.* 5. ex vno Latinarum Literarum Alphabeto paulo minùs, quàm quatuordecim millia per Literarum metatheſim effici poſſe demonſtret, eas Tractationis formas, quibus in Proteo vſi ſumus, ſingillatim indicauimus, ne Delio, vt aiunt, Natato-

tatore ad rem dininandam opus eſſe conclamaretur, quas breuiter hic ſingulas exponemus.

Ieremiana Tractatio quid ſit docet Hieron. *Commentar. in cap.* 25. *Ieremiæ*, qui apud Hæbræos literas ita tranſponi ſolitas affirmat, vt prima loco vltimæ, ſecunda loco penultimæ, atque ita deinceps ponerentur, videlicet Aleph pro Tau, Beth pro Schin, &c. Sic ab Ieremia ſcriptum fuiſſe cenſet *Seſach* pro *Babel*, ne Rex in captiuos Iſraëlitas irritaretur. Si ergo eadem Literarum tranſpoſitio in noſtro fiat Alphabeto N, erit loco L, D loco V, & C loco X; vndè NDC erit LVX. præterea I erit loco P, G loco R, Z loco A, & T loco E: vndè I GZT ex tractatione Ieremiana erit PRÆ.

Cæſarea tractatio ex Dione *lib.* 39. eſt, cùm primarum Literarum loco quarta quæque ſuccedens ſcribitur, exempli cauſa, D pro A, E pro B, F pro C, &c. qua ſcribendi ratione vſum C. Cæſarem teſtantur Suetonius, Gellius, & Probus Grammat. qui de occultà Literarum ſignificatione à C. Ceſare ſcriptarum Commentarium perſcripſit. quare ex Cæſarea tractatione T. erit Q, Z erit V, D erit A, & TZD erit QVA. præterea X erit S, R erit O, O erit L, & XRO erit SOL.

Auguſta tractatio, quâ Auguſtus Imperator vtebatur, fit, ſi pro vnaquaque litera ſuccedentem ponamus, hoc eſt, pro A ponatur B, C pro B, D pro C, &c. pro X. autem duplex AA. ita Sueton. *in Auguſt. c.* 88. Vndè nobis O erit N, P erit O, Y erit X, & OPY erit NOX. præterea O erit N. K erit I, Y erit X, & OKY erit NIX.

Romana tractatio eſt, cùm Literas numerales eum numerum notantes, quem ex Alphabeti ſerie conficiunt, loco literarnm ipſarum ſcribimus, i. I. pro A, II. pro B, III. pro C, IV. pro D. v. pro E, & ita deinceps, cùm enim Hebræi, inquit Bibliander, numeris vtantur loco Literarum, quod etiam Græci ipſi facere conſueuerunt, cur Romani præſtare id nequeant VI. ergo erit F, IX. erit I. XIX. erit T, & VI. IXXIX. erit FIT. præterea XV. erit P, IX. erit I, XXI. erit X, & XV. IXXXI. erit PIX.

Trithemiana tractatio ab ipſo Trithemio *in Explanatione libri 6. Polygraph.* affertur, quam ad Hebræorum & Græcorum imitationem effinxit, & à ſe primum inuentam teſtatur, tale autem eſt illius Alphabetum.

A valet idem, quod I. B 2. C 3. D 4. E 5. & 6. F 7. G 8. H 9. I 10. IA 11. IB 12. IC 13. ID. 14. IE. 15. I & 16. IF 17. IG 18. IH 19. K 20. L 30. M 40. N 50. O 60. P 70. Q 80. R 90. &c. Hinc apud nos IA erit 11. hoc eſt L, E erit 5. hoc eſt, item E, KA erit 21. hoc eſt, X, & IA E KA erit LEX. præterea IB erit 12. hoc eſt M, E erit 5. hoc eſt item E, A erit I. hoc eſt, item A, & IBEA erit MEA.

Diaulica tractatio fit retrogradiendo, & verba inuertendo: *Curſorum* ſiquidem *pars*, ait Budæus *in Pandect. ex Leg.* Athletas, *Diaulodromi dicti, cùm ad metam peruenerant, flectentes eò rurſus recurrebant, vnde curſum inierant. Diaulus enim dicitur huiuſmodi circumactus curriculi, i. curriculum duplum.* Verbis autem planè inuerſis ad occultationem ſcribi ſolitum narrat Iſidorus, certè Griphologi ſic ſæpè ludunt; vnde bellè dicitur.

MVTNEGRA cum MVRVA faciunt rectiſſima curna.

Ideſt *ARGENTVM*, & *AVRVM*, hæc duo nomina retrolegendo more diauli. Si ergo Diaulico recurſu legamus duo illa poſtrema primi verſus verbula IM, & SIS, fient MI, & SIS. Immo verſus ipſi integri, ſingulis retrocurrentibus literis, modò eundem, modò diuerſum ſenſum reddentes fieri ſolent, qui Retrogradi nuncupantur, & aliquando etiam vocum ſerie ipſiſſimi Reciproci ſunt, vt ille eſt.

Anna tenet mappam madidam mappam tenet Anna.

Diſtichon ergo è Protei Cryptographia natum hoc ipſum eſt.

Lux præ qua Sol nox, nix ſit pix, lex mea mi ſis.
Vox, per quam quid non ſit? ni te mens mea nil vult.

PROTEI

PROSODIA EXPLICATVR.

ERVTO è multis Cryptographiæ modis Diſticho, videndum reſtat, quoties vterque Diſtichi verſus, ſeruata ſemper Hexametri carminis ratione, atque iiſdemmet ipſis verbis non pluribus, nec paucioribus, nec immutatis, varias Protei more indnere poſſit effigies: &, vt rem paucis expediam, vterque Protei noſtri verſus 39. 916. 800. modis, dactylo ſemper quin-

quinto in loco pro more remanente, variari poteſt.

Quòd ſi ex ſolis Spondeis Spondaicus verſus fiat, quod, nonnunquam ab Ennio præſtitum non ignoramus, & Græcius multò frequentiùs eſt, quàm Latinis, quale eſt illud,

Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.

dummodo monoſyllaba eliſionem non admittentia ſeligantur, verſus ille 479. 001. 600. modis ſemper inuicem diſtinctis replicari poterit, cuiuſmodi noſtrum hoc eſt, quod Diſticho iam allato reſpondet.

Si vis me, da mi te: cor rem vult, cuiſedate.

Quamobrem, qui alterutrum Diſtichi noſtri verſum iuxtà eos omnes modos, quibus variari poteſt, exactè perſcriberet, vnicus verſus non in vnum, ſed in 2892. volumina exoreſceſceret, quorum vnumquodque omnia Virgilij opera exæquaret; qui verò reſpondentem Diſticho verſum, quoties diuersè replicari poteſt, exarare poſſet 34710. volumina ſuperioribus æqualia conficeret, quæ ſola ſatis amplam exigerent bibliothecam.

Cùm tamen eadem Protei noſtri verba non eundem ſemper ſenſum apertè ſeruent, quem ante tam multiplicem variationem habebant, alius adhuc verſus artificij gratia excogitari poteſt, cui eadem carminis forma, eadem verba, atque idem omninò ſenſus ſemper inhæreat, qualem noſtrum hunc ex puris Monoſyllabis, & Trigrammatis voculis conflatum vides.

Lux, nox, nix, pix, mel fel, nos, vos, res, cui par nil.

quem quidem ſi Hexametrum cum dactylo in quinta ſede volueris, nomen illud *cui* dyſſillabum ibidem retine, poteris; ſin autem Spondaicum, ſtatim *cui* monoſyllabum factum, quamcunque malueris, ſedem occupabit.

Senſus autem verſus huius duplex eſſe poteſt, primò, ſi propriam vocum illarum ſignificationem intueamur, & ſenſus erit huiuſmodi, *Lux & cætera omnia ſunt quid ſimile, & par nihilo*, ex nihilo enim omnia facta ſunt, & in nihilum à Deo mox redigi poſſunt, quò etiam natura ſua vergunt, ac proindè rebus omnibus creatis nihil nihilo ſimilius inuenitur, nam ſeu ſint quodammodo incorporea, vt *lux*, et *nox*, ſeu corporea, vt *nix*, et *pix*, ſeu inanima, vt *mel*, et *fel*, ſeu animata, et rationis etiam capacia, vt *nos*, et *vos*, omnia ex ſe nil ſunt, vudè *nil*, et iſta omnia *par* ſunt, Secundò, ſi vocum earundem non propriam ſignificationem; ſed characteres, eorumque numerum inſpiciamus, et ſenſus erit *Lux, & cætera voces illæ, & nil ipſum ſunt quid æquale, & par*. Cùm enim voces illæ omnes monoſyllabæ ſint, et tribus ſingulæ conſtent elementis; eæ omnes inter ſe pa es, et æquales ſunt, et vnaquæque illarum vnicuique par eſt literarum numero, ac proinde tam *lux*, quam *nox*, etc. ſunt res quædam, cui *nil* eſt æquales, quia tam *nil*, quas *res*, et reliquæ omnes verſus voces trium, vt diximus, literarum ſunt, quo modo tritum illud explicari debet ænigma, quod prima facie tantoperè torquet Arithmericos.

Ter tria ſunt ſeptem, ſeptem ſex, ſex quoque tres ſunt.

voces enim illæ *ter tria* verè ſeptem literæ ſunt et ſic de reliquis.

Quare vltimus ille noſter verſus, ſiue vocum ſignificationem, ſiue literarum numerum inſpicias, ſiue cum interrogatione, ſiue ſine illa proferas, ſiue Hexametrum Dactylicum, ſiue Spondaicum velis, quomodolibet voces omnes tranſponas, ſemper vterque ſenſus vbique conſtabit, et vera erunt omnia.

Immò, quia verſus verè non ſolùm ob multiplices verborum collocationes, & ſenſuum diuerſitates, vt vidimus, ſed etiam ob diuerſas literarum ipſarum in ſingulis iiſdemque verbis tranſpoſitiones variari poteſt, adeò vt idem quidem verſus, idem ſenſus, eadem verba, eædemque omnino eorundem verborum literæ; ſed non idem literarum ordo in verbis ipſis inde remaneat: idcirco verſus adhuc alius omnium artificioſiſſimus confici poteſt, qui non modo monoſyllabis conſtet, vt variabilior euadat, et triliteris, vt artificior fiat; verùm etiam retrogradis, ſeu recurrentibus dictionibus vt in vua, eademque monoſyllaba, et triliterа voce literæ ipſæ quoque eædemque inter ſe mutuo mutentur, et multipliciter iterum abſque vlla vel verſus, vel ſenſus, vel verborum ipſorum mutatione, quod ad ipſorum integrorum collocationem ſpectat, vel mixtione, cùm literæ vnius verbi cum literis aliorum verborum nullo modo commutentur, vel commiſceantur, tran ſponi queant, quod nos ipſi denuo in hoc verſu Hebraicis, et Latinis aliquor huiuſmodi monoſyllabis, triliteris, et retrogradis conſtante, vt ſatis difficulter ita ſatis, opinor, euidenter expreſſimus.

Vau, ter tres Mem, ſex Nun Sus; Tot, Gog, cui Non Sis? in quo illæ eædem omnes, quas in ſuperioribus animaduertimus, ſenſuum, ac verborum varietates toties iterum multiplicari poterunt quoties huiuſce verſus voces monoſyllabæ, triliteræ, et retrogradæ, ſeu Diaulicæ, et retrocurrentes, quæ octo ſunt, nimirum Vaù, Mem, Nun, et Gog. Hebræa, Sus, Tot, Non, et Sis

et Si, Latina, vel ſeorſim ſingula, vel coniunctim plura, vel etiam ſimul omnia inuerti, et variari poſſunt. Quamobrem, cum verſus ille ſuperius allatus.

Lux, nox, nix, pix, mel, fel, nos, vos, res, cui par nil 47900160 modis, vt diximus, replicetur, Hebraicolatinus iſte nouus ex octo retrogradis monoſyllabis compoſitus 44547156360 modis variabitur. Senſus autem huiuſce verſus meridiana luce clarior apparebit, ſi in primis animaduertatur ex Bellarmino *Hebraic. Inſtit. part.* 1. *c.* 1. Hebræorum literas numerorum notas eſſe, ac proinde per Vau 6, per Mem 40, & per Num 50 ſignificari; quare ſi ſemel Vau, nouies Mem, & ſexies Nun accipiantur, fiet numerus *666*, qui eſt numerus nominis Beſtiæ, vt *Apocal.* 13. habetur prætereà per Gog intelligi Antichiſtum, ſeu Beſtiam, ſic enim Pintus 38. *Ezechielis caput* interpretatur. *Antichriſtus*, inquit *Appellatur Gog; populus autem, qui eum ſecuturus eſt, Magog; nam in ſacris literis, & ſanctorum doctorum libris Gog, & Magog Antichriſtum, eiuſque membra deſignant*. Denique Antichriſtum à nobis Suem appellari, quod ſuis inſtar omnibus gulæ, & libidinis vitijs infamis futurus ſit.

Verſus ergo tandem apertiſſimum hunc eſſe ſenſum quis non videat? *Vau* i.6. nouem *Mem*, i.360, & ſex *Nun*, i.300, ſunt *Sus*: quis enim ignoret, ò *Gog*, te eſſe numerum illum, & te ex tot conſtare, quot ſunt numeri literarum, quos iam diximus?

Et ne mirum hoc, aut etiam falſum alicui videatur, variationis huius originem, ac incrementum quàm breuiſſimè ſubdam, quæ me Mauritius de Curtis Parmenſis Auguſtiniani Ordinis decus, & Mathematicarum Doctrinarum Eruditiſſimus, æque ac Acutiſſimus Doctor perhumaniter docuit in hæc verba.

Vt modi ſemper omnes, quibus quaſcumque propoſitas res inter ſe variari contingat, innoteſcant, hac eſto Regula. Numeri omnes iuxta ſeriem naturalem præcedentes per propoſitum rerum numerum viciſſim multiplicentur; Vltimus verò multiplex eueniens numerus multiplicetur per propoſitum eundem numerum. Nam, qui inde procreabitur, multiplex numerus; propoſitarum rerum varietates, quæ fieri poſſint, indicabit.

Sint propoſitæ res numero 4. Inuicem multiplicentur 3.2 & 1. numeri ſcilicet omnes iuxta ſeriem naturalem numerum 4. præcedentes; Multiplex verò vltimus eueniens numerus 6. multiplicetur per eundem propoſitum numerum 4. Nam, qui inde procreabitur, multiplex numerus; docebit res 4 ſubire poſſe 24. varietates.

Porrò aſſignatam Regulam confirmat hic diſcurſus. Plurium rerum in linea recta diſpoſitarum eouſque variabilis erit ordo quouſque nouo Tranſpoſitionis modo poterunt eadem res inter ſe diuerſificari. Omnis autem poſſibilis Tranſpoſitio oritur.

Si duæ tantùm res ſint, vt A. B, ex præceſſione, vt ſi A præcedat B. quod vnico modo eſſe poteſt, ſic b. A

Si tres verò res ſint, vt A. B. C, non ſolùm ex præceſſione, A. ad B. C, quod dupliciter euenire poteſt ſic A. b c A. c b. & ex ſubſequutione, A. eiuſdem ad B. C, quod dupliciter eſſe poteſt ſic c b A b c A. ſed etiam ex mediatione, A, inter B, & C. tanquam extrema, quod dupliciter adhuc euenire poteſt ſic b. A. c. c. A. b.

Si quatuor denique res ſint, oritur poſſibilis Tranſpoſitio inter A. B. C. D. ex quinque capitibus.

Primò ex præceſſione, A. ad alias tres literas, quod quidem ſex modis euenit ſic A. *b c d* A. *c d b*

A. *d b c* A. *b d c*
A. *d c b* A. *c b d*

*Secundò ex ſubſequutione. A. ad alias tres literas, quod ſex modis euenit ſic d c b.*A *d b c.*A

*c d b.*A *c b d.* A
b c d. A *b d c.* A

Tertiò ex interpoſitione, A. inter, B. tanquam vnum extremum, & inter, C, D. tanquam alterum extremum, quod quadrupliciter euenit ſic b. A. *cd dc* A. *b*

b. A. *dc* *cd.* A. *b.*

Quartò ex interpoſitione A. inter, C. tanquam vnum extremum, & inter, B, D. tanquam alterum extremum quod quadrupliciter euenit ſic c. A. *d b. b d.* A. *c*

c. A. *d b.* *b d.* A. *c*

Quintò ex interpoſitione A. inter, D. tanquam vnum extremum, & inter, B, C, tanquam alterum extremum, quod quadrupliciter euenit ſic d. A. *b c c b.* A. *d*

d. A. *c b* *b c* A. *d.*

Igitur, ſi duabus literis, A, B. addita tertia litera, C. cùm duæ tantùm eſſent poſſibiles varietates, ſex poſteà reperiuntur variabilitatis modi: & tribus literis prædictis adiecta quarta litera, C. creſcunt varietates poſſibiles vſque ad viginti quatuor; Certum eſt: Si numerus poſſibilium varietatum inter aliquot res multiplicabitur per numerum rerum, quæ vna re excedant priores res, procreatum iri multiplicem numerum indicatiuum varietatum omnium, quibus ſubiacere poſſunt res poſteriores. Nam 6. qui indicat ſex poſſibiles varietates Inter A, B, C, eſt numerus multiplex procreatus ex, 2. multiplicatis per 3.

Et 24.

Et 24. qui oſtendit, varietates poſſibiles inter A, B, C, D. eſt numerus multiplex procreatus ex 6. multiplicatis per, 4.

Quis igitur non concedat, ſi in vno Carmine adſint vndecim voces variabiles, illas poſſe tranſponi 399 16800 vicibus (quandoquidem hic idem numerus eſt multiplex numerus procreatus ex facta multiplicatione 3628800 numeri vltimi multiplicis producti, & conſequentis ad multiplicationes factas per omnes inuicem numeros præcedentes 11. iuxta naturalem ſeriem, ſcilicet 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. & 1. per numerum 11. propoſitum.

Quòd ſi in eodem Carmine vnica adhuc tantùm vox variabilis addatur (mirum dictu) erit Carmen illud verſatile tot vicibus, quot accuſat hic numerus 47900. 1600: Hic *enim numerus eſt præcisè procreatus ex ſupradicto num. 399 16800 multiplicato per 12.*

Sed vix credenda loquor. Si hæc poſtremò adijcienda vox ſit fortè conuertibiliter proferibilis ita, vt tam retrogradè, quam rectè pronunciata eundem reddat ſonum, & ſenſum, quales ſunt, Non, Sus, *&c. tunc quoniam huiuſmodi vox erit potens inducere variationem non ſolùm in ordine ad alias vndecim præexiſtentes voces ratione tranſpoſitionis; ſed etiam in ordine ad ſe ipſam ratione inuerſionis literarum, quibus definitur; Numerus poſſibilium excreſcentium varietatum erit aſſumendus in dupla proportione; atque adeò pro numero 439; 084, 800 ſufficiendus erit numerus 878, 169, 600, qui ſupputatus cum numero poſſibilium variationum iam reperturum in vndecim vocibus excreſcet in numerum 918; 086, 400.*

At verò, ſi ex duodecim vocibus duæ ſint conuertibiles; numerus addendus varietatibus poſſibilibus inter decem voces propter duas voces ratione tranſpoſitionis poſſibiles; erit ratione vertibilitatis quadruplicandus. Quare pro numero 475; 372, 800. aſſumendus erit numerus 1, 901; 491, 200. qui numeratus cum 3; 628, 800. numero accuſante tranſpoſitiones poſſibiles inter decem voces ampliatur vſque ad 1, 905; 120, 000.

Sed, quanam amplificatio proueniret, ſi tres exiſterent voces retrouertibiles? Hoc auſim dicere: ſi octo reperiantur voces prædictam inuerſionem admittentes, numerum poſſibilium varietatum non futurum minorem 44, 547; 156, 360. numero tam ingenti, vt vix Italia tota poſſit in ſua ſuperficie tot grana tritici capere, etiam ſi tota eius latitudo triticeis granis contegeretur.

Neque id mirum eueniet animaduertenti pro iſtis octo vocibus, quas vertibiles ſupponimus iuxtà. canonem à me traditum in mei Promptaurij Mathematici tom. 3. lib. 5. *de multiplici Arithmeticæ progreſſionis vſu, (ad quem lectorem remittò) nonaginta tribus vicibus repetendum eſſe hunc numerum 479; 001, 680. & denique adijciendum 120.*

PROTEI

GRIPHOLOGIA EXPLICATVR.

PROTEVM hunc noſtrum gripholognm, ſeu ænigmaticè loquentem diximus, quia licèt Chriſtum alloquatur (quem propterea *Chriſtianum* quoque nuncupauimus, ſicuti Bauhuſius, & Puteanus Proteum illum ſuum ad B.V. 1022. modis variatum,

Tot tibi ſunt dotes Virgo quot ſidera cælo,

Parthenium appellarunt (Chriſtum tamen ſymbolicè quodammodò deſcribit, vt ænigmata loqui videatur. *Lux* ergo dicitur Chriſtus, quia ipſe dixit Ego *ſum lux mundi.*

Præ qua ſol ſit nox nam *Stellæ ſunt mundæ in conſpectu eius.*

Vox, per quam quid non ſit? etenim *Vox domini in Virtute, Vox domini in magnificentia,* Verbum illud eſt, per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil.

Si vis me da mi te: cor rem vult, cui ſe dat.

Chriſti reſponſum Chriſtiano datum iure, ac merito tam multis modis, quod ad ſolam earundem dictionum tranſpoſitionem attinet, variari poteſt, vt pluribus, meo quidem iudicio, nullus alius variari queat, quò infinitam Chriſti Sapientiam hic etiam admiremus.

CARAMVELIS

In Proteum præcedentem

NOTÆ.

DXIX.

HVCVSQVE Clariſſimus & Eximius Dominus D. Petrus Franciſcus Paſſerinus. Interim, quia aliqua nimis breuiter tangit, paulò vberiùs eadem reponere neceſſarium eſt.

§. *Cry-*

§.*Cryptographia*.

KΡΥΠΤΟΓΡΑΦΙΑ, Græca dictio eſt: à voce ΚΡΥΠΤΟΣ, quæ eſt *occultus*; et ΓΡΑΦΙΑ, quæ eſt *ſcriptio*, deducta; vnde ΚΡΥΠΤΟΓΡΑΦΙΑ nihil aliud eſt, quàm *occulta ſcriptura*.

An-ne illud Trithemij dictum: videlicet; *ex vno Latinarum Alphabeto paulò minus, quàm* 14, 000. *per literarum metatheſim effici poſſe*; verum eſt.

Reſpondeo videri Trithemium, aut artem combinatoriam ignoraſſe, aut computum non inſtituiſſe: nam, ſi Abecedarij literæ dicantur eſſe 22 (hunc nurunt admittunt Recentiores qui K Latinarum literarum cenſui non adſcribunt) erunt metatheſes ſeu combinationes ex Abecedarij literis reſultantes,

1, 124; 000, 727, 777, 607; 680, 000.

Si admittatur litera K, quod cum multis §.*Romana*. Facit D.Paſſerinus, erunt literæ 23. quarum tranſpoſitiones dabunt numerum,

25, 852; 016, 738: 884, 976; 640, 000.

Et tandem, ſi Vv (V duplex Germanorum) recipiatur, erunt literæ 24; quot etiam ſunt, quæ Græcum Alphabetum conſtituunt; quarum conuerſiones & combinationes ſunt,

620, 448; 401, 733: 239, 439; 360, 000.

Qui numeri, numerum 14, 000. quem dat Trithemius, & Oceanus totus aquæ guttam excedunt.

Vide P.Athanaſium Kircherum *Muſurgia tom.2. libr.7. pag.5.* & meam Anarithmicam: nempe, inter Quæſtiones ſecundarias illam, quæ inſcribitur, *Transformationes Alphabeti*.

§.*Ieremiana*.

HOdie Iudæis in ſuis libris impreſſis, vbi contra משיח Meſiam delirant, illum non nominant, ſed eius nomen ſubintelligunt relinquendo ſpaciolum ſic. (   ) nolunt enim irritare Chriſtianos. Olim pruden tiori conſilio Ieremias, noluit nominare בבל *Babel*, ſed eius loco poſuit ששך, vtens Alephbetho אתבש *Atbbas*, quod ſequentes lineæ repræſentant.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל

Cujus Cryptographici Alephbethi hic eſt vſus.

In literis conſideranda veniunt duo, figura & valor. Si *prima igitur linea dat figuras, ſecunda dabit valorem & poteſtatem; & è contra*.

Occultum hunc ſcribendi modum Latini poterimus imitari, ſi Abecedarium ſimili ratione diſponamus. Lineas ſubſequentes conſidera.

A B C D E F G H I L M
Z Y X V T S R Q P O N
Ana.

Omittitur litera K, cujus apud Latinos nullus eſt vſus. *Si prima linea det figuras, ſecunda dabit valorem & contrà*. Res eſt libera, & D.Paſſerinus literam K admiſit, & ſic ſuum Abecedarium diſpoſuit.

A B C D E F G H I K L M
Z Y X V T S R Q P O N M

Et juxta hanc clauim, ſi ſcribas *Nec* legam *Lux*; ſi ſcribas *Igzt*, legam *Kra*.

§.*Cæſarea*.

CAjus Cæſar hoc Abecedario vtebatur.
Figura A B C D E F G H I K L
Poteſtas, X Y Z *a b c d e f g h*
M N O P Q R S T V X Y Z.
i K *l m n o p q r ſ t u*.

Literæ capitales dant figuram, & curſiuæ minores valorem. Et ex hac claui *Tza* erit *Qua*; & *Xro* erit *Sol*.

§.*Auguſta*.

OCtauianus Auguſtus, vt ſecretè ſcriberet, hunc Abecedarium cogitauit.
Figura. A B C D E F G H I K L
Poteſtas. Z *a b c d e f g h i* K
M N O P Q R S T V X Y Z.
l m n o p q r ſ t u x y.

Ergo *Opy* erit *Nox*, & *OKy* erit *Nix*.

§.*Romana*.

NVmeris pro literis frequenter vtebantur Romani, quos etiamnum multi curioſi imitantur. Eorum erat hic Abecedarius.
Figura. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
Poteſtas. *a b c d e f g h i* K
11. 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
l m n o p q r ſ t u x y z

Ergo, 6, 9, 19. erit *Fit*; & 15, 9, 21. erit *Pix*.

Hæc Clauis duas imperfectiones habet; nam à K ſingulis literis bini characteres correſpondent: & inter ſingulos numeros eſt neceſſarium aliquod comma ſcribere: nam niſi diuidantur ciphræ, quis Ædipus ſciet in voce 15921. legi debere Pix, & non *Aeiba*? Interim qualiſcumque ea ſit, videtur hodie communis, & multis Principibus chara. Anno MDVL in Palatinatu militiæ Princeps hoc Abecedario vtebantur.
Figura. 10 21 11 22 12 23 13 24 14 25 15
Poteſtas. *a b c d e f g h i l m*
26 16 27 17 28 18 29 19 30 20 31
n o p q r ſ t u x y z

Singulis literis correſpondebant ciphræ binæ, & ideò commata inter numeros non erant neceſſaria. Et ſcribente Capitaneo. 261626 2410211216 18192527241928 2720281419 15. le-

gebat Comes de Rebolledo, totius prouinciæ Gubernator, *Non habeo ſulphur pyrium*.

§. *Trithemiana*.

MIllenas Claues Polygraphia Trithemij exhibet, millenas Steganographia, ex quibus hanc præcipuè ſeligit D.Paſſerinus.

Figura. 1 2 3 4 5 & 6 7 8 9 10 20
Poteſtas. *A b c d e f g h i K*
30 40 50 60 70 80 90 100 200 300 400 500 600.
l m n o p q r ſ t u x y z

Iuxta hanc clauim *Ib* erit 12. & 40, 5.1. *Mea*

Sed vnde *Ibea* erit idem ac *Mea*? ex Romanæ & Trithemianæ clauis commixtione: nam ex Trithemio 1 eſt 10. & 2, *b*: ſimul-que *Ib*, 12. At numerus 12. ſecundum clauim Romanam dabit *M*.

§. *Diaulica*.

LIcèt de Rettogradis ſuperiùs librum integrum legeris, placet in gratiam D.Paſſerini aliqua breuiter adnotare.

Recurſus fit vel per literas, vel per ſyllabas, vel per dictiones [adde per hemiſtichia, et per verſus integros: ſed quia hi recurſus minùs communes ſunt, alios ediſſeramus.]

Per literas fit intra terminos linguæ Latinæ, vt cùm *Roma* tranſit in *Amor*, vtraque enim vox Latina eſt: extra hujus linguæ terminos, vt cùm *Aurum* tranſit in *Murua*: nam *Murua* vox Latina non eſt, adeoque aut nihil omninò ſignificat, aut ad aliam linguam ſpectat.

Per ſyllabas tranſit *Roma* in *Maro*, ſic *Carus* vertitur in *Ruſca*: et hæc vox in linguâ Italicâ ſonat *furfur*; et eſt nomen doctiſſimi Vocabularij, quod hodie manibus vniuerſorũ teritur. Intra Hiſpaniæ linguæ limites *Dotor* tranſit in *Tordo*; et quàm hodie multi in Europâ, qui Doctores dicuntur, et Turdi ſunt: garriunt, quæ non intelligunt; et Doctores haberentur et eſſent, ſi vt minimùm tacere ſcirent.

Per dictiones recurrunt frequenter et fæliciter carmina: vt

Magorum ſermo crudelem torquet Herodem.
Herodem torquet crudelem ſermo Magorum.

Inter recurſus nobiliſſimus eſt ΑΥΤΟΔΡΟΜΟΣ, quando, ſiue hinc, ſiue inde legatur, eſt idem: nempe, per literas, vt *ſinis, ſiſis, ſolos*, etc. per ſyllabas, vt *Tenete, Terite, Tegite*, etc. per dictiones, vt

Ite in certamen Iuuenes, certamen in-ite.

ſanè hic D.Paſſerini verſus,

Anna tenet mappam madidam, mappam tenet Anna.

qui eſt ΑΥΤΟΔΡΟΜΑΙΤΟΣ, et componitur ex dictionibus ſimiliter ΑΥΤΟΔΡΟΜΕΙ ΑΙΣ. Eſt valde rarus; et cui multos ſimiles in linguâ Latinâ non dederis.

§. *Erato*.

COmputus exactiſſimus eſt; vndecim enim res 39; 916, 800. vicibus mutari poſſunt: et gaudeo D.Paſſerinum ita etiam in Mathematicis excellere, vt in tam difficili ſupputatione ne in vnâ vnitate aberrauerit. Diſcant cæteri Theologici et Iuriſperiti, à quibus hodie Matheſis negligitur aut contemnitur, numeros colere, à quorum exactâ cognitione vniuerſa dependent.

§. *Quod ſi*.

SI formemus Dactylica, ita vt vox illa diſſyllaba vltimum ſemper locum teneat, prodibunt totidem carmina; videlicet, 39; 916, 800.

Si verſus ſpondaicus ex meris monoſyllabis fiat, ita vt nulla ſit ſynalœpha poſſibilis, habebit 12 dictiones, et formas 471. 001. 600. Ergo et iſta D.Paſſerini ſupputatio eſt exacta.

Verſus ille ſpondaicus

Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.

conſtat ex ſex dictionibus, et in formas 720 verti poteſt.

§. *Cùm tamen*.

CVm vertuntur et inuertuntur verſus ſæpe ſenſus mutatur; ſed, ſi adſit veritas, ita vt mutatio ſensûs non reddat propoſitionem falſam, non caret elegantiâ alteratio. Conſidera verſus ſequentem.

Honor del campo ſoys Fenix.

qui non ſine gratiâ ſenſum cum formâ mutat: puta ſi dixeris,

Campo del honor ſoys Fenix.
Campo ſoys honor del Fenix.
Honor ſoys campo del Fenix.
Honor ſoys Fenix del campo. etc.

Aliquando ipſamet combinationum varietas, non ſolùm diuerſum, ſed etiam aduerſum ſenſum parit; vt

Marte ſoys, y no Therſites.
Therſites ſoys, y no Marte.
No ſoys Therſites y Marte. etc.

et tunc multa veniunt conſideranda, quæ omnia euites, ſi D.Paſſerini inſiſtendo veſtigijs, talem conformes Proteum, qui eumdem aut ſimilem ſemper ſenſum exhibeat.

§. *Senſus autem*.

VOces interdum ſumuntur formaliter, pro re ſignificatâ: interdum materialiter, pro ſyl-

ſyllabis et literis, quibus formantur. Vtraque acceptio eſt notiſſima et communiſſima, et pulchrè à D.Paſſerino ediſſeritur.

Pulchrum eſt illud Gallorum Pronunciatum, *Sante non eſt pas ſante: maladie eſt ſante.* quod in ſenſu formali exorbitat, in materiali verum eſt; formaliter enim eſt, *Sanitas non eſt profectò ſanitas* mala-dies(peſtis)eſt ſanitas. at verò materialiter, eſt, *Vox* ſante *non eſt ſine (caret) litera* T: *vox* Maladie *eſt ſine (caret) litera* T.

Hiuc Poëtæ aſſerenti Diſtichum Elegiacum habere vndecim pedes; obijci ſolet hoc.

Mille boues currunt, vitulorum millia ſeptem.
Muſ.a ſuper cornu quolibet vna ſedet.

quod habet 128, 011. pedes: nam

Boues 1000. habent pedes	4,000
Vituli 7000 habent pedes	28,000
Boues et vituli habent cornua	000
16,000. quæ ducta per 6. dant	96,000
muſca enim habet 6. pedes.	000
Adde pedes metricos	11
Erit igitur ſumma	128,011

§. *Immò*.

TRigrammata ΑΥΤΟΔΡΟΜΑΙΑ in linguâ Latina ſunt pauca, et ideò ad Hebræam linguam recurrit D. Paſſerinus; ſiquis intra Latinæ linguæ terminos duodecim voces, quales ſunt *Sis, Sus, Non* inuenerit, poterit pulcherrimum Proteum componere.

§. *Vt modi.*

DE hac materiâ ſuperiùs egimus. Sunt modi computandi varij: hic, quem ex P. Mauritio de Curtis D. Paſſerinus proponit, et bonus et facilis eſt. Diximus illum verſum

Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.

habere formas 720. An has det Regula D. Paſſerini periclitemur.

1	*per*	2	*ſunt*	2
2	*per*	3	*ſunt*	6
6	*per*	4	*ſunt*	24
24	*per*	5	*ſunt*	120
120	*per*	6	*ſunt*	720

Bene ergo diſcurrit D. Paſſerinus.

§. *Proteum*.

ILle P. Bahuſij verſus, quem Erycius Puteanus dilucidat, videlicet

Tot tibi ſunt dotes Virgo, quot ſydera cælo.

formas 1022. habere dicitur, ſed multò plures habet: eſt in illo ſcopulus vitandus, qui plurimas formas condemnat. Sed quis ſcopulus? iſte

Quot tibi ſunt dotes Virgo, tot ſydera cælo.

Nam Stellarum numerus paruus eſt, cum dotibus Marianis Collatus. Omnes ergo verſus, qui ſenſum huius vltimi reddant, ſunt reijciendi, et ſic numerus minuitur. ita vt formis 1022 debuerit eſſe Author contentus.

Ex ijſdem vocibus, quibus conformatus fuit hic Hexameter, potuit Pentameter, vt

———— Dotes
Quot cælo, tot ſunt ſydera Virgo tibi
———— Tot ſunt
Dotes, quot cælo ſydera, Virgo tibi.

Potuit et Sapphicus, vt

– ∪ tot dotes tibi Virgo ſunt, quot
ſydera cælo.

Sed de hoc vberiùs ſuprà.

SYLVA.

VOCVM MONOSYLLABARVM.

UT Proteos numeroſiſſimos, quales dedimus, conſtruas, monoſyllabis vocibus indiges. Habeo Syluas ditiſſimas, Latinas, Græcas, Belgicas, Germanicas, &c. ſed, quia noſtri Typographi characteres Germanicos & Belgicos omnino non habent; & Græcos pauciſſimos habent; Latinam tantummodo adiungam.

Ex octo Orationis partibus Verba valde ſunt neceſſaria, vt conſtructio formetur. Interim hæc tantùm paucula in Linguâ Latinâ reperio.

Do.	*Ie donne.*	Ick gheef.
Flo.	*Ie ſouffle.*	Ick blaes.
No.	*Ie nage.*	Ick ſvvem.
Sto.	*Ie ſuis debout.*	Ick Staen.
Sum.	*Ie ſuis.*	Ick ben.

Ex alijs Orationis partibus ditiorem Theſaurum reperio: illum ſubiicio'. Occurrent ſemper in ſingulis lineis tres dictiones, prima eſt Latina, ſecunda Gallica, & Tertia Belgica.

Ana.

A

AB. Abs. *De* Van.
Ac. *Et* Ende.
Ad. *A* Tot.
Æs. *Cuiure.* Coper.
Ah. *Ach.* Ach.
An. *Aduerbium interrogantis.*
Ars, *Art.* Conſt.
Arx. *Chaſteau.* Borch.
As. *Liure.* Pont.
Aſt. *Mais.* Maer.
At. *Mais.* Maer.
Au. *Interiectio conſternati animi.*
Aut. *Ou.* Oft.

B

BIs. *Deux fois.* Tvveemael.
Bos. *Bœuf.* Os.

C

CAlx. *Chaud.* Kalck.
Cis. *Deza.* Op dees ſijde.
Clym. *En cachette.* Heymelick.
Cor. *Coeur.* Hert.
Cos. *Queue.* Vveetſteen.
Cras. *Demain.* Morghen.
Cruſ. *Iambe.* Been.
Crux. *Croix.* Cruys.
Cum. *Auec.* Me.
Cum. *Auec.* Met.
Cur. *Pourquoy.* Vvaerom.

D

DE. *De.* Van.
Dos. *Doſt.* HouuelicKe gifft.
Dux. *Duc.* Leydtſman.

E

E. *De.* Vyt.
En. *Voicy.* Siet hier.
Et. *Et.* Ende.
Ex. *De.* Vyt.

F

FOex. *Lie.* Ghiſt.
Falx. *Faux.* SicKel.
Fas. *Licite.* Toeghelaten.
Fax. *Fallot.* Forts.
Fel. *Fiel.* Gal.
Flos. *Fleur.* Bloem.
Fons. *Fontaine.* Born.
Frons. *Feuille.* Blat.
Fronſ. *Front.* Stirn.
Fur. *Larron.* Dief.

G

GIt. *Genus* ſeminis.
Glanſ. *Gland.* EecKel.
Gloſ. *ſeur de mon mari.* Mijns mans ſuſter.
Grex. *Troupeau de beſtes.* Kud.
Grus. *Grue.* Craen.

H

HA. *A.* A.
Hac. *Par ci.* Lanex hier.
Heu. *Helas.* Eylas.
Heus. *He.* Hau.
Hic, Hæc, Hoc, Hunc, Hanc, Hi, Hæ, Hos, Has, His.
Hinc. *D'ici.* Hier aſ.
Huc. *Ici.* Hervvaert.
Hyems. *Hyuer.* Vvinter.

I

IAm. *Ia.* Nu.
Id. *Cela.* Dat.
In. *En.* In.
Iſ. *Ea.* Id.
Ius. *Ius.* Sop.
Ius. *Droict.* Recht.

L

LAc. *Laict.* MelcK.
Lanx. *Baſſin.* Schael.
Lar. *Fouyer.* Heerdt.
Lauſ. *Los.* Lof.
Lex. *Loix.* Vvet.
Lis. *Noiſe.* Tvviſt.
Lux. *Lumiere.* Licht.

M

ME. pronom. in acc. & abl.
Mel. *Miel.* Honich.
Mens. *ſens.* Sin.
Merx. *Marchandiſe.* Vvaer.
Mons. *Montaigne.* Berch.
Mors. *Mort.* Doot.
Mox. *Tantoſt.* Terſtont.
Mus. *Souris.* Muys.

N

NÆ. *Certainement.* VvarlicK.
Nam. *Car.* Vvant.
Ne. *Non.* Niet.
Nil. *Rein.* Niet.
Nix. *Neige.* Sneeu.
Non. *Non.* Neen.
Nos. *Nous.* Vvy.
Nox. *Nuict.* Nacht.
Num. *Aduerb.*
Nunc. *Maintenant.* Nu.
Nux. *Noix.* Neut.

O

O. O. *Interiectio.*
Ob. *Pour.* Om.
Oh. *Interiectio dolentis.*
Os. *Bouche.* Mont.
Os. *Os.* Been.

P

PAr. *Paire.* Paer.
Pax. *Paix.* Paeys.
Per. *Par.* Door.

Pos.

Pes. *Peid.* Voet.
Phy. *Interiectio olfacientis.*
Pix. *Peix.* Pec.
Plebs. *Penple.* Ghemeinte.
Plus. *Plus.* Meer.
Pons. *Pont.* Brug.
Poſt. *Depuis.* Nae.
Præ. *Deuant.* Voor.
Pro. *Pour.* Voor.
Proh. *Interiectio dolentis.*
Pulſ. *Papin.* Pap.
Puſ. *Boué.* Etter.

Q

QVis, Qui, Quæ, Quod, Quid.
Quin. *Que ne.* Dat niet.
Quot. *Combien.* Hoe veel.
Quum. *Quand.* Als.

R

REs. *Choſe.* DincK.
Ros. *Reſee.* Dau.
Rus. *Les champs.* Velt.

S

SAl. *Sel.* ſaut.
Sat. *Aſſez.* Ghenouch.
Scobs. *Sciure.* Saeghmeel.
Scobs. *Feſſe.* Gracht.
Se. *Accuſatiuus* pronom.& *abl.*
Sed. *Mais.* Maer.
Seps. *Haye.* Tuyn.
Seps. *Serpent.*
Seu. *Ou.* Off.
Sex. *Six.* Ses.
Si. *Si.* Iſt dat.
Sic. *Ainſi.* Soo.
Sin. *Mais ſi.* Maer iſt dat.
Sol. *Soleil.* Son.
Sons. *Coulpable.* Miſdadich.
Sors. *Fortune.* Fortune.
Spes. *Eſperance* Hoop.
Splen. *Rate.* Milt.
Stips. *Denier.* PenningK.
Stirps. *Racine.* StruyckK.
Sub. *Sous.* Onder.
Sus. *Porc.* Soch.

T

TAm. *Tant.* Soo ſeer.
Tax. *Son de fouet.* Clets.
Ter. *Troisfois.* Driemael.
Thus. *Encenſ.* VvierooçK.
Tot. *Autant.* Soo veel.
Trabs. *Poultre.* Balc.
Tres. *Trois.* Drie.
Trux. *Cruel.* Vvreet.
Tu. *Toy.* Ghy.
Tunc. *Adonc.* Dan.

V

VÆ. *Vuee.* Interj.
Vas. *Vaiſſeau.* Vat.
Ve. *Ou.* Oft.
Vel. *Ou.* Oft.
Ver. *Printemps.* Lenten.
Vir. *Homme.* Man.
Vis. *Force.* Sterckte.
Vix. *Agrand peine.* Naulicx.
Vos. *Vous.* Ghylien.
Vox. *Voix.* ſtem.
Vrbs. *Ville.* ſtadt.
Vt. *Afin.* Op dat.

APOL-

APOLLO
ANAMETRICVS.

Vt Veterum licitè carpas Anametra, neceſſe eſt,
Vt Tua conformes nobiliora modo.

☞ DXX.

ANAMETRA ſunt Strophæ in quibus verſuum ordo mutatur. Non eſt res ſummi ingenij illa componere,& ideò nolo in ejus expoſitione ſine causâ immorari. Subijciam nihilominùs vnam et alteram Epiſtolam, quas quibuſdam Philomuſis ſcripſi, dum Metametricæ primas vmbras in palymſeſto delineabam.

EPISTOLA I.

ANAMETPON, ANAΛEΞIΣ, ANAΣYΛΛABON,et ANAΓPAMMA(Theodore Eruditiſſime) eiuſdem formæ ſunt, ſed materiæ diuerſæ. Proteus eſt, in quo partium ordo variatur: vnde ſi varietur ordo carminum Proteus ille dicetur *Anametrum*: ſi ordo dictionum, *Analexis*: ſi ordo ſyllabarum, *Anaſyllabon*: et denique, ſi ordo litterarum, *Anagramma*. De ſingulis vberiùs ſcripturus, hæc exempla præmitto, vt dicendorum vmbra aliqua vel notitia habeatur. Conſidera ſubiectum Anametrum,

Quãtùm nix,lachryma: duriſſima marmora quãtũ.
(Adnuat æternum Numen) tua gaudia durent.

Si velis, hæc carmina mutabunt ordinem, et ibunt in contrariam ſententiam, Sic inquam:

Adnuat æternum Numen. Tua gaudia durent.
Quãtùm nix: lachryma duriſſima marmora quãtũ.

Sicut integrorum carminum tranſmutatione, habuimus Anametrum: ſic dictionum tranſpoſitione Analexin. Talis eſt iſta.

Cantabit Mundus tua carmina ſemper Homere.

quoniam hic ſolus verſus vocum tranſpoſitione plures reponi poteſt,ſtat enim lex poëtica etiam in iſtis lineis:

Carmina cantabit Mundus tua ſemper Homere.
Carmina cantabit ſemper tua Mundus Homere.
Cantabit ſemper tua carmina Mũdus Homere, &c.

Aut etiam genus metri alterando:

———— Mundus
Carmina cantabit ſemper Homere tua.
———— Semper
Mundus cantabit carmina Homere tua.

Anaſyllabon conſiſtit in alteratione ſyllabarum. Vt

DOMINAS, *Nas domi*, *Minas do*, *Donas mi. &c.*

Et tandem Anagramma ordinem literarum concernit, videlicet vt

ROMA, *Amor*, *Maro*, *Mora*, *Ramo*. *&c.*

Et ergo Proteus vniuerſum ſumptus, *aut verſuum, aut dictionum, aut ſyllabarum, aut literarum tranſpoſitio*. Ergo ſiquidem heri de Anagrammate, Anaſyllabo, et Analexi copioſè diſſeruimus, hodie de Anametro quan-tempus et locus permittat, diſſeramus.

Eſt autem Metametrum carminum tranſpoſitio: quando videlicet componitur Decaſtichum, in quo, quicunque verſus poteſt eſſe primus, quicunque eſſe ſecundus, tertius etc.

Si inquirat Criticus, cur Carminum tranſpoſitionem vocem *Anametron*? petam illico ab ipſo, cur ille et orbis terrarum cum ipſo, literarum tranſpoſitionem vocitet *Anagramma*? Indigemus nominibus, et vt res ſimiles ſignificemus, ſimilitudinem in vocum formatione ſeruamus.

Eſt ergo Carminum Proteus, ſeu Anametron, Carminum METAΤΑΞΙΣ: quando videlicet eorum ordo mutatur. Reperio apud antiquos rara exempla, aliqua tamen. Producam igitur Ioannis Philoponi in libr. 1. Analyt. poſter. Ariſtotelis, non iam Græcè loquentem (cur enim ſine causâ lectores onerem?) ſed Latinè, labore et induſtriâ Andreæ Scotti, apud qiem obſeruationum Humanarum libr. 2. cap. 1.

ſic

ſicait, ΚΥΚΛΟΝ vocat Ariſtoteles ΤΑ ΕΠΗ, *carmina hoc eſt, Epigrammata ſic conſcripta, non vt vltima primi verſus voce in inchoet ſequens & tertius, ſicque deinceps* (quod multi etiamnum ſentiunt, docentque) *ſed vt liceat idem carmen nunc in initio, nunc in fine collocare: quale & illud*,

ΧΑΛΚΗ ΠΑΡΘΕΝ ΟΣ ΕΙΜΙ ΜΙΔΟΥ
Δ' ΕΠΙ ΣΗΜΑΤΙ ΚΕΙΜΑΙ.
ΕΣΤ' ΑΝ ΥΔΩΡ ΤΕ ΡΕΗ, ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΜΑΚΡΑ ΤΕΘΗΛΗ
ΗΕΛΙΟΣ Τ' ΑΝΙΩΝ ΛΑΜΠΗ, ΛΑΜΠΡΑ ΤΕ ΣΕΛΗΝΗ.
ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΔΕ ΜΕΝΟΥΣΑ ΠΟΛΥΚΛΑΥΤΩ ΕΠΙ ΤΥΜΒΩ.
ΑΓΓΕΛΕΩ ΠΑΡΙΟΥΣΙ ΜΙΔΗΣ ΟΤΙ ΤΗΔΕ ΤΕΘΑΠΤΑΙ.

Ænea ſum Virgo Midæque incumbo ſepulchro.
Dum fluit vnda læuis, ſublimis naſcitur arbos.
Dum Sol exoriens & ſplendida Luna relucet.
Hic cōſtanter ago, lachrymis & marmore tyncto.
Fixa, Midam moneo tumulatum hic chare viator:
Vides enim tanquam in circulo, licere à quolibet verſu initium ſumere, hoc modo:

ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΔΕ. *deinde* ΧΑΛΚΗ. *& deinceps. Vel ſic*. ΧΑΛΚΗ. *deinde*, ΑΥΤΟΥ. *mox* ΕΣΤ' ΑΝ ΥΔΩΡ.

Et quod inde excurrit.

Refert autem in Homeri vita Herodotus, Homeri eſſe hoc carmen in Midam Phrygia Regem conſcriptum. Vnde nunc talia Epigrammata ΚΥΚΛΟΝ *appellant. Eſt & aliud poema* ΚΥΚΛΟΣ *propriè dictum quod alij alijs tribuunt; nonnemo Homero. &c.* Hæc Philoponus.

Profectò in hoc, cuiuſcumque ſit, ΚΥΚΛΩ, non magnum artificium reperio: nam ſi ſenſum integrum contineant verſus integri, ad libitum tranſponi poterunt. Maiorem quidem illud gratiam haberet, & maiorem applauſum mereretur, ſi mutando verſuum ordinem, etiam ſenſum mutaret. Triſtichum ſequens contemplare. Monet Ethnicus.

Quærenda eſt ſemper virtus & fama perennis,
Imprudens inquit: Sapiens autem, Optima, dixit,
O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt.

Sed Orthodoxus verſum ordinem vertens, reponit.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm eſt,
Imprudens inquit: ſapiens autem, Optima dixit,
Quærenda & ſemper virtus, & fama perennis.

Interim, quia in eiuſmodi verſibus, quocumque modo conformentur, parum artificij reperio, vt illos relinquas Ariſtoteli, & ſæculo rudi, & tuum ingenium in alijs maioris ingenij perſuadeo. &c. Vale, vt optat, &c.

EPISTOLA II.

SVNT voces aliquæ, (Illuſtriſſime Marchio) quarum vim non adſequitur vſus: illas et propono et expono. ΑΝΑΜΕΤΡΗΣΙΣ, eſt vox rara et obſcura: quæ ab aliquibus ſimpliciter ſumitur, vt ſit *dimenſio*; ab alijs ſtrictiùs vt ſit aut totalis aut iterata dimenſio: Hinc ΑΝΑΜΕΤΡΕΩ, *denuò metior*. Et ego, licèt vſum condemnare non velim, rigorem ob oculos habens, ſic has voces expono ANAGRAMMA, dicitur grammatum tranſpoſitio, quæ plures voces, et diuerſæ ſignificationis parturit; vt *Logica, Caligo: Galenus, Angelus. &c.* Imitabor igitur Nomenclatorem Veterem, et ſicut ille literarum ΜΕΤΑΤΑΞΙΝ vocari voluit Anagramma, ſic Ego ſyllabarum deordinationem ANASYLLABVM denominabo: vt *Deſideretis*, quod anaſyllabaticos tranſit in *Detis ſidera. &c.* Hinc igitur ANALEXIS dicetur dictionum tranſmutatio, quæ plures et diuerſos verſus parturit: vt cùm dicimus, [ex Virgilij lib. 6.]

Sic fatur lachrymans, claſſique immittit habenas.
Sic lachrymans fatur, claſſique immittit habenas.
Sic claſſi fatur, lachrymanſq; immittit habenas. &c.

Et tandem Anametron eſt quædam metataxis ſeu tranſpoſitio carminum, & reperitur in ſtrophâ, in quâ nullus ſit verſuum ordo determinatus. Pono exemplum, Propoſitum fuit in Parnaſſo cuidam ingenioſo Poetæ, qui ad Lauream Caſtaliam adſpirabat, hoc Problema,

Que viene à ſer en el Mundo
Amar ſin correſpondentia?

Et ipſe quæſtionis, quam propoſuerat Apollo, ſolutionem hoc Anametro complexus eſt.

Es vn cantinerio ingrato,
Es perder la libertad,
Es deſmentir la verdad,
Es profanar el recato:
Es mudar coſtumbre y trato,
Es arraſtrar la cadena.
Es vn engaño en la pena,
Es ignorar lo que paſa,
Es dexar ſu propria caſa,
Es viuir en tierra agena.

Sic paucis mutatis D. Franciſcus de Boria, Princeps de Eſquilaque reſpondit pag. 372. Verſus ſi ſyllabæ numerentur Rhytmicè, hoc eſt, vſque ad accentum vltimum (quod enim vltra hunc accentum ponitur anarithmicum eſt) ſunt Heptaſyllabi, & conſonantiæ defluxu Spinclio procurrunt.

Profectò in hoc Decaſticho nullus verſus poſtulat eſſe prior, nullus poſterior: poſſunt quocunque ordine legi; quam ob rem in vnâ ſimpliciſſimâ Strophâ, habet lector Strophas

3;628,800. hoc eſt, *tres milliones (ſeu ter mille millies) ſexcentas viginti & octo millies, & octingentas*. Prout numeri ſubſequentes demonſtrabunt.

Verſus	1
Multiplicatus per	2
Dabit	2
& verſus	2
multiplicati per	3
dabunt	6
& Verſus	6
multiplicati per	4
dabunt	24
& verſus	24
multiplicati per	5
dabunt	120
& verſus	120
multiplicati per	6
dabunt	720
& verſus	720
multiplicati per	7
dabunt	5040
& verſus	5040
multiplicati per	8
dabunt	40320
& verſus	40320
multiplicati per	9
dabunt	362880
& verſus	362880
multiplicati per	10
dabunt	3628800

Hunc numerorum decurſum vberiùs expoſuimus in Analexico Proteo, & in Anarithmicâ noſtrâ ex veris fundamentis deducemus, et demonſtrabimùs; quam ob rem non eſt cur repetentes Arithmeticas ſpeculationes, Lectori impræſentiarùm ſimus tædio.

Ergo, vt ex Tabulâ præcedenti colligitur, poteſt variari Anametrum

Diſtichum formis	2
Triſtichum	6
Tetraſtichum	24
Pentaſtrichum	120
Hexaſtichum	720
Heptaſtichum	5,040
Ogdoaſtichum	40,320
Enneaſtichum	362,880
Decaſtichum	3; 628,800

Strophæ numeroſiores componi â Poëtis rariùs ſolent; ſed, ſi illas condere volueris, in Anametricâ meâ Articulo *De Alphabeti multiplicatione*, numeros hos deductos vſque ad 24. reperies.

Hæc ſunt (Illuſtriſſime Marchio) quæ de Proteis ſcribenti ſuccurrunt; quæ vberiùs, ſi tempus et otium detur, alibi proſequuturus ſum. Interim Vale, et ingenio tuo Parnaſſum honorare ne ceſſes. etc.

LAVS DEO.

APOLLO
CENTONARIVS.

Conſue Centones, auri contemne Flaviſſus;
Ditior & Craſſo Principe lector eris.

DXXI.

DICVNTVR vulgò à Græcis, *κέντρωνες*, qui à Latinis *Centònes*: & ſunt in Parnaſſum à Falconiâ introducti, ab Eudoxiâ exornati, & jam à multis Poëtis ingenioſis exculti. Eſt autem *Cento*, Græcè, *Κέντρων*, Poëma ex integris aut fractis alicujus veteris Poëtæ carminibus conſtans: & cenſetur elegantior & melior, qui puris hemiſtichiis componitur.

Centonum meminit S. Hieronymus teſte Henrico Stephano in ſuo Theſauro voce, *Κέντρων*, nam S. Doctor Probam Falconiam Metricorum Centonum fuiſſe Inventricem aſſerit: ex verſibus enim Virgilii, jam fractis, jam integris, elegantiſſimum Poëma compoſuit. Hæc *Centonæ* cognomentum obtinuit; tanto enim ejus Opus fuit receptum applauſu, vt non ſolum inde famam, ſed & nomen indepta ſit. Eam ſequuta & imitata fuit Eudoxia Auguſta, Theodoſii Iunioris Romanorum Imperatoris vxor, [quæ obiit ann. 460. ſub Martiano] & conſuens ex Homero lacinias, Poëma edidit, quod etiamnum ab eruditis commendatur. Hodie Falconiæ Opus *Virgilio-cento*, & Eudoxiæ, Ο'*μηρο-κέντρων* appellatur.

Sanè nomen humile placuit imponere rei magnæ: eſt enim *Cento* ſtragulum ex particulis variis conſutum, inventum à Sartorum avaritiâ aut ingenio; nam cùm veſtes apparant, ne pereant hinc inde laciniæ, illas ad formam convenientem reducunt, & curioſè ſartiendo tapetes formant, qui etiamnum habentur in pretio. Particularum formæ communiores, & aptiores ſunt triangularis, quadrang. quincang. ſexangul. &c.

Hæ particulæ à multitudine nominantur *Centones*, nempe à centum, ſumendo numerum determinatum pro indeterminato. Hîc Critici ſicut à voce centum *centenarium*, ſic etiam à centone *centonarium* abducunt. A pauperibus minori arte ſarciuntur, quam ob rem *Cento* apud ipſos erit pallium ex variis partibus conſutum: Hiſp. *Vna capa hecha de remiendos*: vnde equos, canes, &c. maculoſos, *remendados* vocamus. Hinc Cæſar vela, quibus contegebantur munimenta, quòd attrita, lacera, & refecta cent es fuerint; *Centones* dixit. *Centoneſque inſuper injecerunt*, ait, *ne aut tela tormentis miſſa coptabulationem perfringerent, aut ſaxa in catapultis lateritium diſcuterent*. Sic ſimiliter Cato de re ruſtic. cap. 10. & 11. famulorum ſtragula ob eamdem cauſam. *Culcitras octo, inſtragula octo, pulvinos ſexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris ſex.* Et Macrobius, *ſeropham ſub centonibus jacere* dicens, jacere illam ſub operimento lacero, &

laciniis alienæ materiæ pluries reſuto & refecto declarat. Auſonius Gallus Centonem *concinnationem* dicit: vnde *concinnare* ipſi idem eſt, ac centones adſuere.

Per metaphoram tranſijt vox ad Rhetoricam, & in malam partem: nam *centones loqui* idem erit, ac *loqui ſcopas diſſolutas, quæ in re nullâ connexione vinciuntur, ſed tantummodò farciuntur labio*. Huc videtur ſpectare illud Plauti in Epid. *Quid tu? alium quæras, cui centones farcias*.

Majori applauſu & gloriâ ad Poëſim pervênit, & ſignificat Opus ex hemiſtichijs Poëtæ celebris concinnatum. Et hoc à nobis ſenſu accipietur hæc dictio; & quo debeant modo Metrici Centones ſarciri exemplis potiùs quàm regulis dilucidabimus: nam, ſi leges poſtules, reſpondebo, *Stat pro ratione voluntas*. Interim, quia Veteres imitari ſolemus, aut debemus, aliorum ſubjungamus judicia, ne nimis libertino calamo aſſuere Centones dicamur.

§ DXXII.

PAVLVM ſuum Auſonius Gallus inſtituturus, leges, quibus Centones conformantur, fert, & hanc epiſtolam ſcribit.

Si pateris, vt doceam, docendus ipſe, Cento quid ſit? abſolvam. Variis de locis, ſenſibuſq. diverſis quædam carminis ſtructura ſolidatur; in vnum verſum vt coeant, aut caſi duo, aut vnus, & ſequens cum medio. Nam duas iunctim locare (N.B.) *ineptum eſt; & tres vna ſerie, mera nuga. Diffunditur autem per caſuras omnes, quas recipit verſus Heroicus, convenire vt poſſit, aut penthemimeris cum reliquo anapaſto: aut trochaicè cum poſteriore ſegmento: aut ſeptem ſemipedes cum anapaſtico chorico: aut poſt dactylum atq; ſemipedem, quidquid reſtat Hexametro. Senſus diverſi, vt congruant: adoptiva quæ ſunt, vt cognata videantur: aliena ne interluceant; accerſita, ne vim redarguant: denſa, ne ſupra modum protuberent: hiulca, ne pateant. Sed peritorum concinatio, miraculum eſt: imperitorum iunctura, ridiculum*: &c.

Latas ab Auſonio leges citatus Henricus Stephanus non approbat; inquit enim: *Ac ne præcepta quidem eius* (Auſonij) *vſq. quaque vera eſſe videntur: illudq. potiſſimum, quo monet, ne duo verſus junctim locentur.*

§ DXXIII.

Dubium incidens.

PETIS: An liceat aliquam dictionem interſerere aut alterare? Reſpondeo puriorem & meliorem centonem eſſe, in quo nulla vox peregrina ſuſcipitur: cęterùm, ſi neceſſitas poſtulet, poterit Poëta iure ſuo vti, vocem adſcribere, at illam diverſo charactere, vt facili negotio diſcernatur. Et hîc mihi obiter laudandus erit Lucas Lancelottus I. V. Doctor, qui celebraturus Comitem Arundelium, ne licentioſe voces peregrinas conſueret: ex Æneide 11. verſ. 759. & Æn. 6. verſ. 12. vnâ cōpoſuit, vt totum nomen Comitis ingenioſè inſinuaret. Virgil. primo loco ſic.

Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ovans. Ducis exemplum, eventumq; ſequuti
Mæonidæ incurrunt: tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ ſit fortuna facillima tentat. &c.

In ſecundo autem ſic:

At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæque procul ſecreta Sibyllæ,
Antrum immane petit; magnam cui mētem animūq;
Delius inſpirat vates, aperitque futura.

&c. ex duobus locis toto cœlo ſenſu & compoſitione diſtanttibus Lancelotus Arundeliæ Comitem commendat, & laudat his verbis:

—— tum fatis debitus Arun-
Delius inſpirat. &c.

quo, illo & tempore & caſu, nihil pulchrius potuiſſe inveniri crediderim.

Centonum leges.

I. P*Otes verſum vbicumq; partiri, & eumdem vndequaq; complere. II. Etiam ex tribus locis poteris voces eruere, vt integrum carmen conformes: ſed id rariùs. III. Finem prioris carminis, & totum ſequentem: aut etiam, totum priorem & initium ſequentis impunè admittes. IV. Si duos verſus ſimul excerpas, Auſonii ſubiacebis cenſuræ; at etiam multi Græci & Latini tecum. Ergo rariùs binos aſumas. V. Vocem peregrinam ne immiſceas, niſi cogat neceſſitas: &, ſi compoſitione aut alio modo hæc poſſit exprimi, hoc potiùs modo formari debet, quàm nuda poni: quæ ſi ponatur, diverſo charactere notetur.*

Legem hanc vltimam ſolent omnes religiosè obſervare. Petrus Angelus Spera in ſui Virgilio-centonis Prologo, ſub finem. *Dictiones, ſyllabæ, literæ, diverſis characteribus expreſſæ de noſtro ſenſu appoſita ſunt, vt quam meditabamur ſententiam, aptè perficerent.*

MVSA II. VTENS.

DXXIV.

SICVT Logicam veteres, ſic doctrinam Ego de Centonibus Metricis in docentem & vtentem diſtinxi. Illam hùc uſq. tradidi, & expendi: hanc ſubiungo.

Leguntur Antologiæ *Epigr. lib.* 1. *pag.* 50. iuxta Henrici Stephani editionem carmina, quæ ibi vocantur Ὁμηρόκεντρα, admirationem illius, à quo primò audita eſt Echo, deſcribentia. Alii Homeri Hemiſtichia ad alios ſenſus provexerunt: & inter alios Eudoxia Auguſta, Poëtria celebris, Chriſti vitam & mortẽ Homericis verſibus repræſentavit. Homerũ nos aliis expendendũ relinquimus: Virgiliũq; producimus, & qualiter fuerit in lacinias diviſus, & in novos sẽſus refutus explicamus.

CENTO I. VIRGILIANVS.

DXXV.

OMITTO Eudoxiæ Centones, de quibus multa alii: alios ſubſcribo, de quibus ſcripſerunt perpauci. Et primò de primis Centonibus, hoc eſt, de illis, quos Proba Falconia nullius exemplo edidit, aliquid breviter dicturus ſum. Paucà reperiuntur exẽplaria divinæ huius fœminæ ſtudii: & ea Exſcriptorum iniuriâ depravata: allaborarunt aliqui, vt opus antiquo ſplendori reſtituerent, inter quos Henricus Stephanus non mediocriter. Sed quæ fuit hæc Falconia? Genealogiam ſubiicio.

Sextus Anicius Petronius: *eius uxor* Proba Falconia etiam Anicia: *fuit Centonum inventrix.*
- Iuliana.
  - Demetrias. *Huic inſcripta eſt illa celeberrima Epiſtola; quæ ab aliquibus Ambroſio, ab aliis Hieronymo, ab alijs Auguſtino inſcribitur. Quam fuiſſe Hæreſiarcha Pelagii, Cornelius Ianſenius affirmat: fortè, quia multa contra Lutherum & Calvinum ediſſerit.*
- Probus.
  - Iuſtinianus.
    - Anicius.
      - Iuſtinianus Imperator.
    - Anicius. Eutropius.
      - S. Benedictus.
      - S. Scholaſtica.
    - Anicius. Tertullus.
      - S. Placidus.

Fuit Domus Anicia olim celeberrima Romæ: & Auſtriacam totam ab illa procedere Syfridus, & alij Hiſtoriographi diligentes oſtendunt.

Tanta eſt nobilitas Probæ Falconiæ: & quia ingenio, quàm ſanguine nobilior fuit, his eam ferè verbis Hẽricus Stephanus commendat. [Quæcumq. fuerit deniq. hæc Proba (de quâ, quod ad ſacrum Muſis certamen attinet, dici potuit,

Audetq. viris concurrere Virgo.

magna laude dignam eſſe duo, ſuoq. nomine non indignam fœminam fuiſſe arbitror. Atq. adeò ſi poſtea tot annorum ſpatio nullus vir huius fœminæ in hoc genere laboris ſimul & argumenti æmulus inventus eſt, id certè gloriam eius apud nos augere multum debet: niſi fortè nulli in hanc arenam deſcendere voluerunt, nec hanc ex illo ipſo Virgilio ſumptam Parodiam (aut ei ſimilem) audirent:

Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis,
Vna viri ingenio ſi tandem fœmina victa eſt.

Hoc autem de ea duo (& ita quidem, vt verum id eſſe contendam) Eudoxiæ ſeu Eudociæ illi &c. minimè cedere.]

In illo exemplari excuſo iam olim Lugduni cum quibuſdam Mantuani & aliorum libris, mulier hæc, Proba Falconia Centona (vt vel ex ipſo titulo coniectura fieri de diligentiâ in eo adhibita poſſit) appellatur. hoc modo, PROBAE CENTONAE, vatis clariſſimę, à diuo Hieronymo comprobatę, Centonam de fidei noſtræ myſteriis, è Maronis carminibus excerptum Opuſculum. Vt autem prætermiſſis nonnullis, quæ interiecta ſunt, ad eos locos veniam, qui præ cæteris mihi & multis etiã viris digni ſunt viſi, quos proferrem, ab Adæ & Euæ per Dominum benedictione (vt ibi vocatur) initium ſumam.

His demum exactis, torquet qui ſidera mundi
Inſit. (eo dicente. premit placida æquora pontus,

Et tremefacta ſolo eſt tellus: ſilet arduus æther)
Viuite felices, interque virentia culta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.
Hæc domus, hæc patria eſt, requies ea certa laborum.
His ego nec metas rerum nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi, multoſque per annos
Non raſtrum patietur humus, non vinea falcem.
At genus immortale manet: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

Cùm Virgilius ita de Ioue, ſui poëmatis libro 10. ſcripſiſſet,

Infit. eo dicente, deûm domus alta ſileſcit,
Et tremefacta ſolo tellus: ſilet arduus æther:
Tum Zephyri poſuere, premit placida æquora pontus.

Cùm, inquam, ita ſcripſiſſet Virgilius, prudenter hæc poëtria (eam enim alia ſuo ipſius Marte, vel potiùs ſuâ ipſius Muſâ, ſcripſiſſe ac non hæc tantùm ex alienâ conſuiſſe, legimus) prudenter in locum poſterioris hemiſtichij primi verſus, ſubſtituit hemiſtichium poſterius tertij. In duobus poſtremis tempus præſens pro futuro vſurpare coacta fuit, quũ mutare nõ poſſet *at* in *et*, mutare & potuit, & debuit: præſertim quum majore alicubi libertate vtatur: vt aliquanto pòſt docebo.

Proximi verſibus illis ſunt ij, quibus vetantur primi parentes ligno ſcientiæ boni & mali veſci, propoſitâ mortis pœnâ. Sed hic locus penitiorem Ethicæ & Theologiæ cognitionem requireret, & ideò à Falconiâ, eruditâ Viragine, ſed ſcientiarum ſublimium neſciâ minùs aptè & plenè tractatus, quàm ſuperior.

Vos, dicam quæcunque, animis aduertite veſtris.
In medio ramos annoſaque brachia tendens
Eſt in conſpectu ramis felicibus arbos,
Quam neque fas igni cuiquam nec ſternere ferro,
Religione ſacra nunquam conceſſa moueri.
Hac quicunque ſacros decerpſerit arbore fœtus,
Morte luet merita. nec me ſententia vertit.
Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor
Commaculare manus. liceat te voce moneri
Fœmina. nec te vllius violentia vincat.
Si te digna manet diuini gloria ruris.

In primo parodiæ ius vſurpauit, in voce vna mutanda. Ita enim legitur apud Virgilium, Æneid. 11.

Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite veſtris.

At vocem *famuli* ſuo ſermoni minimè conuenientem mutauit in *quæcunque*. ſed illud cuius memini exemplar (ex quo nimirum hæc coactus ſum excerpere, cum aliud nullum diu quærendo nanciſci potuiſſem) in eo, ſicut in aliis infinitis, peccat, quòd nomen hoc *quæcunque* præponit verbo *dicam*. hæc enim vocum deordinatio in Virgilii verba, & Artis metricæ præcepta exorbitat. In quinto etiam verſu, aliquid mutare ſibi permiſit: & quæ apud Virgilium grandiùs dicta, vt ſenſum optatum exprimerent, deprimerentur. Legitur enim Æn. 7.

Sunt geminæ belli portæ (ſic nomine dicunt)
Religione ſacræ, & ſæui formidine Martis.

At illâ ex *ſacræ* fecit *ſacra*, nominatiuum pluralem in ablatiuum ſingularem mutans, ſimùlque in eo aliquid innouans, quòd non vocet arborem ſacram relligione (id eſt, per relligionem, ſiue ob relligionem) ſicut ille dixerat, *belli portæ relligione ſacræ*: ſed *ſacra* cum ablatiuo *relligione*, vt ejus epithetum, deinde vtrunq. ſimul cum participio *conceſſa* iungat: ſicut Virgilius ablatiuum *fatis* cum eo iunxerat, Æn. 3.

——& fatis nunquam conceſſa moueri
Apparet Camarina procul.

Septimi verſus hemiſtichium hoc, *nec me ſententia vertit*, ex iſto Virgilii factum eſt loco Æn. 1.

——quæ te genitor ſententia vertit?

Sed non dubito quin illa *vertit* in *vertet* mutauerit, quum multo maiores mutationes aliis in locis ſibi permiſerit, atque adeò in hoc ipſo hemiſtichio ex *quæ te* fecerit *nec me*. Multo autem majoris mutationis exemplum in proximè ſequentibus verſibus habemus: vbi nimirum pro verbo *adiicias* ponitur nomen *fœmina*. Proferam autem totum locum, & vnde ſumptæ ſint ſingulæ eius partes oſtendam: vt inde innouatio illa manifeſta reddatur.

Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor
Commaculare manus. liceat te voce moneri
Fœmina: nec te vllius violentia vincat,
Si te digna manet diuini gloria ruris.

Horum igitur quatuor verſuum primus ex Georg. ſecundo petitus eſt: vbi Virg. ſcribit,

Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor
Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere.

Secundi hemiſtichium prius eſt ex Ecloga octaua depromptum,

Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem
Commaculare manus.

at poſterior eiuſdem verſus pars eſt ex Æn. 3.

Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce moneri.

Tertius verſus (excepta voce prima *fœmina*) eſt ex libro 11.

——vnum optime regum
Adiicias: nec te vllius violentia vincat,
Quin gnatam, &c.

Ex his perſpicimus vocem illam *fœmina* eſſe per parodiam pro Virgiliana poſitam: ſed verſum eum hac voce non ſtare animaduertendum eſt, quòd ei deſit ſyllaba: ideòque videndum annon reponendum ſit *fœminea*. Verùm ne hac quidem voce repoſita mendo carere videtur locus, niſi pro *te* legatur *nec*: hoc modo,

——liceat nec voce moneri Fœminea.

Ad

Ad quartum verſum quod attinet, eſt quidem in eo quo vſus ſum exemplari *iuris*, non *ruris*. verùm ex errore natam eſſe lectionem illam preſuaſum habeo, quũ optimè ſermoni quadret hoc vocabulum (ſicut & cætera omnia quæ ſunt in illo verſu) vt videlicet diuinum rus de paradiſo intelligamus,

Omiſſo Centone, quo paradiſi deſcriptio continetur, ad eum venio quo deſcribitur tentatio primorum parentum à diabolo: vt eadem verba retineam. Eius enim ibi eſt hic titulus, Tentatio primorum parentum à diabolo.

Iamque dies infanda aderat, per florea rura
Ecce inimicus atrox immenſis orbibus anguis
Septem ingens gyros ſeptena volumina verſat,
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli,
Obliqua inuidia ramo frondente pependit,
Vipeream inſpirans animam: cui triſtia bella,
Iraque, inſidiaque, & noxia crimina, cordi.
Odit & ipſe Pater. tot ſeſe vertit in ora,
Arrectiſq; horret ſquamis. & ne quid inauſum
Aut intentatum ſceleriſue doliue relinquat,
Sic prior aggreditur dictis, ſeque obtulit vltro.
Hic (ait) ò virgo, lucis habitamus opacis,
Ripariùmque toros &c.

Dici autem non poteſt quot mendis hi verſus in illo exemplari ſint deformati: ex quibus ſunt hæc, quòd verſu quinto *inſidia* pro *inuidia*, viciſſimq; in ſeptimo *inuidia* pro *inſidia* legitur.

In proximè ſequentibus verſibus, quibus hic Cento abſoluitur: (perperam enim hic in duos eſt diuiſus, quaſi ſecundus incipiat ab illo verſu, *Hic (ait) ò virgo.* vel, *Sic ait.* Quorum tamen neutrum eſt apud ipſum Virgilium, ſed *dic, ait*) placent hæc ſerpentis ad Euam verba, ——*cæleſtia dona*
Attrectare nefas? id rebus defuit vnum.
Quis probibet cauſas penitus tentare latentes?

Item,

----*mea ſi non irrita dicta putatis,*
Autor ero audendi ſacrata reſoluere iura.
Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.
Dux ego veſter ero, tua ſi mihi certa voluntas.

Centonis 20. (præfixum habentis hunc titulum, Et comedit Eua de fructu ligni vetiti) ſunt hi verſus,

Sic ait, & dicto citius, quod lege tenentur,
Subiiciunt epulis oculi venerabile lignum,
Inſpiciuntque dapes, contactuque omnia fœdant.
Præcipuè inſiſtit peſti deuota futuræ,
Miraturque nouas frondes: necnon ſua poma
(Cauſa mali tanti) ſummo tenus attigit ore,
Maius adorta nefas, maioremque orſa furorem.

Centonis 21. hic eſt titulus, Eua ſeduxit virum ad eſum pomi. Hi autem ſunt eius verſus,

Heu miſero coniux aliena ex arbore germen
Obiicit, atque animum ſubita dulcedine mouit.
Continuò noua lux oculis effulſit. at illi
Terrentur, &c.

Centonis 22. (perperam certè vno in duos diuiſo) titulus eſt hic, Vident ſe nudos, & faciunt ſibi perizomata. Verſus autem ſunt iſti,

Terrentur viſu ſubito: nec plura morati
Corpora ſub ramis obtentu frondis inumbrant:
Conſertum tegmen. nec ſpes opis vlla dabatur.
At non hoc nullis hominum rerumque repertor
Obſeruans oculis, cædes & facta tyranni
Præſenſit: notumque, furens quid fœmina poſſit.
Continuò inuadit, Procul ò procul eſte profani,
Conclama, t cælum ac terras qui numine firmat.

Sunt autem ex his nonnulla ita mendis fœdata in illo exemplari, vt vix agnoſci in Virgilio poſſit Virgilius. Ac, ne longè abeas, horum verſuum ſecundus ita ibi ſcriptus eſt,

Corpora ſub ramis abiectis frondis in vmbra.

quum poſterius hemiſtichium ſit ex Æn. 11.

Extructoſque toros obtentu frondis inumbrant.

In quarto verſu pro *nullis* ſcriptum ibi eſt *illis*. eſt tamen vera lectio *nullis*, ex Æn. 11.

At non hac nullis hominum ſator atque deorum
Obſeruans oculis, ſummo ſedet altus olympo.

At *hoc* mutare in *hac* non neceſſe viſum eſt. Rectè autem in locum illius periphraſis,

---*hominum ſator atque deorum,*

ſubſtituit hanc, ex eodem,

---*hominum rerumque repertor.*

Poſt illa verba

----*procul ò procul eſte profani,*

conueniebant quidem & hæc, *totoque abſiſtite luco*: ſed non itidem conuenire poterant hæc quæ priorem illius verſus partem efficiunt, *Conclamat vates.* Fortaſſe autem locum habere illud hemiſtichium potuiſſet hoc modo,

Continuò inuadit, procul ò procul eſte profani,
Hinc fugite ò miſeri, totoque abſiſtite luco.

Nam & hoc poſterioris verſus hemiſtichium prius eſt Virgilianum: niſi quòd apud eum legitur *ſed* non *hinc*.

Centonis 23. argumẽtũ ibi eſt hoc, Quærunt fugere, & ſe abſcondere. Verſus ſunt iſti,

Atque illi longe gradientem ac dira frementem
Vt videre, metu verſi, retròque ruentes
Diffugiunt, ſyluaſque & ſicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incœpti, luciſque: nec auras
Reſpiciunt: tædet cœli conuexa tueri.

Verùm ibi non *frementem* ſed *furentem* legitur: quod ex errore ſicut alia multa, natum eſſe arbitror, quum apud ipſum Virgilium participium illud non hoc legatur Æneid. 10. (vt omittam, durius de deo furere vſurpari) vnde vterque ſumptus eſt verſus. Hîc autem, ſicut & in alijs quibuſdam locis, obſeruare etiam poſſumus, minimè ineptum noſtram hanc Probam cenſuiſſe, quod Auſonius ineptum

ptum ſibi videri dicit, duos nimirum verſus junctim locare; ſicut videlicet apud eum ex quo petuntur, junctim ſunt locati. Sed quòd in duobus qui proximè illos ſequuntur, idem ſibi Proba permittit, id verò reprehenſione dignum fortaſſe iudicari poſſit. Siquidem & hi verſus,

Diffugiunt, ſyluaſque & ſicubi concaua furtim
Saxa petunt, &c.

ſunt ex Æneid. 7. hoc illum itidem excipiente. Sed finis poſterioris mutatus eſt. legitur enim apud Virgilium,

--piget incœpti, luciſque: ſuoſque
Mutata agnoſcunt.

At Proba poſteriorem verſum clauſit duabus vocibus quæ in Æneid. 6. leguntur,

Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: nec auras
Reſpiciunt, clauſæ tenebris & carcere cæco.

Hoc quoq. prætermittendum non cenſui, non legi in illo Centonum Probæ exemplari *luciſque* ante accuſatiuum *auras*, ſed *lucemque*: quum tamen genitiuus neceſſarius eſſe videatur.

Centone 25. (omitto enim eum qui eſt 24. de increpatione Domini) Adam ſe ita excuſat,

Ille ſub hæc, Tua me, genitor, tua triſtis imago,
His poſuere locis. merui, nec deprecor, inquit,
Omnipotens.ſonitumq; pedum vocemq; tremiſco,
Conſcius audacis facti. monitiſque ſiniſtris
Fœmina fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem.
Illa dolos dirumque nefas ſub pectore verſans,
Inſontem, infando indicio, moritura puella,
Dum furit incautum crudeli morte peremit.
Suaſit enim: ſcis ipſe, nec eſt te fallere cuiquam.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.

Inter verſum qui primus hìc eſt, & eum qui ſecundo loco eſt poſitus, vnus deeſſe videtur, quòd alioqui pluralis *poſuere* non habeat quò referatur. Virgilij quidem certè locus, vnde ſecundi initium ſumpſit, eſt hic, Æn. 8.

Me pulſum patria pelagique extrema ſequentem,
Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum
His poſuere locis.

In quinto pulchrè vox *media* in vocem *fœmina* mutata eſt. Ita enim apud Virgilium, Georg. II.

Media fert triſtes ſuccos tardumque ſaporem
Felicis mali.

Itidemque ex verbo *adjicias* factum fuiſſe vidimus *fœmina*, vel potiùs, *fœminea*, in præcedentibus. In talibus autem mutationibus libertas parodiæ (vt antea monui) ſiue ius, vſurpatur. Ac neceſſaria certè nonnullis in locis eſt hæc libertas, quam tamen in huiuſmodi concinnatione Centonum Auſonio parum placuiſſe exiſtimo. At concinnatrix horum in illis etiam qui ſequuntur ea vti non dubitauit: quum enim ſcripſerit Virgilius, Æn. 10.

--nam Pallas ante ruentem
Dum furit, incautum, crudeli morte ſodalis,
Excipit, atque enſem tumido in pulmone recondit,

ex illo verſu, *Dum furit, incautum, crudeli morte ſodalis*, hunc fecit, *Dum furit, incautum, crudeli morte peremit*. Alioqui dicendum fuerit, eam poſtrema duo vocabula aliunde ſumpſiſſe, ſed mutando *peremptum* in *peremit*. Legitur enim Æneid. 6.

--indigna morte peremptum.

Iam verò & in eo verſu qui illi proximus eſt, aliquid μετεποίησεν. nam ex Virgilianis *Suadet enim*, fecit *ſuaſit enim*. quum dixiſſet poëta ille duobus in locis, *Suadet enim veſana fames*. Reliqua autem pars verſus ex iſto excerpta eſt, (qui legitur Georg. lib. 4.)

Scis Proteu, ſcis ipſe: nec eſt te fallere cuiquam.

Centonis 27. (cuius argumentum eſt, Deū infligere homini labores) verſus ſunt hi,

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,
Omne æuum ferro teritur: primuſq. per artem,
Heu miſerande puer, terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aues: horrebit in aruis
Carduus, & ſpinis ſurget paliurus acutis,
Lappæque, tribulique, & fallax herba veneni.
At ſi triticeam in meſſem robuſtaque farra
Exercebis humum, fruſtra expectabis aceruum,
Concuſſaque famem in ſyluis ſolabere quercu.
Inſuper his ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.

Quibus verſibus videtur addi hic debuiſſe,

Et labor & duræ rapit inclementia mortis.

Sed ibi perperam inchoat Centonem 18. eiq. ſubiunguntur iſti,

Hæc tibi ſemper erunt. tuque ò ſæuiſſima coniux
Non ignara mali, caput horum & cauſa malorum,
Magna tibi commiſſa lues. heu perdita neſcis,
Nec quæ circumſtent te tanta pericula cernis.
Nunc morere, &c.

Ad Centonem 35. eundemq. vltimum eorum, quibus primæ hiſtoriæ Geneſis deſcribuntur (licet capita appellentur, non Centones) veniendum eſſe cenſeo. Illi igitur argumentum hoc præfixum eſt, Populus Iſraël fugit à Pharaone in deſertum, & tranſit mare rubrum: & datæ ſunt leges Moyſi.

Diluuio ex illo patribus dat iura vocatis
Omnipotens, magniſque agitat ſub legibus æuum
Quid memorem infandas cædes, quid facta tyrāni,
Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda?
Ægyptum, vireſque Orientis, & vltima bella,
Magnanimoſque duces, totiuſque ordine gentis,

Quo

Quo curſu deſerta petiuerit & tribus, & gens
Magna virū, tanti meriti non immemor vnquam.
Quique ſacerdotes adſint altaria iuxta
Quique pij vates pro libertate ruebant,
Qui bello exciti reges, quæ littore rubro
Complerint campos acies: quibus arſerit armis
Rex, genus egregium, magno inflammante furore
Agmen agens equitum & florentes ære cateruas.

Aptiſſima ſuo argumento hemiſtichia ex Virgilio excerpſit, è quibus duos primos verſus compoſuit. Vterque enim ex duobus hemiſtichiis conſtat, quæ ſunt diuerſis è locis ſumpta. Legimus enim Æn. 7.

Diluuio ex illo tot vaſta per æquora vecti.

Libro autem eiuſdem poematis 5.

Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

Ad ſecundum verſum quod attinet, quæ in eo prima eſt vox *omnipotens*, in variis huius poëtæ locis legitur, vt omnibus qui illum verſarunt, notum eſſe poteſt: ea autem quæ verſum illum abſoluunt verba, ſunt ex Georg. libro 4. petita, de apibus,

Solæ communes natos, conſortia tecta
Vrbis habent, magniſque agitant ſub legibus æuum.

Obſeruandum eſt igitur mutationem duplicem hîc eſſe: primùm, in eo quod pluralis *agitant* vertitur in ſingularem *agitat*: deinde, quòd huius verbi vſus mutatur. Ibi enim agitare æuum ſub legibus dicuntur qui legibus ſibi datis parent: apud hanc autem Centonum concinnatricem, ipſe legiſlator agitat ſub legibus æuum eorum quibus dat leges, quaſi quis cum illorum æuum ſub legibus exercere dicat. Quòd ſi quis dubium ſibi eſſe obiiciat an iſtud genus loquendi hoc quoq. modo vſurpari poſſit, ego hanc quoq. libertatem tali carminum concinnationi concedi reſpondebo, quibuſdam vocabulis, necnon quibuſdam loquendi generibus, eum quoq. vſum de quo dubitatio moueri poſſit, tribuendi. Duo qui proximè ſequuntur verſus, valde & ipſi perſonæ cui tribuuntur conueniunt. Videntur autem & ceteri omnes qui ſequuntur, pendere ab illis verbis, *Quid memorem?* Alioqui dicendum eſſet ad verbum *prætereo* referri: quod in iſto habetur verſu, qui alter eſt eorum quibus locus hic clauditur.

Cætera facta patrum, pugnataque in ordine bella
Prætereo, atq. alijs poſt me memoranda relinquo.

Illos verſus ſequitur titulus hic, De myſteriis noui Teſtamenti: & primò de incarnatione filii Dei per Spiritum ſanctum.

Nunc ad te & tua magne Pater conſulta reuertor.
Maius opus moueo: vatum prædicta priorum
Aggredior, quamuis anguſti terminus æui
Accipiat, tentanda via eſt qua me quoq. poſſim
Tollere humo, & nomen fama tot ferre per annos
Quòd tua progenies cælo deſcendit ab alto,
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentùmque Dei: quum fœmina primùm
Virginis os habitùmque gerens (mirabile dictu)
Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edunt.
Sed quia terrifici cecinerunt omina vates,
Aduentare virum populis terriſque ſuperbum,
Semine ab æthereo: qui viribus occupet orbem,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.

In his eſſe aliquid reprehenſione dignum videtur, & quidem illud potiſſimum de virgine, *Virginis os habitùmque gerens.* dicat enim aliquis, eam quæ virginis os habitumq. gerat, non protinus eſſe virginem: imò non ſolere hæc dici de virgine, ſed potius de ea quæ virginis ſpeciem præſeferat. Ac fateor quidem in huiuſmodi concinnatione verſuum multa tolerari, quæ, ſi ad viuum exigantur, meritò reprehendi poſſint: ſed eam libertatem, quæ in profanis conceditur, in rebus ſacris eſſe itidem vſurpandam nego. In verſu qui illum proximè ſequitur, non dubito quin pro *edunt*, quod eſt apud Virgilium, ipſa *edit* ſcriptum reliquerit. Certè niſi ita legatur, dicendum erit verſum inter hunc & illum eſſe omiſſum. Qui autem hunc excipit ita ſcriptus eſt in illo exemplari,

Sed quia terrifica cecinerunt omnia vates.

Qua in lectione tria ſunt menda, ſed quorum vnum, videlicet *omnia* pro *omina*, maximam partem earum Virgilii editionum quæ meam præceſſerunt, occupauit. *Terrifica* perperam ſcriptum eſſe pro *terrifici*, nemo eſt qui ſtatim animaduertere non poſſit. Apud ipſum poëtam *ſeràque* non *ſed quia* legimus: ideò & illam ſcripturam inter mendoſas numeratum iri puto, de qua tamen monera ſatis eſſe exiſtimaui. Iudicium eius fortaſſe quiſpiam deſideret in eo etiam, qui ſequitur, verſu,

Aduentare virum populis terriſque ſuperbum.

Sumptus eſt autem ex Æneid. 2.

--tot quondam populis terriſque ſuperbum
Regnatorem Aſiæ.

Sed vocem *ſuperbum*, quæ hîc locum habet, non itidem habere illic puto. Quamuis enim quoties poëtæ quempiam re aliqua ſuperbū eſſe dicunt, in vitio vox hæc non ponatur, ſed plerunq. perinde ſit acſi potentem appellent, & habere vnde ſuperbire poſſit, dicant: hîc tamen alia quærenda fuiſſe videtur.

Quòd ſi etiam non ſuperbum, ſed potentem vocaſſet, non populis terriſque potentem dicere debuerat, ſed alia potius re quæ terreſtribus regibus cum illo communis non eſſet. Eo autem minus hîc excuſari poteſt, quo plura ſunt apud Virgilium quæ conuenire tali regi poterant.

Cen-

Centonis 3. qui eſt de Magis offerenribus munera, & ſtella eorum duce, ſunt hi verſus,

Haud mora, continuò cœli regione ſerena
Stella facem ducens magna cum luce refulſit.
Agnouère deum proceres, cunctique repente
Muneribus cumulant, & ſanctum ſidus adorant.
Tunc veri manifeſta fides, clarùmque paterna
Nomen virtutis: ſed coram agnoſcere vultum
Flagrant, & quæ dei diuini ſigna decoris.

In hoc Centone placent hæc potiſſimum,

Agnouère Deum proceres.

Necnon iſta,

Tum veri manifeſta fides, clarùmque paterna
Nomen virtutis: ſed coram &c.

Non ſequor autē lectionem exemplaris è quo hæc deſcripſi, ſed quæ eſt apud ipſum Virgilium. Illud enim exemplar habet, *Nomen virtutis, & Chriſti agnoſcere vultum.* Vbi primùm quidem & perperam poſitum eſſe pro *ſed*, ipſa verſus dimenſio oſtendit: deinde eam *Chriſtum* ſcripſiſſe non *coram*, vt legitur apud Virgilium, ideò veriſimile non eſt, quòd nihil mutatione iſta ſit opus: nihil autem mutare, niſi cogente neceſſitate, ſoleat: neque certè id niſi tum, fieri debeat.

Argumentum Centonis 4. ibi hoc eſt, Herodes rex turbatur audita natiuitate Ieſu Chriſti. Fit tamen in his eius verſibus & matris eius mentio.

Protinus ad regem magno clamore furentem
Fama volat, magnáſque acuit rumoribus iras.
Incenditque animum, matríſque allabitur aures.
Illa dolos dirúmque nefas, haud inſcia rerum,
Præſeaſit, motúſque excepit prima futuros.
Præſcia venturi furtim mandauit alendum;
Dum curæ ambiguæ, dum mens exæſtuat ira.

Rectius autem fortaſſe legeretur in ſecundo verſu *magnìſque* quàm *magnàſque*: vt ille ablatiuus eſſet pro ablatiuo Virgiliano *varijs*: lib. 9.

——varìſque acuunt rumoribus iras.

Quum autem eos tantùm locos qui mihi præ cæteris placent afferre velim, ad Centonem 15. tranſibo, eius initium ſumens à tribus verſibus quibus 24. malè ibi clauditur. Eſt autem ille de Chriſto qui ementes & vendentes de templo expellit,

Iàmque propinquabant portis: templùmq. vetuſtum
Antiqua cedri, centum ſublime columnis
Ingreditur, magna medius comitante caterua,
Horrendum ſyluis. hoc illis curia templum,
Hæ ſacris ſedes: miro quod honore colebant.
Nanque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo,
Horreſcit viſu ſubito, inſonuitque flagello,
Significàtque manu, & magno ſimul intonat ore,
Quæ ſcelerum facies? quæue æra micantia cerno?
Cæſaris &. nomen? quæ mentem inſania mutat?
Hæc nobis prima eſt ſedes, hic tempore certo
Perpetuis ſoliti patrum conſidere menſis.
Obſtupuere omnes: gelidúſque per oſſa cucurrit
Ima dolor, menſaſque metu liquere priores.

Fuit autem mihi in emendando hoc loco, ſicut & in aliis, multum laborandum, quum & omnia apud Virgilium (ad quem recurrendum eſt) non ſint obuia, & hæc alicubi ab ea quę apud illum extat, lectione aliquantùm deflectere nec eſſe habuerit. Exempli gratia, in quinto Centonis huius verſu, vbi ſcripſi *Hæ ſacris ſedes*; in illo exemplari eſt, *Hac ſacre ſedis.* Quòd ſi pro *ſacre* (quod ferri nullo modo poteſt) reponas *ſacræ*, nondum locum hunc emendaueris, niſi & ex *ſedis* facias *ſedes*. Fortaſſe autem, ne ſic quidem eum correxeris, ſed retinenda fuerit vox *ſacris* quæ eſt apud poëtam. Atque id à me factum eſt. nam apud illum quidem eſt *Hæ ſacris ſedes epulis*: ſed ille ex *ſacris* adiectiuo fecit *ſacris* ſubſtantiuum. Totus enim locus Virgilii, vnde hæc petita ſunt, eſt hic, Æn. 7.

Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis
Vrbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici,
Horrendum ſyluis & religione parentum.
Hinc ſceptra accipere & primos attollere faſces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hæ ſacris ſedes epulis.

Cur autem hanc templi deſcriptionem imitari hîc Proba voluerit, ipſa viderit. Ad ſequentia vt pergam, vocem *Nanque* in principio ſexti mutandam cenſuiſſem. Quod verò in octauo pro *incipit* ſcripſit *intonat* (legitur enim apud Virgilium, Æneid. 12. *Significàtque manu, & magno ſimul incipit ore*) mihi ſummopere probatur. Neque tamen hîc illa parodiæ in immutando libertate, cuius antea memini, vſa eſſe dicenda fuerit: aut certè, ſi vſa ſit, in illa ipſummet Virgilium eſſe ſequuta. Quum enim ille Æneid. 12. ſcripſerit,

Significàtque manu, & magno ſimul incipit ore,

libro autem ſexto eiuſdem operis,

Exurgìtque facem attollens, atque intonat ore,

qui parodiam hîc eſſe dicet, meritò eam ex eodem poëta petitam eſſe fatebitur.

Decimus verſus in illa horum Centonum editione valde deprauatus eſt: quippe qui ita legatur, *Cæſaris & nomen: & nomen inſania mutat*. quum poſterior pars verſus ita ſcribenda ſit, ex libro 4. *quæ mentem inſania mutat?* At in priore parte ex Georgic. 3. ſumpta rectè ſcriptum eſt, *Cæſaris & nomen*. vbi reſpicitur ad eum locum in quo narratur exhibitum fuiſſe Chriſto nummum, cui Cæſaris effigiès inſculpta eſſet.

Libet (vt citò huic Centones iſtos excerpendi labori finem imponam) ad eum qui ordine eſt 38. excurrere: quum & ipſe in eorum

rum

tùm ſit numero qui mihi ſupra cæteros probantur. Eius argumentum eſt, Chriſtum poſt reſurrectionem, foribus clauſis, Apoſtolis atque aliis qui cum illis congregati erant, apparuiſſe,

Ecce autem primi volucrum ſub culmine cantus,
Ingreditur linquens antrum, ſpoliiſque ſuperbus
Ibat ouans: pulsùque pedum tremit excita tellus.
Vulneráque illa gerens, foribus ſeſe ingerit arctis,
Atque hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum
Inuenit admirans numerum. cunctiſque repente
Improuiſus ait, Coram, quem quæritis, adſum.
Vicit iter durum pietas, & viuida virtus.
Præcipites vigilate viri: timor omnis abeſto.
Hi veſtri reditus, expectatique triumphi.
Hæc mea regna, fides, &c.

In proximè autem ſequente Centone iſta hiſtoriæ optimè ſunt aptata,

Et ſimul his dictis faciem oſtendebat, & ora:
Ora manúſque ambas.

Cento 41. (qui & vltimus) eſt hic, de Chriſto in cœlum videntibus diſcipulis aſcendente,

His demum exactis, ſpirantes dimouet auras
Aera per tenerum: cœlóque inuectus aperto,
Mortales viſus medio in ſermone reliquit:
Infert ſe ſeptus nebula, mirabile dictu:
Atque illum ſolio ſtellantis gloria cœli
Accipit, æternúmque tenet per ſecula nomen.

Plura Centonum exempla excerpturus ex hoc libro eram, niſi mihi paſſim in mendis, tanquam in ſalebris, hærendum fuiſſet: & nõnulla eſſe vidiſſem in quibus veteris exemplaris auxilium deſideretur: quum alioqui periculoſum ſit, ne, ſi vbique eam quæ apud Virgilium eſt lectionem reponamus, quædam aliter ſcribamus quàm ipſamet horum Centonum concinnatrix ſcripſerit, ſiue alio Virgilii exemplari vſa (id eſt, diuerſam à noſtris lectionem habente) ſiue memoria lapſa. Aliquot enim in locis quædam mihi videri melius quàm apud ipſum Virgilium legi, non diſſimulabo: ſed nonnulla etiam eſſe credibile eſt, in quibus ſua eam memoria fefellerit: id eſt falſa ſit, quòd nimium memoriæ ſuæ fideret. Verbi gratia, quod Centone 41. quem modò attuli, ſcriptum eſt *ſtellantis gloria cœli*, non *regia*, non aliunde quàm ab ipſa, quæ non bene Virgiliani illius loci meminiſſet, profectum eſſe, aliquis non immeritò fortaſſe dixerit. Sic quod Centone 26. legitur *occurrunt*, non *apparent*, vt apud Virgilium (hoc in loco, *Poſtquam altum tenuere rates nec iam amplius vllæ Occurrunt terræ*) id non librarii incuriæ, ſed memoriæ ipſius Probæ non ſatis fideli adſcripſerim, id eſt ἁμάρτημα ſiue σφάλμα, nõ γραφικὸν, ſed μνημονικὸν eſſe dixerim. Quòd ſi etiam in exemplari aliquo lectio hæc extaret, eius fides minimè ſequenda eſſet. Plura (inquam) Centonum exempla eam ob cauſam non proferam: neque certè ad ferendum de Probæ noſtræ labore iudicium pluribus opus eſſe dixerim. Ex his enim, quid in huiuſmodi concinnationibus verſuum præſtare potuerit, facilè perſpicimus. Neque enim dubium eſt quin illa, in argumento quopiam liberiore, à multis quæ hîc duruſcula ſunt, temperatura fuerit. Sunt enim inter alia (ne quid diſſimulem) quorundam locorum abuſus aliquantum duri. Sed aliqui ſunt viciſſim loci adeò concinnè per abuſum accommodati, vt multo aptiores quã ſi nullus eſſet abuſus poſſint videri. Majorem quidẽ certe abuſus quàm vſus gratiam, majoremq́. leporem eſſe, nemo negauerit. Talis autẽ abuſus exẽplũ habuimus paulò ante in hoc loco, --*menſaſq. metu liquêre priores*: à menſis in quibus epulamur, ad trapezitarum menſas Virgilianum verſum traducendo. Eiuſmodi eſt verborum illius poetæ catachreſis ibidem, in iſto hemiſtichio, ———*quæue æra micantia cerno?* quinetiam nonnulli ſunt loci vbi tam aptè Virgilianis abutitur verbis, vt illis poeta ille potius abuti, ipſa autem vti videri poſſit: veluti quum paradiſum appellat rus diuinum: in hoc verſu, *Si te digna manet diuini gloria ruris.* In quibuſdam autem verbis, licet & ipſa aliò traducantur, ne vllus quidem abuſus animaduertitur. veluti in iſtis, quæ Chriſtus ſuam mortem prædicens ait, *Vnum pro multis dabitur caput*. Quid verò aptius ad commendanda vel potius imperanda charitatis officia inueniri potuit hoc verſu, ex duobus diuerſorum locorum hemiſtichiis conflato? *Da dextram miſero, fratrem ne deſere frater*. Nam τὸν πέλας appellare fratrem, hoc certè eſt Chriſtianè ex Virgilio loqui. Digna ſunt quæ ibidem animaduertantur, & illa, *Diſce puer contemnere opes*, quæ tribuuntur Chriſto compellanti iuuenem illum prædiuitem. Iam verò & ad deſcribenda quædam altiora fidei noſtræ myſteria aptiſſimos verſus ſeu aptiſſima hemiſtichia delegiſſe eam videmus. Atque id cum de alijs locis, tum de hoc dicere poſſumus, in quo Chriſti natiuitas deſcribitur,

Iámq. aderat promiſſa dies, quo tempore primùm
Extulit os ſacrum diuinæ ſtirpis imago,
Miſſa ſub imperio: venit de corpore virtus
Mixta deo.

Sed deprauatio quæ eſt in priore tertij verſus hemiſtichio, aliquid tenebrarum nobis offundit. Neque ſatis cautè illud *Mixta deo* ſcripſit ſi vera eſt hæc ſcriptura) meliùſque *Iuncta deo* ſcripſiſſet per parodiam.

CENTO II. VIRGILIANVS.

§ DXXVI.

PRAETER. Centones Falconiæ Latinos, & Eudoxiæ Græcos, vix apud veteres alios reperias: vt mirum ſit tanto tempore tam nobile inventum promotore caruiſſe. Auſonius Gallus videtur eſſe primus, qui noſtrorum avorum ætate Centones ſcripſerit, licèt in hoc carpendus, quòd puriſſimas Virgiliani fontis vndas argumenti obſcœnitate macularit. Exſtat vnus, qui *Nuptialis* vocatur. Huic præfixa eſt ad Paulinum epiſtola: vnde quædam proferam. Initium eſt hoc, *Perlege hoc etiam, ſi operæ eſt friuolum & nullius pretii opuſculum: quod nec labor excudit, nec cura limauit: ſine ingenii acumine, & moræ maturitate. Centonem vocant qui primi hac concinnatione luſerunt. Solæ memoriæ negotium, ſparſa colligere, & integrare lacerata: quod ridere magis quam laudare poſſis. Pro quo, ſi per Sigillaria in auctione veniret, neq. Afranius nauci daret, nec Stichum ſuum Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehoneſtaſſe materia.* Hæc ille: vbi obſervandum eſt, *concinnationem* ab eo de Centone dici, atque adeò hunc *concinnationem* appellari. Quod autem dicit, ſolius memoriæ (ſed ibi eſt *ſola* ſcriptum ἀρχαϊκῶς) eſſe negotium, ſparſa colligere, hoc equidem illi non concesſerim: quippè qui, vt eorum quæ memoria collegerit, habeatur is, qui requiritur delectus, ſummo ingenii acumine opus eſſe contendam. Quum dicit *Integrare lacerata*, ſignificat, ex laceris carminibus integra efficere: intelligens, vt opinor, de hemiſtichiis, ex quibus conſutis integri verſus fiunt. Quod dicit (tanquam veniam petens) pigere ſe Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari materia dehoneſtaſſe, eſt certè (vt antea quoq. docui) quod eum pigeat & pudeat etiam, ſed eorum quæ in Centone illo obſcœna potius ſunt quàm iocularia. Nam quin alioqui ſalva carminis Virgiliani dignitate, aliquid inde ad iocoſam quampiam materiam traduci poſſit, minimè dubium eſt: præſertim quum ipſemet Virgilius quædam illi Æneidis operi, cujus tanta eſt grauitas atque dignitas, accommodauerit, quæ ex aliis ſuis poëmatis quorum humile potius argumentum appellandum eſt, excerpſerat. In ijs quæ proximè ſequuntur, Valentinianum imperatorem ludo eiuſmodi nuptias deſcripſiſſe, & ſimilem eadem de re concinnare iuſſum ſe ab illo fuiſſe ait. Vtitur enim hîc, *concinnandi*, ſicut in ſuperioribus *concinnationis*, vocabulo. Sed *ſimilem* quàm *ſimile* legere malo, vt ad *ludum* referatur. Interiectis quibuſdam, ſuo illi opuſculo varios titulos ſeu varia epitheta tribuit. *Accipe igitur* (inquit) *opuſculum de inconnexis continuum, de diuerſis vnum, de ſeriis ludicrum, de alieno noſtrum: ne in ſacris & fabulis aut Thyonianum mireris, aut Virbium: illum de Dionyſo, hunc de Hippolito reformatum*. Ex his autem poſtremis verbis colligi poſſe videtur, de Baccho & Hippolyto ludicra etiam ſeu iocularia quædam cani fuiſſe ſolita, in quibus non jam ille, vel Bacchus vel Dionyſus, ſed Thyoneus ſeu Thyonianus: hic non Hippolytus, ſed Virbius appellaretur. Reuera (inquit Seruius) Virbius eſt numen conjunctum Dianæ, vt Matri Deûm Attis, Mineruæ Erichthonius, Veneri Adonis. Dixerat autem in iis quę proximè præcedunt, eum, licet caſtus vbique inductus ſit, & qui ſemper ſolus habitauerit, habuiſſe tamen filium. Poſſunt huc pertinentia quædam & ex Lactantio peti, De falſa religione lib. 1. cap. 17.

Sequuntur autem apud Auſonium hæc, quæ Centonis definitionem continent, *Variis de locis, ſenſibuſque diuerſis, quædam carminis ſtructura ſolidatur, in vnum verſum vt coeant aut caſi duo, aut vnus & ſequens cum medio*. Quæ poſteriora obſcurius dici ab eo videntur, ſiquidem ſit hic eorum ſenſus (vt eſſe videtur) vnum cum ſequenti poſſe ſumi, modò aliquis ſit intermedius. Hoc enim verba proximè ſequentia declarare videntur, quibus duos junctim locare ineptum eſſe tradit. Addit enim, tradens quædam de Centonum concinnatione præcepta, *Nam duos iunctim locare ineptum eſt, & tres vna ſerie, mera nugæ. Diffunditur autem per cæſuras omnes quas recipit verſus heroicus: conuenire vt poſſit aut penthemimeris cum reliquo anapæſto*, &c. At enim quod Auſonius ineptum eſſe judicauit, duos nimirum verſus junctim collocare, non aliorum omnium itidem qui talia poëmata concinnarent, judicio ineptum fuiſſe comperio. Atque adeò quum hoc dicit, aliquos qui id ſibi permitterent, videtur velle reprehendere. At ego illos ob tres quidem junctim ſeu vna ſerie poſitos, reprehenſionem meruiſſe dixerim, ob duos verò, non item: ſi tamen ne hoc quidem frequenter ſibi permiſerint. Imò verò quomodo potuit Auſonius in aliis improbare quod ſibi licere exiſtimauit? Sed iam aliquot ex illo Centone ſelectos à me, vt tibi pro exemplis eſſent, locos, proferre libet. Hi ſunt igitur primi verſus deſcriptionis cœnæ nuptialis. Ex-

Expectata dies aderat, digniſque hymenæis
Matres atq. viri, iuuenèſque ante ora parentum
Conueniunt, ſtratòque ſuper diſcumbitur oſtro.
Dant famuli manibus lymphas, oneràntq. caniſtris
Dona laborata Cereris, pinguiſque ferinæ.
Viſcera toſta ferunt. ſeries longiſſima rerum.
Alituum pecudùmq. genus, capreæque ſequaces
Non abſunt illis, nec oues hædique petulci,
Et genus æquoreum, damæ, ceruique fugaces.
Ante oculos interque manus ſunt mitia poma.
Poſtquā exempta fames, & amor compreſſus edēdi,
Crateras magnos ſtatuunt, Bacchumq. miniſtrant.
Sacra canunt, &c.

Primi versûs hemiſtichium prius, *Expectata dies aderat*, eſt ex Æn. lib. 5.

Expectata dies aderat, nonâmque ſerena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.

Illa autem altera pars, *digniſque hymenæis*, eſt ex Æn. lib. 11.

Quin gnatam egregio genero digniſque hymenæis
Des pater.

Sed qui hîc minimè durus eſt datiui vſus cum verbo *des*, duriuſculus illic cum verbo *conueniunt* eſſe videtur. Secundus verſus ex duobus & ipſe verſibus conflatus eſt, ſed eiuſdem libri (qui ſextus eſt Æneidis) & quidem valde vicinis, quum vnus duntaxat verſus ſit interiectus. In eo enim legimus de turba ad ripas Acherontis effuſa,

Matres atque viri, defunctàque corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq. puellæ,
Impoſitìque rogis iuuenes ante ora parentum.

Sed pro *iuuenes* permiſit ſibi *iuueneſque* dicere. Legi autem eoſdem illos verſus & lib. 4. Georg. ſciendum eſt: & ex eorum numero eſſe in quibus illam Homeri in repetendis quibuſdam libertatem vſurpat.

Tertius verſus ex vno eodèmque loco ſumptus eſt, libri Æneid. 1. vel potius vnus ex illius verſibus eſt.

Iam pater Æneas & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.

In quarto incipit ſuam ipſemet legiſlator legem prætergredi. Quum enim dixerit (vt antea commemoravi) duos verſus junctim locare ineptum eſſe, id tamen ipſe hîc facit: vnica voce mutata. Siquidem illum cujus initium eſt *conueniunt*, iſte excipit,

Dant famuli manibus lymphas, Cereremq. caniſtris
Expediunt.

Niſi fortè ita ſe excuſet Auſonius, vt dicat ſe priora illa verba, *Dant famuli manibus lymphas*, pro dimidia tantùm parte verſus habere, & vocem *caniſtris* non ex eodem verſu (licet in eo extet) ſed ex alio ſumere, in quo etiam verbum *onerant* ſibi præfixum habet, & ſequuntur ipſam illa verba, *Dona laborata Cereris*. Is autem eſt Æneid. 8.

Tum lecti iuuenes certatim aræque ſacerdos
Viſcera toſta ferunt taurorum: oneràntq. caniſtris
Dona laborata Cereris, Bacchùmque miniſtrant.

Vbi obſerua inveniri etiam illa quæ in ſexto verſu poſuit Auſonius verba, *Viſcera toſta ferunt*: necnon hæc, *Bacchùmque miniſtrant*, quibus claudit duodecimum. Genitivi illi *pinguiſque ferinæ*, ex quibus conſtat poſterior pars quinti verſus, ſunt ex Æn. 1. *Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinæ*: ſed non ſatis aptè (meo quidem judicio) Auſonius nomini *dona* hunc genitivum junxit. Neq. enim ita dici poſſunt dona ferinæ carnis, vt dicuntur dona Cereris, dona Bacchi, dona Veneris, à poëtis.

Illud poſterius ſexti verſus hemiſtichiū, —*ſeries longiſſima rerum*, ex primo libro deprompſit, & in diverſum planè vſum traduxit. Ita enim Maro,

Ingens argentum menſis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros, antiqua ab origine gentis.

Sed libet in ſequentibus etiam Auſonii verſibus (id eſt, iis qui ſuperſunt ex duodecim quos primos in exemplum attuli) eam qua vtatur in excerpendo artem oſtendere. Illa igitur *Alituum pecudùmque genus*, ſumpta ſunt ex libro 8. Quæ verſum abſolvunt, *capreæque ſequaces*, ex Georg. 11. In octauo verſu verbum *abſunt*, cui junguntur nominatiui *oues hædique petulci*, ex alio eſt loco. Ita enim Georg. lib. 11. in deſcriptione bonorum quibus fruūtur agricolæ,

Mugitúſque boum, molleſque ſub arbore ſomni
Non abſunt: illis ſaltus ac luſtra ferarum.

At reliqua verſus pars, —*nec oues hædique petulci*, eſt ex principiò libri Georg. quarti. Nonus verſus ex iis eſt, qui ex diuerſis ſunt locis collecti. Legitur enim Georg. 3.

Omne adeò genus in terris hominùmque ferarùmque,
Et genus æquoreum, pecudes pictæque volucres,
In furias ignemque ruunt. amor omnibus idem.

At verò illa, *damæ ceruique fugaces*, ſunt ex Georg. 3. Miretur autem aliquis prima fronte cur totum illum verſum, *Et genus æquoreum, pecudes pictæque volucres*, optimè ſermoni ſuo conuenientem, non mutuatus ſit: ſed mirari deſinet, quum eadem aliis verbis iam dicta fuiſſe conſiderabit: his videlicet, *Alituum pecudùmque genus*. Decimus verſus, *Ante oculos interque manus ſunt mitia poma*, factus eſt ex iſto libri 11. *Ante oculos interque manus ſunt omnia veſtras*. Videtur autem (ſi & hîc cenſuram adhibere fas eſt) nimium brevis in hac ſecundæ menſæ deſcriptione fuiſſe; nec tantùm poma mitia dare illi debuiſſe, vt vltima primis reſponderent. Qui autem ſequuntur duo verſus, ex hemiſtichiis quæ memoria facilè

hujus poëtæ lectoribus ſuggeret, ſunt conflati.

Verſus illos apud Auſonium excipiſit iſti,

Sacra canunt, plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Necnon Threicius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.
At parte ex alia biforem dat tibia cantum.
Omnibus vna quies operum, cunctique relictis
Conſurgunt menſis &c.

In verſu qui horum primus eſt, haud dimidia pars ex vno loco, dimidia ex altero ſumpta eſt, ſed illa duntaxat *Sacra canunt*, ſunt ex Æn. lib. 2. cætera autem ex 6. In duobus proximè ſequentibus ſui videtur fuiſſe oblitus Auſonius: id eſt, eorum, quæ dixerat, de non locandis junctim duobus (quum enim dicit, duos junctim locare, ineptum eſſe, nimirum id facere vetat) quippe qui ſibi permittat vnum alteri proximè adiungere, vt in loco Virgilii Æn. 6. Niſi fortè aliquid aliud verba illa apud eum ſignificant:

Paucis interiectis ſequitur hęc egredientis ſponſæ deſcriptio,

Tandem progreditur Veneris iuſtiſſima cura,
Jam matura viro, iam plenis nubilis annis,
Virginis os habitúmque gerens: cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,
Intentos voluens oculos: vritque videndo.
Illam omnis tectis agriſque effuſa iuuentus
Turbáque miratur matrum, veſtigia primi
Alba pedis, dederátque comam diffundere ventis.
Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes,
Ornatus Argivæ Helenæ. qualiſque videri
Cælicolis & quanta ſolet Venus aurea contrà,
Talis erat species, talem ſe læta ferebat
Ad ſoceros: ſolióque altè ſubnixa reſedit.

In his quoque verſibus non deſunt, quæ diſpliceant. ac primùm illud, *Intentos voluens oculos*, de rege Latino dictum lib. 7. de pudibunda virgine præter decorum dici videtur. Pudibundam quidem certè depingit illis verbis, quæ ſunt ex libro 12. de Lauinia, *cui plurimus ignem ſubiecit rubor*, &c. Parum placet & hemiſtichium hoc poſterius, verſus 11. *Venus aurea contrà*, quòd aduerbium contrà in eo ſit omninò ſupervacaneum. Sumptum eſt autem ex hoc loco, libri 10.

Iupiter hæc paucis, at non Venus aurea contrà
Pauca refert.

At verò in pleriſque eorum quæ ſequuntur, felicior fuit. Ac difficile certè eſt vbique invenire particulas, quæ ita verſum abſolvant, vt ſine vlla aduerſus metrum licentia ſermoni inſtituto aptè cohæreant: niſi aliqua interdum parodiæ libertas adhibeatur, id eſt, niſi ius parodiæ ſeu parodorum vſurpando, aliquid interdum immutetur. Qua tamen in re fuiſſe religioſior videtur Auſonius: quum alioqui eos, qui Homerocentra ſcripſerunt, id ſibi permiſiſſe, antea docuerim.

At de Probæ Falconiæ Centonibus quid dicemus? Ad argumentum quidem certè quod attinet, eſt quòd eius opus Auſoniano præferamus, imò verò hac in parte ne comparari quidem hoc cum illo debere fateamur: quum in hoc Auſonii opere Virgilianę Muſæ dignitas imminuatur, & plerique verſus ludibrio exponantur, (ita vt contumelia illos affici aliquis non immeritò queri poſſit, & tali abuſu deturpatos miſerans, ex eodem poëta exclamare, *---quæ cauſa indigna ſerenos Fœdauit vultus?*) at in illo Probę Falconiæ tantùm abeſt, vt aliquid dignitati aut etiam maieſtati Muſæ illius decedat, vt contrà multum ad eam accedat: & ex auguſtis ſacri quodammodò verſus Virgilii reddantur, nedum, ſicut ab Auſonio, profanentur. quod quum dico, ad ipſa Muſarum ſacra reſpicio. Nullo, inquam, modo dignus eſt Auſonii labor qui cum mulieris huius labore, ad argumentum quod attinet, conferatur. Sed non pari ſucceſſu ſuum hæc tractaſſe à nonnullis fortaſſe judicabitur: ego exemplis allatis, ſuum cuiq. judicium relinquam. atq. eo lubentius hæc à me proferentur, quo plures fore puto, quibus hac in re gratificabor. Eò autem gratiora eſſe futura ſpero, quo ſunt rariora. Contingit enim huic opuſculo, quod pleriſque aliis, vt quanvis olim excuſum, à multis hoc tempore, ob exemplarium raritatem, pro novo haberi poſſit. Id certè in cauſa fuit cur exemplari horrendum in modum mendoſo vti, quum aliud non ſuppeteret, & in ſingulis penè verſibus ad ipſum Virgilium confugere neceſſe habuerim. &c.

§ DXXVII.

AVSONIVS Gallus, vt videris, Virgilii gravitatem, modeſtiamq. in argumentum laſcivum & obſcœnum traduxit: at meliori conſilio D. Petrus Angelus Spera, Pomaricanus Prerbyter, Virgilii ethnicas fabulas juſſit in Orthodoxæ Religionis fundamenta tranſire: & ſicut olim Falconia, ſic etiam ipſe nunc, Patientem D. N. Ieſum-Chriſtum Virgilianis numeris modulatur. Opus doctum & pium in quatuor libros ſecuit, quos Neapoli anno 1647. edidit apud Savium, & Innocentio X. Pontifici ſummo dicavit: & in ipsâmet Nuncupatione ſic inquit. *Virgilianam Muſam, Gratiarum altricem, atq. ſuaviſſimi carminis matrſ... multiplicem, & exaggeratam felici correptus æſtro ad acerbiſſimam Chriſti Soteris*

vis mortem enarrandam compoſitis inter ſeſe de induſtriâ ſenſis accuratè traduxi, Centonemque formavi, quo non fabuloſa mendaciorum inſania, ſed cœliſum gloria triumpharet. Non alius mihi canitur Æneas, quàm noſtræ ſalutis vindex, qui infirmum & criminoſum hominem humeris ſuſtulit ſuis, vt ex æternitatis flamma ſoſpitem eriperet, in Calvariæ iugo Paradiſum. Heliconem ibi divini ſanguinis nactus ſum fonte, neq. aliam libuit laurum appetere, coronam affectare, quàm Crucem, & Chriſtum in ipſa confixum. Nimirùm illorum impudentiam ſtolidè doctam ferre minime poſſum, qui nullam arbitrantur poeſim, quæ impuriſſimis Amorum luſibus abſtineat; & in venuſtam Apollinem crepant è Tripode, quem non expoliverit Venus. Ego autem, vt ab iſtorum grege procul abeſſem longè, Virgilium ex Ethnico Chriſtianum feci, quo ipſa ſomniantis Pindi deliria cederent in Magiſterium Pietatis.

Ejuſdem argumenti & opus illud, quod inſcribitur, *Virgilis euangelizantis Chriſtiados libri 13. in quibus omnia, quæ de Domino Noſtro Ieſu-Chriſto in vtroque Teſtamento vel dicta, vel prædicta ſunt, altiſonâ Divini Maronis tubâ ſuaviſſimè decantantur, Inſtante Alexandro Roſæo Aberdonenſe.* Prodiit Londini in Angliâ ann. 1638. & alloquitur lectorem his verbis.

Arma, Virumque Maro cecinit; nos acta, Deumq;
Cedant arma Viri, dum loquor acta Dei.

Prodierint etiam alii ſimiles libri, vt opinor, nam Orbis literarius eſt magnus, & ingenia Virgilio-centonibus delectantur: at illos nondum vidi, & ideò debitâ laude celebrare non poſſum.

CENTO III. VIRGILIANVS.

Relaxatos bellorum & temporum iniuria aliquorum Religioſorum mores reprehendens.

§ DXXVIII.

HÆRESES ob oculos propoſuiſſe, impugnaſſe eſt, ait Hieronymus: & ego hac doctrinâ prævenitus, exiſtimo idem eſſe exorbitantias Religioſorum injuriâ belli & temporis relaxatorum recenſere, quod carpere. Hanc ob rem poſtquam audivimus Virgilium labore & induſtriâ Welleri divinam S. Benedicti vitam, & veterum Monachorum mores ſeveriſſimos ediſſerentem; audiamus iterum eumdem Virgilium ingenio & induſtriâ Capilupi deformatos aliquorum locorum mores repræſentantem, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis lucere queant. Multa ſunt hodie reformatiſſima veterum & juniorum Ordinum, non ſolùm in Hiſpaniâ, Galliâ, Belgio, Italiâ; ſed etiam in ipſâ Germaniâ: at ante centum annos cum Martinum Lutherum nupſit Hæreſis, non item. Multi poſt Martinum Lutherum Religioſi aut Presbyteri, obſervantiæ regularis immemores, divitiis Eccleſiarum abuti, & genio indulgere cœperunt. Horum inſolentiam præſtringit Virgiliano Centone Capilupus, quem licèt poſt multos alios collocem, tantùm abeſt, vt laudem poſtremam ei tribuere velim, vt potiùs primâ dignum eſſe judicem, & de ipſo etiam Auſonio, ſi cum eo contendere velit, propemodùm auſurus ſum dicere, *Impar congreſſus Achilli.* Capilupi igitur Centonē ſubiiciamus.

ILle ego qui quondam, quum Gallus amore periret,
Noctes atque dies cecini ſub tegmine fagi
Carminibus patriis leuium ſpectacula rerum,
Maius opus moueo. Non hic te carmine ficto
Magnanime Ænea, nec te rationis egentem
Infelix Dido miſeri poſt fata Sichæi:
At fratres rerum dominos, gentémque togatam,
Illuſtres animas & corda oblita laborum
Dicam equidem, fretus cithara fidibúſque canoris
Fatidicæ Mantus. non omnia poſſumus omnes.
O decus Italiæ, magnæ ſpes altera Romæ,
Cura Deum Hippolyte, proles pulcherrima bello,
Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis:
Tu mihi, ſeu magni ſuperas iam frigora Rheni,
Horridus in iaculis & pelle Libyſtidis vrſæ,
Arma inter regum, clypeòque inſigne paternum
Centum angues cinctámq; geris ſerpentibus hydram,
Ardens inſurgens & grandia lilia quaſſans:
Siue Padi ripis auguſta ad mœnia regis,
Vnde genus ducis, Tyrio conſpectus in oſtro,
Inter ſacra deum patribus das iura vocatis:
Da facilem curſum, atque audacibus annue cœptis.

Cætera apud Authorem ipſum videri poterunt, ego enim ſcommata non libenter tranſcribo.

Omnia hæc carmina (cæſa aut integra) ſumpta ſunt ex Virgilio: at loca non adnotavit Capilupus, vt Weller fecit, & jam Poëtæ diligentiores faciunt; qui non ſolùm librum, ſed verſum etiam, numeris exprimunt, vt ſtatim candidus lector videre queat, vndè & quo carmen modo ſit extractum.

Interim, quia non tam Centones dare, quam artem illos conſuendi intendo, hunc accuratè recognoſcam: &, quæ notatione digna ſint, illuſtrabo. Igitur incipiam à proœmio, videlicet ab illis verſibus,

At

At fratres rerum dominos, gentemq. togatam,
Illuſtres animas, & cordi oblita laborum
Dicam equidem.

In primo verſu Henricus Stephanus aſſerit parodiam committi: & authorem excuſat, *Cùm in huiuſmodi quoque centonibus* (verba eius ſunt) *vt neceſſaria, ita etiam conceſſa ſit aliquando parodica immutatio. Cùm igitur ſcripſiſſet Virgilius Æneidis lib. 1.* Romanos rerum dominos, gentemque togatam, *eleganter & appoſitè illud* Romanos *mutavit in* fratres : *quæ vulgaris eſt Monachorum appellatio, & quamdam ἀφέλειαν habet*. At pace Henrici hîc parodia à Capilupo non committitur, ſed illud carmen è duobus locis diſtantiſſimis ſumptum, ſic conſui debet:

At fratres * *rerum dominos, gentemq. togatam.*

Ita vt prior pars exciſa ſit à verſu 277. libri 12. vbi ait Virgilius,

At fratres animoſa phalanx, accenſaque luctu
Pars gladios ſtringũt manibus, pars miſſile ferrũ.

Et poſterior à verſu 789. libri 6. quem dedi.

Secundus verſus è duobus hemiſtichijs conſutus eſt. libro enim 6. inquit Virgilius.

Illuſtres animas noſtrũq. in nomen (lumen) ituras.

Et libro 4.

—ſomno poſita ſub nocte ſilenti
Lenibat curas, & cordi oblita laborum.

Quod autem ad prius hemiſtichium attinet, multa à Capilupo in toto hoc ſatyrico ſcripto ironicè vſurpari, animaduertendum eſt.

Ad totum Poëma elimaveram Notas, ſed ſiquidem illud nolui huc ponere, Notas eſſe ſuperfluas judicans, illas etiam expungo.

CENTO IV. VIRGILIANVS.

Vitam, geſta, & miracula Sancti Benedicti comprehendens.

DXXIX.

COMPELLIT me eruditio & devotio, vt alium Centonem eruditum huc referam, laudemq. P. Balthaſarum Weller, Monaſterii Sancti Dionyſii in Bantz Franciæ Orientalis, Ordinis S. Benedicti Religioſum: magno enim temporis impendio & labore præcipua, quæ S. Gregorius recenſet, expreſſit Virgilianis carminibus, addens nonnihil ſplendoris inventioni Falconiæ & veterum imitationi; dedit enim carmina Virgiliana (cæſa aut integra) & loca vndè ſingula excerpta in margine diligenter expreſſit: quod nec in Latinis Falconia, nec in Græcis Eudoxia, nec olim alius, quem ſciam, fecerat. Liber hic non eſt rarus; eſt enim editus Bambergæ apud Auguſtinum Crineſium, & ideò Authorem nominaſſe ſufficiat, quem ſi compàret lector, Flaviſſas pias & eloquentes lucrabitur.

CENTO V. VIRGILIANVS.

Statuas & elegantias Arundelianas commendans.

DXXX.

INTER paucos, qui hoc genere carminum delectantur, floret hodie D. Lucas Lancelottus Antuerpienſis, I. V. Doctor, qui omnia Virgilii opera tam præſenti memoriâ retinet, (narro, quæ vidi) vt cum omnium admiratione, quæcumq. folia jubeas, recitet, quin vel verbo labatur. Hic aliquos Centones Maronianos edidit, & adoptivorum carminum cęſuras accuratè diſtinxit, & numeris vtrimq. appoſitis locos ipſos notavit, vnde hemiſtichia ſunt exciſa. Hic artem & modum promôvit: illumque, vt admireris, & etiam imiteris produco.

Cento ille dedicabatur *Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Heroi ac Dom. D. Thomæ Houuard, Houuarda familia primo, Arundelliæ & Suriæ Comiti, Maximo Britanniæ Mariſcallo*, &c. fuit impreſſus Antuerpiæ anno 1643. & quia mihi ſummoperè placuit, illum ſubiicio.

Verſum ſextum & ſeptimum, videlicet,

Numina magna Deûm, * *tum fatis debitus Arun-*
Delius inſpirat, * *ò vos clariſſima Mundi*
Lumina.

laudavi & commendavi ſuperiùs: verſus profectò, quos omnes viri eruditi admirentur: & quidem, me judice, ſi in toto hoc poëmate alii non eſſent, adhuc integra maneret D. Lancelottum gloria, qui tam ingenioſè & audacter ſcivit quærere, & tam feliciter invenire

nire

nire in Virgilio Comitem *Arundelium*. Tu (lector candide) verſus ſingulos attentè lege, vt judices, an violenta connexio ſit, an non potiùs tam elegans & connaturalis, vt voces natæ hîc potiùs, quàm aliundè exciſæ, & conſutæ hîc, aut vt Auſonius loquitur, concinnatæ, videantur?

Æn. 8. 36.	O SATE gente Deûm, *debellatorque ferarum,	*Aen.* 7. 651.
Æn. 9. 230.	Caſtrorum & campi * ſi quando ad prælia ventum eſt,	*Geor.* 3. 98.
Æn. 11. 616.	Fulminis in morem, * magnique ipſe agminis inſtar.	*Aen.* 7. 707.
Ecl. 4. 11.	Teque adeò decus hoc ævi, *ſanctiſſima conjux,	*Aen.* 11. 158.
Geor. 3. 522.	Purior electro, *magnam cui mentem animumque	*Aen.* 6. 11.
Æn. 2. 623.	Numina magna Deûm, *tum fatis debitus ARVN-	*Aen.* 11. 759.
Aen. 6. 12.	DELIVS inſpirat. *Vos ò clariſſima mundi	*Geor.* 1. 5.
Geor. 1. 6.	Lumina, *jam totum famâ vulgata per orbem.	*Aen.* 1. 462.
Geor. 1. 5.	Hinc canere incipiam, *ſi quid mea carmina poſſunt.	*Aen.* 9. 446.
Aen. 9. 525.	Vos, ò Calliope, precor, *& Deus auctor Apollo,	*Aen.* 8. 336.
Aen. 3. 529.	Ferte viam vento facilem, *adſpirate canenti.	*Aen.* 9. 525.
Geor. 2. 42.	Non ego cuncta meis *veterum decora alta parentum,	*Aen.* 2. 448.
Aen. 1. 571.	Virtuteſque, viroſque *amplecti verſibus opto.	*Geor.* 2. 42.
Geor. 4. 132.	Regum æquabat opes. *genus armipotentis Achilli	*Aen.* 6. 840.
Aen. 12. 888.	Ingens arboreum *pariter pietate vel armis.	*Aen.* 6. 769.
Aen. 10. 139.	Te quoque magnanimæ, *repetentem exempla tuorum,	*Aen.* 12. 439.
Aen. 10. 463.	Victoremque ferant *victæ longo ordine gentes;	*Aen.* 8. 722.
Aen. 8. 516.	Militiam & grave Martis opus, *tuaque optima facta,	*Aen.* 10. 791.
Aen. 6. 848.	Excudens alii, *pugnataque in ordine bella	*Aen.* 8. 629.
Aen. 6. 851.	Deſcribent *Vates, & Phœbo digna locuti.	*Aen.* 6. 662.
Aen. 2. 101.	Sed quid ego hæc autem, *dulces ante omnia Muſæ?	*Geor.* 2. 475.
Aen. 6. 625.	Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,	*Aen.* 6. 625.
Aen. 6. 759.	Expediam dictis, *vt duros mille labores,	*Aen.* 8. 291.
Aen. 6. 127.	Noctes atq. dies *media inter prælia belli	*Aen.* 11. 541.
Aen. 8. 293.	Pertulerit. *primâ repetens ab origine famam.	*Geor.* 4. 286.
Aen. 6. 792.	Hic vir, hic eſt *magnorum haud vnquam indignus avorum	*Aen.* 12. 649.
Aen. 1. 526.	Maximus Ilioneus, *vnum Tritonia Pallas	*Aen.* 5. 704.
Aen. 5. 705.	Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte,	*Aen.* 5. 705.
Aen. 7. 235.	Sive fide, ſeu quis bello eſt expertus & armis,	*Aen.* 7. 235.
Aen. 8. 683.	Arduus agmen agens *ſeu cùm pedes iret in hoſtem,	*Aen.* 6. 881.
Aen. 6. 882.	Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos	*Aen.* 6. 882.
Aen. 12. 8.	Impavidus, *nulli veterum virtute ſecundus.	*Aen.* 11. 441.
Aen. 11. 36.	Vt verò *egregias idem disjecerit vrbes,	*Aen.* 8. 290.
Geor. 4. 132.	Regum *conſiliis habitus non futilis auctor,	*Aen.* 11. 339.
Aen. 6. 813.	Miſſus in Imperium *dextræ conjungere dextram	*Aen.* 8. 164.
Geor. 3. 47.	Cœſaris, *& notas audire & reddere voces,	*Aen.* 6. 689.
Aen. 4. 464.	Multaque prætereà *divini ſigna decoris	*Aen.* 5. 647.
Geor. 4. 148.	Prætereo, atq. aliis pòſt commemoranda relinquo.	*Geor.* 4. 148.
Aen. 3. 602.	Hoc ſat erit, *ò famâ ingens, ingentior armis:	*Aen.* 11. 124.
Aen. 11. 410.	Nunc ad te, & tua, Magne Pater, *ſpectacula rerum	*Geor.* 4. 3.
Aen. 6. 240.	Tendere iter, *liceat totum mihi ferre per orbem	*Ecl.* 8. 9.
Aen. 8. 377.	Artis opiſque tuæ *magnum & memorabile nomen:	*Aen.* 4. 94.
Ecl. 1. 32.	Nanque (fatebor enim) *tua terris didita fama	*Aen.* 8. 132.
Aen. 5. 603.	Hac celebrata tenus, *tantum mihi creſcit in horas,	*Ecl.* 10. 73.
Ecl. 10. 74.	Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus.	*Ecl.* 10. 74.
Aen. 4. 569.	Eja agè rumpe moras, (*fugit irreparabile tempus)	*Geor.* 3. 284.
Aen. 8. 500.	Flos veterum virtuſque virûm, *ſecludite curas,	*Aen.* 1. 567.
Aen. 6. 663.	Inventas aut qui vitam excoluere per artes:	*Aen.* 6. 663.
Aen. 11. 739.	Hic amor, hoc ſtudium, *quo non præſentius vllum.	*Geor.* 2. 127.
Geor. 1. 251.	Illic ſera RVB[illegible]S *intentis omnibus vnus,	*Aen.* 3. 716.

At-

Æn. 7. 814.	Attonitis inhians animis,*veſtigia preſſit:	*Aen.* 6. 331.
Æn. 6. 595.	Nec non & TITIAN,*quo non præſtantior alter,	*Aen.* 6. 164.
*Æn.*12. 220.	Suppliciter venerans,*dicit ſe judice victum.	*Ecl.* 4. 59.
Æn. 6. 487.	Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt,juvat vſque morari:	*Aen.* 6. 487.
Aen. 1. 718.	Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo.	*Aen.* 1. 718.
Aen. 8. 483.	Quid memorem*veterum effigies ex ordine avorum,	*Aen.* 7. 177.
Aen. 1. 460.	Artificumque manus inter ſe,operumque laborem ?	*Aen.* 1. 460.
Aen. 3: 464.	Dona dehinc auro gravia,ſectoque elephanto,	*Aen.* 3. 464.
Aen. 5. 267.	Cymbiaque argento perfecta,atque aſpera ſignis ?	*Aen.* 5. 267.
Aen. 1. 379.	Antè diem clauſo componet veſper olympo.	*Aen.* 1. 379.
Aen. 1. 597.	Quale manus addunt ebori decus*arte magiſtrâ !	*Aen.*12. 427.
*Aen.*10. 134.	Qualis gemma micat,fulvum quæ dividit aurum !	*Aen.*10. 134.
Aen. 1. 598.	Argentum Pariuſve lapis circumdatur auro !	*Aen.* 1. 598.
Aen. 7. 177.	Quin etiam veterum effigies*excudit achates.	*Aen.* 1. 178.
Geor. 4. 4.	Magnanimoſque duces,*dum fata Deûſque ſinebant :	*Aen.* 4. 651.
Ecl. 6. 27.	Tum verò in numerum Faunoſque feraſq.videres,	*Ecl.* 6. 27.
Geor. 2. 494.	Panaque,Sylvanumq.ſenem,Nymphaſque ſorores,	*Geor.* 2. 494.
Ecl. 5. 73.	Saltantes Satyros,*atque inter pocula læti,	*Geor.* 2. 383.
Aen. 5. 588.	Vt quondam*in pratis vnctos ſaliere per vtres.	*Geor.* 2. 384.
*Aen.*10. 527.	Cælati argenti,*cælo capita alta ferentes	*Aen.* 3. 678.
Aen. 1. 286.	Romanos rerum dominos,*ſuaq.omnibus arma	*Aen.* 9. 273.
Geor. 2. 117.	Fert ebenum,*jamq.elati ſublimè videntur	*Geor.* 3. 108.
Aen. 7. 285.	Sublimes in equis,*hîc Cæſar,& omnis Iüli	*Aen.* 6. 790.
Aen. 6. 791.	Progenies*ibant evincti tempora tænîs,	*Aen.* 5. 269.
Aen. 6. 683.	Fataque fortunaſq.virûm*mirantibus addit:	*Aen.* 6. 855.
Aen. 3: 148.	Effigies ſacræ Divûm,*ſpirantia ſigna,	*Geor.* 3. 34.
Aen. 1. 659.	Maxima gnatarum*media inter numina Divûm,	*Aen.* 4. 204.
*Aen.*12. 178.	Et Pater omnipotens*hominum rerumq.repertor;	*Aen.*12. 829.
Aen. 8. 646.	Nec non*agreſtûm præſentia numina, Fauni,	*Geor.* 1. 10.
Geor. 1. 7.	Liber,& alma Ceres,*Ianique bifrontis imago,	*Aen.* 7. 180.
Aen. 7. 180.	Saturnuſque ſenex,*ſervans ſub imagine falcem,	*Aen.* 7. 179.
Aen. 6. 307.	Magnanimûm Heroum*ſimulacraq.luce carentûm	*Geor.* 4. 472.
Aen. 1. 122.	Apparent,*nequeunt expleri corda tuendo:	*Aen.* 8. 265.
Ecl. 1. 12.	Vſque adeò*vivos ducunt de marmore vultus.	*Aen.* 6. 849.
*Aen.*11. 410.	Nunc ad te*fandi doctiſſima Cymodocea,	*Aen.*10. 225.
Aen. 6. 28.	Magnum Reginæ,*magnum Iovis incrementum,	*Ecl.* 4. 49.
Aen. 2. 757.	Me refero,*noſtroſque hujus meminiſſe minores,	*Aen.* 1. 738.
Aen. 7. 273.	Et reor,etſi quid veri mens augurat,opto.	*Aen.* 7. 273.
Ecl. 9. 39.	Huc ades,ò ALETHEA,*tuus jam regnat Apollo.	*Ecl.* 4. 10.
Geor. 1. 12.	Munera veſtra cano. *Quæ te tam læta tulerunt	*Aen.* 1. 610.
Aen. 1. 611.	Sæcula ? qui tanti talem genuere parentes ?	*Aen.* 1. 611.
Aen. 3. 321.	O felix vna ante alias*cæleſtis origo	*Aen.* 6. 730.
Aen. 4. 48.	Conjugio tali,*qualis Berecynthia mater;	*Aen.* 1. 785.
Geor. 2. 173.	Salve magna Parens,*magnum quæ ſparſa per orbem.	*Aen.* 1. 607.
Aen. 8. 138.	Vobis Mercurius*magno inflammatus amore,	*Aen.* 3. 330.
*Aen.*11. 338.	Largus opum & linguâ,*ſua munera lætus Apollo	*Aen.*12. 393.
*Aen.*12. 394.	Augurium citharamque dabat,*Tritonia virgo	*Aen.*11. 483.
Geor. 1. 416.	Ingenium,*quo non aliud velocius vllum:	*Aen.* 4. 174.
Aen. 5. 241.	Et Pater ipſe manû magnâ,*Iunone ſecundâ,	*Aen.* 4. 45.
Aen. 6. 64.	Dîque deæque omnes,*quæ cuique eſt copia,læti	*Aen.* 5. 100.
Aen. 5. 101.	Dona ferunt.*nobis tali ſit munere majus?	*Ecl.* 5. 55.
Geor. 1. 252.	Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cælo	*Geor.* 1. 252.
Aen. 7. 335.	Tu potes,*hinc meſſiſque diem,tempuſque ſerendi,	*Geor.* 1. 253.
Geor. 4. 222.	Terraſque tractuſque maris,cælumque profundum,	*Geor.* 4. 222.
Aen. 6. 725.	Lucentemque globum Lunæ,*cælique meatus,	*Aen.* 6. 850.
Aen. 9. 21.	Palanteſque polo ſtellas,*Titaniaque aſtra,	*Aen.* 6. 725.

Æn. 1. 749.	Arcturum,pluviaſque Hyadas,*Soliſque labores,	Æn. 1. 747.
Geor. 1. 1.	Quid faciat lætas ſegetes,*vnde imber & ignes,	Æn. 1. 748.
Æn. 1. 748.	Vnde hominum genus,& pecudes * vitæque volantûm.	Æn. 6. 728.
Æn. 9. 446.	Fortunati ambo,*dum ſpiritus hos reget artus,	Æn. 4. 336.
Æn. 3. 493.	Vivite felices,quibus eſt fortuna peracta,	Æn. 3. 493.
Æn. 6. 745.	Donec longa dies*animâ ſeduxerit artus;	Æn. 4. 385.
Æn. 9. 248.	Non tamen omnino*memori vos eximet ævo:	Æn. 9. 447.
Ecl. 4. 15.	Ille Deûm vitam accipiet*fortiſſimus Heros,	Æn. 6. 169.
Æn. 7. 572.	Nec minùs intereà,*totâ cum ſtirpe videbit	Æn. 11. 394.
Ecl. 4. 16.	Permiſtos Heroas,& ipſe videbitur illis:	Ecl. 4. 16.
Æn. 6. 71.	Te quoq.magna manent,*poſtquam te fata tulerunt,	Ecl. 5. 34.
Æn. 12. 765.	Præmia*jam video medium diſce lere cœlum,	Æn. 9. 20.
Æn. 2. 777.	O dulcis conjux,*fatiſque ad ſidera tolli.	Æn. 12. 795.

PLACVIT hîc adſcribere Objectiones nonnullas, quas contra Centones vidi interdum inſtitui, & non ſemper, vt deberent, diſſolvi. Sed quia D. Angelus Spera eſt vir ingenioſus & pius, prologum, quem ſuo Virgilio-centoni præfixit, legam, & ejus ſententiâ, aut etiam verbis liberè vtens, propoſitum argumentum expediam.

Obiectio prima.

SAncta ſãctè tractari debẽt,& pia piè. Olim igitur Proba Falconia, & Eudoxia, heri Petrus Angelus Spera,& quotquot ex ethnicorum ſcriptis tranſlatitio quodam labore cantarunt Chriſti hiſtoriam, ſunt piaculares. Eſt enim propudioſum ſcelus Homerum aut Virgilium, Poëtas ethnicos facere Dei morientis hiſtoricos.

Sic invidię contra pietatem, virtutemq. vociferari placuit. at alter Lactantius, & alii viri docti & ſinceri. Emanuël de Fariâ, in Aganippes ſuę prologo, quem *Advertencias* (inſcripſit) *Proba Falconia, y Eudoxia tienen muchas violencias en ſus Centones, y na die las obligò à eſcribirlos, y no por eſo dexan de ſer admiradas de todos los doctos por aquellos Poemas; tanto, que de la primera dice Lactancio, Firmiano, que no pudo obrarlo ſin particular aſsiſtencia del Eſpiritu ſoberano*. Et quidem, ſi ſpeciali Spiritusſancti aſſiſtentiâ ſuum Centonem concinnavit Falconia, ſancta ſcripſit & ſanctè. Mos enim olim Eccleſiæ fuit procurata nefariis ritibus deorum tẽpla in veri Numinis trophæum evehere. Quàm multa pleriq. Sanctorum Patrum è ſuperſtitioſis veterum commentis excerpſere? Neminem pręterit, quod Iſraëlitico populo, ex Aegypti tãdem latebris evaſuro, Deus imperavit, vt ſcilicet ab ipſis Aegyptiis vaſa argento, auroq. laborata raperent ad domeſticos vſus, neq. non ſacri ſervitii pompam; vt conteſtatum omnibus foret, honeſtiſſimum eſſe à veterum Philoſophorum, Poëtarumq. commentis Romanæ Religionis myſteria repetere, atq. ex aliorum tenebris Chriſtianæ Fidei lucem educere.

Obiectio ſecunda.

GLoriantur Centonũ Authores,& putant ſe doctiſſimè loqui,cũ dicũt,ſe Homerũ, Virgiliũ, Ciceronem, &c. Evangeliſtas poſſe reddere. Et quid eſt aliud hoc, quàm exponere Evangelium ludibrio. Quoniam, ſi conſequentia non eſt certior præmiſſis: & illa, quæ priùs vt dicta ab Spiritusſancto credebantur, jam hodie in Homero-centone Eudoxiæ, vt dicta ab Homero creduntur, erunt æquè digna fide, ac Homeri omnia Opera, quæ fabulis ingenioſis ſunt plena.

Reſpondeo Centonem non habere fidem, authoritatemq. ab Homero aut Virgilio, ſed charites, ſplendorem, & pompam. Piè igitur potuit Falconia deſudare, vt è Virgilio, Religioſo propè Vate, ac fabulis laſcivientibus temperanter amico, ad exprimendos Chriſti Soteris cruciatus,& necem dicendi ornatum acciperet, iiſdemq verſibus Calvariæ vertex reſonaret, quibus jamdudum Pindus inſignitus ſuperbit.

Obiectio tertia.

CEnto, opus eſt abortivum,& vndè ſuffarcinatum: alienâ lanâ textum, & alienis plumis exornatum. Non ergo laude dignum.

Sic invidis videtur: at mihi magnificum, immò, vt ait Auctor quidam, miraculum videtur de poëtarum fictitiis rebus ea depromere, quæ divinitàtis vera opera præſeferant. E' Troiæ labentis, & ardeſcentis incendio nõ aliud Palladium, Eudoxia & Falconia olim; & nuper Petrus Angelus Spera, & alii viri docti eripuerunt, quã æternæ Sapientiæ Verbum.

bum. Age porrò, quænam humilitas in hoc Opere? Centonem faſtidis? at maximi ſemper pretii, & voluptatis apud homines fuere metamorphoſes. Dulcius ſapiunt poma, quæ nō nativis arboribus, ſed alienis inſita matureſcunt. Quàm venuſtè oculis accidunt picturæ vermiculato emblemate, conciſiſque lapillis artificiosè coeuntibus concinnatæ? Corinthiis vaſis quantus eſt honor, quæ fluxili metallorum calamitate enata conſtituerunt caſu magiſtro? Quàm nobiles hortorum areolæ, vbi aliis atque aliis terrarum partibus adventicii flores renident? atque, vt reliqua ſileam, in cælo galariam, ſi ſapis, Centonem ſyderum aptè dixeris. Centonis Author, cùm Chriſti hiſtoriam exprimit, merum agit interpretem: & ſicut ex vnâ linguâ in aliam verſot, ſic ex oratione ſolutâ in ligatam, nihil addendo, quod alteret ſenſum, traducit. Vndè de ſuo Virgilio-centone Petrus Angelus, *Nihil hic occurret legendum, niſi quod in Euangeliis Sanctorum Patrum, & interpretum ſenſis, piiſq. aliorum cōmentationibus excogitatum, vel revelatum Romanæ cortina comprobarunt. Quod ſi Chriſtianam Fidem dedecère nonnulla videbuntur Poetarum more vſurpata, ea libens cenſuræ ſubmitto, & irrita, indicta volo. Chriſtianus ſum, Sacerdos ſum. Aliquando Pilatus iniquisſimus Iudex, & peſſimus mercator Iudas, quique in ipſum intraverat Satanas, verba facient, &* ſortem, fortunam, & *fata ſuis inſerent dictis. Semel ab Auguſtisſimâ Virgine illud Euandri vſurpatur, occiſo per Turnum Pallante filio:* Cōtrà ego vivendo viſi mea fata, ſuperſtes Teſtarem vt Genitrix: *vbi id ſpectatur, quod natura genio congruum eſt, nempe, vt parentibus filii ſuper vivant; aliis nil, præter verba, &* dicta denotabunt.

Obiectio quarta.

SI Eudoxiæ; ſi Falconiæ, ſi iuniorū Centones accuratè excutiamus, percipiemus clariſſimè, quòd interdū Poeta (Homerus, aut Virgilius) noſtro loquitur ſenſu, ſuis ipſe tamen loquitur verbis: quæ, ſive dubia, ſive oppoſitum, ſive aliud diverſum ſignificantia, illa ſunt mente præintelligenda, quam nos affinximus, Pierio etiam quandoq. conſulto. Quæ ergo aut gratia, aut ſinceritas laudari poterit in poëmate, in quo verba ponuntur Homeri quidem, aut Virgilii, ſed alio omninò ſenſu, quàm leguntur in fontibus.

Reſpondeo ipſammet translationem, & ſenſuum mutationem charitibus exuberare; nā in emblematibus, & hieroglyphicis quotidiè obtinet, vt alicujus Poëtæ veteris hemiſtichium in ſenſum diverſum trahatur.

Obiectio quinta.

BOnorū ingeniorum inſignis eſt indoles in rebus verum amare, non verba:* ait Aug. *lib. 4. cap. 12. de doctrinâ Chriſt.* Ergo, ſi verum habemus in Evangelio, cur vt habeamus verba in Homeri, aut Virgilii lectione fatigabimur.

Si aliquid probat hæc Objectio, magnam partem Grammaticæ, totam Metricam, totam Rhythmicam, & totam Rhetoricam auferet. De verbis agunt iſtæ ſcientiæ; & tamen de illis omnibus Auguſtinus ſcripſit, & vltimam Mediolani, ſedente Ambroſio, ſtipendio publico profeſſus eſt.

Reſpondeo igitur, non condemnare Auguſtinum illos, qui illæſâ veritate verba ſeligunt, vt eloquentiùs rem enarrent, ſed illos, qui malunt eloquentia referre, quàm vera; oportet enim verbis, & eloquentiæ aliquando deeſſe, ne ſenſui, & veracitati deſimus.

CENTO VI. VIRGILIANVS.

❧ D X X X I.

EST Deus (Lector eruditiſſime) *α καὶ ω. Principium ſine principio, Finis ſine fine.* Ergo, qui à divinis laudibus exordium ſumpſimus, vt doctrinam de conficiendis Centonibus traderemus, Centonibus gloriam Dei dilucidantibus hunc Tractatum claudamus.

Si concinnare ex Patribus Centones divinos placeret, multa reperiremus curioſa carmina, quæ fracta, aut integra, poſſent argumento ſervire. S. Gregorius Nazianzenus *lib. de Principio, carm.* 1. de Dei Aſeitate, Vnitate, Æternitate, Immenſitate, & aliis attributis luculenter ſcripſit. Illa Iacobus Billius ex Græco in Latinum convertit. Pauca ſubjicio.

Vnicus omninò Deus eſt, ab origine nullâ;
Cauſæq. ignarus; eum circumſcribere quidquam,
Quod queat, haud vnquam fuit, aut quandoq.
futurum eſt:
Ævum ipſe amplectens immenſo robore: &c.

Deorum pluralitatem impugnat Aurelius Prudentius contra Symmachum. [Introducitur Deus redarguens ethnicum.]

Tu me præterito meditaris Numina mille,
Et non vis parère meis virtutibus at me
Per varias partes minuis, cui nulla recidi
Pars, aut forma pōt, quia ſū ſubſtantia ſimplex.

Nec pars eſſe queo.Solis diviſio rebus,
Compoſitis factiſq.ſubeſt:me nemo creavit,
Vt ſcindi valeam,cunctorum conditor vnus.
Crede,quod ex nihilo formavi, pars mea no eſt.
Quare age Mortalis:ſoli mihi conſtrue templū,
Meq.vnum venerare Deum. &c.

Alia attributa ab aliis expreſſa reperies.Sed & Poetæ Græci,& Latini lumina eloquentiæ, & vbertate de divina perfectione tractarunt. Multa apud Homerum, Phocylidem, Pittacum, Heſiodum,&c.multa apud Virgil.Ovidium, Horatium, Senecam, Martialem, Silium,Statium,Manlium, Lucanum, &c.optime conſcriptata,& dilucidata reperio. Ex omnibus his ex ſingulis Centones conformare poſſum;ſed brevitati ſtudens,Virgilii verbis verſus hoſce ad laudandam Dei clementiam ... vide Sixtum Senenſem *lib.3.ſu... bibl...*]

Æn. 6.	QVÆ terras tractuſq.maris*longo o... gentes	*Æn.* 3.
Æn. 6.	Incolitis*variæ linguis habitu.*per ...	*Æn.* 8.
Geor. 1.	Qua redit a noctis aurora diemq.reducit,	
Geor. 1.	Et quà ſe ... rubens accendit lumina veſper,	
Æn. 8.	Communem celebrate Deum*pueri ... cantentes.	*Æn.* 6.
Æn. 6.	Magnanimi Heroes*pueri innuptæq.puellæ,	*Æn.* 6.
Æn. 6.	Matres atq.viri*cantarum in munere laudem.	*Æn.* 8.
Ecl. 4.	Ipſi lætitiæ voces ad ſydera ferte:	
Ecl. 4.	Quod nova progenies cœlo deſcendit ab alto,	
Æn. 8.	Attulit & nobis*longo poſt tempore tandem	
Æn. 8	Auxilium adventumq.Dei,cum fœmina primum	
Æn. 1.	Virginis os,habitumq.gerens*mirabile dictu	*Aen.* 2.
Æn. ...	Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edit,	
*Æn.*10.	Naſcentem puerum*cœli cui ſydera parent.	*Aen.*10.

SEcundus verſus è tribus Virgilii locis deſumptus eſt,quòd raro faciunt qui Centones ſcribunt.Illud hemiſtichium,*Communē celebrate Deum*,nos monet,eſſe plurimos, qui cū ſua tantum agunt,& vniverſa aliena ut ceteri ... aut negligunt, Deum volunt non eſſe communem,ſed privatum.

Verſus antepenultimus ita habet accipi,vt metaphoricum ſenſum non recludat,nam Deipara, etiam poſt partum realiter & verè Virgo fuit.

vnde Auguſtinus *ſerm. 120.de tempore*. venit *inquit* enim,*Deus ... aſſilis patitur ... in ... rne noſtrâ mortali mori ... ac ſepeli ... Immortalis, Dei ... us*. Vt ergo hoc ipſum me ... s,et ... s immoretat: addatur.

CENTO VII. VIRGILIANVS.

❡ DXXXII.

CVM agunt de Deo,Chriſtoque,non omnes exactè loquuntur:qui Chriſtum introducunt cum Adamo loquentem, & cum Crucifixo dicunt, *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu*. niſi mutis ſe metaphoris juvent, valde improprie loquuntur, et ſuam ignorantiam oſtendunt. Cùm agunt de deſcenſu ad inferos, non videntur rigorem dictionis curare: ... enim,ſi loqui rigorosè velimus,Anima hominis non ſit homo, et Anima Chriſti non ſit Chriſtus; nihilominus ratione hypoſtaticos ad idiomatum communicationem aliquando ... ritur,et corpus jacens in ſepulchro,ſicut et anima deſcendens ad inferos, Chriſtus vocatur:

CHRISTI anima ſeparata à corpore deſcendit ad inferos. deſcendit, inquam,non ſolum virtute & potentiâ, ſed etiam realitate & ſubſtantiâ. Corpus exanime manſit in Cruce: inde depositum,& in ſepulchrum effertur. Quid Patrum animæ Anima Chriſti visâ dixerint quid viſo corpore? multi Theologi diſcurſibus erudiſſimis dilucidarunt. Nos ex Marone nonnullis hemiſtichiis excisis, verſus ſequentes concinnavimus.

Aen. 2. 1. COnticuêre omnes intentiq ora tenebant,
6. 305. Matres atq.viri,defunctaq.corpora vitâ
306. Magnanimûm Heroum,pueri innuptæq.puellæ,
307. Impoſitiq.rogis iuvenes ante ora parentum.
428. Quos dulcis vitæ exſortes & ab vbere raptos
429. Abſtulit atra dies,& funere merſit acerbo.
490. Vt videre virum fulgentiaq.arma per vmbras
491. Ingenti trepidare metu,ſecreta frequentant, 6.478.
478. Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt,juuat vſq. morari. *Aeneid.*
634. Corripiunt ſpacium medium,foribuſq.propinquant,
635. Occupat *hic Pietas* aditum,*
452. Vt primum iuxta ſtetit,agnovitq.per vmbram
453. Obſcuram qualem primo,qui ſurgere menſe,
454. Aut videt,aut vidiſſe putat per nubila lunam,
455. Dimittit lachrymas,& dulci affatur amore.
186. Aſpicit (*heu!*) *Chriſtum* * laniatum corpore toto, 6.494.
208. Talis erat ſpecies.*lacerum crudeliter ora, 495.
496. Ora,manuſq.ambas,populataq.tempora*cernens. 482.
458. Funeris (heu!) tibi cauſa fui, per ſydera iuro ! *Aeneid.*
465. Siſte gradum,teq.aſpectu ne ſubtrahe noſtro.

Præter primum verſum, qui ex lib. 2. Æneidis deſumptus eſt, omnia cætera ad librum 6. pertinent. & nos monent poſſe fieri Centones ex omnibus libris Virgilii:poſſe & fieri ex vnico,ſi Poëtæ placeat.

Que juzgue males del alma,
El que no ſiente dolor

Huc pertinet illud Latinorum Adagiũ, *Experto crede Roberto*: huc illud Hiſpanorum, *El buen cirujano, el bien acuchillado.* Qui experientia ca-

Largo

Largo remedio me ofrece,
En ſiendo por vueſtra mano,
que poco ſe duele el ſano,
Del enfermo,que padece.
Pero es la razon mayor,
Y en ella credito cobra,
Conocer vueſtro rigor,
que a quien tanta fe le ſobra,
Mal haze en fingir amor.

ret,de alienis malis judicare non poteſt

Sunt Enneaſticha,& pertiuent ad ſequentem ideam [ABBA.CDCDC.]

Gloſſema Triſtichum.

DXLIX.

SOlent Hiſpani *Motes* ſuos etiam tribus verſibus claudere, & etiam gloſſandos proponere. Illud Tetraſtichum,

Aprended flores de mi,
Lo que và de ayer a oy;
Que ayer marabilla fuy;
Y oy ſombra mia no ſoy.

etſi Gongoræ adſcribatur ab aliquo,antiquũ eſt: & ex illo deduximus hoc Triſtichum;

Ayer Mantenedor fuy;
Oy Aventurero ſoy;
Que eſto và de ayer a oy.

illoque clypeum nobilisſimi domini N. (vocetur Theodomirus)qui pridie in Haſtiludio fuerat Provocator, & tunc provocatus, tanquam vnus è cæteris ad arenam deſcendebat. Variæ fuerunt Gloſſæ compoſitæ. Ego ductus juvenili fervore in laudem amici hanc ſcripſi.

Deſtrozè,rompì,raxè,
Muchas adargas,y eſcudos;
Y a muchos ricos deſnudos
En pocos golpes dexè.
Honra,y precio les ganè,
Quexas,y aplauſos oì,
Para bienes recibi,
Que oy tambien recibirè,
Si peleando mueſtro, que
Ayer Mantenedor fuy.

In haſtiludio publico, *Mãtenedor* vocatur, qui eſt in arena, & vniverſos provocat. *Aventurero*, qui, vt pugnet cum illo deſcendit.

Quanto mi esfuerço ganò,
Lo conſervò mi prudencia,
Que es loca magnificencia,
Dar lo que ſe aventurò.
Oy me eſpera el que pagò
Ayèr,el que tambien oy
Pagarà, como quien ſoy;
Y aunque mas diga que no,
A de conocerque yo
Oy Aventurero ſoy.

Præmia victoriæ non ſolet dare provocans(*el Mantenedor*) nec ſibi ſoleat reſervare provocati (*los Aventureros*) iſti enim illa ſæper donant.

Deſte Parnaſo las Muſas,
Deſte Cielo las eſtrellas,
Deſte fuego las centellas,
Por eſta plaza difuſas:
No recibiràn eſcuſas,
Que oy todos los precios doy,
Porque en otra esfera eſtoy,
Y oyr no pretendo querellas,
Y mas de virgines bellas,
que eſto và de ayer a oy.

Theodomirus qui heri oullum, ex his, quæ fuerat lucratus, præmiũ dederat: omnia hodie donat. Et cur?

Voluimus, vt etiam in concentu aliquid novi videret Philomuſus,tantiſper à lege,quam Spinelius ſuis verſibus præſcripſit, abire. Eſt idea conſonantiarum,

Spinelii	ABBA. ACCDDC.
Noſtra verò	ABBA. ACCAAC.

Illa eſt facilior: hæc difficilior, &, ſi auris me non decipit, melior.

Gloſſema Tetraſtichum.

DL.

VIdetur obtinere iſte numerus; rarò enim in certaminibus Poeticis alius proponitur. Hoc Tetraſtichum ingenio & dulcore non caret.

Deſpues,que mal me quiſiſtes,
Nunca mas me quiſe bien,
Por no querer bien aquien
Vos, Señora, aborrecìſtes.

Voces,*quiſiſtes*,& *aborrecìſtes*,antiquę aut etiã antiquatæ ſunt: jam enim dicimus *quisiſtis*,& *aborrecìſtis*: interim,vt concentus ſervetur neceſſarium,erit voces ſimiles etiam in *iſtes* terminare. Hoc Tetraſtichum Princeps Gloſsã ſubſequente illuſtravit.

Ofendido,y ſatisfecho
De mi ciego deſatino,
Lleno de engaños el pecho,
Apenas me determino
Entre mi daño,y provecho.
De todo la cauſa fuiſtes
Con la ſentencia,que diſtes,
Y aſſi mi eſperança muere;
Porq. no ay bien,que me eſpere,
Deſpues,que mal me quiſiſtes.

Princeps de Squilache ſecundas perſonas Præteriti numeri pluralis ſinit in *es*, vt ex verſu 6. 7.& 10. conſtat: at alii cõmuniter in *is*. dicimus enim *fuiſtis*, *diſtis*, *quiſiſtis*.

Mi remedio procurando
De todo bien deſcontento
Iuzgad, lo que eſtoy callando,
En manos de vn penſamiento,
Que entre ellas muere bolãdo.
Los dichoſos ſin deſden
Amarſe ſuelen tambien;
Pero yo triſte,olvidado,

Eſt ingenioſa hyperbole. Tanti te facio, Phylli, (inquit Princeps) vt tua mente diſcurram, tua volũtate amem.

Quæ diligis, diligo: quæ odio habes, deteſtor. Et hanc ego ob rem, quã diù tibi fui charus, me dilexi: & ex quo tibi inviſus, me odio habui.

Como me vi deſdichado,
Nunca mas me quiſe bien.
Dais tanta fuerza al rigor,
Que le negais ſu derecho,
A quien hiziſtes ſeñor
De vueſtra alma, y en el pecho
Reſervais ſolo el amor.
Perſuadeos el deſden,
que el dezirlo, es querer bien,
pues vos amais ſin mentir;
pero no quereis dezir,
Por no querer bien, aquien.

An, qui amat, negare poſſit ſe amare.

Su mal intento haze incierto,
quiẽ me ſcucha la razõ, (cierto
Y aunques es, y erro, y deſcon-
El que mata por paſſion,
Yerra en eſcuchar al muerto.
Pues en mi mal proſeguiſtes
La ſinjuſticia, que hiziſtes,
En vano eſcuchais diſculpa
De vn hombre, que tan ſin culpa
Vos, Señora, aborreciſtes.

Illi, qui ſine ratione odio te habet, fruſtra rationes propoſueris, ob quas tibi favere debeat

DLI.

IN Principis Baltaſſaris Philippi IV. & Iſabellæ Borboniæ Hiſpaniæ Regum filii nativitate, tota Hiſpania aut etiam tota Europa læta, gaudia inreriùs concepta apparatu feſtivo teſtificabatur. Inter alias Civitates Salmantica, quà Scholaſtica & quà Politica multa præſtitit, quæ meruerunt Chriſtophori de la Zarraga curioſiſſimo calamo ſcribi: ſed quia inter alia Academicis ingeniis propoſitum fuit hoc Gloſſema,

Que Reyno, elima, o Pays,
De luz, y eſplendor no baña
El rayo, que al Sol de Eſpaña,
Diò en fruto la flor de Lis.

volo honorare hoc caput duas Gloſſas ſubſcribendo; quas modò inter alias reperio. Prima in meo Adverſario eſt manuſcripta, ſecunda impreſſa, neutra habet nomen Authoris, & idcò contra Genium meum illas Anonymo Poëtæ accenſebo. Gloſſa prior eſt hæc.

Al derramar nos el dia
Franco el Sol deſde ſu coche,
Si nos deſtierra la noche,
A otro emisferio la embia.
Quien viò cumplida alegria?
Solo quando deſcubris
Tierno Infante, que venis,
Dueño univerſal al ſuelo,
Que emisferio ay ſin conſuelo,
que reyno, clima, o pays?

Sol nõ aufert noctem & tenebras, ſed transfert: cum oritur, noctẽ, quæ occuparat nos, ad oppoſitum orizontem tranſmittit.

Nada es al lado del Sol,
El que es Lucero en ſu auſencia,
Pues le deſnuda en preſencia
Del que le viſtiò arrebol.
Pero el Lucero Eſpañol
Cerca del Sol, que àcompaña,
Deſde que aſpera montaña,
Al valle mas ritirado
Con la luz, que el Sol le a dado,
De luz, y eſplendor no baña?

Lucifer cæleſtis coram Sole non lucet. At Hiſpanus Lucifer (Infans) coram Sole (Rege) lucet, illuminatque.

Lucir mas el Sol pregona
En ſu Lucero grandeza,
Quando del ſol la cabeza
Con nuevas luces corona.
Mucho al nuevo rayo abona
Con creciente tan eſtraña,
Si la viſta no ſe engaña,
Rayo ſerà ſin ſegundo;
Pues puede dar luz al mundo
El rayo, que al Sol de Eſpaña.

An Sol à Syderibus illuminetur? P. Antonius Raita maculas ſolares docet eſſe ſtellas, quæ lucem receptam à ſole in ſolem reflectunt, & illum reflexis his radiis illuminãt. Hinc lux conceptui.

El ſuelo ſin flores, luto
No viſtièra, ſi la flor
No perdièra ſu verdor
En el parto de ſu fruto.
Llorad tan duro tributo
Flores, quantas concebìs,
Embidiad la de Parìs,
Que ſi del ſol concibiò;
Luz con que mas floreciò,
Diò en fruto la flor de Lìs.

Flores, vt fructũ dent, majeſtatem ſuam perdunt. Roſa Gallica fructum Hiſpaniæ dando, ſuam majeſtatem auxit.

Addo & alteram Gloſſam, quam in libro edito Salmanticæ cum aliis non paucis reperies.

Si en dar fruto, y flor al mundo
Eſpaña es Reyno primero,
Y Francia Pays ſegundo,
De los dos juntos eſpero
Flor bella, y fruto fecundo.
El que a dar la flor de Lis
Vino a Madrid de Paris,
Con ſus claros regios luſtres,
Que Monarcas no haze iluſtres?
que reyno, clima, o pays?

Veri, Hiſpaniæ, an Galliæ prima gloria debeatur?

An flores luceant, & illuminent?

Su reyno, pays, o elima
Eſtima qualquier ſeñor;
Pero el nueſtro mas eſtima
La prenda deſte, y amor,
Que ſu eſperanza ſublima.
La flor por primera hazaña,
Que inculta region eſtraña,
No trueca en jardin el ſolo?
Con ſu Sol, y Alua, que Polo
De luz, y eſplandor no baña.

Quid ſoleant Reges magnificere?

Roſæ Gallicæ actio prima & præcipua.

Deſde ſu oriente, y eſtancia,
Sin que ſus rayos eſtorve,
De tierra, y mar la diſtancia;
Dà luzes a todo el Orbe,
Por ſer Sol de Eſpaña, y Francia.

Infans Baltaſſar, Galliæ & Hiſpanię Sol.

A los Soles,que acompaña
De luz,y alborozo baña,
Mas con luzes,y alborozos ,
A ninguno da mas gozos
El rayo, que al Sol de Eſpaña.

Nimis inconſtās eſt metaphora. In eodem Decaſticho jubet eſſe Solem, jā Infantem , jam Regem, jam Reginam.

El Sol de Eſpaña Felipe ,
Porque de Francia la flor
En dar fruto ſe anticipe,
Quiere, que de luz,y amor,
Influencias participe.

Sancti, quorū nominibus & patrocinio Infans nobilitatur.

Oy Santiago,y San Dionis,
Lucas,Tereſa,y Luys
Dan de amor el deſempeño,
En la prenda, que a ſu dueño
Diò en fruto la flor de Lis.

DLII.

NOn caret difficultate,ſi debeat gloſſari, hoc Tetraſtichum , quod fuit Principi de Eſquilache propoſitum.videlicet.

De tu cara , y talle, quien
Es Franciſca mas tu amigo,
Dixo mal ; pero yo digo ,
Que eſto ſolo dize bien.

Gloſſam,quam paginâ 395.reperio, hîc ſubſcribo.

Franciſca, de tu fealdad
En la ſuſtancia, en el modo ,
Con rigurosa igualdad,
Dizen todos mal de todo,
Y todos dizen verdad.
Acierto ſerà tambien,
Pues de nada dizen bien.
No auerigũar tu cuidado,
Quien dize mal de tu agrado,
De tu cara,y talle,quien.

Quicumq; mala de Cladio . Loquuntur, bi dicunt bene. Sunt duo Dimetri Iābici. Qui de omnibus murmurat,nemini nocet murmurãdo.

No eſtès corrida, ni triſte,
Si es tan cierta tu diſculpa ,
Que ſi tan fea naciſte
De tus padres fue la culpa,
Pues tu miſma no te hiziſte.

Ratio, ex qua poſſint ſolamē indipiſci non pulchræ.

El que ſintiere conmigo,
Serà piadoſo contigo;
Y aunque obligado le eſtàs ,
El que ſiente con los mas,
Es,Franciſca,mas tu amigo.

An ſentiendū cum multis ?

Bien te liſongèò aqui,
Y obligado a la razon,
Lo miſmo digo de ti
Y por mudar de opinion
Con cierto amigo reñi.

Alii vera dicunt ratione, alii timore ducti.

De ti dixo mal tu amigo :
Callò, temiendo el caſtigo:
Yo ſin miedo digo mal,
El con valor deſigual,
Dixo mal ; pero yo digo :

Hic per violenter gloſſari videtur.

Y aunque fue el dezir forçoſo ,
No de callar ſe auerguença;
Porque temiò rezeloſo,
Mas de corto la verguença ,
Que la afrenta de medroſo.

Imò etiā hic

Temiò el ſugeto tambien ,
Y aunque la pena le den ,
Si no le pudo igualar,
Serà fuerça confeſſar,
Que eſto ſolo dize bien.

Vt judicetur, qui loquitur, nō ſufficit cōſiderare, quid dicat : ſed cur dicat?

DLIII.

ADdamus vnam aut alteram Gloſſam Enneaſtichis ſtrophis conſtantem.Hoc Gloſſema acutum & ingenioſum eſt.

El mas grave mal , que ſiento ,
Es que teniendo paſſiones,
Me fuerçan las ocaſiones,
A moſtrar contentamiento .

Nulla miſeria gravior,quàm dolere, & cōqueri nō poſſe.

Illud Princeps Enneaſtichis ſequentibus dilucidavit.

Quien ſe fia , y no ſoſpecha
Los peligros de vn engaño,
Viene a conocer ſu daño,
Quando yà no le aprouecha.
Aſſi en mi antiguo tormento,
Y en tiempo tan mal perdido ,
Conoce mi ſufrimento,
Que es biē,ſegūdo que ha ſido,
El mas grave mal ,que ſiento .

Quando miſeriæ notitia ſit inutilis? An mala pati, bonum ſit? Felicitatis memoria intolerabiles miſerias reddit.

Cuenta ha ſido deſigual,
Pues cupo en ſolo vn deſden,
Triſte memoria del bien,
Con la preſencia del mal.
No llegaron ſinrazones,
Quando dichoſo me vi
De bienes , y pretenſiones ,
Vinieron , lo que ſenti
Es, que teniendo paſſiones.

Sinrazon , dictio Hiſp. quæ latinè vno vocabulo explicari non poteſt ; ſonat enim injuriam innocēti ſine ratione illatā.

El tiempo, ſi deſengaña ,
Es a vezes por peor,
Porque en engaños de amor ,
El que ſe declara engaña.
Contraſtar obligaciones,
Es terrible de ſufrir,
Y a callar mis ſinrazones,
Del peligro de morir
Me fuerzan las ocaſiones.

Deſengañar eſt Hiſpanorū verbum, & me monet præpoſitionem *dis* (Hiſp. *des*) plura apud Hiſpanos verba, quā apud Latinos in ſēſum cōtrariū convertere. Eſt aūtē *Engañar* , idem quod *Fallere*: adeòq; *Deſengañar* , ſi liceat ſic loqui, *Desfallere*: *hominis,qui deceptus erat, veritatem oſtendere*.

Ningun medio bien me eſtà ,
Pues dizen todos por mi,
Quien no es bueno para ſi ,
Para otros mal lo ſerà .
Y ſiruiendo de eſcarmiento,
Viuirè con mi fatiga ,
Y aunque mas mis penas ſiēto,
Es menos mal, el que obliga
A moſtrar contentamiento,

 Gloſ-

Gloſſema Pentaſtichum.

❧ DLIV.

QVinque aliquando verſus proponuntur Poetis, vt patet in exemplo ſequenti.

Tiempo turbado, y perdido,
Sin ſazon para quexarme,
Quien ſiguirà mi partido;
Si, antes que me ayan oido,
Se inclinan a condenarme.

Interdum Indices, nondum auditum reũ, condemnare parati ſunt.

Hos ab alio cònditos, & ſibi propoſitos, profert Princeps paginâ 393. & illuſtrat hac Gloſsâ.

De el mal, que padezco aora,
Aun ſer cauſa no quiſiſtes,
Y por mas rigor, Señora,
Al tiempo la cometiſtes,
Que los males empeora.
Mas ſegun lo ſucedido,
Y lo poco, que ha podido,
Por mas, que lo ha procurado,
Biẽ veis, que es todo el paſſado,
Tiempo turbado, y perdido!

Aora, vel *ahora*, vel etiam *agora*, nũc, hac hora.

An dici debeat *cometiſtes*, an verò *cometiſtis* expoſui *nu.* 549

Pero dexarme con vida,
Ha ſido daño mayor,
Porque ſer por vos perdida;
Quedarà igual al rigor,
De auer ſido la homicida.
Y con ſolo no matarme,
Aſſi me impide el vengarme,
Que porque dure el penar,
Pierde de ſi, por eſtar
Sin ſazon para quexarme.

An vitam cõdonare ſit interdum crudelitas?

Sazon, eſt tẽpus opportunum, & illa *ſin ſazon* fieri dicuntur, quæ extra tempus.

Mas, que vale la razon,
Siendo mia, y contra vos,
Sino obrar mi perdicion,
Que en contienda entre los dos
Valdrà vueſtra ſin razon.
Mas quedando yo vencido,
Y auiendome defendido,
Me venciſtes vos, y amor,
Siendo vos el vencedor;
Quien ſiguirà mi partido?

Ratio non prodeſt, vbi contra ratinnẽ operatur, potentior eſt.

Sæpè sũt fulgura & tonitrua, quæ credebantur fulmina. Lego hanc ſtrophã placet: relego, & nihil in receſſu reperio.

Y para mejor vengarſe,
Dixo, que ſi, a mi deſeo,
Y aunque no quiera obligarſe,
De juſticia tiene el reo
Tiempo para diſculparſe.
Del remedio me deſpido,
Pues en mi agravio juntaron,
Porque eſtè mas ofendido,
No, deſpues que me eſcucharon,
Si, antes que me ayã oido.

Reo, vt ſe defendat, & excuſet, locus & tempus concedi debent.

Fruſtrà ſe excuſat, qui inauditus juſſus eſt condẽnari

Mas en vano me fatigo,
Quexandome tan ſin arte:
Porque eſte medio, que ſigo,
Fauorece aquella parte,
Con la que menos obligo.
Y aſſi es en vano canſarme,
Ni en remedios deſvuelarme;
Que aunque llegue a ſu noticia,
La ſobra de mi juſticia
Se inclinan a condenarme.

Indices, qui hoc modo procedunt, noticia veritatis & juſtitiæ irritantur, & ideò fruſtra laborat, qui illos ſuæ velit innocentiæ certiores facere.

SImile præcedenti eſt Gloſſema hoc, quod ſub idem tempus Ingeniis nobilibus proponebatur.

Iuſta fuè mi perdicion,
De mis males ſoy contento,
Yà no eſpero galardon,
Pues vueſtro merecimiento
Satisfizo a mi paſſion.

Phraſis illa, quæ continetur ſecundo verſu, hodie diceretur duos barbariſmos complecti; non enim dicimus, *ſoy contento*, ſed *eſtoy contento*; & iſtud verbum *Eſtar contento*, poſtulat particulam *con* cum nominibus; & cum verbis particulam *de*. vnde putarem ſecundum verſum tranſire debere in hunc, *Con mi mal eſtoy contento.* Sed, quia Gloſſemata corrigere aut mutare non licet: ergo quo iſtud modo Princeps illuſtrarit, videamus.

Señora, en que ha de parar
Vueſtro rigor ſin medida?
Lo cierto ſerà acabar,
Pues puede tan triſte vida
Con alargarſe matar.
Quitò mi fe, y aficion
Vueſtro guſto a la razon,
Y aſſi por concierto juſto,
Si es juſta ley vueſtro guſto,
Iuſta fue mi perdicion.

An vitam prolõgare ſit occidere?

Huc pertinet Calvinianiſtarum ſententia muris Antuerpiæ inſculpta, quæ civitate ab Hæreticorũ manu erepta paulatim expũgi jubetur. videlicet, *quod volumus, id juſtum eſt.* cui conſonat antiquũ lemma, *Stat pro ratione voluntas.*

Yo me quiſe condenar,
Fiando en vn biẽ, que ſe muda,
Pues es engaño probar
Eſpada de amigo en duda,
Y amor ſin aſſegurar.
Si conociendo el tormento,
Arrojè mi penſamiento
Al mal, que temen, y adoran,
Pues cãto, quando otros lloran,
De mis males ſoy contento.

Præſtat agere cum inimico certo, quàm cũ amico dubio.

Mas mi dicha arrepentida,
Iuſto remedio procura,
Que quando enferma la vida;
Si el remedio la auentura,
Sin el eſtaua perdida.
Del tiempo toma ocaſion
En ſu loca pretenſion,

An ſine ſpe aliquis operari poſſit?

Y

Y aũque mas ſe esfuerça agora,
De vueſtra mano, ſeñora,
Yo no eſpero galardon.
Porque os quiſe me perdì,
La culpa fue de los dos,
Pues igualè con vn sì
Con lo menos, que ay en vos,
Lo mas, que amor puſo en mi.
Rendido alabar no intento
Tan divino entendimiento,
Los ojos no ay empeçar,
Vueſtra gracia es no acabar,
Pues vueſtro merecimiento?
Mi mal no ha de ſer ſentido,
Y es fuerça diſſimular;
Porque no ha de ſer creido,
que pudieſſe nadie errar,
Deſpues de aueros querido.
No me ciega la aficion
De cauſa tan deſigual,
Y en tan dura ſinrazon,
que hiziera el biẽ, pues el mal
Satisfizo a mi paſſion?

An qui perit volens, poſſit occaſionẽ receptam vocare ſuæ perditionis cauſam?

Vbi mala, quæ quis patitur, fidem ſuperãt, præſtat non conqueri.

An vbi morbo proſint mala, ſalutem à bonis exſpectare poſſimus?

De Gloſſa duplici.

§ DLV.

IN certamine Poëtico Hiſpani duas ſtrophas aliquando proponunt, vt qui alterã nolint, gloſſent alteram. Eò venit ingeniorum audacia, vt ſimul vtramque dilucidenr, primam in quintis, & ſecundam in decimis verſibus. Rem expono, vnum exemplum proponendo.

In Agone Rhythmico, quem Salmanticenſis Academia anno 1629. in nativitate Principis Baltaſſaris inſtituit, Gloſſemata ſequentia reperio.

Primum.

Que reyno, clima, o pays
De luz, y eſplendor no baña
El rayo, que al Sol de Eſpaña
Diò en fruto la flor de lis.

Secundum:

Muy generoſo valor
La planta fertil deſcubre,
Quando ſu Abril en Otubre
Nos da el fruto, que viò en flor.

Aliqui ex profeſſo quærunt Gloſſemata difficilia, vt certamini exponãt: at Vniverſitas viſa eſt deſiderare, vt multi Gloſſas pulchras cõponerent, & ideò noluiſſe Philomuſos Gloſſematibus importunis vexare.

Alterutrum multi gloſſarunt: at eruditiſſimus Dominus N. vtrumq. ſimul illuſtravit, ita vt Pentaſticha priora correſponderent primo, poſteriora ſecundo. Ejus verſus ſunt hi.

Quando a Madrid, y a Paris
Del Sol, y la flor de lis
La luz, y el fruto alboroza,
que Monarca no ſe goza?
Que reyno, clima, o pays.
En ſu clima el eſplendor,
Y en ſu cielo el aſtro brilla,
Oſtentando en luz, y en flor
En Francia, Eſpaña, y Caſtilla
Muy generoſo valor.
El lucero, que de Eſpaña
Con vna, y con otra hazaña
Sale a iluſtrar el Imperio,
que orizonte, y emisferio (a)
De luz, y eſplendor no baña.
La flor, que el Abril encubre
A ſu tiempo amor eſpreſa,
Pues ſu fruto por Otubre
Entre Lucas, y Tereſa,
La planta fertil deſcubre.
La flor al fruto acompaña
Al rayo el Sol de luz baña,
Con ſu reſplendor le adorna,
Y a nadie mas luz retorna,
El rayo, que al Sol de Eſpaña.
Su flor al nacer deſcubre,
Y ocultando gracias mil,
Trueca a ſu modo, y encubre,
quando ſu Otubre en Abril,
Quando ſu Abril en Otubre.
Entre Felipe, y Luys,
Tercien Tereſa, y Dionis,
Y el Baltaſar Eſpañol,
que al rayar el alva al Sol,
Diò en fruto la flor de lis.
El Sol nos da en ſu eſplendor
De tres Felipes, y vn Carlos
El inclito ſuceſor,
Y la flor para imitarlos,
Nos da el fruto, que viò en flor.

Sunt verſus clari & fluidi. Singula Pentaſticha bene clauduntur; Gloſſemata, non aliundè ſumpta, ſed hic eſſe nata videntur. Interim in omnibus his ego verſibus nullum conceptum, nullamq. phraſim eruditionis ſublimioris reperio.

(a) Eſt magna apud Hiſpanos varietas in pronunciatione literæ H, illam aliqui tam densè proferunt, vt conſonans eſſe videatur: alii tã leniter, vt non ſentiatur, & ideò nec ſcribatur. Sed de hoc alibi accuratè diſſeram.

VT Gloſſam triplicem facerem, non facili negotio ſtrophas convenientes in linguâ Hiſpanicâ, Italicâve reperirem: at quadruplicem poſſem Soneto cooptare, ita Gloſſematis verſus diſtribuendo, vt duo priores Tetraſticha, & duo poſteriores Triſticha clauderent. Res eſt clara, & dilucidari Regulis & exemplis non debet. Ergo ad alia tranſeamus.

MVSA III. VERSORIA.

DLVI.

NON ſemper ratio nominum innoteſcere poteſt, nec facilè ſciam, cur *Vueltas* (aut etiam *Bueltas*) vocet Hiſpanus Gloſſas, quæ non jam ſingulos, ſed binos verſus in fine ſtropharum conſtituunt. A volvendo ſeu volutando nomen trahitur, & ideò ſufficiat nobis ſcire, quid vox ipſa ſignificet, nam etymon aliis vberiùs exponendum relinquentes, dicemus breviter verbum hoc bifariam poſſe ſumi; realiter & intentionaliter: realiter ſignificat *torquere in orbem*. Virgilius Æneid. 6. *—Vbi mille rotam volvère per annos*: intentionaliter verò, *cogitare, meditari, ſpeculari*. Virgilius æneid. 1. *At pius Æneas per noctem plurima voluens*. & Catullus Epigr. 59. *Multiplices animo volvebat ſaucia curas*. Addamus illud apud Criticos tertiam habere ſignificationem, idem enim eſt *vertere*, quod *in alio idiomate interpretari, in linguam diverſam transferre*. Hiſpanus igitur ejuſmodi Gloſſas *Vueltas*, ſeu *Verſiones*, quaſi cogitationes, meditationes, ſpeculationes, translationes, aut interpretationes appellat. Ergo *Verſorias* dici poterit Vates, qui ejuſmodi verſiones concinnat: vnde & *Verſoria* Muſa, quæ ejuſmodi verſus inſpirat. Iuvenis quidem eſt, & ante paucos annos nata: inceperunt enim ævo noſtro Poëtæ Poëmata antiqua animo volvere, & calamo dilucidare, & invenerunt iſtas (*Vueltas*) verſiones ſeu interpretationes. Pono exemplum. Hiſpaniæ tragœdia, clades, & Regis Roderici facinus, Comitis Iuliani vindicta, Agarenorum Inundatio &c. vniverſis ſunt nota. Illa Poëta vetus deſcripſerat his aſſonantibus.

De la batalla canſado
Se ſale el Rey Don Rodrigo;
La cabeça ſin almete,
Y el arnès todo rompido.
Sola vna rienda en la mano,
Y el vn eſtrivo perdido,
En vn arroyo eſpacioſo
El caballo ſe a metido &c.

Hæc aſſonantia Tetraſticha Poëta in Decaſticha conſonantia convertit; & in ſingulis ſtrophis binos verſus admittens, ſic inquit.

El poſtrer Godo de Eſpaña
Viendo ſu gente perdida,
Lleno de verguença y ſaña,
Por eſcapar con la vida,
Vſa de vn ardid y maña.
Por vn valle muy cerrado
Huye del vando enemigo,
Y qual toro agarrochado,
De la batalla canſado
Se ſale el Rey don Rodrigo.

Rodericus, vltimus Gottorum Rex, Hiſpaniam perdidit, & impotentia ſua tyrannidi Saracenæ eam aperuit.

An Regi liceat fugere?

Canſado de combatir,
Y de lydiar con los Moros,
Toma por medio el huir,
Y el dexarles ſus teſoros,
A trueco de no morir.
Antes huye, que acomete
El Rey, que era tan temido,
Porque lleuaua el probete
La cabeça ſin almete,
Y el arnes todo rompido.

Præſtaret mori, quàm fugiendo, & ignominiam incurrẽdo, vitam redimere.

Quàm fuerit in extremo diſcrimine puſillanimis Rex Rodericus!

Turbado con la mudança,
A ciegas, y ſin camino,
Por los montes ſe abalança,
Tan ſin juizio, y tan ſin tino
Quanto ageno de eſperança.
Y con el dolor inſano
No conoce de afligido,
Si va por cueſta, o por llano
Sola vna rienda en la mano,
Y el vn eſtrivo perdido.

Cava, Arabicè חוה hoc eſt Eva, Comitis Iuliani filia, à Roderico Rege oppreſſa, vt Comes aduocaret Mauros, & illis Hiſpaniam aperiret, occaſio fuit. Hodie cùm aliquam fœminam eſſe peſſimam teſtari volumus, Es tan mala como la Caua, dicimus.

Quando el cavallo corria,
En las ramas ſe enredaua,
Y con deſpecho dezia:
O mal dita ſeas la Caua,
Pues por ti muero eſte dia.
Y apenas del valle vmbroſo,
Y eſpeſo monte ha ſalido,
Quando con vigor furioſo
En vn arroyo eſpacioſo
El cavallo le ha metido.

Alius Verſionum Modus.

DLVII.

VIdiſti binos & binos verſus influxu Muſæ Verſoriæ illuſtrari & expendi: modò vide eamdem feſtinantem, & non jam ſingulos binarios, ſed vltimum tantùm vertentem & dilucidantem, & cæteros intermittentem. Suam habet gratiam iſte Modus, & quia illam cum breuitate conjungit, multis

tis placuit. Exempla nonnulla ſubſcribo.

Princeps de Eſquilache curioſum Tetraſtichum edidit, quod Luppus Fœlix de Vega Carpio verſoriâ paraphraſi illuſtravit. Numeros ſequentes inter lege.

C O P L A
DEL PRINCIPE.

An pœnæ inferni creſcant minuantur-ve?

Es mi daño el del infierno,
En ſer igual, y forçoſo:
Porque tiene de zeloſo,
Lo que le falta de eterno.

Bueltas de Lope de Vega.

An repugnet cõceptus brevis æternitatis?

Tiene mi amor igualdad
Con ſus penas, y desvelos,
Siendo el rigor de mis zelos
Vna breve eternidad.

An mali terminus dicat fœlicitatem?

En eſte amoroſo infierno
Ni aun en el fin ſoy dichoſo:
Porque tiene de zeloſo,
Lo que le falta de eterno.

Au æternitatem pœnæ poſſit quis pati in vno inſtanti?

Si en vn inſtante, que amor
A ſus zeloſos me condena,
Padezco ſiglos de pena;
Qual de los dos es mayor?
Igual parece al infierno
Eſte mi fuego amoroſo;
Porque tiene de zeloſo
Lo que le falta de eterno:

Ao amoris cœlũ, & pœnarum infernus coincidant?

En no tener, que eſperar,
Aun le quiere parecer,
Pues ya no puedo tener
Eſperança de oluidar.
Que diſdicha! ſer infierno
Cielo de amor tan hermoſo!
Porque tiene de zeloſo
Lo que le falta de eterno.

Conſidera bene artem, vt poſſis aliquando imitari. Stropha vertenda eſt tetraſticha: Verſiones ogdoaſtichæ, quæ duobus verſibus vltimis Strophæ vertendæ, clauduntur. Floruit ſub idem tempus D. Sebaſtianus Franciſcus de Medrano cujus eſt hoc Tetraſtichum.

Eiſdẽ oculis ſuſpicimus, & deſpicimus: lachrymas fundimus, & lætitiam oſtendimus.

Ojos bellos, no os fieis
Del bien, que agora gozais;
Porque ſi oy de mi os burlais,
Mañana me llorareis.

Quod illuſtravit Princeps componendo has ſtrophas (Hiſp. *Bueltas.*)

Interdum ſpem extinguit veritatis notitia.

Tened, ojos, vueſtro daño,
Pues no temeis mi mudança,
Que no ay tan firme eſperança,
Que no acabe vn deſengaño.
O ſu bien no conoceis,
O al menos, diſſimulais;
Porque ſi oy de mi os burlais,
Mañana me llorareis.

Extrema gaudii luctus occupat.

Vueſtro caſtigo ha de ſer,
Guſtar de verme penar,
Que ſiempre acaba en llorar
Qualquier fingido placer.
Y por mas, que os alegreis.
En vos miſmos me vengais;
Porque ſi oy de mis os burlais,
Mañana me llorareis.

Sicut ſemper eſt glorioſum vincere, ſic etiam interdum vinci à tali, vel tali.

Igual que darà el partido,
Y ambos dados por mejores,
Vos, vfanos vencedores,
Yo, por ſer de vos vencido.
Inutilmente venceis,
Si tan poco os conſervais;
Porque ſi oy de mi os burlais,
Mañana me llorareis.

C O P L A.

Multarũ miſeriarum eſt medicina, & remediũ oblivio. at hæc non ſemper, & vbiq; ſuccurrit, vnde opportune Poeta quidã *Era remedio el oidar, Y olvidoſeme el remedio.*

Dime Paſcual, ſi eres cuerdo,
Como quieres no querido?
Porque pretendo vn oluido,
Y me dan ſiempre vn acuerdo.

Bueltas.

Quiere agora no querer,
Y empeçarà tu remedio:
No puedo alcançar el medio
Entre amar, y aborrecer.
Aunque yo el conſejo pierdo,
Tu eres Paſcual el perdido;
Porque pretendo vn oluido,
Y me dan ſiempre vn acuerdo.

An inter amorem, & odium detur medium?

Mal podràs vivir ſeguro,
No paſſando al otro eſtremo:
Tan longa jornada temo,
Y en medio quedar procuro.

An conſultũ, ex extremo ad extremum tranſire?

Como no ves, ſi eres cuerdo
Vn engaño conocido?
Porque pretendo vn oluido,
Y me dan ſiempre vn acuerdo.

C O P L A.

Nec cœcus de coloribus; nec, qui non amat, poteſt de amore judicare.

Penſativo eſtàs Paſcual,
Mucho al campo vas, y vienes:
Si eſtàs ſano, y no le tienes,
Mal entenderàs mi mal.

Bueltas.

An mœror mœrore curetur?

En mas ſoledad conſiſte
El remedio de tu amor?
Si, que cura ſu dolor
Con mas triſteza el mal triſte.

No

No es remedio natural;
Sino daño, el que preuienes:
Si eſtàs ſano, y no le tienes,
Mal entenderàs mi mal.

Qui curari nō vult, infirmitatis intenſione iuvatur.

Pues quieres errar el medio,
Contento debes eſtàr;
En quien no quiere curar,
Que crezca el mal es remedio.
Si es mal no ay locura igual (nes;
Al medio en que amando vic-
Si eſtàs ſano, y no le tienes,
Mal entenderàs mi mal.

COPLA.

An malis carere ſit malū? An voluntas poſſit in malum tendere?

Dime zagala, que tienes,
que tan triſte al campo ſales?
Porque he perdido vnos males,
que los quiſe como bienes.

Bueltas.

Potes tu amare, quod alius cōtemnit aut negligit. vnde illud, *Quot capita tot ſententia.*

Como pudiſte querer
Lo que otros ſuelen ſentir?
Amèlos, porque el morir
Sin ellos no puede ſer.
Como ſintiendo previenes
Eſtremos tan deſiguales?
Porque he perdido vnos males,
Que los quiſe como bienes.

Aliud eſt rem vt medium, & aliud eſt vt finem diligere.

quien te obliga, a que te inclines
A tan coſtoſos remedios?
Procurarlos como medios,
No es querer los como fines.
Como lloras, ſi el que tienes
No tiene dichas iguales?
Porque he perdido vnos males,
Que los quiſe como bienes.

MVSA IV. LATINA.

DLVIII.

ARTIFICIVM Gloſſarum facili negotio poterimus ad linguam Latinam transferre: & quia Latini vtuntur Rhythmis, Metriſque, hanc Muſam in duas Sectiones diuidemus, agemuſque in priori de Gloſſis Rhythmicis, & in poſteriori de Metricis.

De Gloſſis Rythmicis.

SIcut Hiſpani, ſic etiam Latini Rhythmos condunt, & poſſunt illos Gloſſis dilucidare. Exemplum ſubſcriptum conſidera.

Nubibus claris refulgente polo
Arx aperitur Martis bellicoſa.
Quam comit radiis Delphicus Apollo,
Et Phœbe exornat gloriâ luminoſa.
Cœlo applaudente, celebrante ſolo
Heſperiæ Regum ſtemmata fumoſa,
Hæreticos rebelles expugnaſti,
Et de victis captiviſque triumphaſti.

Illud ſequens Gloſſa dilucidat, quæ virtutes, prærogativas, Heroica facinora Philippi III. Hiſpaniarum Regis commendat.

O quoties tuos viderit Bellona,
Princeps invicte, penetrare muros,
Antea in quos nulla auſa fuit perſona;
Marmoreos, fortes, ſolidos ſecuros!
Sulfureis flammis ardet alta Zona,
Convolvit ignium vertices obſcuros,
Pulvere pyrio clauditur Apollo,
Nubibus claris refulgente polo:
Stupeſcit Turca ſubito terrore,
Et Mauri excelſi thalamus Atlantis;
Perſa remotus defluit horrore
Audiens Mavortis ara fulminantis;
Fulgent tormenta trifero ſplendore,
Profugit excors populus Abantis;
Vt perdat hoſtes manus generoſa,
Arx aperîtur Martis bellicoſa.
Aſcende ad ſolium Princeps peregrinum,
Quod irrequieti Cœli præparâre.
Relinque humanum, accipe divinum
Splendorem & æthereum luminare.
Phoſphoros tibi ſubdit matutinum
Numen, quo ſoles mundum illuſtrare.
Cœlum coronam tibi dat in ſolo.
Quam comit radiis Delphicus Apollo.
Quieſcant bellantis Martis inſtrumenta,
Nec ſqualeat campus ſanguine perfuſo,
Terram ne inundent roſcida fluenta
Sene delapſo, juvene percuſo:
Hoſtes perierunt; miſera lamenta
Exaudi matrum, & furore excuſo:
Subjectis parce, dum te Flora roſâ,
Et Phœbe exornat gloriâ luminoſâ.
Impera, triumpha, vtere trophæis,
Quæ victæ gentes ſupplices tulerunt
Coruſces radiis Luciger Phœbæis,
Queis nunquam alia ſydera fulſerunt.
Et redimitus ſertis Parnaſeis,

Ad-

Adſcriptus iis, qui nectara biberunt,
Lauream det tibi meritam Apollo
Cœlo applaudente, celebrante Solo.
Nec audeant Parcæ vſquam conuenire;
Vt tuo atroces terminum imponant
Proſpero fato; ſiquidem perire
Sine te multi debent; te coronant,
Quæ ſolent Gratiæ Martem redimire,
Quando in campis invictis æra tonant,
Et gloria repræſentant bellicoſa
Heſperiæ Regum ſtemmata glorioſa.
In cœlo Phœbus ſæcla ſempiterna,
Et immortalem in Parnaſo laurum;
Dat, quæ producit prouidentia æterna
In terra argentum, & in vndis aurum,
Et tu remotos populos guberna,
Indum, Scytham, Brachmanẽ, Turcã, Maurũ.
Memor quòd quando Sperides beaſti,
Hæreticos rebelles humiliaſti.
Neſtoris annos Imperator agas,
Auſpicio fungens proſpero & felici,
Mundi ſubiectos vtriuſque vagas
Barbaras gentes manu bellatrici,
Triumphans percurras peregrinas plagas,
Qui concurrente Pallade victrici
Potentiſſimas gentes debellaſti,
Et de victis captiuiſq. triumphaſti.

De Gloſſis Metricis.

§ DLIX.

RHythmis ſubſtantiam metra, & Gloſſas nonnullas prodpcam, quæ metris conſtent. Ergo hoc Tetraſtichum Adonicum dilucidandum proponamus.

Concinit Orbis
Carmine cantant
Sydera pulchro
Principis ortum.

Hoc Gloſſema poteſt Sapphicis aut Hexametris elucidari. Puta, ſi dixerim,

Stemmata antiqui generis coruſca,
Atq. Majorum celebres triumphos,
Principis lauros, genus, & trophæa
Concinit Orbis.
Pegaſus, Phœbus, chorus & ſororum,
Marte devictos populos rebelles,
Pace ditatos populos fideles,
Carmine cantant.
Africa victa, thronus Agarenus
Concidat, ſurgat ſolium Monarchæ
Clara quem ſerto Iuvenem coronant
Sydera pulchro.
Altus ergo Atlas, Pelagus profundum,
Ignis & Tellus, refluens & Aër,
Dulcibus noſtri celebret choreis
Principis ortum.

Aut breviùs conformando Hexametra, & addendo.

Naſcentis Phœbi Charites nũc cõcinit Orbis,
Felicemq. diem cœleſtia carmine cantant.
Numina, magnificant dotes, quas ſydera pul-
Infãti dederãt: celebrãt & Pricipis ortũ. (chro

§ DLX.

PRodiit anno M. DC. XLII. *Sylvarum Liber ſingularis*, in quo Simon Oliva Menillius Senator Toloſanus, ingenium & eruditionem oſtendit: & multa ſupra vulgarium Muſarum cothurnum ediſſerit. Gloſſopetræ & Verſoriæ Numinibus tacitè concurrentibus Poëmata nonnulla compoſuit, quæ laudantur à doctis, & Metametricam meam honorabunt.

In Ionã, quem ille carmine Regio compoſuit, & Philotheo inſcripſit, hoc Gloſſema illuſtrandum adſumit.

Viuifica Ceti Ionas ſeruatus in alvo.

& hendecaſtichis iſtis expendit.

Hic clarũ Aonio celebrabit Ariona cantu,
Quem maris in tumidas dejectum nave procellas
Cæruleus vexit ſinuoſa per æquora Delphin.
Eque ſalo placidâ incolumem tellure recepit.
Illi Telemachus ſola dum ludit in acta
Æquoreis demerſus aquis, terræque faventum
Redditus auxilio Delphinũm; nobile vatis
Carmen erit; mihi dum major ſe præbet Apollo,
Et pia Sydereæ veniunt ad carmina Muſæ,
Materiam altiſono gratam dabit ore canendi
Viuifica Ceti Ionas ſeruatus in alvo.
Vrbs opibus, celebriq. fuit clariſſima famâ
Quam Ninus Syriæ regnator & arbiter oræ
Marmoreis ſtructam cœlo ſe attollere muris,
Æternùmq. ſuo voluit de nomine dici:
Illic prava bonos mores populata libido
Numine deſpecto, & vitio regnabat ovante.

Iàmque vrbi ſupera meritum impendebat ab arce
Exitiũ, ſi nõ per inhoſpita viſcera piſcis,
Numine dãte viã, ciues meliora ſecutos
Virtutis, cœliq. pio inflammâſſet amore
Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.
Ille ſacer vates, magno cui numine plenã
Infũdit mẽtẽ Deus, & vẽtura recludit,
Poſthabitâ Tarsũ tẽdit per vela Ninive.
Fata obſtant, ſubita exoritur bacchantibus Auſtris
Tempeſtas, imòq. ciet placida æquora fundo,
Blãda ſerenati facies vmbratur Olympi,
Ad Styga nunc premitur ponto vaga puppis hiante,
Nunc luctante freto pauitantia fertur ad aſtra,
Nautarum gelidos ingens tremor occupat artus:
Intereà placidum carpit per membra ſoporem
Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo,
Excitus è ſomno vates Hebræus inerti,
Senſit vbi horrificum Cœli, pelagique fragorem,
Et lacera aſpexit nutãtis carbaſa pinus
Sponte laborantem nimio ſub pondere puppim
Sublevat, iratòq. audet ſe credere põto.
Vatis atrocem animum tantum in diſcrimen euntis
Mirantur Nautæ, placat tumida æquora Triton,
Condit & inſanos antro pater Æolus Euros,
Intrepido vt ſubiit ſpumantes pectore fluctus
Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.
Non poteris æquoreo demerſus gurgite Vates,
Excipit hunc piſtrix, cæcãque recondit in alvo,
Hîc ille æthereo Divûmque, hominûmque parenti
Vota, precèſque pio ſupplex dum pectore fundit,
Tres luces, cœcâ totidẽ caligine noctes
Invectus Ceti gremio vada cærula ſulcat
Mox inde egeſtus ſuperas in luminis oras
Aſſyriæ properans ſubit impia tecta Ninives.
Illa ſuũ pertæſa ſcelus devota Tonantẽ
Invocat, hãc illi ſacro mentẽ injicit ore
Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.

DLXI.

IDem Author *pagina* 84. Ducis Enguieni & Heròïdis Breſææ nuptias celebrat; & *pag.* 113. hunc verſum gloſſandum adſumit.

Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cælo.

Subſcribit poſteà hæc Hendecaſticha, quæ legi & laudari merentur.

Pulſa procul tepidi rediviuo lumine Solis
Algentes glacialis Hyems conceſſit ad Arctos,
Flatibus egelidi tellus reſoluta Favonî
Explicat omnigenos Floræ viridantis honores,
Omnia nũc vernãt, nũc ęther luce ſerenâ
Veſtit agros, ludunt Charites, doctæque ſorores
Blanda puellares agitant per prata choreas,
Et mea Pierio ſtimulantes corda furore
Phœbæas inter frõdes, Paphiáſq. ſedẽtẽ
Impellũt citharę fidib' celebrare canoris
Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cælo.
Cernitis vt lætis ſub amico ſydere campis
Ver largas effundat opes, variòq. colore
Pingat humũ: foliis hîc ſe flavẽtib. vltrò
Attollũt violę; croceo illic tincta rubore
Caltha ſui obſervans ſequitur veſtigia Phœbi;
Purpureo hîc rutilant Narciſſi murice picti,
Illic blãda comâ cadẽte liguſtra renidẽt.
Aſt omnes quotcumque micant in gramine flores
Queis Zephyrus, queis Flora nitens ſe jactat alumnis
Nativo exſuperãt nullis æquãda decore
Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cælo.
Prædicet inſcriptos regalia nomina flores,
Et quibus in terris naſcantur carmine quærat
Eximij florẽs per ſecula Muſa Maronis:
Me juvat audentem, quæ divite Gallica profert
Terra ſinu, auguſto ſacra Lilia dicere verſu,
Et ſublime leves peragrare per ætheris auras
Lactis iter, ſpatiòque viæ quæ monſtrat, Olympum
Emenſo, notæ repetẽtem climata terræ,
Iunonis ſpectare ſacrę venerabile munus
Quæ nobis dedit ambroſio fœcunda liquore
Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cælo.

Sed

Sed cui non placeat Tyrias per amœna locorum
Adſpectare Roſas? hoc ſe cum murice monſtrat
Flora triũphato dũ frigore lęta ſuperbit,
Hoc formoſa ſuos cocco Matuta capillos
Inficit, hunc proprio natum de ſangvine florem
Cypris amica fovet, blandæ hoc componere ſerta
Flore ſolent Charites, Paphium hoc vincire feruntur
Aonides puerum: roſeis redimita corallis
Tempora ſunt Hymenæe tibi, tu doctus amantes
Iungere, perpetuo gaudes aſtringere vinclo
Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cælo.
Grata Indi mixtura eboris cum muricis oſtro;
Sed jucunda magis referunt quam candida pulchris
Lilia miſta Roſis: Superis arridet amicis;
Iupiter hanc ſancit, fauſtis hanc pronuba Iuno
Ominibus firmat, Nymphæ venerantur ovantes.
Illi ergo in plauſus Hymenæi voce reſultent,
Et cœlum atque ſolum, nullo violentur ab æſtu
Tã nitidi flores, nullo ſolvãtur ab imbre,
Ver æternum illis; rata fac ô Rector Olympi
Vota, quib' ſacris affuſus proſequor aris
Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cælo.

DLXII.

POſteà *pag.* 116. Cleandro ſuo ſcribens, Eminentiſſimi Cardinalis Ducis de Richelieu ſtemmata ob oculos ponit, & quia ſunt,
Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.
hunc verſum hendecaſtichis ingenioſis illuſtrat. Gloſſam ſubſcribo.

Ardua Pyramidũ ductas ad Sydera moles
Miratur Phario Memphis circũflua Nilo,
Splendida coctilibus Babylon ſe mœnibus effert,
Prædicat immanis faſtigia celſa Coloſſi
Clara Rhodos Triviæ centum ſublime columnis
Templum Epheſus cum laude refert, æquatàque cœlo
Caria commemorat faſtus monumenta ſuperbi:
At dilecta Deo, magnoq. peracta labòre,
Quã triplici decorãt rutilãtia lilia culmo,
Suſpicitur toto populis inhiantibus orbe
Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.
Nõ hęc de Pario moles ſe marmore tollit:
Arbor odora ſacram, æternos quæ ſervat honores,
Materiẽ præbet, Divũ quę fingere vultus
Cedrus amat, ternis auguſtas cõdere ſedes
Dat Trabibus, quarum vna ſolo fundamina ponit,
Altera tollit humo, tegit altera Solis ab æſtu,
Imbriſcàſq. hyemes, & hiulci fulminis ictus
Arcet; ad hæc doctę coẽũt palatia Muſæ,
Intemerata Fides, & amœno Gratia vultu,
Virtutèſq. omnes, quibus inclyta geſtit alumnis
Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.
Sydereum obnixi ſtellis volventibus axem
Suſtentant humeri Atlantis, ſub pondere cervix
Nutãt, & Alcidem tantę ſuccedere moli
Cœlifer attritis lætatur viribus Heros.
Vis ternis potior Trabibus, quas noſtra canoris
Muſa modis celebrat, meliorq. Atlante vetuſto
Hic novus, in nullam cui mens reſoluta quietem
Ignea, pervigili complectitur omnia curã,
Quo ſtat firma ſolo, cũctiſq. interrita fatis
Bacchantes rabido cum murmure deſpicit Euros
Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.
Præpetibus trifidi oſtentat ſe fulminis alis
Attonitã pater altitonãs tellure verẽdũ,
Neptunus valido vẽtis freta pulſa tridẽti
Temperat, aut placidos imò ciet æquore fluctus,
Cõmẽdat triplici ſe Virginis ore Diana,
Tergeminis fulget mirãda coloribus Iris,
Lilia terna placent cœlo demiſſa ſereno,
Nodus & ille triplex Veneris, qui nectit amantes,
Hic numerus Charitum, hoc cœleſtia numina gaudent,
Gaudet & hoc superũm juſtiſſima cura Deorum
Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.

Cedãt Phœbe tui, cedãt Neptune labores
Laomedõteq; queis debita mœnia Troiæ,
Ipſæ etiã cedãt Pallas quas extulit arces:
Omnibus hoc longè antiſtat, quod ab æthere ſummo
Æternis opus è Trabibus mirabile fluxit;
Sub quibus eſſe olim Trabeati turba Quirini
Gaudebit, niveòſque Aquilis imponere flores.
Cũctà ſitu annorũ, carièq; exeſa fatiſcũt;
Vaſta ſed aſtriferi ſtabit dum machina mundi,
Stabit, & invidiâ fruſtra indignante vigebit
Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.

¶ DXLIII.

IN præcedentibus Poëmatibus Gloſſopetræ, novi Parnaſſi Muſæ, influxus eruditus refulſit: ſed quia etiam Muſæ Verſoriæ Menillius aurem interdum applicat, lineas iſtas ſubſcribo.

Montis Albani deditionẽ Menillius Eleutherio ſuo inſcribit, & in hoc erudito Poëmate vertit, & illuſtrat hoc diſtichum à pagina 21.

Dicite Richelium noctéſque dieſque Camœnæ:
Tale decet terris eſſe perenne melos.

Et ne ignoret Poſteritas quo anno fuerit ſubjugata iſta Civitas, addit hoc Chronicon,

RIChELIo faCite ô NyMphæ, qVIbVs InCLytVs heros,
QVæ peperIt FranCIs, otIa grata faCIt.

Deinde à pag. 86. incipit Ducis Engieni, & Heroidis Breſæ celebrare; & poſt multa ingenioſè concepta, & eloquenter ſcripta à pag. 1-8. Strophas format, & ſingulas claudit hoc Diſticho.

Dicite Hymen, ter Hymen ad carmina dicite Nymphæ,
Omnis Hymen Hymenæe ſonet cum plauſibus æther.

Alii Poëtæ imitantur, ſed ſufficiat Menillium produxiſſe.

¶ DLXIV.

SIcut in Gloſſis verſus integri, ſic etiam interdum ſimplicia reſumuntur vocabula. Id genus verſuum faciliùs condideris, quàm appoſitè denominaveris. Pónam loco regularum exempla. Ioanni Trunccio Boruſo ſic placuit Vrſum Dithmarſum dilaudare.

Sæva fuit Thebana tribus cum corporibus SPHYNX:
Sæva hominũ vertens in fera mẽbra DEA:
Sævi CYCLOPES Divis qui bella ferebant:
Sæva nec eſt avidis unguibus VRSA minùs:
Sæva LEÆNA feras inter, cùm ſuſcitat iras:
Sævus & immani eſt aſperitate DRACO:
SÆVIOR hunc VRSVM qui carpit ſcommate, quàm ſunt
SPHYNX, DEA, CYCLOPES, VRSA, LEÆNA, DRACO.

Add. *Omnibus his ſævis ROTZMANNVS ſævior ergo*
Omnibus his ſævis ſævior ipſe TYCHO:
Omnibus his ſævis HELISÆVS nomine ROESLIN
Sævior, hic Logica: Grammatica ille caret.
Dum carpunt alios moneo, ut diſcat priùs ille
Grãmaticã, hic Logicã, deindè Mathematicã.

Si non addidiſſet Diſticha poſteriora, clauſiſſet ſuum conceptum pulchriùs, & nullius incurriſſet invidiam. Aliud ejuſdem Poetæ Epigrammata ſubjungo.

Clarus ubi nitidis luſtrat SOL omnia flammis:
Claraq; terrigenis fida miniſtra DIES:
Claraq; luce ſuâ quæ fulget ab æthere STELLA:
Clarus REX populis ſceptra paterna gerens:
Clarus honore REGENS populũ belloq; togaq;
Claraq; FAX tenebras cũ fugat orta nigras:
Clarior eſt VRSVS perplexa Triãgula ſolvẽs,
SOLE, DIE, STELLA, REGE, REGENTE, FACE.

Hoc carminum genus poſtulat, ut Poëta verſum ultimum primo loco conformet, & poſteà ad priores condendos accedat: fruſtra enim priores fecerit, ſi nomina aſſumpſerit, quæ Pentametrum conſtituere non poſſint.

Claudamus hunc Tractatum celebrando Angelorum Reginam. Dicamus ſic.

Eſt pulchrum cælum dũ Sydera clara refulgẽt:
Eſt pulchra auratis prædita Luna comis.
Sunt pulchra Aſtronomus, quæ obſervas providus Aſtra:
Pulchra Iris radiis eſt redimita ſuis.
Eſt ſol ignivomo comptus diademate pulcher:
Eſt pulcher, decorat quem Cynoſura, Polus.
Pulchrior eſt autem Sanctiſſima Virgo Maria
Cælo, Lunâ, Aſtris, Iride, Sole, Polo.

APOLLO PARODICVS.

Multiplico Veterum verſus: millena repono,
Candide Lector, vbi pauca fuere priùs.
Invidia ò ceſſet, numeris quam vincimus; hîc nam
Carmina plura damus dentibus Invidiæ.

DLXV.

QVÆ ab Hiſpanis *Trova*, *Imitatio* à Latinis, Παρῳδὴ à Græcis, aut etiam παρῳδία vocatur: contingitque, cùm alicuius Poëtæ ſententia in ſenſum diverſum, aut etiam contrarium, paucis alteratis aut etiam mutatis transfertur. Et eſt triplex: prima vnicum ſolum verſum aut ſententiam commutat: ſecunda aliquod poëmatium integrum: (& has cognovit vulgus, & Athenæus lib. 15. & ex eo dilucidavit Camerarius, Henricus Stephanus & alii multi) tertia, quæ eſt ſpecialis Hermogeni; cùm quis partem verſus protulit, & illam oratione ſolutâ complet & in alienum, acutum tamen, ſenſum trahit.

Si Parodiæ authores & inventores quæras, vix potero reſpondere appoſitè: videtur enim fuiſſe nota omni ævo. Et licèt Plutarchus in opuſculo, quod de vario poëmatum vſu differit, de parodiâ non agat (quod in epiſtolâ ad Ioann. Fichardum miratur Henricus Stephanus) multi Plutarcho ſeniores parodiis delectati ſunt; nam & Chryſippus agit de Poëtarum ſententiis ad vſus varios accommodandis. Vt igitur nos bene ſciamus Parodias conformare: quo priſci modo illas confecerint, examinemus.

Producam Ennium, cuius plurima Virgilius carmina liberè vſurpat, non ſemper vt ſunt in Ennii libris, ſed elegantiſſimè trãſfigurata. Dixerat ille Annalium libr. 1.

Teq. pater Tyberine tuo cum flumine ſancto.

& inde Virgilius:

Tuq. ò Tybri tuo genitor cum flumine ſancto.

Et cùm eiuſdem Operis libr. 7. dixiſset Ennius:

Nõ sẽper veſtra evertit, nunc Iuppiter hac ſtat.

illum imitatus Virgilius ait,

Nequa meis dictis eſto mora: Iuppiter hac ſtat.

Et cùm hunc addidiſset verſum Ennius:

Nunc hoſtes vino domiti, ſomnoq. ſepulti.

inde Virgilius ſumpſit illud,

Invadunt urbem ſomno vinoq. ſep ultam

Et tandem cùm Enniana Muſa illud lemma dictaſſet, quod Annalium libr. 7. legimus: videlicèt,

Fortibus eſt Fortuna Viris data.

Placuit Maroni: & Æneid. 10. illud ad hæc verba reduxit.

Audentes Fortuna iuvat.

Et quia rem bene conſiderantes nullam aliã Fortunam admiſerunt, quàm Deum: quæ enim nobis fortuita, inopinata, & improviſa, ſummo illa à Deo conſilio & potentiâ reguntur. Hanc, inquam, ob cauſam Ovidius libro 10. Transformationum vſus ſynonymo, ſic inquit:

Audentes Deus ipſe iuvat.

quò etiam reſpexiſſe videtur Faſtorum libr. 2. dicens,

—audentes Forſque, Venuſque iuvant.

& alibi multò liberiùs:

—audentes adiuvat ipſa Venus.

Apud Terentium & Ciceronem legimus;

Fortes Fortuna adiuvat.

& videtur his verbis ſolutis commune obtinuiſſe proverbium, quod Ennius ad carminis leges conformavit. Tibullus aliter: ait enim,

—Fortes adiuvat ipſe Deus.

Aliter idem etiam adagium & aliter efferri poteſt: has parodias conſidera.

Au-

Audentes Deus aqua iuvat.
Audentes quæ iura ſinunt,
Deus adiuvat ipſe.
Auſos iuvat, quæ iuſta Deus.
Audentes moderata iuvat Deus.
Nil ſine ſe audentes Deus adiuvat.
Ipſe ſuo iuvat auſa Deus, quæ Numine freta.
In ſe ſperantes Deus adiuvat.
Spes inopum Deus ipſe iuvat.
Spes humiles Deus ipſe fovet.
Viribus haud tumidos propriis Deus adiuvat ipſe.
Elatas nunquam vires Deus adiuvat ipſe.
Confident quicumq. Deo, Deus ipſe iuvabit.
Qui ſibi diffidunt, illis Deus ipſe favebit.

Et Seneca in Medeâ non multum abeſt ab hujus efficaciâ conceptûs: ait enim:

Fortuna fortes metuit, ignavos premit.

vnde oritur illud vulgare pronunciatum;

Audaces fortuna iuvat, timidoſq. repellit.

vt diſcamus fortitudinem audaciamq. cognatas eſſe: nec fortitudinem audaciâ, nec audaciam fortitudine carere poſſe; vt diſcamus omnes ignavos timidos, & omnes timidos ignavos eſſe. Iuvat fortuna fortes & audentes, quia metuit: qui enim timet, nec ſe opponit, nec victori reſiſtit.

Fortunam Deumq. compoſuit Ovidius, vt vidimus: Fortunam & Rationem Cicero; quæſtionum enim Tuſc. lib. 2. multa congerit pulchra, & inter alia dicit: Fortes non modò Fortuna adiuvat, vt eſt in proverbio: ſed multò magis ratio. Vnde Parodiæ aliquæ ſubnaſci poſſunt. Has ſubſcribo.

Fortes Fors ratioq. iuvant.
Sors fortes ratioq. iuvant.
Dirigit audentes ratio, fortuna coronat.

Et quidem eiuſmodi ſententias aut à Græcis ortas, aut ad Græcos transiiſſe demonſtrant multa veterum carmina, quæ poſſent ſubiici: pauca hæc produco. Menander:

Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει. ideſt,
Quæ pia ſunt etiã promovet auſa Deus. Pent.
Auſa Deus etiã provehit, quæ iuſta ſunt. Scnar.

& Homerus il. κ.

—θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισι τελέθει.

quod recidere in idem videtur.

Tantâ Virgilius curâ Ennii vigilias & lucubrationes recognovit: tantâ fœlicitate ad parodias reduxit, vt multi antiqui dixerint,

Aurum Virgilius de ſtercore colligit Enni.

& Owenus addiderit,

Quod tunc Virgilius, nunc facit & Medicus.

Sed non ab Ennio ille ſolo, ſed etiam ab aliis ingenioſis Authoribus. Dixerat Furius,

Intereà Oceani linquens Aurora cubile.

& Virgilius eum imitatus aut ſequutus

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

& idem cùm ceciniſſet Furius:

Rumoreſq. ſerunt varios, ac multa requirunt.

Virgilius ſic,

Rumoreſq. ſerit varios, & talia fatur.

Sicut ex Furio, ſic etiam aliqua alia deſumpſit ex Vario: quibus parodia ineſſe videri poſſit. Dixit enim Virgilius:

Vendidit hic auro patriam dominumq. potẽtẽ;
Impoſuit fixitq. leges pretio atq. refixit.

& tamen cecinerat Varius;

Porgete à chi vi chiama, preſt'aita,
Impetrate dal Ciel, nel Ciel ſalita.
A' voſtri piedi, il Mondo humil s'inchina,
Vergine Madre, in terra ancor diuina.
Roſa voi foſti, però ſenza ſpina,
In infelice terra, mai meſchina;
Da voi Satan, hebbe la ſua ruina;
In voi l'Amor, piantò la ſua fucina.
State nel Cielo molto à Dio vicina.
Siate à' noſtri languor, deh medicina.
Chi di Maria, non ama la bellezza?
E' del Ciel, de la Terra l'allegrezza,
Del Mar de l'amarezze la dolcezza;
Di colpa Original, non hà bruttezza,
Il ſuo piede à Satan, il capo ſpezza,
Splendida Luna, Sol d'ogni chiarezza,
I peccator pentiti, ell'accarezza,
A tutti aiuto implora con preſtezza.
Frà le donne, tu foſti benedetta,
Dal Padre, dal Figliuol, dal Spirito eletta,
Trà figliuoli d'Adam, la più perfetta,
In gratia, ſenza colpa ſei concetta,
Da la Terra, dal Ciel, d'ogn'vn diletta,
Armellino gentil, di macchia netta,
I noſtri voti, ò gran Maria accetta,
Fà, che Dio ogni colpa ci rimetta.

Ita luſorias chartas coordina, vt foliolis ſingulis ſingulos verſus inſcribantur. Poſteà illas deordina, confunde, immilce (vel, vt loquitur Hiſpanus, *varaxa*, varia) & viam alternationis ingreſſus, cum tuis collude Amicis, vt te docuerat Muſa Hiſpana.

NOTA.

De Virgine Matre THERESIA.

CVM abſolutè *Virginem Matrem* dicimus, intelligimus Angelorum Reginam, non aliam. at voluit Deus Chriſtiano Orbi concedere Maximæ Divæ imaginem, & conceſſit Thereſiam, quæ realiter eſſet *Virgo*, & moraliter *Mater*. videlicet Virginem puriſſimam, ſanctiſſimam, & generoſiſſimam; Reformati & Excalceati Ordinis Carmelitani fœcundiſſimam Matrem. Ad ejus multa olim laudem ſcripſimus, plura olim declamavimus, quæ in variis libris, quos dedimus luci, leguntur. Iam conciones ſcribere, aut etiam declamare non poſſumus: nos tempus & pectus deficiunt: diſtrahimur publicis, implicamur privatis: ſumus laſſi; ergo, vt recreemus fractum animum, hic libellus, hæc folia, (Hiſp. *eſta baraxa de naypes*) nos poterit reſtituere & juvare.

CHI à pien ti loderà, Grande Tereſa?
De l'Amore diuin, fornace acceſa,
Honor di Spagna, Gloria de la Chieſa,
Qual non faceſti in terra, eroica impreſa?
Col Inferno in continua conteſa,
Da la mano del Ciel ſempre difeſa;
Foſti da Chriſto per iſpoſa preſa,
Gratiata troppo, e però tardi inteſa.
La tua vita, Tereſa, m'innamora,
Mirabil ne l'Occaſo, e ne l'Aurora.
Drizzaſti verſo il Ciel ſempre la prora.
Il tuo gran cuor, ogni martir diuora;
O patir, ò morir, diceui ogn'hora,
Obediſti al tuo Dio, ſenza dimora.
La terra di tue lodi è già ſonora,
Il Mondo, & il Carmel, ogn'vn t'adora.
Cedan le palme à te, Pallade, e Marte,
Di te minori ſon le forti Sparte;
Ogni fauor'il Ciel à te comparte,
La gratia dal tuo cuor mai non ſi parte,
Rara dottrina appar ne le tue carte,
Per vnir l'alma à Dio, inſegni l'arte;
Ciò, che ſapeui, à noi ne feſti parte,
Congiunta à Dio d'amor, con forti ſarte.
Chi di Tereſa, non ſtupì 'l feru re?
In compagnia di Dio, ſpendeua l'hore,
Auampaua d'amor, il ſuo gran cuore.
Quaggiù mai non commiſe vn graue errore,
Viſſe molt'anni, e ſempre con dolore,
Ella morì à la fine per amore.
Il corpo morto, dà ſoaue odore,
La ſua vita à ciaſcun, reca ſtupore.
Tereſa, fù di nobile lignaggio,
Fanciulla à Mori far volea viaggio.
Coll'Vmanato Dio fè maritaggio,
Di vera Santità diè chiaro raggio,
Spiegò de l'oration l'alto linguaggio,
Oprò, patì con non minor coraggio.
La ſua dottrina ſupera ogni ſaggio,
Pria fece, inſegnò poi con gran vantaggio.
Donna, tu foſti forte, & animoſa,
Da gl'anni giouenili generoſa,
Amazon de le Spagne valoroſa,
De i medemi guerrier, più coraggioſa,
Del Giardino Diuin, e Giglio, e Roſa,
L'honor diuin zelaſti, eletta ſpoſa,
Afflitta in vita, e in morte glorioſa,
Viua, e morta vgualmente prodigioſa.

Singulis chartæ-foliis ſingulos verſus inſcripſi: & illa immiſcui, deordinavi, confudi (Hiſp. *los varaxè*, variavi) & jam jam inter colluſores diſtribuo, & juxta leges ſuperiùs *Muſ. Hiſp. S. Muſa.* traditas, luſum crudit.um & devotum inſtituo.

APOLLO

APOLLO POLYGLOTTVS.

A nullà noſter linguà dependet Apollo:
Vt methodum expendat, non tamen vna ſatis
Ecce tacendo loqui ſolet, & felicior vti
Audebit linguis pluribus ipſe ſimul.

☞ DXCII.

DITISSIMVS eſt Apollo multi linguis, quæ enim in vno conficiuntur idiomate, poſſunt etiam in alio: poſſunt ſimul aut ſucceſſiuè in multis. Sunt illi tributarij alij Apollines, quorum ipſe opibus & theſauris inſtruitur. Et ideò illum in hunc locum remiſi, vt poſſem ſuperiùs dicta breuiter recognoſcere, & ad vſum reducere.

Sanè tametſi multarum linguarum poſſit eſſe conſideratio, duabus ſolent eſſe contenti, qui his myſterijs ſtudent. Duabus inquam, non determinatis, ſed indeterminatis. *Bilinguis* igitur dici noſter Apollo poterit: quòd duabus vtatur, cùm ſuum communicat Philomuſis influxum.

MVSA I. CHARACTERICA.

☞ DXCIII.

LITERARVM figuras valorem & nomina conſiderat prima huius Parnaſſi Muſa, & poſſet diuerſis Genijs vti, quia munia ſunt eius diuerſa. Interim, quæ alius, cui plus otij ſuppetat, poſſit diſtinguere, in vnum colligam, & exempla loco regularum producam.

Duæ ſunt apud Græcos literæ, quibus Latinus vtitur, dat tamen illis poteſtatem diuerſam. Sunt ρ & ν. (*Rho* & *Ni*.) De voce νεπτῦνος, qui aliàs ποσειδῶν nominatur, iam diximus. Si tertia Latino more proferatur, eſt *Neptunus*: ſi prima, *Vertunus* (vel alij malunt, *Vertumnus*.) Quam ob rem hi duo Ethnicorum Dij coïncidunt, & nomina à pronunciatione dependent. Sed hoc iam ſuperiùs notaui.

Dicit Græcus πρὶν, Latinus *prius*. Ergo vltima vocis Græcæ litera ſonuit vt V. Ἀνία *mærer*. Quid ſi inde aliquis deducat vocem *Avia*.

Verbum ἄρω eſt *apto*: Secunda ergo litera ſonuit more Latino, vt P. Similiter ἄρτιος *perfectus*. Quid, ſi Nomenclator Latinus legerit *àptios*, & inde deduxerit vocem *aptus*. Fortè hinc etiam panis dicitur ἄρτος, hoc eſt, *aptus*. Eſt enim aptiſſimus cibus.

Cùm ſeria tractantur non eſt locus concedendus leporipes: *lepos* enim videtur eſſe Græcis λῆρος, hoc eſt, *nugæ*.

Sic poſſemus de alijs literis, & vocibus Græcis diſcurrere.

De vocis *Papa* etymo varia dicuntur: multi illam deducunt à voce Hebræâ פיפי, quam Græci his characteribus πιπι (*Pipi*) expreſſerunt; vnde poſteà deductum nomen *Papa*.

Huc pertinet curioſum illud Lemma, cuius ſuperiùs memini, videlicet.

Ne la φ. δ. φ. ν. ρ. la β.

hoc eſt, *Ne la fideltà finirò 'la vita*. Eſt Italicum; & tamen nominibus Græcorum Elemen-

mentorum vtitur, vt conceptum exponat, Illud *num.*209. dedimus, & expoſuimus. Eſt eidem ſimile hoc Hiſpanicum, *A dò nauèga el mercader auaro? a. ę.*

Reſponſum enim, & concentum reddunt duæ vltimæ literæ, ſignificant enim *al Pharo*.

Litera canina eſt ſtridor omnibus linguis communis, & vocatur à Latinis *Er*, à Græcis *Ro*, ab Hebræis *Res*: ergo R ρ ר ſignificat *errores*: quem conceptum diuerſis in libris aliter, & aliter expreſſum reperio. Ioannes Alſtedius Encyclopadiæ lib. 10. ſect. 4. cap. 5. §. 29. ſic ait.

Er habet Auſonium liber hic; Ro *deinde Pelaſgũ;*
Res *habet Hebræum; prætereaque nihil.*

Hæc litera *Canina* dicitur, & ideo tertiùs de alio libro erroribus pleno hoc dedimus aliquando iudicium.

Hic canis Auſonius, canis hic Ludouice Pelaſgus;
Hic canis Hebræus voce boante canit.

D. Ioannes Baptiſta de Caſtilione Caſinas, vt ſuam erga diuam deuotionem fouerer, & D. Petrum Philippum Florentinum pietatem celebraret non pauca compoſuit Anagrammata, & tamen interdum in Programmate X. & P. ſunt literæ latinę (nempè *ix* & *pe*) in Anagrammatibus verò ſunt Græcę (*Chi*, & *Roo.*) ingenioſè enim Anagrammariſtes figuras retinet, & poteſtatem mutat. *Vide num.*473.

MVSA II. ELOQVENS.

DXCIV.

APERIVNT, & ſternunt viam humanæ literæ ad diuinas; ita vt non ſit poſſibile eruditè has tractare, ſi fuerit eruditio humanarum neglecta. Hinc eſt, vt non velim mirari, quando aliquas ſublimes ſententias video à multis negligentiùs, aut etiam obtuſiùs exponi: non enim poteſt illas acutè expendere, qui in acuminibus non eſt verſatus. Modò hę S. Paginæ lineæ exornandæ & dilucidandæ ſuccurrunt.

C*Vm complerentur dies Pentecoſtes* (hoc eſt ipſomet quinquageſimo die) *erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco* (vt vel hinc diſcamus, quantæ ſint efficaciæ Communitatum orationes: nam etiam apud Deum videtur obtinere illud Lemma, *Fortior eſt virtus vnita, quàm virtus ipſa diuiſa.*) *Et factus eſt repentè de cœlo ſonus tanquam aduenientis Spiritùs vehementis; & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes.* Singulas dictiones recognoſco. *Repentè*, non enim eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis hæc gratia: quæ de cœlo, non autem de tellure eſt, & replet non ſolùm perſonas, ſed & ipſammet domum, in qua Deum oramus *ſedentes*, (muy de asiento.) *Et apparuerunt illis diſpertita linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto; & cœperunt loqui varijs linguis* (non quidem prout didicerant, aut prout volebant: ſed) *prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* At ſumus Scholaſtici, & volumus omnia explicari; aut etiam probari, ſi opus ſit. Satisfacit huic dubio Diuinus Hiſtoriographus, & ait. *Erant in Hieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. Factà autem hac voce conuenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque linguà ſuà illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes. Nonne, ecce omnes iſti, qui loquuntur, Galilæi ſunt: & quomodo nos audiuimus, vnuſquiſque linguam noſtram, in quà nati ſumus? Parthi, & Medi. & Aelamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæã, & Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum & partes Lybiæ, quæ eſt circa Cyrrenen, & Aduenæ Romani: Iudæi quoque & Proſelyti, Cretes & Arabes; audiuimus eos loquentes varijs linguis magnalia Dei.* Act. 2.

Stupebant omnes illi, cùm audiebant Apoſtolos: & ego ſtupeo, cùm Sanctum Hiſtoriographum lego. Et quia mente confuſus, quo id modo fuerit factum neſcio, doctiores conſulo, & interrogo. Et quia nemo mihi, aut reſpondet, aut ſatisfacit, ſic inquam:

Oratio multilinguis eſt duplex: Succeſſiua videlicet & Simultanea. Succeſſiua vnam periodum ex vnâ linguâ, & alteram ſumit ex alterâ: Simultanea vno & eodem verborum contextu loquitur diuerſis linguis. Opus eſt hanc diuiſionem dilucidare, & exemplis firmare: vt poſſimus Apoſtolos loquentes varijs linguis audire: nam, & ipſi ſucceſſiuè, & ſæpiſsimè ſimul, linguis diuerſis loquebantur. Vt hæc exactè intelligas, lege attentè ſequentia.

MVSA III. BILINGVIS SVCCESSIVA.

DXCV.

ADVLTA & nata eſt in Hiſpaniâ; &, quia noua omnia placent, fuit in precio. Anno M.DC.XVI. Audiui nonnullas Orationes bilingues concinnatas ogdoaſtichis, quæ Hiſpani *Otauas Rymas* dicimus. Eodemque Rhytmi genere annis ſequentibus iterum, iterumque declamaui. Perierunt omnia illa ebulientis ingenij tyrocinia: & ideò dum rem ipſam communicare nequeo, modum dilucido, & verſus aliquos (alienos, proprios) in exemplum produco.

Petrarcha Italus author, Italicum Canticum claudit verbis, quibus Arnaldus Daniel incipit: videlicet *Drois & raiſon*.

Apud Arioſtum Orlandus imitatur Silenum, & ait *Soluite me*. Poſſem alios producere, ſed hi ſufficiunt.

Sanè poſſunt voces peregrinæ interſeri, quando ſunt receptæ, & noſtræ ſactæ. Hodie in omnibus, aut ferè Europæ linguis illæ ceræ benedictæ, & agni figurâ decoratæ, quas Pontifices ſolenniter benedicunt, & Deus nobilitat multis miraculis, apud Hiſpanos vocantur *Agnus Dei* per omnes numeros & caſus. Conſidera periodos has. *Grande es la deuocion del* Agnus Dei. *Enbiadme de Roma quatro* Agnus Dei, *qua pueda dar a mis amigos*. Hanc ob rem dixit Arioſtus (*molto leggiadramente*: loquamur cum Hieronymo Rucelio, ſiquidem ſentîmus cum illo)

*Il Rè ſece giurar sù l'*Agnus Dei,

Eâdem voce vſus fuit D. Ludouicus de Gongora in Idyllio (Romance) XXIX. inter varios quos publicauit D. Gundizaluus de Hozes & Corduva: dixit enim:

No ſe me quejan las fuentes,
ni los claros arroyuelos,
que los entur bian cabezas
ſeñaladas de mi yerro.
Al fin mis atos ſe incluyen
En los que ciñen mi cuerpo,
y en vn Agnus Dei *de alchimia*
ſe rematan mis corderos.

Dictum illud Heroicum *Non plus vltra*, iam etiam in omnibus linguis admittitur. D. Ioan. Soto-mayor de Eximio Dom. Doctore Deza.

Y para decirlo todo
en vna palabra, Deza
es lo ſummo de las Artes,
Non plus vltra *de las Ciencias*.

In Hiſpaniarum tabulis *Finis terra* eſt promontorium illud apud Gallecos, cui inſunt S. Maria, Iunogia, & Cormes, coram inſulis Gracioſâ, Michaeliâ, & Bizargâ: vel vt veteres voluerunt, promontorium illud quod reſpicit fretum Hærculeum: vbi duo montes ſunt (Calpe & Abyla) qui Herculis columnæ vocantur. Huc reſpiciebar Ledeſma, quando de Morte deuotè, & ingenioſè cecinit.

Para que ninguno yerre
El Plus vltra, *que deſea,*
En mis dos colunas lea,
Como ſoy el Finis terræ.

Chriſti Crux, quâ authoritate Regiâ inſigniuntur præcipui Nobiles in Luſitania, vocatur *Habito de Chriſtus*: & idem Ledeſma in alio Epigrammate.

Si la Cruz del Redentor
Adorna el pecho de Andres,
Habito de Chriſtus *es*
El del tal Commendador.

Et quidem miſcêre linguas diuerſas vitium eſt: condemnat illud Cicero dicens, ſe nolle affirmans frequentiùs vti vocibus Græcis in ſermone Latino, quàm Latinis vtuntur Philoſophi Athenienſes in Græco. Hoc idem condemnat in Lucillio Horatius *lib.* 1. *Sat.* 10. vbi ait.

At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miſcuit. ò ſeri ſtudiorum, qui ne putetis
Difficile & mirum Rhodio, quod Pitho leonti
Contigit. at: ſermo linguâ concinnus vtraque.
Suauior: vt Chio nota ſi commiſta Falerno eſt.
Quùm verſus facias, te ipsū percontor, an & quùm
Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Perilli
Scilicet oblitus patriæque patriſque Latini,
Quùm Pedius cauſas exſudet Poplicola, atque
Coruinus, patrijs intermiſcere petita.
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis.
Atque ego quùm Græcos facerem, natus mare circà
Verſiculos, vetuit me tali voce Quirinus
Poſt mediam noctem viſus, quùm ſomnia vera.

Quos verſus Petrus Gualterus Chabotius hac exornat Analyſi. [Itaque veteres Comici laudari ſunt ob facetam animaduerſionem: contra Hermogenes & Demetrius Simius viruperati, quod illam contempſerint, inepta modulatione contenti, & ſola imitatione L. Caluij, & Valerij Catulli poëtarum elegiacorum, Lucillianæ, Lucillianæ autem Latinæ ora-

orationis Græca intertextræ admiratores inopia judicij oſtendit laborare paribus. Perinde mihi Lucillus ridiculus videtur conjunctione vocum Grecarum cum Latinis, atque Pirholeon Rhodius, qui comica quædam & Epigrammata non diſſimili vtriuſque linguæ permiſtione aſperſerat: cujus concinnaram falsò creditam ironicis ſimilibus confutat: vnde tamen diſſimilia videntur intelligenda, vt vinum auſterum miſtura dulcis fit ſuauiùs; ſic oratio Latina efficitur gratior Græcæ permiſtione: ex quo fit, vt quidam è laudatoribus orationis Lucillianæ malit in causâ Sacrilegi Pirillij agenda obliuiſci patrij ſermonis aduerſus accuſarores Pedium Poplicolam, & Meſſalum Coruinum huius ſtudioſiſſimos, & vti peregrino: cuius maiorum comparationis protaſis illuſtratur ſimilibus, ita vis, inquit, bilinguis videri, vt Canuſini populi, qui ſciebant græcè, & latinè: vtrumque tandem comparatum teſtimonio Diuino conſuratur, quo talis miſtura ſermonis vetatur, idque paribus firmatur.]

Nonnulli, vt græcizandi pruriginem, quâ laborant, tueantur, Iuuenalem adlegant: qui vt plurimum bis fuit abuſus, aut fortè vſus Græcis vocabulis. Iterum *libro* 1. vbi duos Amaſios depingit tenerè inter ſe colloquentes & tunc ad Græcum idioma, quod ſit mollius blandius, & eſſœminatiùs recurrit. nam cum Græcorum lingua multas habeat dictiones deſinentes in N. & multarum patiatur vocalium concurſum immemor ſynalœphæ, laſciuium & floccidum eſt: & ideò eodem vſus fuit *lib.* 3. vt argumento loci, & temporis calamũ attemperaret.

Fateor multa iocantibus interdum licere, quæ ſeriò agentibus concedere religio ſit. Inter iocoſa carmina D. Ludouicus de Gongora multa habet ex linguâ Latinâ deſumpta. In tertio Eidyllio (*Romance*) ſic inquit:

Seruì à Condes, ſeruì à Reyes,
aſta que por varios caſos
Tendimus in Latium, *digo,*
me mirais tendido y lacio.

Et in quinto, quod ſequitur:

Toda la tierra e corrido,
el mare viſto en Latin;
Mare - vidi *muchas vezes,*
pero no vn marauedi.

Eſt autem marauedinus. (Hiſp. *marauedi*) genus monetæ vilis, quæ eſt minor Germanorum Crucigeris: argenteum enim conſtituunt quinque Belgici Stupheri, & 34. maravedini Hiſpanici.

Acutiùs alius Iunior Latinum Idioma reſpexit, ſed non tetigit, dicens:

Hizo ayer ſu confeſſion
vn Marido, y dixo enfin,
quo el era lo que en Latin,
es deſnudo el coro on.

Id quod Hiſpani *deſnudo coro on*, vocant Latini *Cor-nudum*: & maritos quos *Cornutos* Latini, illos Hiſpani *Cornudos* appellant.

Sic placuit nugari Poëtis, qui, ſi loquerentur ſeriò, vſi fuiſſent idiomate ſincero & puro, nec illud peregrino immiſcuiſſent.

☞ DXCVI.

IOannes Alſtedius Encyclopædiæ *lib.* 10. *ſect.* 4. *cap.* 5. §. 50. duo ponit Diſticha ſimilia: alterum propter diuerſitatem linguarum jubebitur huc pertinere: & alterum propter Charitum ſimilitudinem concomitari.

Qui REMINISCO *putat ſe dicere poſſe latinè*
Hic vbi CO *ſcriptum eſt, faceret* COR, *ſic cor haberet.* Sic
Qui putat εὐθυμεῖν *ſe Græcè dicere poſſe.*
Hic pro μᾶν *faceret* μυθ, *ſi* θυμὸν *haberet.*

De Verſibus Polyglottis.

☞ MXCVII.

MVTANT VR cum tempore affectus. Compluti ſub annum MDCXX. Erant in ſummo pretio carmina Latino-Hiſpanica, ſeu Hiſpano-Latina: illa nimirùm, quæ alternatiuè procedebant, & carmina noſtræ linguæ immiſcebant Latinis. Audiui orationes Panegyticas hoc verſuum genere: feci & declamaui etiam. Et in laureâ Eximij D. Lienier, me committens fluxui & refluxui Academico, orationem habui, in quâ diuerſarum linguarum rythmis & metris ſum vſus. Perierunt cum multis alijs illæ ſchedæ; & quæ tunc meruerunt amicorum applauſum, fortè etiamnum benignè legerentur, ſi extarent. Feci ſub illud tempus ad Philippi IV. Regis Hiſpaniæ laudem, Cantionem Lyricam, quæ incipit,

MVſas, que el Dios Apollo.
illuſtrat radijs, lumine coronat,
cantad de polo a polo
eſſe Philippum Quartum quem honorat

el

el Indio Dios Neptuno
in mari, in bello Mars, in cœlo Iuno. &c.

Etiam tunc excidij Troiani Deſcriptionem Hiſpano-Latinam concinnaui, quam perdidi. Vnam aut alteram ſtropham, quam teneo memoriâ, produco.

TROIA.

BRonces vndidos, marmoles deſechos,
Antiquitùs ſuperba eximio honore;
Memoria en vueſtras ruynas de los echos
Gradiui Martis; perdido decore
No quedaron los hados ſatisfechos,
Siquidem quamuis ſine antiquo honore
Eſten vueſtras murallas, ſobraos gloria,
Cùm ſit nulla perennior, quàm memoria.
Quando ſobres los cuernos de la Luna
Inſidentem contemplor Maieſtatem:
Otros Excenta de inſeliz Fortuna
Iudicent fore tantam dignitatem:
Yo por lo menos viendos por coluna
Incertæ Phœbes poni varietatem,
Temì de tantas glorias el aumento
Perſiſtere variato fundamento.
De quin ſe hizo lugar en todo el Mundo
Excelſa credens Mœnia venti pennis,
Paſando en ſus cimientos al profundo
Obiecta. Teſbyos inundantis venis.
Oy ſu eſplendor que à nadie ſuè ſegundo
Lesbai ſigillis conditur abennis,
Ignora ſu lugar todo elemento
Et viuit ſolo nomine retento, &c.

Sicut conſormauimus hæc Carmina, potuimus alia condere, quæ tribus, quatuor aut pluribus linguis correſponderent: nam quodam Epigramma (Soneto) trilingue legi in Petrarcha Hiſpano, quem edidit Henricus Garcès: (illud ibi inter laudatoria ſub ipſum initium inuenies) & D. Ludouicus de Gongora publicauit hoc Epigramma quadrilingue.

SONETO.

LAS tablas del baxel deſpedaçadas
Signum naufragij; pinum & crudele
Del templo ſacro con le rotebele,
Ficaraon nas paredes penduradas
Del tiempo las iniurias perdonadas
Et Orionis vt nimboſæ ſtella
Raccoglio les merite pecorelle
Nas ribeiras de Betis eſpalhadas.
Voluere à ſer Paſtor, pues marineto
Quel dio non vuol, chel, colſuo, ſtrale ſpenna
Do Auſtro o aſopros, e do Oceam as agoas.
Haziendo al triſte ſon aunque groſero
Di queſta canna, gias el baggia donna
Sauda de as feras, e a oſpenedos magoas.

Eſt carmen tetraglotton, (Caſtellanum, Latinũ, Tuſcanum, Luſitanumque) & in D. Ludouici operibus, quæ collegit D. Gundizaluus de Hozes & Corduua anno 1633. reperietur Amorum libro, num. 4.

DXCVIII.

OBIIT Ferdinandus Cæſar, Imperator Auguſtus, & Muſæ omnes vt fidem ſuã erga Diuum (mortui eſt Cæſaris Epithetum) oſtenderent, attemperarunt fides, & dulces lachrymas ſunt modulatæ. P. Eugenius à ſancto Ioſepho Muſâ quidem politiſſimâ & eruditiſſimâ fruitur, à quâ recepit numeros ſubſequentes.

EPITAPHIVM.

Quicunque regno fidit & magnâ potens
*Dominatur Aulâ. * Videas, * hic paruus cinis*
Eſt Ferdinandi: huc ille decreuit Gigas.

Eſt ex tribus Senecæ verſibus compoſitum [ex Troià. ex Hercule Ætæo, &c.] & dilucidatur hoc Italico-Latino concentu.

ARRESTA in queſto loco, arreſta i paſſi.
Fernandi Tumulum ſpecta, monumenta doloris:
Tributa pure a queſti Auguſti ſaſſi
Mœrores, lacrymas, gemitus, ſupiria Amoris.
Saper brami qual fù, prima che Paſſi?
Princeps, Rex, Cæſar. Quæ non inſignia honoris?
Giuſto, Clemente, e Pio. Se'l mondo amaſſi
Illacrymans gemeres: Ah! Cur hic ceſſit ab oris?
Quattro luſtri ei foſtenne il grand'Impero.
Hic iacet. Arbor erat Miranda, ex arbora fructus
Per lo Ciel colſe Aprile, Autunno altiero.
Auſter præualuit. Tumuerunt vndique fluctus.
Parti, ſe'l cor ti trema, ò paſſaggiero;
Sintque via comites, Planctus, Suſpiria, Luctus.

Eleo-

Fleonora etiam Augusta ſuum ſolem in Aurora deficientem larget Italico-Latinis verſibus.

NOCTIS finis erat. Stillabant vndique rores,
L'Augusta Aurora lagrime ſpargea:
Formoſa à fletu perdebant ora colores,
Che'l ſuo Sol, la ſua Luce all'hor perdea.
Inuidioſa nimis mors infeſtauit Amores,
La ſua falce girando ardira, e rea:
Gaudia præſcidit, ſparſit Libitina dolores,
Dal ſuo cor diuellando il cor c'hauea.
Defeciſſe videns Phœbæum lumen amatum,
Se ſteſſa ammanta di funebri ſtole:
Splendores temnit cor luſtibus obtenebratum.
Maritarſi con l'ombre ella ſol vuole,
Et meritò; Cælum lugens apparet atratum,
Mentre ſi eccliſſa, o pur s'aſconde il Sole.
O prodigio! O portento!
Mentre Fernando more,
Perde la Vita, il Core
E l'Alma Leonora,
E pur ſoſpira ogn'hora.

D: Cæſaris ἀπoθανεῖν [beati enim, qui in Domino moriuntur, & ille obdormiuit in Domino:] ibidem hoc ſonectum Italico-Latinum inuenies.

PER le ſtrade del Ciel drizzaua il corſo,
Atque volantis Equi ſpumantia fræna regebat
Il famoſo Ruggier cui diè ſoccorſo
Fortis Amor Deus, inuantataque parata videbat.
Egli colà d'ignudi ſaſſi al dorſo,
(Hoc quoque fecit Amor) fallacia gaudia habebat:
Ma dal ſonno amoroſo eſſendo ei ſcoſſo
Cum magico ſomno fugientia gaudia flebat.
L'Aquila Imperial adopra Auguſto,
Huius ſubuectus pennis ſuper aſtra meabis
Che non calcaſti mai ſentiero ingiuſto.
Tu quia vanus amans ficto ſubſidere ſtabis,
Eroe d'Amori; Ma d'alte glorie onuſto
Auguſte, ad Cæli tu Regna Auguſte volabis.

Auſtria poſtquam omnes Germanicæ linguæ flauiſſas in lachrymas amaras vertaret: vt adhuc poſſit diutiùs & dulciùs lachrymari, ad Latinæ & Italicæ Linguæ puriſſimos theſauros recurrit; & ſicut binis oculis luget, ſic duabus linguis gemit, theſaurumque ſublatum à Parcâ deplorat.

RVBBARO il mio teſor le ſtelle auare
Flecte huc, Iſter, iter, Fernandi an funera ploras?
Præ luctu ipſa trabunt flumina tarda moras.
E mutan l'acque dolci in onde amare.
Benche hor torbide ſian l'acque rue chiare,
Proſequere, Iſter, iter ſemotas Orbis ad oras
Narrans triſtitiæ flumina quanta voras;
E come il pianto mio r'ha fatto vn Mare.
Naufragium Imperio ſi venti vndique minantur,
Non però dee temer d'eſſer abſorto;
Neptuno ecce mea, Leopoldo, Sceptra parantur.
Da ſue virtudi inanimito, e ſcorto
Ne metuat, Naues quod Regni in ſaxa ferantur:
Che ſia cura del Ciel riporle in porto.

MVSA IV. BILINGVIS SIMVLTANEA.

☞ DIC.

PLVRES linguas poſſe ſibi ſuccedere iam vidiſti: at poſſe ſimul fluere & in eodem verborum contextu reperiri impoſſibile aut ſaltem difficillimum iudicas. Et ego ſicut impoſſibilia eſſe eiuſmodi carmina nego eſſe difficilia confiteor. Porrò apud Ioannem Rengifum *in Arte Poetica*, Angelum Manriquium *in funereâ Philippi III. pompa*, alioſque nonnulla Hiſpanico-Latina reperio. Subſequentia Epigrammata (nos *ſonectos* dicimus) lege & perpende.

SONETO.

REPARANDO tam celebres ruinas,
Filippe das honores excellentes:
Exaltando Doctores eminentes.
Doctas, illuſtras, aulas Salmantinas.
Tantò, domas nationes peregrinas,
Quantò reſolutiones das prudentes,
Caſtigando malignos delinquentes
Quando arrogancias tumidas inclinas.
Affige iniuſtos, prouldos corona,
Manifeſtando peſtes tam occultas,
Graues culpas declara publicando.
Preſume grandes glorias de Bellona
Contra gentes indomitas incultas
Leones generoſos imitando.

Sic cècinit P. Antonius Monroy Ordinis Prædicatorum.

SONETO

O TV Academia, de felices voces,
Quæ de Filippo quarto reſonantes,
Cantent Heroicas hymnos elegantes
Victorias annuntiando tam veloces.
Quæ graues doment animos feroces,
Quando de Marte palmas dent triumphantes
Captiuando ceruices arrogantes,
Domando incultos, barbaros, atroces.
De prudente Monarcha inſtitutiones
Sacras, graues obſerua generoſa
Rectamente ſuaues pia conſerua.
Quæ obſeruando tam iuſtas traditiones,
Paces conſeruas tu, ſi das glorioſa
Inclytos familiares de Minerua.

Accinuit P. Thomas de S. Vincentio eiuſdem Ordinis.

SONETO

MISERA Francia, que ſuſtentas gentes
Apoſtatas, hereticas, vtioſas.
Que machinando fraudes cauteloſas
Perturban infinitos innocentes.
Predicando doctrinas differentes.
Falſas, immundas, leres, pernitioſas
Cauta-mente allegando fabuloſas
Hiſtorias peregrinas apparentes.
Quantas anguſtias, quantas turbationes
Cauſas dando tam perfidas perſonas,
Que contra puras animas ſinceras,
Sacrilegas inuentent opiniones!
Si Francia taleb principes coronas
Quales fines de gente tal' eſperas.

I. R. F.

SONETO

HEroicos triunfos, palmas valeroſas
Canta (famoſa [a] Clio) [b] dignamente
De progenie tam alta, ſi excellente
Manifeſtando glorias prodigioſas.
[c] Reſuſcira memorias generoſas
(Defunctas tanto, quanto [b] *injuſtamente*)
Deſcribe de tam degno, ſi eminente
Imperio circunſtancias prodigioſas.
Contempla [d] de-los triunfos glorias tantas,
Filippos de Auſtria Principes Marciales
[e] De oi excedant maritimas arenas.
Delos [d] Filippos generoſos cantas
Lauros illuſtres, triunfos immortales,
Quando de Marte impetus ſerenas.

Hoc Epigramma iuuenis, aut veriùs puer, concinnaui compluti, vt ingenium excolerem. Notas iſtas ſubſcribo.

a] Clio mihi eſt Muſarum tertia, Virgilio prima: Heroica præſentia & præterita concinit. Virgilius de Muſarum inuentis. *Clio geſta canens, tranſactis tempora reddis.*

b] *Dignà mente.* Apud Latinos eſt duplex vox, & ſignificat *cantare mente dignà*: apud Hiſpanos eſt aduerbium, *dignè*. Sicut etiam *iuſtamente*, iuſtè: *claramente*, clarè; &c.

c] *Reſuſcita* in penultima aut in antepenultimà accentum habet. *Reſuſcita*, Latinum eſt: ſed *Reſuſcita*, Hiſpanicum.

d] *Delos* Latinè eſt ſimplex vox, notatque celebrem Inſulam Muſis & Apollini ſacram: Hiſpanicè eſt duplex vox *de los*, & eſt τῶν, *ipſorum*.

e] *De oi*, aut de *de oy*, Hiſpanicè *ab hodierna die*: Latinè *D'Eoi*, hoc eſt, *Dÿ Eoi*.

SONETO.

QVantas mercedes das, quantos fauores,
Diuina Prouidentia; contemplando
Inflammente de amante incendio blãdo,
Reſpiro deuociones, cantò amores.
Dulces hymnos de gloria precurſores
Celebro, applaudo, eſtimo, adoro, quando
De Angelica harmonia conſolando
Propicia iſtas potencias inferiores.
Quando de propria carne me ſuſtentas
O mi Paſtor, de rara melodia
Communicas ſuaues conſonancias.
Significando quanta ſympatia,
Quantas vniones preparando intentas
Splendida cena, illuſtres abundancias.

P. Fredericus Enriquez, Ord. S. Hieronymi Religioſus. Madriti apud Palatium, qui dicitur, *El buen retiro*.

MVSA V. ANAGRAMMATICA.

☞ DC.

POSSVNT & ſolent ad duas diuerſas linguas pertinere literarum & characterum Protei: puta, ſi ad vnam Programma, & Anagramma ad aliam ſpectat. Rariora ſunt huius Artis exempla. Aliqua dabimus. Nobilis & ingenioſus Dominus Ioannes Cottunius, Patauij Philoſophiæ, Medicinæ, & S.Theol. Doctor Epigrammatum libr. 1. pag. 31. in D. Gaſparis Luſitani, amici ſui, abſentià exclamat ἡ Ῥώμη θρηνεῖ *Roma luget*. Ex quo Lemmate oriuntur in linguis diuerſis Anagrammata. Illa ſubſcribo.

Programma Græcum

ἡ Ῥώμη θρηνεῖ

Anagramma I. Latinum

Homeri necem, mutatur R *in* M.

Anagramma II. Hiſpanicum.

Throno merece *mutatur* I *in* O.

In certamine Poetico, quod inſtituit Vniuerſitas Salmanticenſis, anno 1629. ob genethliam Principis: & typis edidit Dom. Chriſtophorus de la Zarraga anno 1630. propoſitum fuit hoc Programma Latinum: quod, quia triginta literas complectitur, voluerunt illud multi non carere myſterio; & hanc ob rem, Chronicum Numerarium eſſe dixerunt, & exprimere annum, quo in academiâ Paleſtrà de ingenio & acumine decertabatur. Programma erat:

Balthaſar Carolus Dominicus Lucas.

Ex illo multa dedit Idioma Latinum Anagrammata: ſed hoc quia erat Hiſpanicum viſum fuit laude dignius.

De la Lis y rubì naſcì Catholica Roſa.

Interim purum non eſt, ſed multum à legibus præſcriptis errans; nam SVVM, vertit in ElYI: & omnium opinione quatuor in Anagrammate mutare literas, nimium & intolerabile eſt.

Ad Filij & Matris gloriam ex hoc Programmate Hiſpano.

Alabado ſea el ſantiſſimo Sacramento.

Hoc Latinum Anagramma deduxi. [Sino.]

O ſancta, ò alma Dei Mater, bea nos alios

Alios quidem: alij enim eramus, cùm peccauimus: alij cùm pœnitentiam agimus; exuimus enim veterem hominem cum actibus ſuis, & in nouum hominem mutati ſumus.

MVSA VI. ACROSTICHA.

☞ DCI.

HVC omnia carmina, quæ initialibus verſuum aut dictionum aliquam exhibét ſententiam, reducemus: poſſunt enim eſſe Græca, aut Latina, & per Acroſtichin proponere aliquam aſſertionem Perſicam vel Arabicam. Exempla nonnulla ſubijcio.

Natus eſt Anno MDCXXIX. in ipſo S. Lucæ Euangeliſtæ peruigilio Princeps Balthaſſar, Philippi IV. Hiſpaniæ Regis Filius: & eius Genethliam Salmanticenſis Vniuerſitas Certamine Poetico celebrauit. Carmina, quæ laudem & præmium meruere, collecta in librum prodierunt apud Tabernier anno ſequenti: & inter alia Epigramma doctis placuit:

F *ulgido Princeps* V *eſti dum cœpit* O *lympo*
C *ur gemino clarus* F *ulgurat igne Deus*
R *em cape ne dubites* L *uca ſi lumine* D *iui*
I *nſeritur crocei* R *egis celſa Poli*
A *uſtriaci ſi Solis* I *neſt noua flamma* I *ubarq;*
A *uſtriacomâſq; oritur* V *entris ab orbe nitor*
N *omina ſi radios* S *pirãt tria Principis* O *rbi*
T *ernas quid mirum* T *endat Apollo faces.*

Literæ maiores, quæ per initiales & medias decidunt, formant iſtam ſententiam Hiſpanicam, *Francia, tu Lis fruto dio:* quod eſt Latinè; *Gallia: tuum Lilium* (nimirum, Iſabella Borbonia, Henrici IV. filia, & Ludouici XIII. Galliarum Regum ſoror) *fructum dedit*.

MVSA VII. PAROMOEA.

☞ DCII.

AB Acroſtichâ non multum diſtat, quod enim illa primis verſuum literis, hęc primis dictionum exponit.

Obijt Maclouius Poponius, Diuionenſis Parlamenti Senator, vir ingenij acris ſubtiliſque: & marmori hoc Epitaphium Collegæ inſculpi & incidì curarunt.

Mens aſtuta, capax legum, orando valuiſſet
Præclarè omnigenis populis obtendere nubem.
Pulchra laus! an non eſſet celebrior, & dignior,
Obſcuris dubijs poſſit ſi obtendere lucem?

Sic placuit illis amicum & ſocium celebrare. Sed quem? ſume primas dictionum literas, & inuenies hoc Gallicum romen, MACLOV POPON.

Modum hunc vocem aliquam occultè inſinuandi in hoc Tetraſticho Græco-Latino inuenio.

Lais, Eros, & Ithis, Chiron, & Eros, Iris alter,
Nomina ſi ſcribas, prima elementa adime.
Vt facias verbum, quod tu facis, Eune Magiſter,
Dicere me Latium non decet opprobrium.

Et cur hos verſus Græco-Latinos dixerim, qui purè Latini videntur? quia, ſi vocum primas literas ſumpſeris inuenies hanc vocem Λείχει. Gallicè, *il leſche*: Latinè, *lambit*. quod adulatoribus conuenit, qui vt mordeant, lambunt.

Poſſet aliquis ad hanc Ideam Steganographicas literas obſeſſæ ciuitati ſcribere: in quibus, dum altera exteriùs linguà nihil, quod poſſit nocere, proponitur; alterà interiùs nucleus difficultatis explicatur. Conſidera ſequentem Epiſtolam.

Ex literis Ludouici Villei, noſtri exercitus ſeditionem obſeruo. Si Dux adeſſet res eſſet ſecura. Opto Comilitouibus commoditatem. Omnes rurſus renertemur Ophirem.

Intercipitur ab hoſtibus. quid inde? Permittenr, vt tranſeat, vt obſeſſi deſperent: non enim ſuppetias ab exercitu, qui regreditur, habere poterunr. Conſignatur tandem in manus Ducis obſeſſi, qui literas initiales conjungens, inuenit ſententiam Hiſpanicam, *El lunes os darè ſoccorro.* & nouos animos concipiens, hortatur ſingulos, vt ſtrenuè procedant, & auxiliares copias jam jam ad futuras ſpectent.

Et quia de Steganographià loquimur, tu poſitæ Ciphræ diffidis: & licèt duabus clauibus, & ſeris clauſam, per viam judicas; ſunt enim in Europà nobiliſſima & promptiſſima ingenia, quæ Epiſtola talis non fugiat. Ergo, ſi prima clauis, quæ literas initiales ſumit; ſi ſecunda, quæ ad linguam diuerſam recurrit, non videatur ſufficere; addam hanc tertiam.

Dum ſcribis naturæ ordinem ſerua. Hic Ordo poſtulat. vt rectus obliquo, nomen verbo, verbum termino actionis proponatur. Poſteà ſcripta ad ordinem eloquentiæ reducas. Qui autem Epiſtolam receperit ex eloquentiæ ordine, ad naturæ ordinem dictiones referet, & in initialibus ſecretum, quod optat, inueniet.

Pono exemplum. Petrus ab hoſte obſeſſus, dum neſcit, quibus debeat confidere, à ſupremo militiæ Duce hanc epiſtolam recipit.

Exiuit Regis Patruus: nos Didaeum Aluaradum exſpectare debemus. Exterminat Dantiſcum peſtis. Obijt Rex.

Si colligat primas dictionum literas, nihil proficiet: inueniet enim iſtud Chaos. *Erpnda, eded por.* Ergo ex Rhetorico vocum ordine ad naturalem orationem conuertens, tranſcribet.

Patruus Regis exiuit: nos debemus exſpectare Didacum Aluaradum: peſtis exterminat Dantiſcum. Rex obijt.

Et colligens initiales leget, *Prended a Pedro* hoc eſt, *In carcerem conijciatis Petrum.*

MVSA VIII. GLOSSOGRAPHA.

DCIII.

INTERDVM Gloſſema, Gloſſaque ad linguas diuerſas ſpectant: quod licet rariùs accidat, non caret venuſtate & ingenio. Primo mihi loco ponendus venit Garcias Laſſus de la Vega, Poëta celeber qui hunc verſum,

Non eſſerui paſſato oltra la gonna.

quem Aulici extraxerant ex Prima Cantione Petrarchæ, & frequenter dicebant, gloſſauit & dilucidauit hoc Soneto,

Con anſia eſtrema de mirar, que tiene
vueſtro pecho eſcondido alla en ſu centro.
y veer, ſi a lo de afuera lo de adentro
en aparencia y sèr igual conuiene.
En el puſe la viſta, mas detiene
de vueſtro hermoſo sèr el duro enquentro
mis ojos, y no paſan tan a dentro,
que miren lo que el alma en ſi contiene.
Y asì ſe quedan triſtes a la puerta.
hecha por mi dolor con eſa mano,
que aun à ſu miſmo pecho no perdona.
Donde vì claro mi eſperança muerta,
y el golpe què hizo en vos Amor en vano
non eſſerui paſſato oltra la gonna.

Monui, & moneo Gloſſemata eſſe debere aut ab alijs dara, aut vniuerſis nota, nam aliàs nullam haberent gratiam.

Exſecrationibus inepta videtur lingua Hiſpanica, & ideo ſolemus alijs vti linguis, vt aliquid duriùs dicamus. D. Ludouicus Gongora in Angliam, & Reginam Iſabellam inuectus, vt animi amaritudinem exprimeret, non voluit lingua materna vti, ſed ad peregrinam recurrens, verſum illum adſumpſit,

Fiama dal Ciel ſu le tue treccie pioua.

quem D. Garcias Salcedo Coronel to. 2. Commentr. monet eſſe Petrarchæ in quodam Soneto. Numeros Domini Ludouici ſubijcio.

Oya Iſla Catholica potente
templo de fè, ya templo de heregìa
campo de Marte, eſcuela de Minerua,
ò igna de que las ſienes, que algun dia
ornò corona real de oro luciente,
ciña guirnalda vil de eſteril yerua;
madre dichoſa y obediente ſierua
de Arturos, de Eduardos, y de Henricos,
ricos de fortaleza, y de Fè ricos.
a hora condenada a infamia eterna
por la que te gobierna
con la mano ocupada,
del vſo, en vez dèl cetro y de la eſpada:
muger de muchos, y de muchos nuera:
ò Reyna torpe; Reyna no, mas loba
libidinoſa y fiera.
fiama dal Ciel ſu le tue treccie pioua:

Gongoram Ioannes Valentini Cæſareæ Capellæ præfectus imitatur, & Strophas Italicas carminibus Latinis claudit. Conſidera ſequentes numeros.

Tria Anagrammata.

LEOPOLDVS es, & eris, quia Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.

L'opre tue, le tue parole
Danno odore
Dentro, e fuore
Più che fior, roſe, e viole,
Che dan doppia gioia al ſuolo:
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.
Tù che ſcendi d'alta prole
Duplicato
Sei beato:
Scherzerai con l'ampia' mole,
E col Ciel ſpiegando il volo:
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.
Tù, che ſei quel che far ſuole
D' odor pieno
Chi vien meno,
E raddoppi à chi ſi duole
Guſto eterno ſenza duolo,
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.
Tù che ſei quel pio, che cole,
Tutto zelo,
Chiaro il Cielo,

E che

E che ſplendi entro le ſcuole;
Doue Apollo è Maſtro ſolo,
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.

Eiuſdem Valentini ſunt etiam numeri ſubſequentes.

De l'Augel Auguſto à canto
Porti il Cigno,
Che benigno
Fà che porti in Cielo il vanto:
E perciò dopo 'l troſeo
Tù darai con voto, e canto,
Pullos Deo.

MVSA IX. ECHETICA.

☞ DCIV.

PVLCHRA ſunt illa carmina. quæ vno idiomate Nimpham Echo, alio diuerſo reſponſuram interrogant. Sunt rara & difficilia, ſed non ideo negligenda. Conſidera lineas ſequentes.

HYACINTHO Y ECHO.

Nympha velóz, que habitas eſtas ſierras.
Viendo quanto te cueſtan mis amores,
Por ballarte corrì mill tierras: Erras.
No ay yerros Echo. que te eſtimo. Et imò
Di, que ſe pierde en los amores? Mores.
Tarde lleguè, en vano me laſtimo.
Mas quiero preguntarte,
Con que podrè dexar de amarte? Marte.
Y ſi la paz me offreſce flores? Ores.
Letras y Armas el Amor ſuſpenden!
Armas y letras tengo.
Juego dos ojas con tan gran acierto,
Que las letras ſe quejan,
Que fruto y flor en ojas le conuierto.
No e meneſter orar, ni ballar a Marte.
Sino ſolo oluidarte. Id Arte
Arte quien inuentò tan fiero? Hiero.
Voy me pues guſtas de mi muerte. Verte.
No voluerè, que deſeſpero. Spero.
No ay que eſperar: no e de voluer a verte:
Que eres ayre muger, y aſsi inconſtante:
Y yo mas firme; que el mejor diamante.

Occaſio huius carminis condendi hæc fuit. Inter alios amicos, & condiſcipulos, quos habui Salmanticæ fuit Hyacinthus, Theologiæ auditor, & amator Soliziæ. & hoc fato tam vario, vt quærens repelleretur, & aduocatetur repellens. Miratus adoleſcentis vices, hæc fudi Diſticha:

Dum Nymphã quærit ſolers Hyacinthus amata.
Illum per montis compita Nympha fugit.
Tædet eum ſceleris. Sed quando recedit, eumdẽ
Lugens per montis compita Nympha petit.

A Theologicis ſcholis ad Politicas tranſiens, tandem illam obtinuit, & in Belgio promotus militibus hodie ius dicit.

[Hyacinthi fabula nota eſt: Hieronis memini, de quo minor apud doctos notitia. Fuit Ἱέρων Athenienſis, Niciæ amicus condiſcipuluſque: dicitur Artem obliuionis inueniſſe, & docuiſſe.]

MVSA X. PARODICA.

☞ DCV.

VLTIMVM genus Parodiæ eſt, cùm vnum Poëma integrum alijs verbis & ad aliud fortè argumentum Philomuſus elimat: quod tametſi in linguà Latinà gratiam habeat, majorem profecti præ ſe fert, quando ex vnà linguà in aliam tranſit. Et quia iſte tranſitus eſt duplex, etiam Muſa hæc poteſt ad duos Genios reduci: quoniam vel ſecunda Pagina eſt ſimplex prioris interpretatio, puta ſi prima ſit Latina & ſecunda illam reddat Hiſpanicè, nihil addendo alterando aut mutando, & hæc inter Parodias, aut locum non habet, aut infimum: vel ſecunda, verba imitando, ſubjectum & argumentum mutat, & hæc eſt ſublimior meliorque.

De primo Genere,

AN ad primum hoc genus, an potiùs ad ſecundum ſpectent ingenioſæ Simonis Oliuæ Menillij, Senatoris Toloſani Paraphraſes, quas anno M.DC.XLII. evulgauit. Quoniam ſi dicantur eſſe Gallicorum verſuum Tranſlationes, huc debebunt reduci: at ſunt plenæ ingenioſis & eruditis ſaculis, & locum nobiliorem merentur. Hanc illæ ob rem non *Verſiones* aut *Interpretationes* vocauit, ſed *Paraphraſes*. Illas ergo in ſecundo genere collocemus.

De ſecundo Genere.

TRansformationum libros, quos Ouidius Latinè, D. Renoijardus in Gallicum Idioma tranſtulit, & & in lucem emiſit. Authorem Interpretemq; Dominus de Lingendes Elegia erudita honorauit: cuius aliquot verſus ſubijcio.

OVIDE c' eſt à tort, que tu ve ux mettre Auguſte
Au range des immortels
Ton exi el nous aprend, qu'el eſt oit trop iniuſte
Por auoir des Autels, &c.

Prædictam ergo perpolitam Elegiam D. Menillius hac Parodica Paraphraſi donauit & dilucidauit.

NASO quid Auguſtum non iuſto carmine tentas
Inter ſydereos annumerare Deos?
Quos illi Diuum ſacros adſcribis honores
Pœna tui exilij non meruiſſe docet.
Nam te dum Scythicis iniurios alligat oris,
Hoc facto verbis diſſidet ipſe tuis.
Scilicet vt nimiæ ſontem te crimine laudis
Multarent, Superis hoc placuiſſe reor.
Ille equidem Muſis inſenſus ahenea geſſit
Pectora, & Hircanis aſperiora feris,
Qui tantum patria, quo ſe ſuper aſtra ferebat,
Ingenij potuit ſubripuiſſe decus.
Tota ſuo quamuis ſtaret ſub Cæſare tellus,
Et famulis flueret ſubdita Tethys aquis,
Debuit ille tua, vates diuine, Thaliæ
Nil ſibi par toto credere in orbe datum.
Sed nec eum ingentis flexit vaga gloria famæ,
Quà tua ad Auroræ littora vecta chelys:
Blanda nec emotam ſedarunt carmina mentem,
Carmina Phœbæis æquiparanda modis.
Non exorato perſtans adamante Tyrannus
Difficili nullas audijt aure preces.
O quantùm perculſa tuis Erycino querelis
Indoluit, roſeas imbre rigante genas!
Et quantùm nati celebrem miſerata magiſtrum
Sæuitiam iniuſti Principis increpuit.
Aonias paſſis te diſcendente capillis,
Funereiſque ferunt veſtibus iſſe Deas.
Inque tuo elatum lugentes funere Phœbum
Queſtubus incomptas ſollicitaſſe lyras.
Ipſe pater glaucum abijciens Tyberinus amictum,
In luctum effuſo flumine ſoluit aquas,
Gramineæque ſedens frondoſa in margine ripæ,
Plurima quà tremulum vibrat arundo caput,
Aethera per liquidum ſtudio iactauit inani
Se nunquam tantis ingemuiſſe malis.
Et turbata nimiùs ciuili pectora clade,
Theſſalicâ Eumenides cùm tonuere tubâ,
Cognataſque rubens acies meliore Quiritum
Mars ferus Aemathios ſanguine ſparſit agros,
Aſſuetæ, nitido dum Cynthia lumine fulget,
Naiades ad lætos ſe ſociare choros,
Et verſus recitare tuos, tua fata ſecutæ
Tybridis arentes deſeruere lacus.
Has reor vt profugà pontus te naue recepit
Linquentem patrij rura beata ſoli,
Ad latus incuruæ fuſas vidiſſe carinæ
Sulcantes patula cærula regna manu.
Sed tibi non illas ſoli aſpexiſſe natantes
Contigit, indomitis ſors fuit æqua Getis.
Atonitis hæſere animis, Diuaſque per æquor
Tam longe comites obſtupuere viæ.
Talia dum gelido ſpectat gens nata ſub axe,
Cui ſpecioſa hominis nil niſi forma ſubeſt.
Credidit expulſos hominèſque, Deoſque Latinis
Finibus, æquorea vertere terga fuga.
Pectora mortales miſereſcere neſcia caſus
Affectus leges tunc didicere nouas.
Et pium amicitiæ, exemplo monſtrante Dearum,
Felici egerunt ſorte tyrocinium.
Effera, & in duris miſerorum arentia fatis
Humana paſci lumina ſuete nece,
Excita in ignotos truculentis gentibus vſus
Fletibus vndanti tunc maduere ſinu.
Quin etiam Scythicas tua per ſuſpiria cautes
Mirus inaudita mollijt arte dolor.
Viſaque ſub rigido glacialis frigore cœli
Stricta gelu lacrymis ſaxa liquata tuis.
Sed mites hominum ſcopulos dum ſumere mores
Vidit in immiti Sarmatis ora ſolo,
Rupis Hyperboreæ ſeuo Saturnia tellus
Vidit in Auguſto robur ineſſe triplex.
Nec te illud latuit, pauidaſque per exſulis aures
Crebreſcenes Latij ſe tulit ira Ducis.
Ecquid adhuc animi tam dira exempla ferocis

Lau.

Laudibus immeritum nos celebrare iubes?
Et mitem appellare Deum, votiſque vocato
Non ſecus ac magno ponere templa Ioui?
Quin illi potiùs ſacratas deijcis aras,
Aſſyriique vetas thuris honore frui.
Et Diuum nitidis prohibens accumbere menſis
Pocula nectareo plena liquore negas.
Abijce ſpem, quam vita tibi ſine labe peracta
Et factis adhibet nobilitata pijs.
Nulla tibi in duro fiducia Cæſare ſubſit,
Sollicita priſcos exue mente lares
Fata vetant reditum, neque enim hoc dignantur honore
Dij ſuperi patriam, quam malè poſcis, humum.
Hac Iouis igoe magiu, quàm vultu digna poeta,
Cui malè grata ſuos auſa negare ſinus.
Infelix tellus! infelix ipſe Cupido!
Fecit in hac cauſà quem quoque fama reum.
Hinc illum Geticos perhibent penetraſſe receſſus,
Omnis vt ex vero res tibi nota foret.
O quantùm populis patuit mutatus ab illo,
Delicias mundi quem dedit eſſe Venus.
Non illi facies, qualem melioribus annis
Mirata eſt Orbis nobile Roma caput.
Cùm puero vibrare leues in corda ſagittas,
Monſtrareſque noua Cypridis arte iocos.
Non illi pharetræ, non tela, arcuſque, nec vllæ
Purpurea ſolitę luce micare faces.
Felix, ſi niuei ſeruaſſet lintea veli,
Quo madidas multo tergeret imbre genas.
Talis erat quondam Paphia dum venit ab arce,
Puluere fœdatis, ſquallidus ora comis,
Matris vt in luctu, extinctum quę flebat Adonim,
Tunderet infensa pectora mœſta manu.
Qui, tibi quà viſus ſpecie, potuiſſet Amorem
Immotus ſiccis cernere luminibus,
Nil ille illacrymans poſſet placiduſque tueri
Patris in arſuro corpus inane rogo.
Sed tanti facies illi non ſola doloris.
Funereis inerat picta ſine arte modis:
Acris imago metus pallenti hærebat in ore,
Qui ſolitum vocis prępediebat iter.
Nempe tuę dictus pœnę exitiabilis auctor,
Quà patrijs exſul iuſſus abeſſe focis.
Multa gemens vultus exhorreſcebat amatos,
Irati veritus triſte ſupercilium.
Cunctanti occurris placidus, properaſque pauentis
Corde, ſerenata pellere fronte metum.
Attonitæ ſic priſca redit fiducia menti,
Et voci in tales eſt via facta ſonos.
Blande Magiſter, ait, penitis defixe medullis,
Lux mea, & ipſius dulcis Amoris amor,
Cernere dum caros longo poſt tempore vultus,
Ex quo raptus abes, ſorte fauente datur,
Diſcere ab affectu, qui non incognitus extat,
Quanta meo inſideant gaudia corde potes,
Nec tantę, in duris indigna obliuia rebus,
Ingratuſque animus cauſſa fuere moræ.
Deſertos Scythiæ venio quòd ſerus in agros
Hoc facit ingenti mixtus amore metus.
Infenſum extimuit nullius conſcia culpę
Mens mea, & hęc ſęuis addita pœna malis.
De mihi quippe tuos mœrentem aſcribere caſus
Teſtis ab extremo rettulit orbe polus.
Durus qui miſeris non ęqua leuamina curis,
Inque tuo iniuſtam vulnere quęris opem;
Incuſaſque meas artes nil tale merentes,
Cæſaris vt valeas attenuare ſcelus.
Si tamen vlla tuum muniuit vindicta dolorem,
Crimina quanta velis ferre aliena iuuat.
Sed quid ab immerito pœnam impacate repoſcas?
Quem non vna graui pondere pœna premit.
Cerne Dei informes deiecto lumine vultus,
Iudicióque tuo vel ſatis vltus eris.
Occubuit decus omne meum, nec iam mihi conſtat
An ſim qui fueram tam bene notus Amor.
Exſilij poſt ſata tui pretioſa decoris
Inſtrumenta animo diſplicuere meo,
Dum faciem ſpecto, viſumque per omnia duco,
Nulla mei mentem vel leuis vmbra ſubit.
Perdita ſunt quęcumque Venus, Superique benigna
Tùque mihi dederas munera larga manu.
Seruatæ tantùm geminæ, quas. reſpicis, alę,
Queis Geticas poſſem vectus adire plagas.
Ne tamen vt lacrymis moueam tua pectoro ſuſis
Imare fatiſcentes crede madere genas.
Sponte cadūt, non quò mage cultus in aſtra reuertar
Quę decora amiſi fletibus hiſce peto.
Nec tua vt ars, quę quondā habui, metuēda miniſtret
Tela, frequens oculis labitur vnda meis.
Dentur vt in luctu fractę ſolatia menti
Huc me remigio prępete penna tulit.
Hęc quoque, ne Latium tibi dira cupido videndi
Exagitet mentem, ſtat mihi cauſſa vię.
Thuricremas Superùm nequicquam fuſus ad aras
Pro reditu ſupplex vota, precéſque facis.
Impia Roma ſuis dum te regionibus arcet
Paouocat iratos in ſua damna Deos.
Inde tibi Euphratis potiùs, Gangiſque fluenta
Quàm patrium Tyberim cernere fata darent.
Abſiſte in vanas animum diſcindere curas,
Affectuſque tui vim ratione doma.
Cede Deùm ſtudijs, terramque oblitus auitam
Francica, quæ monſtrant Numina, regna ſubi.
Muſarum hic florent, tenerique Cupidinis artes,
Ingeniſque viget non ſine laude ſolum.
Omnis ad has blando poſitas ſub ſydere terras
Heſperiæ, Phœbo iudice, ſordet humus.
Nullus in hoc tractu leges non callet amandi,
Molliculis docuit quas tua Muſa metris.
Hic tanto mihi ſacra calent altaria thure,
Tot mihi ſuſpendunt anxia vota viri,

Impe-

Imperĩque mei deuoto pectore gaudent
Vincula ſub Veneris molle ſubire iugum;
Vt quæ floruerant inſigni Amathuſia cultu
Neglectis iaceant templa inhonora tholis.
Dein forma egregia, vultuque nitente puellæ
Naturæ hic ſuperant candidioris opus,
Quas cupido terris ſpatians vbi lumine vidi,
Diſplicet aſtriferi nobilis aula poli.
Has inter cœleſte tuum LOTHARINGIA *ſydus*
Eoo radians lumine ſuauè micat.
Virgo, quam vitrei naſcentem in margine Clani
Excepit roſeo Gallia læta ſinu.
Vtque nouam poſitis aris venerata Dionon
Thura pia ad cunas feſtaque ſerta tulit.
Illam vbi, quã dicũt, dabitur ſpectare RENATAM,
Soſpite quà virtus priſca renata viget,
Ipſe parem dices formæ moruunque nitore
Vrbem Dardanij non habuiſſe Ducis.
Talis erat Daphne dum carmine pulchrior exit,
Meque ſitis oculis, arte tuâque capit,
Et mundi lumen diuinum Hyperiona cogit
Virginis intentum lumina cara ſequi.
Hinc mihi, cùm blandos Diuę ſtellantis ocellos
Contueor, cęco pectus ab igne calet.
Conſumor, ſed flamma placet, nec iam mihi velt
Vſus, vt hanc videam quæ mihi viſa nocet.
Illa eſt, quam blandi diffundere virus amoris
Sequana per ripæ gramina picta videt.
Accurrunt auidi, properantque haurire venenum,
Quo ratio captæ mentis ab arce cadit.
At numeris tantùm illa tuis vulgata per orbem
Laudari, vt par eſt, candida forma poteſt.
Ergo Romulidas, queis te malè plangis ademptum,
Deſere, & in Francos te celer infer agros.
Heroina tua famà ſtimulata Camœna
Cantantem ad citharę plectra videre cupit.
Clara tibi placidas oſtendit Gallia ſedes,
Et portum ærumnis; Eia age rumpe moras,
Ocyùs & veniens patrio ſermone reiecto
Diſce ſacer vates Francica verba loqui.
Seceſſum intereà ſpondet Renoardus amicum,
Otiaque in blandis ingenioſa locis,
Mellifluoque tuæ, cœli quà ſydera mulces,
Ore parat populis pandere ſenſa lyræ.
Hic ille eſt, cuius facundo è pectore manat
Illita Cecropijs Gallica Suada fauis.
Qui dulci teneros gremio excepturus Amores
Si te non primum Muſa tuliſſet, erat.
Hoc duce quid timeas? quo doctus Apollo ſuperbit,
Quo viget Aoni turba nouena chori,
Fluminaque eloquij Francis Helicone relicto
Ad vada Sequanica fundere gaudet aquæ.
Sic effatus Amor, cui te data numine dextro
Fata ſequuturum blandus, ouanſque refers.
Et comis ſocium populi, ciuemque futurum
Natalis poſito ruris amore voues.
Ergo ades, & Salicæ propera ſuccedere terrę,
Quæ tibi liligeras tendit amica manus.
Pollicitique memor Diuæ ne gaudia differ,
Quam tot ad aſtra tibi laudibus egit Amor.
Accede æthereos formæ viſurus honores,
Quos Charis eſſe ſuos, & Venus ipſa velit.
Accede vt meritam laudes, meque inſuper ipſam,
Edoceas paribus concelebrare modis.

Edidit & alias idem Perilluſtris D. Simon Oliua Menillius ingenij plenas: hæc enim ſoneta.

I. Sur les Armes de Monſeigneur le Cardinal Duc de Richelieu.

II. Sur la priſe d'Arras.

III. A Monſeigneur le Dauphin. *ſur la naiſſance de Monſeigneur le Duc d'Anjou.*

IV. Sur la maladie de Monſeigneur le Duc de *Longueuille.*

V. Sur le Paſſage du Rhin, de Monſeigneur le Duc de Longueuille;

à diuerſis Poetis Gallicè edita, & ab Academia ſummo applauſu recepta per Parodiam Latinè reddit, & in elegantiſſima Diſticha tranſtulit.

MVSA XI. PEREGRINA.

Vtrùm carmina Hexametra, Pentametra, Iambica, Sapphica, &c. ſeruatis numeris Græcis Latiniſque condi poſſint in alijs linguis?

☞ DCVI.

MVLTI liberè affirmant, alij liberiùs negant: & dum illi nil probant, iſti obtinent, & omnibus aut ferè præſcribunt. D. Ioſephus de Pellicer y Salas, edidit librum magnum & eruditum, qui inſcribitur, *Liciones ſolennes, al Poliphemo de D. Luis de Gongora, Pindaro Andaluz, Principe de los Poetas Lyricos de Eſpaña.* Poſſem de ſingulis vocibus tituli dubitare: poſſem velle neſcire, cur hæ Pellicerij Lectiones debuerint *ſolennes* nominari? poſſem velle doceri, cur Gõgora componatur cum Pindaro; hunc enim Græci numerant inter Lyricos, & Gongoræ Polyphemus eſt

Epi-

Epicus. Poſſem addere Gongoram, ingenij quidem ſummi fuiſſe, extraordinarij tamen & in ſphœrà ſuà vnicum, primum, & vltimum, nec poſſe eum alijs componi. Poſſem conqueri nouum idioma à Gongorà in media Hiſpania inuentum, non cultum, ſed occultum, in obſcuritate, & voeum nouitate conſiſtens, quod indigeat interprete, vt intelligatur. Id tam ægrè D. Franciſcus de Queuedo tolerabat, vt ſæpe dixerit.

Es coſa impertinente.
Que quien eſcribiò ayer, oy ſe camente.

Has, & alias poſſem controuerſias mouere, ſi de Gongorà, & eius verſibus, qui aliàs pèrplacent diſputarem: at aliò me vocat hæc Peregrina Muſa. & ideò vnam aut alteram Pellicerij opinionem expendam.

Ipſe ſub initium ſolennium Lectionum, quas citaui, duo aſſerit: alterum, verſus illos Hiſpanos, quos dicimus *Coplas de arte mayor*, eſſe Sapphicos: alterum ab Hiſpanis inuentos illos fuiſſe, quos *Verſos de Soneto* vocamus.

Primò igitur Verſus artis maioris, quos dicemus, non eſſe Sapphicos, poteſt demonſtrari euidenter: ratio enim carminis in menſura conſiſtit, & diuerſitas carminum in diuerſa menſura: vnde carmina *Metra* vocantur. At Sapphici, & Verſus artis maioris menſura differunt: ergo ſunt differentes. Aſſumptio perſuadebitur clarè: nam Sapphicus componitur vndecim ſyllabis, & diuiditur in partes duas quarum prior quinque, & ſex ſyllabis conſtat poſterior: at Verſus artis maioris conſtat duodecim, & diuiditur in duas partes æquales. Vlterioris probationis loco contempleris, & metiaris hæc Sapphica: Horat. lib. I. Ode XXII.

Quale portentum / neque militaris
Daunia in latis / alit eſculetis:
Nec Iuve tellus / generat leonum
Arida nutrix.

Lineola hæc (/) ita intercidit verſus, vt quinque ſyllabis ſex poſtponat. Contemplere etiam, & cum prioribus iſtos verſus (Artis majoris ſunt) accuratè compone:

Tale nunc portentum / neque militaris
In latis Europas / alit eſculetis:
Nec tellus Indorum / qua diſtincta metis.
Produxit & nutrijt / monſtra, quæ miraris.

Maneat igitur Sapphicos eſſe hendecaſyllabos; Verſus Artis majoris eſſe docecaſyllabos; adeoque Sapphicos differre à Verſibus Artis maioris.

Huius quæſtionis diſſolutio nouam quæſtionem parit quæ interrogat, an ſaltem maioris Artis verſus alijs Latinis, aut fortè Græcis correſpondeant?

Reſpondeo inter Trochæos Ternarium reperiri [videlicet - ∪ - ∪ - ∪] eumdemque dici Ityphallicum dimetrom brachy catalecticum. Profeſſores Giſſani in ſua Poëtica *libr. 2. cap. 3. §. 4. pag.* 262. hoc vtuntur exemplo.

Huc ades ſupremi
Filius Tonantis:
Virginis quæ partus
Vnicus puella.

Sunt verſus Hexaſyllabi: quorum ſinguli illis correſpondent, quos *Endechas* vocamus: & bini illis, quos *Coplas de arte mayor*. Conſiderata ſequentes lineas.

Ityphallica.
- ∪ - ∪ - ∪
Endechas.

Virgo bellicoſa
Hæreſes triumphas.
Protegis fideles
Charitate ſumma.

> Antiph. *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo Mundo.*

Quando Rex Propheta
poſtulabat Vnam:
Diua, Te petebat
Aſtra dedituram.

> Pſalm. *Vnam petij à Domino hanc requiram:* & quâ Mariam. Et cur? *Vt inhabitem in domo Domini* &c.

Mater es Tonantis,
Sancta, recta, pura.
adjuua Clientes,
Filioſque cura.
Terra te celèbrat
frigida ac aduſta:
Teque Olympus ipſe
dicit eſſe ſummam.
Naufrago inter vndas
clara Cynoſura:

> *Maria maris ſtella.*

Sol vt ipſe electa:
pulchra vt ipſa Luna.
Pauca poſtulamus,
cuncta profutura:
illa quæſo præſtes,
Virgo Mater vna.

> *Pulchra vt Luna: electa vt Sol: terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.*

Senarij Trochaici è binis Ityphalicis compoſiti,
- ∪ -8- ∪]-8- ∪ -8
Coplas de arte mayor.

Angelo Scholarũ / Maximo Magiſtro:
Atque literarum / Soli luminoſo:
Infideles contra / Marti bellicoſo;
Atque veritatis / optimo Miniſtro.
Mentium ſupremæ / Diuo nempe Thomæ.
Hunc mei laboris / dedico volumen:
Dantur in quo multa / quæ præbere lumen
Doctrinæ nunc poſſint / vniformes Gnomæ.

Vſus ſum Trochaici verſus numeris, qui in locis imparibus trochæum; in paribus verò ſpondeum ſi volueris admittit. Sextæ ſyllabæ indulſi, vt eſſet longa, ratione cæſuræ: terminat enim Ityphallicum, & vltima cuiuſcumque carminis indifferens eſt.

Veuio ad ſecundum, & duo aſſero: alterum Sapphicos correſpondere verſibus quos *de Soneto* Hiſpanus dicit. alterum, hos verſus inuentos non fuiſſe ab Hiſpano. Sed à quo? A Sappho, dulciſſima Poëtria, quæ huic verſuum generi & numeros dedit & nomen.

Italia, fœcundiſſima ingeniorum parens, & altrix indulſit Orbi literario multos & ſubtiles Poëtas, inter quos ſenior vix reperietur Dante, qui floruit anno 1263. Hiſpania, licèt hodie habeat Poëtas innumeros, ante Dionyſium Portugallhæ Regem vix componebat carmina. Vixit Dionyſius ſub annum. 1260.

Hinc infert D. Ioſephus Pellicerius eiuſmodi verſus non ab Italis, ſed ab Hiſpanis fuiſſe inuentos: nam, vt ait, Dionyſius, qui illo verſuum genere delectabatur, fuit Dante antiquior. At ego de conſequenti dubito: & conſequentiam nego: hanc enim non probat Emanuel de Faria, quem Ioſephus allegat; nec anni expreſſi: nam ſi alter floruit ſub annum 1260. alter 1263. fuerunt contemporanei.

Pronuncio igitur id genus carminum inuentum à dulciſſimâ Sappho apud Græcos: addo ſtando Fariæ ratiocinio (an id ſubſiſtat, aut non, alibi examinabo) illud ſub idem tempus ad Rhythmum & numeros faciliores reductum apud Hiſpanos à Dionyſio; & apud Italos à Dante.

His prælibatis principali controuerſiæ reſpondeo, aſſerens *etiam in alijs linguis Orientalibus, & Occidentalibus* (Hebræà, Chaldæà, Syriacà, Arabicà: &c. Hiſpanicà, Italicà, Gallicà, Belgicà, Germanicà, Bohemicà, Hũgaricà Anglicà, Scoticà, Hibernicà: &c.) *poſſe confici Metra, Hexametra, Pentametra, Iambica, Sapphica, Anacreontica*, &c. quod ipſum nonnullis exemplis confirmabo.

Hexametra.

Non ſunt deficilia in idiomate Hiſpano aut Italico: habemus enim voces, & pronunciationem ſimillimam linguæ Latinæ. Conſidera ſequentes lineas.

Conten las Muſas del gran Leopoldo triumphos:
Victorias canten, que ya la Fama celebra,
Y todo el mundo. diganque Marte miniſtra
Rayos Fulmineos; por que Leopoldo ſolennes
Conſegue lauros, que ſon de Iuppiter: armas
Que ſon de Palas, y de la docta Mineruà.

Diſticha Elegiaca.

Conſtant, vt vidimus, ex Hexametro & Pentametro: nec carent ſuauitate tranſlata ad àlias linguas. Pono exemplum.

Empiece Phebo con voz y aliento gigante,
Y ſus Caſtalias Virgenes oy le ſigan.
Suſpenda y pare ſu mouimento celeſte:
El Sol, Mercurio, Marte, Saturno Venus.
Y oygan mis vozes, que con aliento ſonoro
Dizen, guerrero Principe, lo que deben. &c.

Sapphica.

Conduntur duobus modis: aut enim ſola ſunt, aut Adonijs immixta. Prioris generis ſunt hæc.

Phœbus auratis cytharis canorus
Acta declamat ſacra Ferdinandi:
Aſtra quæ celſi celebrant Olympi,
Perſonat lauros, reſonat triumphos,
Conſonat palmas, reboat coronas.
Laureas cantat, numerat trophæa.
Accinunt Phœbo reſonæ ſorores.
Geſta, virtutes, clypeos, & arma,
Bella conflictus cydares, coronas,
Et Viri laudes meritas recenſens. &c.

& poſterioris hæc.

Dulce Bernardus Cytbariſta carmen.
Virgini-Matri cecinit Mariæ.
Penſitat Virgo placida erudito
Carmina lacte.

In alijs etiam linguis poſſumus alterutram melodiam imitari. Lege has lineas.

Honra de Eſpaña, generoſo Duque:
Fuerte ſoldado, Capitan illuſtre:
Oy tus impreſas teme el vniuerſo,
Principe Carlos.

Eoſ-

Eoſdem numeros reperies in hoc Syrio Tetraſtico.

כנכרא חובתנא גברא שמינא
מלכא חובתנא מליא חיבותא·
מלכא רהיםפנין מריא רבלנשא
גברא פיליפום

Gabro tubthono, gabro ſchmaionio:
Malco tubthouo, malio taibutho:
Malco dhiſpanin, Morio deculnoſcho;
Gabro Philippus.

Placuit in his Metris Syriacis Hebraicis characteribus vti, typo enim proprio carebamus & propter diphtongorum, & literarum conſonantium concurſum, placuit vti hac ideâ [- ᴗ - - -] ᴗ ᴗ - 8 - 8.]& Latinè transſcribere.

Heros inclyte; Heros celeſtis:
Rex inclyte; plenè gratia & pulcbritudine.
Rex Hiſpanorum: Domine omnium gentium:
Princeps Philippe.

MVSA XII. BELGICA.

Ponit ob oculos ſingulariſſimam Plempij Proſodiam, Latinarum ſyllabarum quantitates ex Idiomate Belgico determinantem.

☞ DCVII.

PRODIIT Amſterodami ex Henrici Laurentij Officinà, anno ſalutis CIↃ.IↃC. XXXVII. Libellus pulcher & quicquid Erycius Puteanus cōtradixerit, Heinſij, Scriuerij, Barlæi, & Voſſij indicio (vt ex ſui Authoris Epigrammate lxxxiij. conſtat) erudirue & doctus, ſub hac Epigraphâ, *Cornelij Giſelberti Plempij Ortogrophia Belgica; in quâ etiam obiter de Latinâ, & Græcâ.* in quo aliter, quàm vulgo fit, de literis ſyllabiſque diſeutatur. Ibi multa Carmina Belgica ad Græcos Latinoſque numeros conformantur: nouæ Proſodiæ leger ponuntur: &c. iuuat adnotaſ ſe ſubſequentia.

I. *Literæ conſona, quæ vocalem præcedunt, nec augent, nec minuunt quantitatem.* Sic *Do* & *Sto* non differre videntur,

II. *Litera, quæ vocalem ſequitur, illam claudit & terminat.* Sic vocalis ante vocalem, vel vnicam conſonantem, eſt breuis; ante duas conſonantes longa: vt prima ſyllaba in *Eô, Et, Ecce.* Ergo vocalis, quæ non clauditur, producitur; idem igitur eſt dicere *Le-gib-us*, ac *Legib-us.* [Sanè hæc doctrina in finalibus ſuas patietur difficultates; peto enim cur *Mu-ſa* in nominatiuo habeat vltimam breuem, in ablatiuo longam? itavt ibi ſit *Muuſa*, hîc verò *Muuſaa*? differentia à conſonis peti non poteſt: nec aliud caput vnde longitudo ſumatur, in toto illo libello reperitur.]

III. *Quando I, præcedentem vocalem producit duplex eſt.* Sic olim ſcribebatur. Vt conſtat ex *pag.* 47. Ciceroni teſte Quintiliano placuit *aijo* non *ajo*. Ergo *Maja*, non *Maja* &c. In quibus *a* eſt longum, quia in diphtongum *ai* tranſit. Sed cur *rejectus* primam retinet longam? quia vel ſcribendum eſt *reijectus*, per duplex I, vel *rei-ectus*, per ſimplex, ita vt *rei* ſit diphrongus: & hunc ſecundum modum placuiſſe ait Virgilio, cum dixit,

à flumine rei-ce capellas, pro *reijce*.

primum verò Lucretio, vt colligi poteſt ex hoc verſu.

Et manibus nitidū teneris opus effluit eii, pro *ei.* Hinc patet, cur in *bijuges, trijuges*, & *quadrijuges*, antepenultima ſit breuis, nam ibi non placuit Veteribus literam I duplicare, ne tres III. ſimul concurrerent; puta, ſi *biijuges, triijuges*, & *quadriijuges* ſcriberent.

Hinc conſtat alter ſyllabas inter ſe diſpeſci, quàm Grammatici exiſtimant. Hos verſus *Leg.*32. in exemplum proponit.

Arm-av ir|umqu-ec-an|o Troj|a-qui|pri-mus-ab|o-ris
I-tal-i|amf-a|to-prof-ug|us L-a|vi-naq-ue-v|e-nit. &c.

Ex hac ille doctrina *pag.* 31. reſoluit difficilem quæſtionem, quam olim Latinis propoſuit Quintilianus, & non benè Iunioresdecidunt: videlicet, ad vtrum pertineat conſona inter duas vocales reperta? vt cùm dicimus *Legamus* & *Legimus*.

Sanè, ſi ſyllaba prior ſit breuis, ad illam illa conſona ſpectat: nam illam terminando, corripit: ſi longa, ad ſequentem, nam vocalis, quæ conſona non terminatur, geminatur, hoc eſt producitur. Sic *Legamus*, ſi eſt à *lego gis* habet priorem breuem; & effertur à Cornelio

Leg-a-mus: ſi à *lego gas*, longam;'& *Le-ga-mus* efſertur. Huc pertinet illud Tityri Epitaphium, quod *pag.7.* producit.

Tityrus hic patula recubat: ſub tegmine py-ri,
Syllaba prima vetat dicere; dico pyr-i.

Huc & illa tria Epigrammata, quæ ex libro I. III. & V. ſuorum carminum adſumit, & *pag.26.* reponit.

Epigramma XL. ex libr. III.

VTI litterulis non debet ſemper iiſdem,
Proxima de verbis qui dare verba cupit:
E ſocio in ſocium ſpecies amat ire colorem:
Qui ruber albeſcit floſculus, ipſa roſa eſt.
Ex ago *vult* actum *fieri, male feceris* agtum.
Litteraq; in charta eſt, quod color in tabula.

Epigramma LXXIV. ex libro I.

SI potes hoc aliquis mihi dicere Grammaticorum:
Syllaba cur longa eſt pulicis; *haud* culicis?
Nil rationis habens argumentaris, ab vſu.
Lingua mihi dicat puulicis, & cul icis.
Qua dicit fijd-um, *dicat quoque longua* fid-elem:
Sool-em *vox* fool-um *dicito; terra* ſol-um *eſt*.
Talpa mol *eſt Batavis; Flora male talpa* mo-leſtus;
Diſcat Flora loqui, talpa mol-eſtus *erit.*
Talpa mol is *fiet quoque, ſi bene Roma loquatur:*
Syllabam enim faciet littera demta brevem.
Quàm male qui primus poſuit, non ſenſit acuto
Quid ſit in accentu; cenſuit eſſe moram.
Syllaba ſape brevis punctim, & profertur acutim:
Semper at eſſe breuis vult; poſitura vetat.
Omnibus hac adeò vitium addidit inſcia linguis:
Vt iam ſit mannus, *qui* man us *antè fuit.*
Hel *noſtrùm ut Graijs* Hellas, *Roma* helluo *fiat*,
Qualis hiat patulo Cerberus ore triſaux.

Epigramma LXXII. ex libro V.

QVOS mit-o, Marce, bonos eſ-e verſus fortè negabis:
Sunt mali il-i, fateor, ſi poſitura bona eſt.
Si poſitura * *fal-it Gracos ſimul, atq; Latinos,*
Crede mihi, nul-us è verſibus his malus eſt.
Terra *fuit* ter-a *tunc, cùm Roma ſcriberet augur;*
Aque can-à, *haud* cannà, *dicta canalis erat.*

Baſſis *erat* baſ-is, *&* tollo tol-o: *nempe tolutim.*

Mula it, ſublatos cùm rapit octa pedes.

* Sequor(ait Plemplius)in hoc verbo (* *fal-it*) hodiernam Latinorum pronunciationem: nam Celticum *faalt* ſyllabam *fal* jubet eſſe longam: ex *faal* enim natum eſt *faalo*, poſteà *falo*; quia in *falt*, ſeu *vals* illa *a* breuis eſt.

Vt Plempij doctrinam impugnes, quodcumque poſſes, ſed nomen *Pelagus* in exemplum producis. Effert ille *pal-ag-us*; & cur non *pe-la-gus*?

Reſpondet ille *pag.33.* longas ſyllabas corripi, breves produci pronunciando poſſe; ſed nulla aurium voluptate; immò manifeſto tædio: naturâ nempe verborum refragante: Ob quod olim à populo Romano ridebantur fabulatum actores, ſi quando longam ſyllabam celeriter, vel brevem tardatim protuliſſent: didiceratque vulgus longas ſyllabas (nō addo litteras) à brevibus, breves à longis interneſcere; cuius rei Cicero inde Oratore meminit: neque, me iudice, id fuit difficile; cùm omnes vocales longæ ſint diphthongi.

HAC doctrinà præmiſsâ & fusè expoſità quænam in Linguà Belgicà breves, & quænam longæ ſyllabæ ſint ingenioſus ediſſerit, & numeros Græcos imitatus carmina conformat ſubſequentia.

Pater noſter. 't Vader ons. *Heroici,*

ONſetal-et Vader tot in Heemelen hooghſte verheeren,
Vdijn heilige naem moet vverden, en eere gegeven;
Dijn rijk toekoom; dijn vvil ſoo geſchiede beneden
Opd'aerd, als booven door dienſte der Engelen: heden
Ons ons dachlik brood geeft end'uit groote genaden
Onſe ſchulden al ons vergeefd, als andre beladen
Met ſchulden iegens ons vvy quijtſchelden en eeven
Vroed in liefde met haet, als gans onſchuldige, leven:
End' en leid ons niet in vvankelbare bekooting,
Maer ons bevrijt van des quaeds archliſtige ſtooring.

Credo.

Credo. 't Geloof. *Iambici.*

'k GEloov' in een God: Vader hy almachtich is,
IESVM, te recht die Chriſtus hiet; en Soone Goods
Aleenich is; den Heer van ons: ontſangen af
Den Heiligen Geeſt: uut Maria maecht gebaert.
Geleden heeft hy onder een, die Pontius
Pilatus hiete: is gekruiſt geſturven, en
Begraven ook: ter Hel dan hy is neergedaeld,
En van de dooden opgeſtaen de derde dach:
Opgeklom-en ten Heemel, en ter rechter hant
Van God ſit hy den Vader, een die vermach al,
Leevenden hy ſal koomen, en doon oordelen
Van daer. 'k geloov' ook in de Geeſt, die heilich is:
Een heilig, algemeine Kerk: der heiligen
Gemeinſchap, en der ſonden ook vergeevenis.
Verrijſenis des vleis; en een onendelik
Leeven; dat ons God geeve nae de naere doot.

Charitas fraterna. Broederlijke Liefde.
Hexametri.

MEnſchen al uit eenen Vaer ſijnde van aerde ghebooren
En te betoonen an andre gelijk Broers liefde behooren.

Idem Latinè.

Mortales omnes vno luteo Patre nati
Officijs fratres decet alternemus amorem.

Matrimonium. 'Thouelik. *Elegiaci.*

Door man-en en en vrouen blijfd ons geſlachte dehouen:
VVaakte man, en brouniet, vvaerdor, en ons ſtam-eriet.

Idem Latinè.

Femellam niſi ſæpe mari bona copula iungat,
Gens hominum rara, & ſicca, vt arundo, foret.

Quatuor Noviſſima. De vier uiterſten.
Hexametri.

Senkt om dood, en om oordel, en Hel vvel, en eeuige vreuchden,
Ofdijn ſiele beroid komt noit tot ſalige deucheden.

Idem Latinè.

Mortem, Iudicium, Infernum, meditareque Cælum,
Ne virtute carens tibi mens labatur inanis.

Tvierde kuſien van I. Secundus, toegevoecht den ontſteeken ſiele tot haer beminde Chriſtus. *Phaleuci.*

MET ſijn mondeken als de Lieffte kuſt my,
Maekt my ſuiker, en al te ſoete luſt bly:
'Kſuip dan ſeer lek-er'ypokras met hoopen:
Door mijn keele dan ik bevind te loopen
Drop van rooſen, en angenaeme blomen,
VVaer met rechte van ik mach hooge roemen.
Heemeldoue dan ons bevocht de lippen;
Na dien ſoude vvel ook de bije ſtipen,
Die vlied ooveral in de groene tuinen,
Daer elk bloemeken heeft ſap in de kruinen.
Sal ſoodanige vreuchde my gebeuren?
'Kna geen andere vvel de denk te ſpeuren;
'Tvvaer my d'hoochſte genuchte ſondere ende:
Maer ik deeſe genuchte noit bekende,
Noit en ſmaekte, Beminde, ſonder u; gy
Moet my blijven, en andere geene, dicht by.
Mocht ik ſoo't Paradijs met u betreden,
Eeuich vvaere vvel ik met u te vreden,
Geev-al-rijke God ondere arme leden.

Idem Latinè.

NON das oſcula Chriſte; nectar, ô, das
Das rores animæ ſuaveolentes,
Das nardumque, thymumque, cynnamumq;
Et mel, quale iugis legunt Hymetti,
Aut in Cecropijs apes roſetis:
Atque hinc virgineis, & inde ceris
Septum vimineo tegunt quaſillo:
Quæ ſi multa mihi voranda dentur,
Immortalis in ijs repente fiam,
Menſarumque epulis fruar tuarum:
Per te munera tanta nota nobis:

Tu ſis, Chriſte, meuſque ſemper;
Non addi, ò, ſine te volo beatis:
Tu cælum, paradiſus eſque amanti;
Felix tecum ego, ter, quaterque felix,
O mortalis inops, Deuſque dives!

Scomma. Klad op de CH-vvrakers,
Iambici,

HEt kleine hert, dan 't groote, veel is moediger,
De lichte voet, dan ſvvaere, veel is ſpoediger:
Dan bodſig' ook ſijn ſpitſe vingers vlijtiger,
Het enkle vel, dan 't duble, voelt profitiger:
Het ſaugre kop, dan 't groove, me geſvvinder is;
De fijne naeld van dichte ſteeken vinder is:
Dan 't lange oor, is 't korte gauer luiſteraer:
VVie niet en hoord hoe veel ch en geen van aer
Veerſcheelen, heeft al ooren, acht ik, lange vvat:
'K ſeg niet dat ook ſijn Vader eeſels ooren had.

Da pacem Domine, Sapphici,

EEuich, almachtich ſchep-er, en behoeder
Van Son, en Maen, en 't hel-e ſtergevvelſſel,
Ook vvat omlaech rold der-evvers, of hervvers,
Ende verandert:
VVie ſal het moorden ſtut-en, ende branden?
VVie ſal ons oorlochs ſel-e vonken uiten?
VVie ſal in vriendſchaps ſtil-e koelte vinden
Onſe gemoeden?
VVilder als beeren, dul-er als verhongerd
VVolfs gebroet ſijn vvy ſin-eloose menſchen:
Traeſt al om geld, om prat-e pracht, en om'sherts
Geile genuchten,
VVaer is hy? Ionas, ſeg ik, in de VValvis;
Daer mach hy vaſten, bid-en, ende geeven
God, dat hy vind: vvy ſit-en in de ſchoot van
'T aerds-paradijs ſacht:
Hooven, en heerſchen, glim-en als iu-eelen;
Donder, en blixem vvel op onſe hoofd valt;
Maer te vergeefs; vvant vv' heb-en hulp, en heul an
Droch, ſoch, en afgrond;
Leider, hoe vverd nu Ninive bedurven!
Ionas en komd niet: 't is al over hoop van
Korte verbetring: 't is, och armen, och, 't is
Diep te be ſuchten.
O God, ò laet dijn ſtem-e louter hooren:
Selve vermaend ons: ſet al onſe ſeeden
Eens op een ander kam; en houd de paerden;
Voor hol en hoed ons.
Vreede, vvaer legt gy ver evvech begraven,
Vreede, gy ſijt ſchoon, vvel om an te merken:
Schuilen en paſt u, noch hol en betaemd u
Niet te bevvoonen.
Vreede, komd boven van het onder: heft dijn
Hoofd op: en ſijd ons vvel-ekoome met God,
Met luk, en met veel rek-elik geſelſchap
Van min, en eendracht.
Heil, en haeſ mee brengd: en al' onbehoorlik.
Heiden houd achter: vvet-en, en gevvoonten
Sticht, en hervoordert; ſet op hulde Vaders
Durige kranſen.

Idem Latinè.

S*Empiterne, atque omnipotens creator,*
Solis aſtrorum, dubiaque Luna
Rector. & rerum variante quas hic
Sors viceverſat:
Quis modum cædi, ſtatuenſque flamma
Sopiet belli furias flagrantis?
Quis data nectens animos domabit
Pace feroces?
Vincimus tigres rabie, lupoſque
Dira mortales ſine mente turba.
Aurum, honor quem non rapit, aut voluptas
Caſſa pudore?
Porrò ubi eſt Ionas? latet hauſtus alvo
Piſcis ingentis: famet, orat, eſt res
Si qua, fert ara: terimus beatam
Nos paradiſum.
Aula, & extollit nitidos potestas
Ardua: i, fulmen, tonitruque: non eſt
Grande diſcrimen: ſuperamus aſtu, &
Viribus Orci.
Heu, Ninos quàm nunc perit omnis, heu, heu!

Non venit Ionas: iacet, & iacebit
Spes diu frugis, gemituque, & alto
Digna dolore.
Tu Deus, tandem loquere; ede vocem,
Quæ cor affligat monitiſque, cultumque
Efferis addat, vetet in ruinam
Ire caballos.
Pax, ubi dormis procul, & ſepulta es?
Pulchra pax fixis oculis videnda.
Perperam lucem fugis: umbra non eſt
Apta decori.
Surge, age, ac imo caput effer antro:
Gratulabuntur populi tibi, almo &
Numini, quod mox aderit, ſequentique
Illud amori.
Sanctaque ubertas veniat; fatiſcant
Pone lis, & vis: redeantque ritus,
Ordo, laus, leges: maneantque Patrum
Gloria faſces.

Rectius viues.. *Horat.*

LEefd vvel, en dringd, als ſchip-er, hooge baren
Niet te ſeer; niet al te bedeeſt in onvveer
Sijnde, ſeild ontrent riſ-en, of gevaer van
Sandige banken.
Maeticheit goud ſchoon is, en is behertens
VVaerdich: ook veilich; ſchim-eling, ſtof, en ſtank
Vzyvan, en nijt vry: ſtil-e ſit beheimt met
Sobere vvanten.
Buijen, en ſtormen ſchud-en hooge boomen,
Toorenen nedervellen, ende breeken;
Bergen, en ſpits van top-en in de lucht ſlaet
Brandige donder.
VVijs man in noot koen, ſchrik-ich in te groote
Spoed is; en vvel van bin en is geſpits op
VVeelden, en rampen: vin-ich is de koud; maer
Soomer, en Ougſt komt:
VVeder: is 't nu quaet, 't ſal al haeſt verandren:
Altemet treurt het ſtil-e nachtegaeltien,
VVederom queelt: vvel Apol verhout ſijn
Giftige flitſen.
Als benautheit dijn ſin-e perſt, in hoop ſtaet
Vaſt, noch en duikt niet: ſet op uue ſchoot vvel
Ook dan, als 't voorvvind is, en harde koelt maekt
Svvangere ſeilen.

MVSA XIII. GERMANICA.

DCVIII.

METRVM quomodo à Rhythmo differat, vidimus ſuperius in Rhythmicis: nunc iterũ quero, *An ſicut in linguà Græcà & Latinà, vel etiam in cæteris poſſint confici Metra?*

Ioannes Henricus Alſtedius *Encyclopædia lib.* 10. *ſect.* 4. *cap.* 6. *§.* 2. aſſertivè reſpondet: aitque.

[In linguis hiſce potius rhythmi quàm carmina frequentantur. Poſſunt tamen & carmina ibi fieri ad imitatiônem Græcorum & Latinorum. Sic in linguà Germanica Conradus Geſnerus compoſuit verſus hexametros & hendecaſyllabos. quà de re ipſum audiamus in Mithridate, titulo de linguà Germanicà. Monſyllablis dictionibus abundat (lingua Germanica & ijs in conſonantes exeuntibus; quare & prolatu aſperior, & condendo carmini inepta eſt: nam & cæſuræ minùs fieri poſſunt, & pleræq. ſyllabæ vel aliàs, vel poſitione longæ ſunt. Metra & homæoteleuta multi ſcribunt, vt pleriq; omnes puto populi, Latinis, Græcis, & Hebræis exceptis: carmina, in quibus ſyllabarum quantitas obſeruetur, nemo Nos aliquando conati ſumus, ſed parum feliciter, huſce verſibus Germanicis.

Es macht allemig der glaub die gläubigen ſelig,
Vnd darzu fruchtbar zur lieb, vnd güitige hertzen
Allvveg im menſchen ſchafft er, kein muſſe by ihm iſt,
Vnd kein nachlaſsem, ſondern er vvurket in allen
Rechtſchaffnen gmutern alls guts vnd evvige freundſchafft.
Doch ſchreibt er nicht ihm diſz ſelbſt zu, ſonder er eignet

Dem

Dem Herren Gott vnd ſeiner gnad alle die ehre,
Durch Ieſum Chriſtum Gott vnd menſch vnſeren Herren.

In omnibus hiſce verſibus pedes omnes ſpondêi ſunt, quinto excepto dactylo. Neque fieri facilè aut commodè poſſe opinor, vt alibi etiam niſi fortè primo loco, dactylus collocetur. Admittenda & licentia quædam foret præter vulgarem loquendi uſum, non minùs, ſed ampliùs fortè quàm Græcis & Latinis. Noſtræ quidem linguæ aſperitatem conſonantium etiam in eàdem dictione multitudo auget, quæ nullo ſæpe vocalium interuentu emollitur.

Oratio Domini verſibus hexametris à nobis expreſſa.

O vnſer Vatter derdu dein evvige vvohnung
Erhöchſt inn Himmeln. Dein nam der vver. de geheilget.
Zukom vns dein reich. Dein vvil der thue geſchehen
Auf erd als inn himmelen. Vnſere tagliche nahrung
Herr gibe vns heut. Vnd verzeih vns vnſere ſchulde,
Als vvir verzeihen iedem der bleidigen vns thut.
Führ vns in kein verſüchung, o gnädiger Herr Gott,
Sondern erlös vns vom böſen, mächtiger Herre.

Eadem hendecaſyllabis reddita, qui verſus Linguæ Germanicæ aptiores videntur.

Hert Gott Vatter in himlen, evvig. einig,
Dein nam vverde geheiliget, geehret.
Dein reich komme genediglich, begar ich
Dein vvill thue geſchehen vſder erden,
Vvie inn himmelen vndren heiligen Englen.
Vnſer tägliche ſpeiſe vnſ gib heute.
Verzeih vnſere ſchulden vns, vvie auch vvir
Vnſern ſchuldneren ihre ſähle ſchencken.
Verſuchung ſije vveit von vns ò Herre.
Loſz vns gnediger Herrè vom Satam frey.

Hæc ex Geſnero; pauculis tamen mutatis in idiomate linguæ Germanicæ. Vbi & illud obſerua: Germanos etiam componere rhythmos carmineos, ſeu carmina rhythmica, vt,

Vvas vvölln vvir machen? das ſeind gar vvichtige ſachen.

Item eoſdem amare poëticam mixtam, in quâ voces peregrinæ & Germanicæ multis modis conjunguntur: vt

Per magnam peram debes cognoſcere fuhrmann.
Item:
Vvas ſind vvir menſchen anders als *puluis & vmbra?* Item:
Amor vincit omnia,
Das leuglu ſagt *pecunia*,
Dann vvo ich *pecunia* nicht bin
Da komſtu *amor* ſelten hin.

In qualibet lingua propone tibi poëtam excellentem; eumque imitare tum in iſta lingua, tum etiam in alia. Sic in lingua Gallicâ excellunt Clemens Marottus, Theodorus Beza, & Guilelmus de Bartas. Illos itaque ſibi proponet imitandos ſtudioſus Gallicæ poëſios. Sed & in lingua Germanica poſſumus illos imitari; quod quidem fecit Ambroſius Lobvvaſer in pſalmis Dauidis, & anonymus quidam in prima parte tertij diei, ſecundæ ſeptimanæ Bartaſij: vbi Deus ita alloquitur Abrahamum.

Sors de ton pauillon: Sors, vien, & de mon temple,
De mon throne dorè les merueille contemple
Compte moy les flambeaux, meſure leur grandeur.
D'vn œil ferme ſouſtien leur brillante ſplendeur,
Remarque exactement les courſes meſureès
Qu'ardens ils ſont au long des lices æthereès
Lors tu tiendras des tiens le nombre ſur le doy
Ioyeux tu comprendras la grandeur de leur foy,
La clartè de leurs faicts, & de leur republique,
Aura dedans l'eſprit le pourtraict politique.
Mon fils, c'eſt auec luy que ie paſſe inſtrument
D'eternelle amitiè, s'il garde conſtamment
Les paches conuenus, i'eſpandray ſur ſes races
De ma grand'cruche d'or vn Ocean de graces,
Ie ne luy donray pas ces ſeuls châps que tu vois,
Ains tout ce qui verdit depuis les champs Indois
Iuſque aux flots tempeſteux de la mer plus extreme.
Ie luy donray le Ciel, ie me donray moy-meſme.
D'elle mo forcira le Prince grand & fort,
Le Roy donte-peche, donte-enfer, donte-mort,
Le ſacrè fondateur d'vne ſaincte police,
Du monde la ranzon, la paix, e la iuſtice.

Hoc eſt:

Kreuch auſz dein zelt herfür, kom rauſz, vnd thu anſehen
Die groſſe vvundervverck, die ann meim throne ſtehen:
Zehl ab die lichter hell, miſz ſie all groſz vnd klein
Sih, dein aug vnver vvand, ihten zvvitrenden ſchein,
Schreib den gemeſznen lauff; fleiſsig in dein gedancken,

Den

Den ſie thun tag vnd nacht, in dem himliſchen ſchrancken :
Dann vvirſtu finden leicht, die zahl der kinder dein,
Vnd begreiffen mit frevvd, vvie groſz ihr glaub vverd ſein :
Ihr thaten, ihr geſchicht, ihr regiment vnd ſitten,
Vverden in dein gemuth, vvie in ertz, ſein geſchnitten:
Er iſt mit dem ich vvill, machen ein bund ohn end
In freun dſchafft evviglich : Vven er nur vn ver vvend
Vvird halten den vertrag : Ich vvil ein ſteten regen
Vber ſein gantz geſchlecht abfallen lan, voll ſegen,
Ich vvil ihm nicht allein geben das gantze land,
Sondern vvas grûnen thut, biſz an des meeres ſand :
Vom Iudiſchen ſeld an : Aller ſolſt fûr ihm beben,
Ichr vil den himmel hoch, ja mich ſelbſt ihm geben.
Von ihm ſoll Kommen her, der Fûrſt, der Menſchen Gott,
Der Kònig, Zvvinge-sùnd, Stûrme hell, Brechc-tod,
Soheilig policey anzurichten beſchieden
Ein lòſegelt der vvelt, gerecht, ein Furſt des Frieden.

In linguâ Italicà excellunt Dantes Aligherius, & Franciſcus Petrarcha.

An ipſa ſola Lingua Germanica in Mundo fruatur priuilegio, vt cuius ſine crimine poſſit Latinis Vocabulis vti?

☞ DCIX.

TAM eſt frequens Lingua Latina apud Germanos, vt videantur non poſſe Germanicè loqui, ſi Latinè neſciant. Et abvtuntur vocibus Latinis duobus modis: vel enim illas illæſas, & intemeratas relinquunt, vel illas ad proprias inflexiones obtorquent. Primò remanent modo omnia nomina propria, quæ apud aliquos retinent terminationem recti, & habent caſus à particulis more patrio præpoſitis: apud alios iubentur habere variationem Latinam. Secundo modo verba ſolent inflecti, quæ coniugationis vernaculæ legibus attemperantur.

Sed quia ſæpe alibi de hac licentià & abuſu, pono calamum; volo tamen doctrinæ certioris & vberioris gratià huc reponere, quæ in libro illo, qui de S. R. Imperij pace eſt, olim ſcripſi, ſumptà occaſione ex proteſtatione Cardinalis Truchſeſſi: quæ cum ſit Germanica, clauditur. Data & etiam ſubſcriptione Latinà. Hac ego ex causà *libri illius part. 2, diſp. 2. quæſt. 1. num. 54.* ſic dixit.

[Lego proteſtationem totam; & obiter Germanicæ linguæ condoleo, eleganti, & illuſtri, & tamen ab indigenis Germanis contempta. An non ſciebat Otho *dogmate iuriſdictionis & perſonas* dicere in linguà materna? An non poterat locum, menſem; & diem germanicè denominare? An ne ſuum ipſe nomen & dignitatem vulgariter non valeret efferre? Valeret quidem, ſed videtur voluiſſe ſe accommodare imperitorum labio; ſolent enim huiuſmodi barbariſmos committere homines ignorantes qui volunt periti videri; nec fruſtra, nam duobus, aut tribus terminis latinis malè poſitis lucrantur admirationem vulgi. Antiqua eſt fateor hæc barbara eruditio, & à fœminis Romanis introducta, quæ in greciſſante Vrbe, videbantur ſupra reliquas ſapere ſi Græca latinis immiſcerent. Infecit iſta lues noſtra ætate viros etiam egregios, qui vtuntur vocabulo Græco nonnunquam, vbi latino propriùs & eloquentiùs poſſent. Tranſiuit in Hiſpaniam etiam, in quæ fœminæ, ſicut Romanæ olim Græca Latinis, ſic etiam ipſæ Latina-Hiſpanis immiſcendo, aperiunt viam, quam indocti ſequantur. Vnde hoc vitium in Germaniam irrepſerit, non ſcio, at ſimilitudo contagionis perſuadere videtur, exordiũ a fœminis ſumpſiſſe, & inde ad imperitos deriuari. Extat apud Ovvenum lib. 7. ad Mœcenatem in ejuſmodi Mulierum monſtra hoc Epigramma [num. 46.]

Græco-latina ſagax, ſapiens tibi quæritur vxor,
Quæque figuratè ſyllogiſare queat.
Quæ cum maiorem præſumpſerit atque minorē,
Ex male præſumptis vrgeat ergo *ſequi.*
Verſata in patris quæ naturalibus olim
Virgo, Magiſtra artis, nunc ſit in arte ſuà.
Et reſpondeat opponentibus omnibus vna,
Cumque ſuo de omni diſſerat Ente proco.
Tam rationalis mihi ſi contingeret vxor,
Mutarem tecum, ſi tua bruta foret.

Extat etiam Hiſpanus liber, qui inſcribitur *Latinigarrula*, in eas inuectus, quæ eloquentiam Hiſpanicam latinis barbariſmis maculant, quem ſi vel ſemel legerent noſtri Germani,

APOLLO
SEPVLCHRALIS.

Diſce mori quicumque legis mea ſcripta Viator.
Omnes æqua manent funera, diſce mori.

DXCIV.

ETIAM Apollo luget; & Camœnæ obeuntes, abeūteſque Herôas illuſtres lachrymis comitantur. Iſtas autem eſſe exleges nō volunt, ſed præceptis obſtrictas, quæ obtinent apud Manes. Proderit aliquas voces cognatæ ſignificationis explicare. Illæ ſunt; *Epicedium, Epitaphium, Neniæ, Inferiæ, Monodiæ*, &c.

Epicedium eſt carmen funerale, & *Epitaphium* ſepulchrale. Epicedium igitur videtur fuiſſe carmen in ipsâ pompâ funereâ dictum; Epitaphiū verò, carmen ipſi marmori inſcriptum. Scio eſſe, qui Inſcriptiones quaſcumque lapidibus cadavere vactuis inciſas *Epicedia* nominari contendant, contra quos, quia probabiliter philoſophantur, de vocula diſputare non placet. Chriſtophorus Heluicus, & Conradus Bachmannus Gieſſenſes Profeſſores *in Poetica lib.* 2. §. 16. Hanc inter Epicedium, & Epitaphium differentiam conſtituunt, quod iſtud ſingulis annis poſſit repeti, & illud non poſſit; quam tamen non facilè admiſero; quoniam carmina dicta poſſunt repeti, & marmori inciſa perennant.

Neniæ vox eſt, ſi Scaligero credimus, quæ ſignificat *vltimum*, ſeu *extremum*, quod funeralis honos vltimus ſit, qui hominibus ſoleat exhiberi. Acron etymi negligens eſſe fictum nomen affirmat ex ſimilitudine vocis querulæ. & lugentis deſumptum: quod firmant alii *ne-ne* eſſe interjectionem dolentis autumnantes,

Hic nonnihil ad mores. Neniæ vocantur Epitaphia [Sidonius. *Nenia marmori inciſa per Hendecaſyllabum.*] Neniæ vocantur Epicedia [Pomponius Feſtus, *Nenia eſt carmen, quod in funere laudandi gratiâ cantatur ad tibiam.*] Neniæ vocantur Nugæ [Hieronymus contra Rufinum. *Niſi fortè non fuit impræſentiarùm, qui ſuas emendaret Nenias.*] Ergo marmora, lapides, inſcriptiones, Epicedia, Epitaphia, & vniuerſa alia, quæ pompam funeream concernunt, Neniæ ſunt, Nugæ ſunt.

Vivit poſt funera virtus; & hæc, quia non moritur, non eget tumulo, & quæ moritur, virtus non eſt, & qui virtutis expertes laudat cineres vel nugatur, vel deſipit.

Monodia dicitur funerea laus, quòd vnus è choro prodierit, qui nomen defuncti celebraret.

Inferiæ dictæ latinè ab inferis, quod dilaudarent Manes ad infernum translatos. *Hæc de nominibus ad rem venio.*

Carmen funereum, ſi omnibus membris conſtet in quinque articulos, ſeu capita dividi debet: videlicet in Exordium, Narrationem, Amplificationem, Conſolationem, & Exhortationem. Debet Poëta (aut Orator) in exordiò animos omnium devincîre: in Narratione, egregia defuncti facinora commemorare: in Amplificatione lachrymas excitare, & demōſtrare incomparabilis viri abitū cum Reipublicæ jacturâ coincidere: in Conſolatione cognatos, & amicos affabitur; conabitur conceptuum dulcedine, dolorem, & mœrorem lenire: tandemq; in exhortatione ad omnes orationem conuertet, & proponendo gloriam, quâ defunctus fungitur, & miſerias, quibus etiam defungitur, univerſos ad virtutum illuſtrium, quibus ille excelluit, imitationem excitabit.

Sæpè brevitas omnia hæc non patitur; & tunc Poëta (aut Orator) neceſſitati cedens Genium ſequitur, & illa capita luculenter ediſſerit, quæ loco, & tempori judicat conſentanea. Proderit aliquod exemplum ſubijcere, vt modus, qui ſolet teneri, dignoſcatur.

1644. die 20. Aprilis multis Opuſculis ſpiritualibus editis, & S. Bernardi Operibus illuſtratis clarus, ſuam cum morte piè tranſactam vitam commutauit: Verum, vt nullo negotio tuum id quoque fieret ſub cuiuſuis CHRISTIANI HOMINIS nomine illud tibi à ſe pariter conſcriptum, vti viuus, ita & mortuus offert, & mortis horam ob oculos ſemper habens, extremum valedicens manu propria ſubſcripſit.

IAM VOBIS VALEDICO, AMICI, NON IN LONGVM TEMPVS; BREVE EST QVICQVID AEVI SVPEREST, PRAEEO, SEQVIMINI.

Impreſſum fuit primo Coloniæ Anno 1644. curante Ioanne Kinchio, deinde Pragæ, & alibi: & ne pereat in volantibus folijs, illud voluimus apud Apollinem hunc perennare.

Præcedentis Epitaphij OEONOMIA.

(*a*) Hinc exordium incipit; & prioribus illis duabus lineis quid ſit dicturus ipſe lapis inſinuat.

(*b*) Narrat, & amplificat, quæ ſciri debent, & ponderatione digna ſunt.

(*c*) Conſolatur Amicos, qui ſuperſtites relinquuntur in Mundo. Iubet eis eſſe lætis; læti ſunt, quos criminis conſcientia non aggrauat; vera enim lætitia eſt,

Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpâ.

Hanc lætitiam indipiſcuntur, qui ſciunt mori: & mori ſolummodo illi ſciunt, qui vivere. Vnde ſcitè quidam Magiſter Ethices.

Vt benè contingat deuiuere, viuere diſce.

Vt benè contingat viuere, diſcere mori.

(*d*) Hinc exhortari viventes incipit, vt ſiquidem morituri ſunt, expreſſum habeant illud Monitum.

Para bien, o para mal
Eternidad.

ERAT Apollo hic in Muſas diuerſas diſtinctus, & continebat Epitaphia diſtributa per claſſes, ſed quia liber in immenſam molem abiret, niſi plurima decircinarentur, ideò etiam hic multa omittimus, quæ non videntur neceſſaria.



ERRATA.

IMpreſſus Liber hic fuit Romæ in quinque Officinis diverſis,& totâ Vrbe diſtantibus: hinc contigit, ne omnis diligentia ſuffecerit, vt careret ſphalmatis. Acceſſit Hebræorum, & Græcorum characterum penuria, ob quam Artifices non quæ voluerunt, ſed quæ potuerunt, expreſſerunt. Errores hos, quos facili negotio perceperis, & cum voles correxeris, diligentiæ feſtinanti condona; & quouſque aliquem librum edas, neminem ob Typographi exorbitantias, negligentiæ, aut hallucinationis appelles.

Interim, quia Prodromus Inſtitutiones continet, quæ debent à diſcipulis legi, hæc ibi menda ſic emenda.

Paginâ viij. Gimnaſium *Gymnaſium*, Pag. ix. a. lege *Dominorum*. Pag. xiij. a. Phorcynnis *Phorcynis*, Pag. xiv. a. §. Verbum. dele *coram*. Pag. xv. a. §. Duo. Doctrinu, *Doctrina*. Vocauimus, *Vocabimus*. Pag. xviij. a. Oſurus *Vſurus*. Pag. xix. b. Foſe *Fore*. Perſonalia *Imperſonalia*. Pag. xxj. Vndæ, *Vnde*. Infelexile, *Inflexile*. Pag. xxiij. Tulio, *Talio*. Gens, *Genus*. Ignotus ſpecies, *Ignotas ſpecies*. Pag. xxv. b. Ferbeo, bui, *Ferveo, vui*. Pag. xxvj. b. Mictum, *Miſſum*. Pag. xxvij. *Demo* prim.long.colum. b. Occullui, *Occului*, vel *occuli*. Pag. xxx. a. §. conſulo. Et, *Eſt*. Pag. xxxj. b. lin. 3. Totam,, *Totam ferè*. §. En. Nobilum, *Nobilium*. §. Tempus, lin. 6. Tempori, ſicut per, *Temporis, ſic per*. Pag. xxxij. b. Retrorſus, *Retrorſum*. In his character Romanus dat mendum: correctionem Curſivus.

CHARTARVM SERIES.

Epiſtola Dedicatoria. Amicorum Affectus. Prodromus § §§. §§§. §§§§. §§§§§. Omnes Sunt Biniones præter §§. Vnionem: & §§§§§. Ternionem.

Proœminm. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Omnes ſunt Biniones præter Y. & Hh. Terniones.

Apollo Arithmeticus. A. B. C. D. E. F. G. H. Omnes ſunt Biniones præter H. Vnionem.

PARS ALTERA. Appollo Centricus. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. Omnes ſunt Biniones præter T. Vnionem.

Apollo Anagrammaticus. A. B. C. D. E. F. G. Omnes ſunt Biniones.

Apollo Analexicus. A. B. C. D. E. F. G. H. I. Omnes ſunt Biniones.

Apollo Centonarius. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. Omnes ſunt Biniones præter R. Vnionem.

A01465693